Herodotus
II

HERODOTI MUSAE.

TEXTUM AD GAISFORDII EDITIONEM RECOGNOVIT,
PERPETUA TUM

FR. CREUZERI

TUM SUA ANNOTATIONE INSTRUXIT, COMMENTATIONEM DE
VITA ET SCRIPTIS HERODOTI, TABULAS GEOGRAPHICAS
INDICESQUE

ADIECIT

IO. CHRIST. FEL. BAEHR.

VOLUMEN PRIMUM.

LIPSIAE
IN BIBLIOPOLIO HAHNIANO.
cIↄIↄcccxxx.

LONDINI
APUD BLACK, YOUNG & YOUNG.

ΤΟΙΣ ΕΛΛΗΣΙΝ ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΩΘΕΙΣΙ

ΤΗΝ ΤΗΣ ΠΑΛΑΙΑΣ ΕΛΕΥΘΕΡΩΣΕΩΣ ΙΣΤΟΡΙΑΝ

ΑΝΕΘΗΚΑΝ

ΟΙ ΕΚΔΙΔΟΝΤΕΣ.

* *

LECTORI BENEVOLO P. S.

Iam dudum est, ex quo **Hahnius** a *Fr. Creuzero* petiit, ut, quas scribere inceperat *commentationes Herodoteas*, eas ad finem perduceret multorumque desideriis hoc modo satisfaceret. Qui cum aliis negotiis obrutus, eam provinciam in se recipere non potuisset, novae editionis mihi demandandae consilium bibliopolae honestissimo ea quidem lege persuasit, ut, quae ipse olim in commentationibus Herodoteis disputaverat, ea suo quaeque loco in editione nova adhiberentur, alia vero, quae ad Herodotum illustrandum in schedis suis collegerat, mecum in usum huius editionis communicarentur. Diu cunctatus equidem recepi provinciam sane gravissimam; in qua quo pacto sim versatus, aliis malim diiudicandum relinquere. Cum enim hoc huius editionis esset consilium, ut textus qui dicitur exhiberetur, quan-

tum fieri posset, emendatissimus simulque ipsa scriptoris verba explicarentur atque illustrarentur: in textu adornando maxime *Gaisfordium*, virum doctissimum ac diligentissimum, secutus sum; a quo sicubi discessi, hoc una cum insigniorum lectionum dèlectu ubivis accurate indicavi in notis, quas textui subiicere aptius et lectorum commodis magis congruum videbatur, quam ad libri calcem reiicere. In his autem notis eam nobis legem scripsimus, ut difficiliorum locorum sensum indicaremus, verborum singulorum aut locutionum significationem atque usum exponeremus, ne grammaticis quidem rebus neglectis (ubi brevitatis causa ad Matthiae grammaticam maiorem sec. edit. aliosque libros satis vulgatos passim amandavimus) ac denique ipsum argumentum rite ut illustraremus, tum locorum similium comparatione tum summâ eorum, quae recentiori aetate a peregrinatoribus aeque ac viris literatis ad res ab Herodoto narratas clariore in luce collocandas allata essent, et indicatâ et diiudicatâ. Quum enim nemo nesciat, quam multa his potissimum temporibus virorum doctissimorum industria et peregrinatorum eruditorum studiis ad meliorem Herodoteae narrationis intelligentiam sint in medium prolata, ea omnia consulenda et pro editionis nostrae consilio in usum nostrum convertenda censuimus; quippe unde non ad scriptorem solum, verum ad omnem antiquitatem late patentem plurimum lucis redundaret. In quo negotio et brevitatis et perspicuitatis maximam

nobis curam fuisse, monitu vix opus. Quare quae priores Herodoti interpretes attulerant, ea non integris eorum verbis repetenda duxi, ne nimis augeretur libri moles; sed summam tantum eorum, quae ab illis prolata vidimus, indicasse satius visum est. Id enim primarium fuit consilium, ut Herodotum perlecturis aut in schola interpretaturis iusta afferrentur subsidia ad singula scriptoris verba rite intelligenda ipsasque res narratas melius cognoscendas ac diiudicandas; praesertim cum haud pauci reperiantur, quibus a bibliotheca locupletissima remotis non ea suppetant librorum praesidia, quae ad Herodoti intelligentiam multum conferant. Versionem Latinam haud addidimus, cum, quae intellectu feruntur difficiliora, ea in notis explicata et illustrata inveniantur.

Quaecunque in notis *Creuzero* debentur aut ex eiusdem commentationibus Herodoteis integra sunt assumta, literis initialibus (*Cr.*) accurate indicavimus. Eodem viro auctore additae quoque sunt tabulae quaedam geographicae, unde ipsa scriptoris narratio haud raro plurimum accipiat lucis. Quas multi requirent disputationes de Herodoti vita, consilio, itineribus, scribendi genere, aliis, eae ad calcem operis una cum indicibus adiicientur. Est vero ea huius editionis externa conditio, ut honesta specie sese commendet aliasque editiones, quae vulgo in lucem prodeunt, facile

superet. Nec quidquam impensarum non fecit Hahnius, vir honestissimus, quo iustis lectorum desideriis omni modo satisfaceret, foliorumque singulorum specimina ei viro tradidit corrigenda, qui et oculatissimus et peritissimus eximiam operi impenderet curam. Itaque publice hoc loco summas agamus gratias *Aemilio Pinzgero*, qui tanta cum diligentia singulas plagulas a prelo madentes perlustrare voluerit. Scribebam Heidelbergae Idibus Maiis MDCCCXXX.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΠΡΩΤΗ.

ΚΛΕΙΩ.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ Ἁλικαρνησσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις

Ἡροδότου Ἁλικαρνησσῆος] *De scriptura nominis plura notare non attinet* post ea, quae et Schweighaeuserus et Gaisfordius monuerunt. Quae addit Creuzerus, ad Herodoti imagines pertinent: „quarum plures antiquitus exstitisse vix dubium est, cum adhuc carmen supersit Christodori Coptitae in Herodoti imaginem, quae Constantinopolin translata erat. Vid. Analectt. II p. 470. Ac lapis hodieque exstat in Museo regis Neapolitani, ex collectione Farnesiana illatus, qui Herodoti et Thucydidis simulacra iuncta simul exhibet. Vid. Imag. ex Bibl. F. Ursini. 1570. Rom. et Visconti Iconogr. grecq. I planch. 27 (p. 315 sqq. ed. Milan.). [Unde Herodoti imago quoque delineata conspicitur in fronte Italae nostri scriptoris versionis.] Aliam adhuc incognitam imaginem e numo Halicarnassensi temporis Antonini Pii publicavit idem Viscontius l. l. Monstrat illa altera in parte Antonini imperatoris imaginem addita inscriptione, altera parte imaginem capitis, quod Herodoti esse et comparatio cum illo lapide et ipsae literae adiectae confirmant. Cf. Millin. Annall. encycloped. 1817. Aout p. 218—220." De Herodoti patria, Halicarnasso, certum exstat Strabonis testimonium XIV p. 656 (970, a.). Plura dabit Heyse Quaestt. Herodott. pag. 7. 8.

ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε] ἀπόδεξις recte redditur a Wyttenbachio: *demonstratio.* Ut enim δεικνύναι est artificis, qui opus exponit spectandum, ut aliorum cognoscat iudicia, quo ipso sensu Herodotus opus suum Olympiis olim monstrasse (δεῖξαι) dicitur in Lexico Biblioth. Coislin. pag. 619 nr. 3, ita ἀποδεικνύναι absolutum declarat opus et quasi perfectum. Qui enim opus suum in Olympiaca praelectione spectandum

ἤδε· ὡς μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων τῷ χρόνῳ

proposuerat, nunc ut absolutum edit vulgatque. Hinc ἀπόδειξις, ut Wyttenbachii utar verbis Selectt. Historicc. p. 339, est *absolutio*, *publica propositio*, *ostensioque absoluti operis*. Conferantur alii scriptoris nostri loci I, 207 fin. II, 101. 148. Hinc philosophis, eodem monente Wyttenbachio, *demonstratio*, rectae scientiae effectrix argumentatio, est ἀπόδειξις. Sed Sophistarum est ἐπίδειξις *ostensio*, oratio ficta publice proposita et ad ostentationem composita. — ἱστορίη *indagatio* et *cognitio rerum*, quae fiunt factaeque sunt, sive, ut Schweighaeuserus vult, *notitia*, *doctrina contemplando*, *percunctando*, *inquirendo comparata*, quae referatur tum ad ea, quae quis ipse viderit noritque, tum ad ea, quae ab aliis inquirendo et indagando acceperit. Arctiori quidem sensu Herodotus ἱστορίην distinguit ab ὄψει, quo quae ipse suis oculis usurpaverit, indicet, cum ἱστορία ad ea pertineat, quae ex aliorum, quos consuluit, narratione fluxerint. Vid. II, 99 ibiq. nott. II, 118. Sed h. l. latiori sensu adhibuit vocem, cuius qui post fuerit usus ac significatio, hic exponere non attinet. Fluxit inde, opinor, quod, ut monuit Creuzerus (conf. etiam Hist. Kunst der Gr. p. 174 sq.), Polybius opus suum appellaverat ἱστορίαν ἀποδεικτικὴν (I, 1. 14. III, 31. V. 75.) i. e. historiam *demonstrativam*, quae nimirum ex iis, quae gesta sunt, rationis ope, quid fiat fierive debeat, concludendo commonstrat. Tu add. Dahlmann. Herodot. pag. 108.

ὡς μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων τῷ χρόνῳ ἐξίτηλα γένηται] Iungendum: τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων, ut *hominum facta* s. *res gestae* declarentur. Haud raro enim Herodotus praepositionem ἐξ pro ὑπὸ usurpat. Tu vid. II, 148, alia, quae dudum protulit Wesselingius. Aliis iungere placuit: ἐξ ἀνθρώπων ἐξίτηλα, hoc fere sensu: „*ne res gestae evanescant ex hominum memoria per temporis diuturnitatem.*" Quo rectius cum Wyttenbachio vertas: „*ut neque ea, quae ab hominibus facta sunt, evanida fiant*, i. e. *ut neque hominum facta diuturnitate temporis in oblivionem abeant.*" Atque ἐξίτηλος, quod ductum est a verbo ἐξιέναι, ut proprie de colore aut tinctura evanescente accipiendum, ita deinceps de iis, quaecunque facile abeant intereantve, quae vel tempore deleantur vel memoria excidant. Ipse Herodotus V, 39: γένος Εὐρυσθένεος γενέσθαι ἐξίτηλον. Quibus haec addit *Cr.*: „Philo Iudaeus de Mundi Opific. p. 100 ed. Pfeif. ἤδη τοῦ γένους διὰ μακρὰς χρόνου περιόδους ἐξιτήλου ὄντος. Alia Zonaras Lex. Graec. p. 163 ibiq. Tittmann. Photius Lex. p. 90 et Schleusneri Cur. nov. in Photii Lex. pag. 87. Not. ad Plotin. de pulcrit.

ἐξίτηλα γένηται, μήτε ἔργα μεγάλα τε καὶ θωυμαστὰ, τὰ μὲν Ἕλλησι, τὰ δὲ βαρβάροισι ἀποδεχθέντα, ἀκλεᾶ γένηται· τά τε ἄλλα, καὶ δι' ἣν αἰτίην ἐπολέμησαν ἀλλήλοισι.

---

p. 201. 551." — Iam quod attinet ad illam abundantiam, quam quidam in eo sibi animadvertisse visi sunt, quod qui modo dixerat: τὰ γενόμενα, continuo addit τὰ ἔργα; ut adeo, ne idem dixisse Noster censeatur, γενόμενα mutandum sit in λεγόμενα; satis haec refutavit Dorvill. ad Chariton. pag. 202 ed. Lips. cuius notae *Cr.* addi vult Aristotel. *Poet. IX, 2 pag. 24.* Et *firmatur vulgata lectio Dionysii Halic.* testimonio in Epist. ad Cn. Pompei. T. II pag. 206. Namque τὰ γενόμενα in universum indicant ea, quae facta fuerint (cum frequens huius participii in historia omnino sit usus), τὰ ἔργα sigillatim declarant, quae praecipue hoc opere sibi tractanda sumit pater historiae, i. e. narrationem eorum, quae inter barbaros atque Graecos fuerint acta. Unde suspiceris licet, bene hisce verbis indicari duplex scriptoris munus, ut et in universum res ab hominibus gestas enarret et sigillatim de bellis inter Graecos ac Persas gestis exponat. Qui igitur Gallice hunc locum sic reddiderunt, ut τὰ γενόμενα verterent *evenements*, τὰ ἔργα *actions*, vix illi verum loci sensum assecuti videntur.

θωυμαστὰ] Retinuimus scripturam a Schweigh. (v. Var. Lectt. ad cap. V p. 13) atque Gaisford. receptam, omissis diaereseos punctis. Quod idem in aliis similibus verbis nos fecisse, hic semel notasse sufficiat. „Ac probaverat iam dudum F. A. Wolfius in Analectt. literr. II p. 420." *Cr.*

τά τε ἄλλα καὶ δι' ἣν αἰτίην ἐπολέμησαν ἀλλήλοισι] Quibus verbis in prooemii fine positis, id potissimum auctor declarare voluisse videtur, quod sigillatim hoc in opere spectet, quid praeter alia praecipue eo contineatur. Neque enim ea tantum, quae et Graeci et barbari omnino gesserint, sed causas praeterea, quibus tantum bellum sit exortum, exponere sibi in animo esse declarat. Quapropter recte Wyttenbachius: „*cum reliqua* [opera], *tum ea*, *quae mutui belli causam praebuerunt.*" Inde enim, opinor, apparet, haecce verba cum proxime antecedentibus sensu ipso arctius coniuncta esse, quam ut ad remotiora: Ἡροδ. Ἁλικ. ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε (quae Schweighaeuseri aliorumque est sententia) probe referri possint.

In clausula denique notamus cum Wyttenb. aliisque simplicem illam et vere antiquam dicendi rationem in exordio, quo scriptor usus operis sui consi-

1 *Περσέων μὲν νυν οἱ λόγιοι Φοίνικας αἰτίους* 2

Inimicitiarum causae inter Graecos et Asiae populos, mutui raptus mulierum. Phoenices maris mediterranei accolae facti anno ante Christum natum 1722. Io rapta 1687.

---

lium paucis declarat. Documento sunt alii illius aetatis scriptores, quos simili modo operibus suis praefatos esse accepimus. Mittam nunc Thucydidis exordium; propius huc pertinet, monente Creuzero, „Hecataeus ille Milesius, qui teste Demetrio de Elocut. 12 ita historiae suae initio posuerat: *Ἑκαταῖος Μιλήσιος ὧδε μυθέεται.* Ocellus Lucanus: *τάδε συνέγραψε Ὤκελλος ὁ Λουκανὸς περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως.* Timaeus Locrus: *Τίμαιος ὁ Λοκρὸς τάδε ἔφα.* Vid. Valck. ad Theocrit. I, 65. Th. Gale Opusc. Mythol. p. 7.“ Quae cum ita sint, mittimus eum, qui totum exordium, ab antiquitate (ut alia taceam) satis commendatum, ab Herodoto profectum esse negat, eiusdemque amasio et bonorum haeredi Plesirrhoo adscribit. Conf. Ptolemaeus Hephaestio III p. 314 ed. Gal. Cuius sententiae lubrica admodum argumenta iam satis excussit Schweigh., cui adde Dahlmann. Herod. p. 231. Qui autem Herodotus libri initium ponere potuisset verbis: *Περσέων μὲν νυν οἱ λόγιοι κ. τ. λ.?* Tu vid. omnino Creuzer. Die histor. Kunst p. 199. 200, ex quo huc adscribam verba, quibus vetus Germaniae scriptor, Iacobus Unrestius in Chronico Carinthiaco et Austriaco opus suum incipit: „So die Zeit verfliesst als das Wasser, und des Menschen Gedechtniss vergeen mit der Glocken Donn, hab ich Jacob Unrest in meiner Einfalt gedacht: Was in Schrift kumt, bleibt laenger“ etc. (Hahn. Collect. Monument. Vett. T. I Praef. p. 12). Atque similia equidem me legere memini initio chronicorum Rhaeticorum, quae auctore Gulero de Wineck prodierunt Turici Helvet. 1616.

Περσέων μὲν νυν οἱ λόγιοι] *λόγιοι* hic sunt, antiqua vocabuli significatione, *rerum gestarum bene gnari*, *periti*, *docti* (die Geschichtskundigen s. Sagenkundigen). Refertur hoc ad primitivam vocis *λόγος* notionem, de qua Creuz. (Histor. Kunst. p. 173 sq. 176 sq.), unde posthac ea fluxit significatio, qua *λόγιος* plerumque *disertum* indicat et *eloquentem hominem*. Ad nostrum locum facit Hesych. II p. 493: *λόγιος· ὁ τῆς ἱστορίας ἔμπειρος.* Inde infra II, 3 *Ἡλιουπολῖται λέγονται Αἰγυπτίων εἶναι λογιώτατοι*, i. e. *rerum peritissimi*, ubi plura Iac. Gronovius et Wessel. ad Diodor. II, 4. Dahlmann. Herod. p. 108, qui iure ad id attendi iubet, quod hic primum fontes auctor indicat, unde sua hauserit. Ac scimus utique et alias terras et ipsam Persarum terram ab Herodoto visitatam fuisse, qui inde ex doctorum illius gentis narratione et colloquio haec retulerit. Cf. Dahlmann. l. l. p. 76. 77. et Heyse l. l. p. 98 sqq. — In seqq. cum Schweigh. et Gaisf. edidimus:

σφεάς γενέσθαι τῆς διαφορῆς. τούτους γάρ, ἀπὸ τῆς 11

Φοίνικας αἰτίους φασὶ γενέσθαι τῆς διαφορῆς.

τούτους γὰρ ἀπὸ τῆς Ἐρυθρῆς καλεομένης θαλάσσης] Satis inter omnes constat, *rubri maris* appellatione indicari latiori sensu omnem Oceanum Australem, solis orientis radiis, opinor, primum collustratum indeque rubescentem, aut saxis rubicundis in litore rubro colore resplendentem. Quare quod mediterraneum est mare, illi quasi oppositum, a Turcis ac Persis *album* dici monent. Illius vero cum crebra apud Nostrum fiat mentio cum latiori tum arctiori sensu, singulis locis accuratius inquirendum. Namque arctiori sensu partes quaedam illius maris eadem designantur appellatione, tum quod nunc dicitur *mare rubrum*, sive *sinus Arabicus*, κόλπος Ἀράβικὸς, quae eadem appellatio apud Nostrum invenitur (I, 102. II, 8. 158. 159. IV, 41. Th. Ch. Breiger. Commentat. de difficilior. quibusd. Asiae Herod. Gotting. 1795 p. 13 sqq.) tum, qui *sinus* dicitur *Persicus*. Vid. Breiger. l. l. p. 11 sqq. Heyse Quaestt. p. 104. Hoc loco qui *Arabicum* intelligunt sinum, Phoenicum sedes primitivas ad illius sinus litora, ad Aelanitem sinum, referunt, ipsamque gentem Arabicam esse Homeritarum, contendunt. Qui *Persicum* sinum hic intelligere malint, Strabone potissimum utuntur teste (I p. 42 s. 73, A. XVI p. 784 s. 1131, A. B. add. Iustin. XVIII, 3. Hesych. sub v. *Σιδόνιοι* etc.), qui Phoenices e sinu Persico ad mare mediterraneum commigrasse scribit. Unde vulgaris orta sententia de Phoenicum sedibus principibus ad sinum Persicum, unde vel recta via ad mare mediterraneum migrarint, vel prius ad sinum Arabicum profecti inde demum ad illius maris oras pervenerint. Quae nunc pluribus exponere non vacat. Plura Beck. Weltgesch. I p. 258 sq. et Ritter. Erdkunde II p. 163. Ad Herodotum revertamur, qui, si *sinum Persicum* rubri maris appellatione intellexit, egregie firmabit illam sententiam, qua Phoenices primitus ad istum sinum habitaverint, a Strabone, aliis prolatam, ipsoque Herodoto indicatam VII, 89. Nam de *Arabico sinu* haud cogitandum esse monet Dahlmann. p. 82. 83. qui quod latiori sensu hic *rubrum mare* intelligi vult, haud prorsus tamen sententiae vulgo receptae adversatur. *Creuzerus* hisce adscripsit: „Conf. Itinerar. Alexandr. ed. Mai. (Mediolan. 1017) §. 110: „„Ipsa (India) vero extrinsecus ubique Oceano munitur, interfluo mari *Hippalo* (Cod. Hippallo), cuius sinus Persas includit.““ Nimirum *mare Erythraeum* appellatum etiam est *mare Hippalum*. Vid. Letronne in Journal d. Savans 1818.

Ἐρυθρῆς καλεομένης θαλάσσης ἀπικομένους ἐπὶ τήνδε τὴν θάλασσαν, καὶ οἰκήσαντας τοῦτον τὸν χῶρον τὸν καὶ νῦν οἰκέουσι, αὐτίκα ναυτιλίῃσι μακρῇσι ἐπιθέσθαι· ἀπαγινέοντας δὲ φορτία Αἰγύπτιά τε καὶ Ἀσσύρια, τῇ τε ἄλλῃ χώρῃ ἐσαπικνέεσθαι, καὶ δὴ καὶ ἐς Ἄργος. Τὸ δὲ Ἄργος τοῦτον τὸν χρόνον προεῖχε ἅπασι τῶν ἐν τῇ νῦν Ἑλλάδι καλεομένῃ χώρῃ. Ἀπι-

---

Juillet p. 405 seq. ibiq. laud. Plin. H. N. VI, 23 p. 327 ibiq. Harduin. Videlicet in illo Alexandri itinerario illud nomen primum diserte inditum mari Erythraeo."

ἀπικομένους ἐπὶ τήνδε τὴν θάλασσαν] *Hocce mare* Nostro dicitur mare *mediterraneum*. Exposuerunt Schweighaeuser. ad Appian. Prooem. I. Vol. III p. 110, et alii, quos laudat Wyttenbach. Selectt. Histor. p. 345.

αὐτίκα ναυτιλίῃσι μακρῇσιν ἐπιθέσθαι] i. e. „*continuo navigationibus longinquis operam dedisse*," ut recte interpretatur Schweigh. Quae sequuntur verba *ἀπαγινέοντας δὲ φορτία Αἰγύπτιά τε καὶ Ἀσσύρια*, satis declarant, quam mature iam Phoenices et Assyriam et Aegyptum cognoverint atque commercium cum his terris instituerint. Quibus etiam Babylonem adnumerandam esse, testatur tum ipsius vocis usus vel potius confusio (de qua cf. not. ad I, 192) tum sacra scriptura, ita ut praecipuum Phoenicum commercium cum Babylone fuisse iure ponat Heeren. Ideen I, 2 p. 125 sqq. coll. 118.

τὸ δὲ Ἄργος — προεῖχε ἅπασι τῶν ἐν τῇ νῦν Ἑλλάδι καλεομένῃ χώρῃ] i. e. „*Argos vero — omnibus rebus eminuit inter urbes eius terrae, quae nunc Graecia appellatur.*" Ubi ad *τῶν* ex sententiae nexu supplendum *πόλεων*, quod ipsum addidit Eustath. ad Dionys. Perieg. p. 76, 1 et *ἅπασι* pro dativo rei accipiendum, *quâ* scilicet haecce urbs excelluerit. Vid. Matth. Gr. Gr. §. 400, 7. p. 732 et, quem Cr. laudat, Wunderlich. Observatt. Aeschyll. p. 75. Qui idem Cr. ad verba *ἐν τῇ νῦν Ἑλλάδι καλεομένῃ χώρῃ* comparat Thucyd. I, 2 *φαίνεται γὰρ ἡ νῦν Ἑλλὰς καλεομένη*.

τῇ τε ἄλλῃ χώρῃ ἐσαπικνέεσθαι] Hoc in loco vocula *χώρῃ* auctoritate cod. Par. delenda videtur Schaefero ad Demosth. T. II p. 165 ob locum similem III, 61. Addit Matth. II, 116, qui idem in Grammat. §. 402, c. p. 736 hunc locum laudat ob dativi usum post verba cum *εἰς* composita. Nos libris invitis nihil mutavimus.

ἀπικομένους δὲ τοὺς Φοι-

κομένους δὲ τοὺς Φοίνικας ἐς δὴ τὸ Ἄργος τοῦτο, διατίθεσθαι τὸν φόρτον. πέμπτῃ δὲ ἢ ἕκτῃ ἡμέρῃ ἀπ' ἧς ἀπίκοντο, ἐξεμπολημένων σφι σχεδὸν πάντων, ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν θάλασσαν γυναῖκας, ἄλλας τε πολλὰς, καὶ δὴ καὶ τοῦ βασιλέος θυγατέρα· τὸ δέ οἱ οὔνομα εἶναι, κατὰ τὠυτὸ τὸ καὶ Ἕλληνες λέγουσι, Ἰοῦν τὴν Ἰνάχου. Ταύτας στάσας κατὰ πρύ-

---

νικας — διατίθεσθαι τὸν φόρτον] διατίθεσθαι est hic *venum exponere et vendere*. Laudat Cr. hanc in rem: „Dorv. ad Charit. p. 362 ed. Lips. coll. Toup. Emendatt. in Suidam T. III p. 531. Wyttenbach. ad *Plut.* Quaestt. Graec. p. 68.“ Add. Vömel. ad Demosthen. Phill. pag. 87.

καὶ δὴ καὶ τοῦ βασιλέος θυγατέρα] Constanter et hic et alibi (I, 94. II, 102 etc.) cum Gaisf. scripsimus βασιλέος pro βασιλῆος. Tu cf. Fischer. ad Weller. I p. 408. Ante θυγατέρα articulum τὴν a quibusdam contra librorum auctoritatem intrusum abiecimus.

τὸ δέ οἱ οὔνομα εἶναι — Ἰοῦν τὴν Ἰνάχου] Ad Ἰοῦν, quae accusativi est forma, cf. Fischer. ad Weller. I p. 411. 412. Addit Cr. Schaef. Melet. crit. I p. 93 coll. ad Gregor. Corinth. p. 427. Verba τὴν Ἰνάχου primus Valcken. male addita insiticiaque habuit, accedente posthac Larchero (Chronol. Herod. p. 313 [X, 2]), Reizio (Praef. p. XXI sq.), aliis. Etenim Pausaniae locus potissimum illos ad hanc sententiam perduxit, II, 16 §. 1 Ἰὼ μὲν οὖν Ἰάσου θυγάτηρ, εἴτε ὡς Ἡρόδοτος ἔγραψεν, εἴτε καθ' ὃ λέγουσιν Ἕλληνες, ἐς Αἴγυπτον ἀφικνεῖται. Sed Valckenario Schweigh. recte opposuit librorum auctoritatem, qui ad unum omnes haec verba retinent, quibusque accedit Plutarchi et Libanii testimonium itidem haec verba citantium. Accuratius, monente *Cr.*, locum excussit F. A. Wolfius in Analectt. litt. IV p. 540 sqq., qui variis VV. DD. de h. l. sententiis relatis, ipse quid senserit, haud diserte indicavit quidem, minime tamen, si quid video, haec Herodoti verba continuo eiicienda esse docuit. Quae eadem merito retineri vult Raoul-Rochette Hist. de l'Etablissem. d. Colon. Grecq. I p. 147 sq., qui vel hanc ob causam necessaria habet verba τὴν Ἰνάχου, ut *Io*, cuius nomen pluribus regiae stirpis mulieribus commune, ab aliis accuratius dignoscatur. Nec quidquam viri docti, qui his in verbis offendunt, respexisse videntur, quemadmodum in talibus omnino variare soleat fabula. De qua conferri iubet Creuz. Apollod. II, 1, 3 ibiq.

μνην τῆς νηὸς, ὠνέεσθαι τῶν φορτίων, τῶν σφι ἦν θυμὸς μάλιστα· καὶ τοὺς Φοίνικας διακελευσαμένους 6ὁρμῆσαι ἐπ' αὐτάς. τὰς μὲν δὴ πλεῦνας τῶν γυναικῶν ἀποφυγέειν, τὴν δὲ Ἰοῦν σὺν ἄλλῃσι ἁρπασθῆναι. ἐσβαλομένους δὲ ἐς τὴν νέα, οἴχεσθαι ἀποπλέοντας

2 ἐπ' Αἰγύπτου. Οὕτω μὲν Ἰοῦν ἐς Αἴγυπτον ἀπι-
Europa 1562. Medea 1349. κέσθαι λέγουσι Πέρσαι, οὐκ ὡς Φοίνικες· καὶ τῶν 2ἀδικημάτων τοῦτο ἄρξαι πρῶτον. Μετὰ δὲ ταῦτα, Ἑλλήνων τινὰς (οὐ γὰρ ἔχουσι τοὔνομα ἀπηγήσασθαι) φασὶ τῆς Φοινίκης ἐς Τύρον προσχόντας, ἁρπά-

---

Heyn. Itaque vulgatae recte patrocinatus esse nobis videtur Buttmann. Mus. Antiqq. Studior. II p. 312 — 383, qui glossam, quam suspicatur Valckenar., certe antiquissimam vixque explicandam, quo scilicet modo in textum irrepserit, iudicat. Quod alius vetus grammaticus profert Ἰναχοῦν (cf. Creuz. ad Plotin. de pulcrit. p. LXXXII), id inauditum censemus vocabulum cum Wolfio l. l.

τῶν σφι ἦν θυμὸς μάλιστα] Scripsimus σφι pro σφιν cum Schweigh. et Gaisf. ut mox quoque ἐσβαλομένους pro ἐσβαλλομένους. Ad argumentum insignis locus, ex quo vitae genus antiquum Phoenicumque mores atque commercium cum Graecis institutum cognoscantur. Quibuscum egregie conveniunt, quae Eumaeus apud Homerum Odyss. XV, 402 sq. sibi puero accidisse enarrat. Vid. Heeren. Ideen etc. I, 2 p. 62 sq.

Cap. II.

οὐκ ὡς Φοίνικες] Sic retinuimus potissimum propter ea, quae c. 5 leguntur. Schweigh. atque Gaisf. haud invitis quibusdam libris rescripserunt Ἕλληνες, quod Pausaniae testimonio utique probari posset, modo illud tanti faciendum. Matthiae bene retinuit Φοίνικες idemque quam maxime retineri vult Censor in Ephem. Ienenss. 1817 nr. 163 pag. 368.

ἐς Τύρον προσχόντας] προσχόντας omnes libri Herodotei. Rescripsit Schweigh. προσσχόντας, duplicata litera, cum descendat a verbo προσέχειν. Sed librorum omnium auctoritatem tuetur Grammat. Graecus (Gregor. Corinth. p. 680 ed. Schaef.), vulgatam formam propter euphoniam in usu fuisse docens. Hinc cum Gaisf. retinuimus προσχόντας, ut infra I, 86. II, 136 fin. 182. Cum eodem dedi βασιλέος pro βασιλῆος. Ad ipsam narrationem Cr. citat C. O. Müller. in Orchom. p. 114, qui, cum

σαι τοῦ βασιλέος τὴν θυγατέρα Εὐρώπην. (εἴησαν δ' ἂν οὗτοι Κρῆτες.) ταῦτα μὲν δὴ ἴσα σφι πρὸς ἴσα γενέσθαι. Μετὰ δὲ ταῦτα, Ἕλληνας αἰτίους τῆς

---

vetustissimi poëtae Europam simpliciter Phoenicis filiam appellent, Herodotum vult pro historiae ratione (historisirend) primum patri regis nomen indidisse. Est utique fabula de Europa, quam Iuppiter sub tauri specie rapuisse fertur, celebratissima nec minus ad religionem quam ad historiam antiquissimam pertinens. De qua idem Cr. nos amandat ad Böttigerum *(Ideen zur Kunstmythologie* p. 307 sqq.), qui *hacce* fabula nihil aliud nisi colonias in Cretam insulam a Phoenicibus deductas significari contendit. Pluribus postea in fabulam de Europae raptu inquisivisse video Hoeck. in Creta I p. 83 sqq., ad commercium Phoenicum religionesque ab illis Graeciae illatas potissimum respicientem. Inter veteres, qui fabulam explicare studuerunt, primo loco ille ponit Herodotum, quem tamen internam fabulae rationem minus perspexisse contendit („er fasste den Mythus höchst äusserlich") non alio fere modo, quam quo posteriores scriptores vel a parasemo tauri vel a raptore, cui nomen Taurus, fabulae origines repetierint. Equidem tamen malim iis accenseri, qui cum Herodoto minus perspicaces sunt, quam qui de huiusmodi rebus historiae patre verius se statuere posse opinentur.

εἴησαν δ' ἂν οὗτοι Κρῆτες] Haud sine consilio haec addidisse videtur pater historiae, cum prisco admodum aevo Cretenses, calliditate ac versutia postmodo infames, re nautica inter reliquas Graeciae gentes excelluisse constet. Quam in rem Cr. citat Thucyd. I, 4 atque proverbium *ὁ Κρὴς δὲ τὸν πόντον*, cuius rationes exposuit Schol. Aristidis nuper vulgatus a Frommelio p. 185 sq., coll. Erasm. Adagg. p. 653. Alia de Cretensium *θαλασσοκρατίᾳ* ad Ephorum citavit Marxius in fragm. p. 162. — De optativi usu addita particula *ἂν* (*sie möchten vielleicht*) cf. Matth. §. 514, 2 p. 977.

ταῦτα μὲν δὴ ἴσα σφι πρὸς ἴσα γενέσθαι] In ordine verborum iure secuti sumus Schw. et Gaisf. Vir doctus quidam in Ephem. Ienenss. 1817 nr. 163 p. 362 mavult pristinum verborum ordinem retineri: *ἴσα πρὸς ἴσα σφι*, ne scilicet proverbialis locutionis quae sit forma (der sprüchwörtliche Schein) intereat. Confert Wessel. infra IX, 48: *ἴσοι πρὸς ἴσους ἀριθμὸν μαχεσόμεθα*, aliosque Sophoclis locos, Antig. 146. Philoct. 695. Ut enim in sententiis haud raro inter utrumque scriptorem convenit, de quo nuper

δευτέρης ἀδικίης γενέσθαι. καταπλώσαντας γὰρ μακρῇ νηΐ ἐς Αἶάν τε τὴν Κολχίδα καὶ ἐπὶ Φᾶσιν ποταμὸν, ἐνθεῦτεν, διαπρηξαμένους καὶ τἄλλα τῶν εἵνεκεν ἀπίκατο, ἁρπάσαι τοῦ βασιλέος τὴν θυγα-

---

monuit Heyse Quaestt. Herodd. p. 67, ita in ipsis adeo verbis singulis atque locutionibus idem quodammodo valere videtur. cf. Herod. I, 8, 32.

καταπλώσαντας γὰρ μακρῇ νηΐ κ. τ. λ.] Longae naves Graecis plerumque bellicae erant, rotundae commercio inserviebant. Longa nave primus usus fuisse fertur Iason (Plin. Hist. Nat. VII, 56) in Argonautarum expeditione. Qua tamen heroica aetate ac vel postea longis navibus etiam in re mercatoria Graecos usos esse videmus. Vid. infra I, 163 et quae ad Olymp. Comment. in Plat. Alcib. p. 71 notavit Cr.

ἐς Αἶάν τε τὴν Κολχίδα καὶ ἐπὶ Φᾶσιν ποταμὸν] Vix sufficient, quae, laudante Cr., Heyne in Observv. ad Apollod. I, 9, 24 fine pag. 85 notavit de voce αἶα, i. e. γαῖα, unde fictum videatur et urbis nomen in Colchide et Αἰαῖος pro *Colchicus* et Circe *Aeaea* eiusdemque insula Αἰαίη. Plinius Hist. Nat. VI, 4 urbem nominat *Aeam* iuxta Phasin fluvium, quam urbem regiam describit Apollon. Rhod. III, 213 sqq. atque Diod. IV, 48 ibiq. Wessel. Antiquam Colchorum urbem, ubi regis sedes fuerat, *Sybarim* hic appellat, quocum Cr. confert Marsham. Chronic. p. 382. Sed propius huc eodem monente spectant, quae in schol. ad Apollon. Rhod. II, 417 leguntur: ἡ Αἶα, πόλις τῆς Κολχίδος· αὕτη ἐπ' ἐσχάτοις κεῖται τῆς οἰκουμένης. Ἄλλοι δὲ τὴν γῆν τῆς Κολχίδος ἰδίας αἶαν καλεῖσθαι λέγουσιν, aut secundum scholia Paris.: ἡ δὲ Αἶα ἐνταῦθα ἢ τὴν γῆν ἁπλῶς σημαίνει ἢ ἰδίως τὴν Κολχίδα γῆν οὕτως ἐκάλουν. οἱ δὲ καὶ πόλιν ἔφασαν Κολχίδα τὴν Αἶαν. Et ad IV, 1074 in scholiis prius editis legimus Αἰαίαν insulam in Phaside, ubi vellus aureum reconditum fuerit, eandemque Colchorum metropolin. Addit denique Cr. C. O. Müller., qui in Orchom. p. 274 apte monuit, Αἶα cum sit vocula latissimae notionis, quae remotissimam quamque terram minusque cognitam designet et ad priscam fabulosamque aetatem maxime pertineat, a patre historiae additum esse Κολχίδα, quod vocabulum, cum Homerus, Hesiodus, alii, ignorent, post demum invaluerit, consulto hic adiectum, quo latioris vocis vim accuratius definiat.

ἀπίκατο] De hac plusquamperfecti forma alibi quoque obvia (IV, 140 VII, 153 etc.) praeter Schweigh. ad h. l. vid. Matth. §. 204, 6 p. 377.

τέρα Μηδείην. πέμψαντα δὲ τὸν Κόλχον ἐς τὴν
5 Ἑλλάδα κήρυκα, αἰτέειν τε δίκας τῆς ἁρπαγῆς, καὶ ἀπαιτέειν τὴν θυγατέρα. τοὺς δὲ ὑποκρίνασθαι, ὡς οὐδὲ ἐκεῖνοι Ἰοῦς τῆς Ἀργείης ἔδοσάν σφι δίκας
3 τῆς ἁρπαγῆς, οὐδὲ ὦν αὐτοὶ δώσειν ἐκείνοισι. Δευ- Helenae 1280.
τέρῃ δὲ λέγουσι γενεῇ μετὰ ταῦτα Ἀλέξανδρον τὸν Πριάμου, ἀκηκοότα ταῦτα, ἐθελῆσαί οἱ ἐκ τῆς Ἑλλάδος δι' ἁρπαγῆς γενέσθαι γυναῖκα, ἐπιστάμενον πάν- 3
2 τως ὅτι οὐ δώσει δίκας· οὔτε γὰρ ἐκείνους διδόναι. οὕτω δὴ ἁρπάσαντος αὐτοῦ Ἑλένην, τοῖσι Ἕλλησι δόξαι, πρῶτον πέμψαντας ἀγγέλους, ἀπαιτέειν τε Ἑλένην, καὶ δίκας τῆς ἁρπαγῆς αἰτέειν. τοὺς δὲ, προϊσχομένων ταῦτα, προφέρειν σφι Μηδείης τὴν ἁρ-

---

πέμψαντα δὲ τὸν Κόλχον] i. e. *Colchorum regem*, noto dicendi genere Nostroque admodum familiari, ut I, 80. III, 7 etc. [Quam breviloquentiam adoptavit etiam Xenophon Cyrop. I. 1. 4 ὁ *Σκύθης* et ὁ *Θρᾷξ*. Cr.] Inde priorem lectionem τὸν *Κόλχων βασιλῆα*, quae glossam sapit, merito reiecerunt nuperrimi editores.

Cap. III.

δευτέρῃ δὲ λέγουσι γενεῇ μετὰ ταῦτα Ἀλέξανδρον τὸν Πριάμου κ. τ. λ.] Valet hic locus egregie ad tempus definiendum, quod Argonautarum inter expeditionem bellumque Troianum intercesserit. Quod quadraginta fere annorum esse ponit, laudante Cr., C. O. Müller. in Orchom. p. 306, Larcherum (T. VII p. 351) reprehendens, qui cum sexaginta statuerit annos, duas plenas hic sumserit generationes. Collocat scilicet Argonautarum expeditionem 1350 a. Ch. n., bellum Troicum 1290 a. Chr. De tempore *γενεῶν* cf. I, 7. II, 142.

δι' ἁρπαγῆς γενέσθαι κ. τ. λ.] i. e. „*voluisse sibi e Graecia per rapinam comparare feminam.*“ Dictionem satis illustrant a Viger. p. 585 prolata.

οὔτε γὰρ ἐκείνους διδόναι] Sunt qui malint *οὐδέ*; ut Werfer. in Actis phill. Monacc. I. 2. p. 261: „nam *ne* illos *quidem* dedisse“ quemadmodum supra cap. 2 fin. Nos cum aliis interpretamur *οὔτε* eo sensu, quo *καὶ γὰρ οὐ*: „*nec enim* illos dedisse.“ — In seqq. *πέμψαντας* dixit, structura mutata pro *πέμψασι*, de quo vid. nott. ad I, 19.

τοὺς δὲ, προϊσχομένων ταῦτα, προφέρειν σφι Μηδείης

παγήν· ὡς οὐ δόντες αὐτοὶ δίκας, οὐδὲ ἐκδόντες
ἀπαιτεόντων, βουλοίατό σφι παρ' ἄλλων δίκας γίνε-
4 σθαι. Μέχρι μὲν ὦν τούτου ἁρπαγὰς μούνας εἶναι
παρ' ἀλλήλων· τὸ δὲ ἀπὸ τούτου, Ἕλληνας δὴ με-
γάλως αἰτίους γενέσθαι. προτέρους γὰρ ἄρξαι στρα-
τεύεσθαι ἐς τὴν Ἀσίην, ἢ σφέας ἐς τὴν Εὐρώπην.
τὸ μέν νυν ἁρπάζειν γυναῖκας, ἀνδρῶν ἀδίκων νο-

Utri auctores iniuriarum, Graeci an Asiae populi.

τὴν ἁρπαγήν] i. e. *illos vero* (Troianos), *cum hi* (Graeci) *ea proferrent*, *iisdem exprobrasse Medeae raptum.* Haud infrequens dicendi genus, ubi dativi loco genitivum participii absolutum, quem dicunt, invenimus, (illos vero *his*, *postulata proferentibus*, raptum Medeae exprobrasse). Non aliter mox ἀπαιτεόντων. Vid. quae dixi in Creuz. Melett. III p. 80 not. et ad Plut. Flamin. VIII p. 97. Alia laudavit Schweigh. ad h. l. Citat denique h. l. Matth. §. 563 p. 1110 ob genitivum absolutum participii, omisso substantivo. De verbi significatione (προϊσχομένων) omnia, monente Cr., congesta sunt in nova edit. Stephan. thesaur. I p. 1363. Ad alterum verbum προφέρειν sc. τί τινι (*obiicere alicui aliquid*, *exprobrare*) Idem citat Lennep. ad Phalarid. Epist. 107 p. 311.

ὡς οὐ δόντες αὐτοὶ δίκας κ. τ. λ.] Haec verba proxime connectenda cum antecedentibus, hoc fere sensu: „*cum, qui* „*ipsi* (Graeci) *non pro iure satisfecissent neque exposcentibus* „*illam* (Medeam) *reddidissent*, „*nunc ab aliis sibi satisfieri* „*vellent.*"

Cap. IV.

μέχρι μὲν ὦν τούτου] Quidam libri τούτων, alii rectius τούτου, quos cum Schw. et Gaisf. secuti sumus, commate deleto post τούτου. Similem quandam confusionem ad Plut. Flam. p. 100 notavimus.

τὸ μέν νυν ἁρπάζειν γυναῖκας κ. τ. λ.]. i. e. „*Et mulieres quidem rapere, sibi videri* (aiunt sc. Persae) *iniustorum virorum esse facinus; raptarum vero ultionem studiose persequi*, *amentium; nullam tamen raptarum curam habere*, *prudentium.*" In his verbis retinuimus ὤρην, cum vulgo esset ὥρην, quod etiam Excerptum habet in Cod. Palat., cuius varias lectiones vid. ad calcem Commentt. Herodott. Creuzeri. Idem vocabulum infra III, 155. IX, 8. Adde Etymol. mag. p. 448, 45. Est enim ὤρη Ionibus ut ὥρα veteribus Atticis *cura*, explicaturque φροντίς (v. c. apud Hesiod. Ἔργ. 30), neque apud posterae aetatis scriptores usquam invenitur. Vid. Valcken. ad Herod. III, 155.

μίξειν ἔργον εἶναι· τὸ δὲ ἁρπασθεισέων σπουδὴν ποιήσασθαι τιμωρέειν, ἀνοήτων· τὸ δὲ μηδεμίαν ὤρην ἔχειν ἁρπασθεισέων, σωφρόνων. δῆλα γὰρ δὴ, ὅτι, εἰ μὴ αὐταὶ ἐβουλέατο, οὐκ ἂν ἡρπάζοντο. σφέας μὲν δὴ, τοὺς ἐκ τῆς Ἀσίης, λέγουσι Πέρσαι, ἁρπαζομενέων τῶν γυναικῶν λόγον οὐδένα ποιήσασθαι· Ἕλληνας δὲ Λακεδαιμονίης εἵνεκεν γυναικὸς στόλον μέγαν συναγεῖραι, καὶ ἔπειτα ἐλθόντας ἐς τὴν Ἀσίην, τὴν Πριάμου δύναμιν κατελεῖν. ἀπὸ τούτου αἰεὶ ἡγή-

---

Hinc quoque μηδεμίην ὤρην ἔχειν s. ποιεῖσθαι vertere licet: *rem parvi* s. *nihili pendere*, unde haud multum significatione distat, quod *infra legimus*: λόγον οὐδένα ποιήσασθαι. Cf. *Gloss.* Herod. et quae addit *Creuz.*: „Klotz. ad Tyrtaei Carmm. p. 14. Hesych. II p. 1593 ed. Alberti." Hinc, eodem *Cr.* monente, ὠρεύειν i. e. φυλάσσειν, verbum rarius, eruit Ruhnken. in Epist. critic. p. 100. Add. F. A. Wolf. ad Hesiod. Theog. vs. 903 p. 133.

τὸ δὲ ἁρπασθεισέων σπουδὴν ποιήσασθαι τιμωρέειν] Pendet infinitivus τιμωρέειν a σπουδὴν ποιήσασθαι, cuius generis exempla tum ex Herodoto (I, 35. 59) tum ex aliis scriptoribus adponit Schaef. ad Sophocl. Electr. 343, ex omissa particula ὥστε hunc usum explicans. Rectius, opinor, ad ea referes, quae monuit Matth. Gr. Gr. §. 531. ἁρπασθεισέων erit genitivus absol. eius generis, qualem ad I, 3. notavimus.

δῆλα γὰρ δὴ, ὅτι εἰ μὴ αὐταὶ ἐβουλέατο κ. τ. λ.] i. e. „*manifestum enim esse* (dicunt) sc. Persae), *nisi ipsae* (sc. feminae illae rapi) *voluissent, eas non raptas fuisse.*" Quod quidem ex Persarum narratione retulit Scriptor, qui tamen haud scio an suam ipsius sententiam simul declarare voluerit. In seqq. ad vocem στόλον *Cr.* adscribit Lex. Xenoph. IV, 95 et Schol. Apoll. Rhod. I, 704 στόλος δέ ἐστιν ἐπὶ πρᾶξιν τινὰ πορευόμενον πλῆθος εἴτε ἐπὶ νεῶν, εἴτε καὶ πεζῇ· καὶ σχεδὸν ἐπὶ πάσης ὁρμῆς καὶ μείζονος παρασκευῆς.

τὴν Πριάμου δύναμιν κατελεῖν] Nescio quo iure Siebelis ad Paus. I, 4 §. 1 hunc locum citans, afferat κατελέειν [ex Schaeferi editione maiori. *Cr.*]. Nullo enim in libro, quantum scio, haecce forma invenitur. Verbum hac notione (*evertendi*) Pausaniae inde quam maxime frequentatum idem notat Siebelis.

ἀπὸ τούτου αἰεὶ ἡγήσασθαι τὸ Ἑλληνικὸν κ. τ. λ.] ἀπὸ

σασθαι τὸ Ἑλληνικὸν σφίσι εἶναι πολέμιον. Τὴν γὰρ Ἀσίην καὶ τὰ ἐνοικέοντα ἔθνεα βάρβαρα οἰκειεῦνται οἱ Πέρσαι, τὴν δὲ Εὐρώπην καὶ τὸ Ἑλληνικὸν ἥγηνται κεχωρίσθαι.

Ilium eversum a. 1270. De Io alia narratio Phoenicum.

5 Οὕτω μὲν Πέρσαι λέγουσι γενέσθαι, καὶ διὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν εὑρίσκουσι σφίσι ἐοῦσαν τὴν ἀρχὴν

τούτου i. e. *ab eo inde tempore*, ubi vulgo supplent χρόνου. Vid. modo Lambert. Bos. De Ellips. L. Gr. p. 546 sq. Literulam τ' ante αἰεὶ invitis libris a quibusdam insertam cum Schweigh. et Gaisf. cieci, quos eosdem secutus dedi σφισι pro σφισιν s. σφι.

τὴν γὰρ Ἀσίην καὶ τὰ ἐνοικέοντα ἔθνεα βάρβαρα οἰκειεῦνται οἱ Πέρσαι] De forma οἰκειεῦνται cf. ad I, 94. Expressit Schw. haec ita: „*ad se pertinere autumant Persae.*" Wessel.: „*Persae suum esse ferebant, sibique omnem Asiam, armorum iure a maioribus occupatam, vindicabant.*" Idem haec Nostri verba disertius declarant IX, 116: „τὴν Ἀσίην πᾶσαν νομίζουσι ἑωυτῶν Πέρσαι εἶναι καὶ τοῦ αἰεὶ βασιλεύοντος." Et faciunt huc ea quoque verba, quae supra leguntur addita: σφέας μὲν δή, τοὺς ἐκ τῆς Ἀσίης, λέγουσι. Est vero haec primaria quasi sententia ad orientalium istiusmodi regnorum rationes intelligendas adeoque Persici regni conditionem perspiciendam; quippe ad quam omnia referri debeant regni instituta ac principum consilia, notante Heerenio, Ideen etc. I, 1 p. 476, atque etiam Creuzero, qui admonet anni 1281 quo Troia obsessa fertur, et 559, quo anno Cyrus Persarum rex. Cuius similia consilia eandemque regni indolem cum reperiamus, haud scio an eius regnum haud prorsus novum existimari, quam potius continuatum e priori dici queat, mutato tantum rege sive principe summo. De quo tamen ipso disputare longum est; vid. quae disserui ad Ctesiae fragg. p. 86 sqq. Faciunt fortasse huc ea, quae de Nini regno enarrat Diodor. II init. quod simul Asiae minoris regiones, Troadem, Phrygiam, alia, complexum fuerit. Quibuscum Cr. coniungit Plat. de Legg. p. 685, C. s. p. 296 Bekk.

ἥγηνται κεχωρίσθαι] Perfecto ut praesente fere Noster utitur; quod non fugit Matth. Gr. Gr. §. 505. III p. 959. De plusquamperfecti usu pro imperfecto cf. I, 79.

Cap. V.

οὕτω μὲν Πέρσαι λέγουσι γενέσθαι καὶ διὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν κ. τ. λ.] Quod insigne

2τῆς ἔχθρης τῆς ἐς τοὺς Ἕλληνας. Περὶ δὲ τῆς Ἰοῦς
3οὐκ ὁμολογέουσι Πέρσῃσι οὕτω Φοίνικες. οὐ γὰρ
ἁρπαγῇ σφέας χρησαμένους λέγουσι ἀγαγεῖν αὐτὴν
ἐς Αἴγυπτον, ἀλλ' ὡς ἐν τῷ Ἄργεϊ ἐμίσγετο τῷ ναυ-
κλήρῳ τῆς νηός· ἐπεὶ δὲ ἔμαθεν ἔγκυος ἐοῦσα, αἰ-
δεομένη τοὺς τοκέας, οὕτω δὴ ἐθελοντὴν αὐτὴν τοῖσι
4Φοίνιξι συνεκπλῶσαι, ὡς ἂν μὴ κατάδηλος γένηται.
5ταῦτα μέν νυν Πέρσαι τε καὶ Φοίνικες λέγουσι. Ἐγὼ
δὲ περὶ μὲν τούτων οὐκ ἔρχομαι ἐρέων ὡς οὕτως
ἢ ἄλλως κως ταῦτα ἐγένετο· τὸν δὲ οἶδα αὐτὸς πρῶ-
τον ὑπάρξαντα ἀδίκων ἔργων ἐς τοὺς Ἕλληνας,

---

de Ilio revera a Graecis capto testimonium confirmant alii quoque *Nostri loci: II*, 116 sqq. VII, 43, 161. IX, 27. Mox in verbis *οὐ γὰρ ἁρπαγῇ σφέας χρησαμένους λέγουσι κ. τ. λ.* Accusativi cum infinitivo structuram praetulit Noster, loco nominativi cum infinitivo, ut I, 34. 171, alibi.

ἀλλ' ὡς ἐν τῷ Ἄργεϊ ἐμίσγετο τῷ ναυκλήρῳ τῆς νηός] *Ἄργεϊ* (pro *Ἄργει*) scripsimus cum Schw. et Gaisf. — *Μίσγεσθαι* hic de femina usurpatur aliter atque Grammatici docent, qui de viro dici contendunt. Laudat *Cr.*: Homer. Hymn. in Mercur. 4 ibiq. Ernest. et Matth. Animadv. ad Hym. Hom. p. 209.

ἐπεὶ δὲ ἔμαθεν ἔγκυος ἐοῦσα] i. e. *cum se gravidam esse sensisset*. Vid. Matth. Gr. Gr. §. 548 p. 1074.

ἐθελοντὴν αὐτὴν τοῖσι Φοίνιξι συνεκπλῶσαι] Laudat *Cr.* locum Eustath. ad Odyss. I, 431 pag. 71 supra ed. Basil., ubi est *συνεκπλεῦσαι*, formâ Nostro utique non inusitata; sed alteram formam magis frequentatam iure praetulerunt Schw., alii. De sermonis quadam abundantia (si modo ea est) in verbis *ἐθελοντὴν αὐτήν*, idem *Cr.* laudat Schaef. ad Sophocl. Trach. v. 1127, p. 342 Lips.

ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τούτων οὐκ ἔρχομαι ἐρέων] *ἔρχομαι ἐρέων* antiquo dicendi genere dixit, quo significatur, *nunc, hoc ipso temporis momento aliquid indicatum, expositum iri.* Imitatus est Pausan. X, 19 §. 2, ubi vid. Siebelis, itemque Lucianus, alii, quos laudat C. Fr. Hermann. ad Lucian. Quomodo Hist. conscrib. cap. 18 p. 125.

τὸν δὲ οἶδα — τοῦτον σημήνας] *τὸν* i. e. *ὃν*, cui respondet *τοῦτον*. Plurima exempla ex Herodoto collegit Struve Specim. Quaestt. de dialect. Herodot. pag. 28 seq.

τοῦτον σημήνας, προβήσομαι ἐς τὸ πρόσω τοῦ λόγου,4 6ὁμοίως μικρὰ καὶ μεγάλα ἄστεα ἀνθρώπων ἐπεξιών. τὰ γὰρ τὸ πάλαι μεγάλα ἦν, τὰ πολλὰ αὐτῶν σμικρὰ γέγονε· τὰ δὲ ἐπ' ἐμοῦ ἦν μεγάλα, πρό-7τερον ἦν σμικρά. τὴν ἀνθρωπηΐην ὦν ἐπιστάμενος εὐδαιμονίην οὐδαμὰ ἐν τὠυτῷ μένουσαν, ἐπιμνήσομαι ἀμφοτέρων ὁμοίως.

6 *Κροῖσος ἦν Λυδὸς μὲν γένος, παῖς δὲ Ἀλυάττεω,*

Primus e barbaris Croesus, Lydiae rex ab a. 560, Graecos Asiaticos tributarios fecit.

τοῦτον σημήνας, προβήσομαι ἐς τὸ πρόσω τοῦ λόγου] *προβήσομαι* reduximus, cum *παραβήσομαι*, quod Reizio debemus, codicum auctoritate careat. Similis confusio, laudante Cr., in Nicolao Methonensi nuper vulgato p. 168 ed. Vömel. Mox omnes libri praebent *μικρά*, cum reliquis locis exstet *σμικρά*. Illud retinuit Gaisf., quem secuti sumus, Matthiae cum reliquis editt.: *σμικρά*; illud adnotans, videri sibi Herodotum semper scripsisse *μικρός* post verba in *σ* exeuntia. Mox dedimus *τὸ πάλαι*. Vulgo male *τοπάλαι*. Ad argumentum ipsum si spectamus, candidum inde apparet ac simplex Nostri studium veri, quo ductus nullam rem, vel eam, quae levissima videretur, praetermitteret accuratissimeque referret, quaecunque ad propositum facere viderentur. Quod merito laudat Dahlmann. in Herod. p. 177. Nam haec verba adumbrationem quasi totius operis continent, paucisque universum Nostri consilium in historia nunc exponenda declarant. Ubi Cr. conferri iubet Plat. de Legg. III p. 676. (s. p. 278 Bekk.) Add. Iäger. Disputt. Herodd. (Gotting. 1828) pag. 49.

τὰ δὲ ἐπ' ἐμοῦ ἦν μεγάλα] i. e. *quae mea aetate* magna fuerant, antea parva fuerunt. Dictionem *ἐπ' ἐμοῦ* *mea aetate*, *mea memoria* satis illustrat Fischer. ad Well. III, 6 p. 228. Tu cf. Herod. VIII, 44.

τὴν ἀνθρωπηΐην ὦν ἐπιστάμενος εὐδαιμονίην κ. τ. λ.] i. e. „*persuasum igitur habens, humanam felicitatem neutiquam eodem loco manere, utrarumque perinde faciam mentionem.*“

Cap. VI.

Κροῖσος ἦν Λυδὸς μὲν γένος κ. τ. λ.] Male quidam *τὸ γένος*; nos secuti sumus Schweigh. et Gaisf. In seqq. (quae laudat Ammonius voce *τύραν*. pag. 138) vocem *τύραννος* accipe eo sensu, quo omnino *regem* indicat, nec apud poetas unice sic usurpatur. Conf. quae Creuz. disputavit in fragm. hist. p. 151. 234, qui nunc addit Eustath. ad Odyss. XVIII p. 658 lin. 30 ed. Bas. et Sestini in libro, qui inscribitur Descrizion. degli Stateri

τύραννος δὲ ἐθνέων τῶν ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ· ὃς ῥέων ἀπὸ μεσαμβρίης μεταξὺ Σύρων καὶ Παφλαγόνων, ἐξίει πρὸς βορῆν ἄνεμον ἐς τὸν Εὔξεινον κα-

---

antichi pag. 18. Idem denique monet, antiquum Lydorum τυράννου nomen fuisse Λαΐλας, teste Hesychio s. v. et Suida s. v. coll. Iablonski Diss. de lingua Lycaon. in Opuscc. III p. 88. Equidem nunc lectorem ablego ad copiosam de *tyranni* voce eiusque notione disputationem Eberti in Diss. Sicull. p. 55 sq.

— τῶν ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ· ὃς ῥέων ἀπὸ μεσαμβρίης μεταξὺ Σύρων καὶ Παφλαγόνων] Apud Arrian. (Peripl. Pont. Euxin. p. 17) cum legamus, Halyn non a meridie (ut Herodotus tradit), sed a solis ortu labi, duos fuisse cognomines fluvios, alterum influentem in alterum, alterum ab oriente decurrentem, alterum a meridie, post Danvillium statuit Larcher. Quae tamen iustis rationibus carere, cum unus modo sit Halys fluvius a meridie, ut Herod. enarrat, delabens, posuit Rennelius System. d. Geogr. Herod. p. 467 ed. vernac. Facit huc inprimis Nostri locus I, 72, ubi fluvii, qui nunc vocatur *Hisil-Irmak*, cursus indicatur. Iam quae illic sunt τὰ κάτω τῆς Ἀσίης, eadem h. l. dicuntur τὰ ἐντὸς Ἅλυος i. e. ea Asiae minoris pars, quae ab Halye occidentem versus sita est, Herodoto, Graeco homini eique Halicarnassensi utique *intra* Halyn visa, extra quem Asia incipit superior. *Syros* quos appellat Noster, alias vulgo dicuntur *Cappadoces*, teste ipso Herod. I, 72, ubi tamen legitur Σύριοι. Vide ad h. l. notat. Cr. conferri iubet Wessel. Probab. c. 9.

ἐξίει πρὸς βορῆν ἄνεμ.] Variant libri, quorum alii ἐξίησι (ad vulgarem dicendi normam), alii ἐξήει unde apud Schaeferum ἐξιεῖ. Quod recepimus ἐξίει, ex ἐξιέει per syncopen formatum vult Schweigh. in not. ad I, 180. Var. Lectt. p. 127. Buttmann. (Gramm. mai. I p. 557 not. coll. 543) ἐξίει tertiam dicit praesentis personam a verbo ἐξίημι (pro ἐξίησι). Nec aliter Krebs. in Programm. Weilburg. ann. 1826 quo continentur quaedam ex familiari interpretatione Herod. p. 16. Supplendum vero: τὸ ὕδωρ vel simile quid, quod additum videmus in Nostri VII, 109: — ἐς τὴν ποταμοὶ δύο εἰσιεῖσι τὸ ὕδωρ. Cf. Lambert. Bos. de ellips. p. 504. Addit Cr. Apollonii Rhod. Scholiast. Paris. ad IV, 248: Ἑκαταῖος δὲ ἱστορεῖ μὴ ἐκδιδόναι εἰς τὴν θάλασσαν τὸν Φᾶσιν. et Fragm. Soph. p. 650 ed. Brunck. Sed in proximis verbis πρὸς βορῆν ἄνεμον abundantiam quandam orationis vidisse mihi videor, de qua idem Lambertus Bosius

πλεόμενον πόντον. Οὗτος ὁ Κροῖσος, βαρβάρων πρῶτος, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, τοὺς μὲν κατεστρέψατο Ἑλλήνων ἐς φόρου ἀπαγωγὴν, τοὺς δὲ, φίλους προσε- 95
3 ποιήσατο. κατεστρέψατο μὲν Ἴωνάς τε καὶ Αἰολέας, καὶ Δωριέας τοὺς ἐν τῇ Ἀσίῃ· φίλους δὲ προσε-
4 ποιήσατο Λακεδαιμονίους. πρὸ δὲ τῆς Κροίσου ἀρχῆς πάντες Ἕλληνες ἦσαν ἐλεύθεροι· τὸ γὰρ Κιμμερίων στράτευμα τὸ ἐπὶ τὴν Ἰωνίην ἀπικόμενον, Κροίσου

---

l. l. p. 31. Add. Weiske de pleonasm. p. 42.

οὗτος ὁ Κροῖσος] „Haec verba laudare videtur Apollon. Dyscolus de pronom. pag. 333 ed. Bekk.“ Cr.

τὸ γὰρ Κιμμερίων στράτευμα κ. τ. λ.] i. e. *Namque Cimmeriorum expeditio contra Ioniam suscepta, quae Croeso prior erat, non oppidorum fuit redactio in potestatem, sed rapina ex incursione.* Dicendi genus paulo durius videtur pro: οὐ κατεστρέψατο τὰς πόλεις, ἀλλὰ ἐξ ἐπιδρομῆς ἡρπάξαντο, ut Krebs. interpretatur l. l. p. 19. Ad locutionem ἐξ ἐπιδρομῆς Cr. laudat Paus. VII, 25 §. 21. Tu adde sis Plat. de Re publ. X p. 619, D. Plutarch. Anton. 80. —

Hanc Cimmeriorum incursionem Ardye Lydis imperante post Gygem accidisse, ipse Noster refert infra c. 15. Add. I, 16. 103. IV, 11. 12. Quare Herodoti antiquioris auctoritatem Straboni iure praeferendam ducit Wessel. Ille enim (I p. 6 s. p. 12. III p. 149 s. p. 222) Homeri fere temporibus Cimmeriorum invasionem adscribit. Id quod Larchero ita conciliandum videbatur, ut duae fuerint Cimmeriorum expeditiones, altera posterior, de qua Herodotus scripserit, altera prior, Homericae aut remotioris adeo aetatis, cuius quoque Euripides mentionem fecerit in Iphig. in Taur. 1106 sqq. (1113 al.) rem poetarum more magis exornans, cum de urbibus enarret diruptis, quae tunc temporis ne exsistere quidem potuerint. Aliter visum est Volneyo (in Suppl. à l'Herod. de Larch. p. 75 ss. coll. p. 71 ss.) qui, quae apud Strabonem et Euripidem leguntur, hactenus non incredibilia putat, quod gens vaga, Nomades vocant, utique trium quatuorve seculorum decursu facile plures adeo incursiones in Asiam minorem facere potuerit. Ex Herodoti autem locis de Cimmeriorum expeditionibus omnino duplicem invasionem bene distingui posse Idem censet, priorem Ardyis (699 a. Chr.) tempore, de qua Herod. I, 15. 6, posteriorem Alyattis et Cyaxaris tempore, de qua Herod. I, 103.

ἐὸν πρεσβύτερον, οὐ καταστροφὴ ἐγένετο τῶν πο-
7 λίων, ἀλλ' ἐξ ἐπιδρομῆς ἁρπαγή. Ἡ δὲ ἡγεμονίη

Lydorum primi reges ab Atye oriundi. Secundi, Heraclidae, ab a. 1221 ad 716. Primus ex Heraclidis Agron; ultimus, Candaules.

Quae ipsa haud scio an melius ad unam eandemque invasionem continuatam, Ardyis (qui 677 a. Chr. regnare coepit) tempore inceptam et multo post demum sub Alyatte rege (616 a. Chr.) finitam expulsà istà gente (613 a. Chr.) referri queant. Exstitit postea Francke, qui (locum indicante Cr.) subtili disputatione, quae Callino inserta legitur p. 109. sqq. itidem duplicem probare studet Cimmeriorum *invasionem*, Sardiumque *expugnationem*. Alteram *ponit* priorem, ad Homeri *aetatem* recedentem et Callino poetae, qui et ipse Homero proximus fuerit, memoratam, cui praefuerit Lygdamus, in Cilicia post acerbo fato oppressus; alteram multo post accidisse vult, quam Cimmeriis Herodotus, Callisthenes Treribus ac Lyciis tribuat. Atque nituntur ista eo argumento, quo Callinum non Archilochi et Gygis aetate (quae vulgo recepta est sententia) sed multo antea Homeri fere aetate vixisse censeamus. De quo nunc dicere longum. Cf. I, 14. Utut est, Herodotum, quem in Lydorum historia satis versatum haud pauca commonstrant, de una posterioris aetatis incursione verba fecisse, equidem haud sine magna veri specie mihi contendere posse videor. Atqui haud sum nescius, de *Cimmeriorum* gente permulta tradi, quae ad poetarum fabulas atque commenta potius reiicienda videantur, quam ad historiae fidem excutienda, ut prorsus incerta sit gentis origo ac sedes primitiva in regionibus Europae borealibus fere quaerenda. Vide, ne plura, Ukert. in Geogr. Gr. et Rom. I p. 26 not. Nec enim veterum narrationes fabulosas, nec recentiorum disquisitiones referre vacat. Qui ipsum gentis nomen vario modo et scribentes et interpretantes ex Hebraeorum denique repetunt lingua, ubi *Kamar* denotet *tenebrosum*, *obscurum* (cf. Ukert. l. l.) aut e celtico, si diis placet, idiomate, ubi *Kimr* nomen Gallorum gens sibi vindicet, unde quoque *Cimbri*. Ita certè Volney. l. l. p. 75 cui addo Plut. narrat. in Vita Mar. 11, ubi praeter alia haec leguntur: ἄλλοι δέ φασι, Κιμμερίων τὸ μὲν πρῶτον ὑφ' Ἑλλήνων τῶν πάλαι γνωσθέντων οὐ μέγα γενέσθαι τὸν παντὸς μόριον, ἀλλὰ φυγὴν ἢ στάσιν τινὰ βιασθεῖσαν ὑπὸ Σκυθῶν εἰς Ἀσίαν ἀπὸ τῆς Μαιώτιδος διαπεράσαι, Λυγδάμιος ἡγουμένου κ. τ. λ. ad quae doctum consulas interpretem Leopoldum p. 39 — 41. Sed haec nunc sufficiant, alia ad IV, 11. 12 coll. I, 103.

Cap. VII.

ἡ δὲ ἡγεμονίη οὕτω περιῆλθε κ. τ. λ.] Ante verba

οὕτω περιῆλθε, ἐοῦσα Ἡρακλειδέων, ἐς τὸ γένος
2τὸ Κροίσου, καλεομένους δὲ Μερμνάδας. Ἦν Καν-
δαύλης, τὸν οἱ Ἕλληνες Μυρσίλον ὀνομάζουσι, τύ-
ραννος Σαρδίων, ἀπόγονος δὲ Ἀλκαίου τοῦ Ἡρα-
3κλέος. Ἄγρων μὲν γὰρ ὁ Νίνου, τοῦ Βήλου, τοῦ
Ἀλκαίου, πρῶτος Ἡρακλειδέων βασιλεὺς ἐγένετο
4Σαρδίων· Κανδαύλης δὲ ὁ Μύρσου, ὕστατος. οἱ
δὲ πρότερον Ἄγρωνος βασιλεύσαντες ταύτης τῆς

καλεομένους δὲ Μερμνάδας, quae ad antecedentia *ἐς τὸ γένος* pertinent, mente repetendum *ἐς*. Ac praeterea particulae *δὲ* vis demonstrandi et explicandi notanda est. De *περιελθεῖν* aliisque cum *περὶ* compositis verbis hac in re usitatis cf. infra I, 120., 96.

τὸν οἱ Ἑλλ. Μυρσίλον ὀνομ.] *Μυρσίλον* pro *Μυρσῖλον*, ut vulgo, scripsi cum Schweigh., Gaisf. et Matth. Cf. Athen. X p. 430. Dion. Halic. de compos. verbb. III p. 36 Schaef. coll. Plehn. Lesbiacc. p. 205 sq. et de re Plin. H. N. XXXV, 8. Ac Graecorum quoque fabulis valde celebratus *Μυρτίλος* (male *Μυρτῖλος* aut *Μύρτιλος*), qui Pelopi in certamine cum Oenomao opem tulisse fertur, de quo Cr. laudat Nitsch. Lex. mythol. s. v. II p. 293 sq. ed. Klopf. et Schol. Apoll. Rhod. ad I, 752. *Μυρτίλος Ἑρμοῦ υἱὸς ἐκ Μυρτοῦς, μιᾶς τῶν Ἀμαζόνων.* Nam Amazonum quoque vestigia quaedam in Lydorum rebus inveniri, inque numis adeo apparere Idem monuit Fragmm. Histt. p. 202. *Myrsilum* rerum Lesbiacarum scriptorem profert Plehn. l. l.

Ἄγρων μὲν γὰρ ὁ Νίνου, τοῦ Βήλου, τοῦ Ἀλκαίου, πρῶτος κ. τ. λ.] In lectione *Ἄγρων* subsistendum duximus, ut dudum placuerat Wesselingio de hac genealogia quaedam notanti. Niebuhr. autem in scriptione super Euseb. Chronic. Armen. Commentatt. societ. reg. Berol. ann. 1820 et 1821 inserta pag. 48 sq. ex hisce genealogiis hoc colligi vult, hanc stirpem Lydorum regiam sive dynastiam ex Assyria cum maxime repetendam esse, (cf. nott. ad I, 4 fin.) cum alii eo, quod Herculem abavum habeat haec stirps, Graecam fuisse ipsosque Lydos inde pro Graecis habendos esse statuant. Tu vid. omnino de Lydorum regno regibusque Beck. in Allgem. Weltgesch. I p. 309 ss. Cr. addit: Lanzi in Sagg. di ling. Etrusc. II p. 51 (p. 42 coll. 82 ed. sec.).

οἱ δὲ πρότερον Ἄγρωνος βασιλεύσαντες — ἦσαν ἀπόγονοι Λύδου κ. τ. λ.] Cum Herodoto consentit antiquissimus Lydicarum rerum scriptor Xan-

χώρης, ἦσαν ἀπόγονοι Λυδοῦ τοῦ Ἄτυος· ἀπ' ὅτευ ὁ δῆμος Λύδιος ἐκλήθη ὁ πᾶς οὗτος, πρότερον

thus, cuius locum servavit *Dion.* Halic. Antiqq. I, 28 p. 73 Reisk. in Xanthi fragmenta receptum atque illustratum a Creuz. (Fragmm. Historicc. p. 147 sq. 149 sqq. 152 sqq.) qui *idem* nunc addit Schol. Platon. p. 207 Ruhnk. *Τυῤῥηνία δὲ ἀπὸ Τυῤῥηνοῦ, τοῦ Ἄγρωνος, τοῦ Ἄτυος, τοῦ Λυδοῦ*; modo sana sint haec. Ac binis quidem locis Atyos mentionem facit Herodotus I, 94. IV, 45, non prorsus *tamen sibi constans*, *cum Manis filium* modo appel*let Atyn*, modo *Cotyn*. In *Atyos* regis nomine Etruscum latere etymon vult, monente *Cr.*, Lanzi l. l. II p. 281 [p. 223 ed. sec.]. Reliquos istius dynastiae reges persequi vix licebit, quippe quos ad fabulam magis, quam ad historiam pertinere credam. Vid. tamen Creuz. l. l. p. 149. In tempore definiendo Larcherum sequamur (T. VIII p. 204 sqq. 213 sq. 575 coll. I p. 189) ponentem ann. 1220 a. Chr. quo Agronis incipiat regnum et 1368 a. Chr. quo Atys ad regnum evectus sit.

ἀπ' ὅτευ ὁ δῆμος — Μῄων καλεόμενος] *ἀπ' ὅτευ* iure a prioribus editoribus repositum loco vulgatae mendosae: *ἀπό τευ*. Sed dubitat Matth. ad h. l., an ὅστις de certo homine usurpetur; unde ipse scribi vult: *ἀπὸ τοῦ* i. e. *ἀφ' οὗ*. Cf. quoque Gramm. Gr. §. 483. p. 906. Censori docto in Ephemm. Ienenss. 1817 nr. 164 p. 370 placuerat *ἀπὸ τευ*. Quae cum scripsissem, allatum est Struvii Quaest. de dialect. Herodot. specim., qui optime commonstravit, multis locis allatis, pronomen ὅστις pro simplice ὅς poni posse. Aliena autem ab Herodoti dialecto esse *ἀπὸ* (s. *ἐπὶ*, *παρὰ*) *τοῦ* idem contendit vir doctus. Vid. p. 1 — 6. (Regiomont. 1828.) Mox rectius nunc *Μῄων*, addito iota subscripto, quod vulgo et hic aberat et aliis quoque locis abesse dicitur. Sed ad verum ducere poterant numi, qui exhibent *Μαίονες*, alia, quae *Cr.* indicavit ad fragmm. histt. p. 146 sq. Atque Herodotus ipse VII, 74. 77 dicit *Μηΐονας*. In re vidimus Xantho convenire cum Herodoto, Atyos filium vocanti Lydum, unde genti nomen sit inditum. De *Maeone* minus constat, quem ad fabulas cum maxime spectare crediderim, ubi Cybele dea *Maeonis* filia perhibeatur Attinque quendam, qui ab aliis Atys vocatur, adamasse dicatur. Qua de re cf. quae Cr. laudavit l. l. p. 147. Addo, quod auctore Hoeck. (Cret. I p. 130) ille modo Lydorum modo Phrygum modo utriusque gentis rex dicitur. Graecorum *Μαίων*, qui in Thebanorum rebus occurrit, Tydeo Thebis

Μήων καλεόμενος. παρὰ τούτων Ἡρακλεῖδαι ἐπιτραφθέντες, ἔσχον τὴν ἀρχὴν ἐκ θεοπροπίου, ἐκ δούλης τε τῆς Ἰαρδάνου γεγονότες καὶ Ἡρακλέος.

---

revertenti insidias struens, huc minus pertinet. Cf. IV, 393. Apollod. III, 6, 6 alia. Neque vero hoc praetereundem, quo etiam Cr. l. l. p. 169 attendi iubet, Herodotum non magis Lydos distinxisse a Maeonibus, quam Xanthum, eamque sententiam quoque ut veriorem praedicari a Strab. XIII p. 928, B., qui Lydos ab Homero nuspiam nominari doceat (Il. II, 865). Unde apparet, eorum sententiam vix probari posse, qui superiorem eius terrae, quae postea Lydia est appellata, partem *Maeoniam*, inferiorem, quam *Caystrus* alluit, *Lydiam* antiquitus esse vocatam dicerent. Vid. Cr. l. l.

παρὰ τούτων Ἡρακλεῖδαι ἐπιτραφθέντες] Particulam δὲ post τούτων eiecimus, probantibus Schweigh. et Gaisf., quamvis retineat Matth. Abest enim illa a libris manu scriptis et bene abesse potest ex Herodoti loquendi usu. Sensum loci bene reddidit Schweigh.: „*ab his priscis regibus commissum sibi regnum ex oraculi edicto obtinuerunt Heraclidae;*" quod hanc ob causam moneo, ne quis Corai adstipuletur legenti: ἐπιτραφέντες (pro ἐπιτραφθέντες) quod idem sit atque ἐπιγενόμενοι i. e. „ab *his succedentes Heraclidae*" etc. quodque sane reperiatur II, 121 §. 1, ubi vid. Sed ἐπιτραφθέντες pertinet ad verbum ἐπιτρέπειν, quo Noster usus est III, 157. Est enim *committere*, *permittere* regnum. Nec insolita haec structura, ubi istiusmodi verbis in passivo additur idem obiecti accusativus. Vid. Fisch. ad Well. III, 1 p. 437 sq. Et res ipsa nos admonet regnorum Orientalium conditionis atque status, ubi hoc modo regnorum eversiones effici videmus, quando nimirum reges, inertia ac luxurie diffluentes, regni curam aliis permittunt, a quibus ipsi deinceps regno deiiciuntur.

ἐκ δούλης — Ἡρακλέος] Sunt qui Heraclidas non ab Iardani serva, sed ab Omphale sive uxore Iardani sive filia oriundos esse statuant. Sed scriptorum veterum testimonia Herodoti sententiam confirmantia laudat *Cr.* (fragmm. historicc. p. 186 sq.), Hellanic. ap. Steph. Byz. voc. Ἀκέλη (fragmm. Hell. p. 134) coll. Diod. Sic. IV, 31 et Dion. Chrysost. Orat. IV p. 236, B. Et cf. quoque Wessel. ad h. l. Nec prorsus refragari videtur temporum ratio. Quippe regnare incepit Agron, primus Heraclidarum rex, anno 1220; unde usque ad Herculem progenitorem stirpis quinque cum sint generationes sive 166 anni, Herculis ipsius annus natalis incidet in ann. 1386 a. Chr.,

6ἄρξαντες μὲν ἐπὶ δύο τε καὶ εἴκοσι γενεὰς ἀνδρῶν, ἔτεα πέντε τε καὶ πεντακόσια, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεκόμενος τὴν ἀρχὴν, μέχρι Κανδαύλεω τοῦ Μύρσου.

8 Οὗτος δὴ ὦν ὁ Κανδαύλης ἠράσθη τῆς ἑωυτοῦ γυναικός· ἐρασθεὶς δὲ, ἐνόμιζέ οἱ εἶναι γυ-

Candaules uxoris amore deperiens, impellit Gygem ut eam clam spectet nudam.

---

id quod tantum duorum annorum spatio differt ab eo ipso numero, quem ipse Herodotus prodidit II, 145. Ita certe Larcher. l. l. ubi Herodoti fidem confirmare et a pravis aliorum coniecturis vindicare studuit.

ἄρξαντες μὲν ἐπὶ — πεντακόσια] Haec minus congruere *existimat Larcher. l. l.* p. *213* et *14*; quoniam ipse *Herod.* II, 142 γενεὰν *triginta* trium annorum et quatuor mensium spatio definiat, ut centum fere annos tres efficiant *γενεαί*. Quare h. l. legendum suspicatur: *ἄρξαντες μὲν ἐπὶ π ε ν τ ε κ α ί δ ε κ α γενεάς;* quum ultimus annorum numerus utique sanus sit. Sed bene iam Volneyus notavit, quam negligenter in istiusmodi rebus omnino egerint veteres quamque varie pro temporum ac locorum ratione generationum annos definierint. Cf. eius Suppl. à l'Herod. de Larcher. p. 76 sqq. 79. Add. Dahlmann. Herod. p. 99, qui hoc ad eorum errorum genus revocare vult, quales in numeris omnino apud Herodotum saepius deprehendantur. — ἐπὶ in hisce Krebs. l. l. p. 23 reddi voluit: *ad, circiter*. Sed rectius Schweigh. *per*, cum ἐπὶ hoc loco de temporis quodam spatio sit accipiendum. Cf. II, 119. 133. Plura Fischer. ad Well. III, 6 p. 243 et 44. C. G. Krüger. in indic. ad Xenoph. Anab. p. 487.

παῖς παρὰ — ἀρχὴν] Structura loci uti non impedita, ita tamen nonnihil a vulgari orationis structura recedens. Sunt enim nominativi absoluti eorum ex genere, quos explicuit Matth. Gramm. Graec. §. 562 not. Caeterum facile est in Herodotea locutione, quam imitando expressisse volunt Athenagoram in Legat. ad Marc. Anton. et Lucium Commod. p. fin., agnoscere indicationem regni hereditarii legitime suscepti. Quo sensu Thucyd. I, 13 dicit de Graecorum regnis, *πατρικὰς βασιλείας*. Add. Xen. Cyrop. I, 1, 4 et cf. Herod. II, 166 fin.

Cap. VIII.

οὗτος δὴ ὦν ὁ Κανδ. — γυναικός] De nomine Candaulis *Cr.* adscripserat haecce Hesychii verba: *Κανδαύλης· Ἑρμῆς ἢ Ἡρακλῆς.* Quod de Lydis accipiendum esse persuasit Iablonskius Dissert. de ling. Lycaon. III p. 85 Opuscc. Nam divini-

γυναῖκα πολλὸν πασέων καλλίστην. ὥς τε δὲ ταῦτα νομίζων· ἦν γάρ οἱ τῶν αἰχμοφόρων Γύγης ὁ Δασκύλου ἀρεσκόμενος μάλιστα· τούτῳ τῷ Γύγῃ καὶ τὰ σπουδαιέστερα τῶν πρηγμάτων ὑπερετίθετο ὁ Κανδαύλης, καὶ δὴ καὶ τὸ εἶδος τῆς γυναικὸς ὑπερ-

---

tatis esse nomen, quod rex sibi assumserit, alia huiuscemodi apud alias nationes exempla declarant. Quod vero apud Tzetzem Chil: VI Hist. 54 legimus τὸ δὲ Κανδαύλης τὸν σκυλοπνίκτην (quod vulgo vertunt *pelle praefocatum*), id scite emendat idem vir doctus: σκυλοκλέπτην i. e. *spolia auferentem* (quod utrique et Herculi et Mercurio satis conveniat, cum alter virtute, alter dolo spolia auferat) aut σκυλοπύκτην i. e. *pugnantem*, *pelle leonina indutum*. Κάνδαυλος praeterea ap. Athen. XII p. 516. p. 418 ed. Schweigh. occurrit condimenti sive edulii genus Lydicum. De quo tamen plura non constant. Vid. Iablonsk. l. l. p. 86.

ὥς τε δὲ ταῦτα νομίζων] Valde notandum et hic et in sequentibus simplex et antiquum dicendi genus, quod sibi placet saepius idem repetens, nec severam orationis normam curans. Hinc explicanda quoque in sqq. particula γὰρ, qua rationem antecedentium quodammodo reddit auctor, minus illa quidem necessaria, sed quae non sine vi quadam ad loci argumentum declarandum apposita est. Tu cf. Matth. Gr. Gr. §. 613, VII p. 906. Plura ad Herod. I, 24. 124 coll. III, 121. Egregie vero, ut tot alia, hunc locum vernaculo sermone expressit Lange; cuius versionem adscriberem, nisi brevitati consulendum esset.

Γύγης ὁ Δασκύλου] De historia eius Gygis variisque vett. de eo traditionibus vid. infra ad c. 12. De ipso nomine Cr. adscripsit: „Dracon. de metris p. 33. 117 ed. Herm. et Bentlei. ad Hor. Carmm. II, 17, 14.“

τούτῳ τῷ Γύγῃ — ὁ Κανδ.] i. e. *huic Gygi res etiam gravissimas permittebat Candaules* s. *cum hocce Gyge res etiam gravissimas communicabat.* Ὑπερτίθεσθαί τινί τι *cum aliquo aliqua de re communicare, conferre ad aliquem, consulere aliquem*, invenitur quoque I, 107. 108 aliis locis, quos indicabit Lex. Herod. Schweigh. — Quae sequuntur verba, ea malim propter participium sic explicare: *et vero etiam in eo* (sc. multum illi tribuebat), *quod uxoris suae formam supra modum extulit.* De his sc. rebus cum eo verba faciens, de quibus vix cum alio quopiam, nisi cum intimo atque familiarissimo amico regem colloqui par erat.

θεκαινέων. χρόνου δὲ οὐ πολλοῦ διελθόντος, (χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς,) ἔλεγε πρὸς τὸν Γύγην τοιάδε· „Γύγη, οὐ γάρ σε δοκέω πείθεσθαί

Nam ut iis assentiar, qui participium ὑπερεκαινέων pro verbo finito poni existiment (citat Cr. Poppo Obss. critt. in Thuc. p. 154) vix a me impetrare possum. Refert Matth. §. 631, 4 p. 1300 hunc locum ad ea, quae monstrant transitum participiorum in verbum finitum et vice versa quoque. Alia prorsus ratione nostrum locum interpungi vult censor quidam *in Ephemer. Ienenss. 1817 nr. 164 p. 370.* Comma vult poni post γυναικὸς *et* ex antecedenti ὑπερετίθετο repeti communicandi vim, sine notione secundaria interrogandi. Quod mihi certe durius esse videtur.

χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς] i. e. *in fatis enim erat Candaulem infortunatum fieri.* De dictione, quam praeter alios imitatus est Lucianus quom. scrib. hist. 18, cf. Herod. II, 161. IV, 79. V, 92, 4. IX, 109. Plura Wyttenbach. ad h. l. et C. F. Hermann. ad Luciani locum p. 125. Atque etiam apud Pausaniam inde frequens invenitur χρῆναι de necessario eorum eventu, quae ab oraculo praedicta seu a fato constituta sint vel de faciendis iis, quae oraculum iusserit. Vid. Siebelis ad I, 19 §. 5. Ac monuit nuperrime Jäger. (Disputt. Herodott. Gotting. 1828) de Herodoti fato s. rerum necessitate, a numine divino imposità, quod exprimitur verbis δεῖ et χρή huiusque substantivo χρεών. Tu vid. p. 37 seq. — Verbum γίγνεσθαι cum adverbiis iunctum optimorum scriptorum probatur usu; nec multum abest Latinorum: *male, bene esse* etc. Quae Cr. citat: Ast. ad Platonis Rem publ. p. 371. Goettling. ad Aristot. Polit. I, 3 p. 293. Musgrav. ad Euripid. Orest. vs. 74 iis nunc adde Stallbaum. ad Platon. Euthyphr. p. 10. 11.

ἔλεγε πρὸς τὸν Γύγην] Infra I, 10. 11 Γύγεα, cum Iones multa primae declinationis nomina secundum tertiam flectant. Cuius generis haud pauca ex Herodoto collegit Matth. §. 91 p. 195. Potissimum hoc in genitivis et accusativis obtinet.

Γύγη, οὐ γάρ σε δοκέω κ. τ. λ.] Haec et sequentia ob elocutionis suavitatem, qua ipsa res fando iucundius fiat auribus, quam si oculis id subiiciatur, laudat Dionysius Halic. de compos. verbb. sect. III § 24 sqq. Atticà dialecto expressa. Ad quem locum videatur copiosa Sylburgii et Schaeferi annotatio, de singulis, in quibus discrepat uterque scriptor, monentium p. 39 sqq. ed. Schaef. De sententia Cr. conferri iubet Suetonium de Cali-

„μοι λέγοντι περὶ τοῦ εἴδεος τῆς γυναικός· (ὦτα „γὰρ τυγχάνει ἀνθρώποισι ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλ-
4 „μῶν·) ποίεε ὅκως ἐκείνην θεήσεαι γυμνήν.“ Ὁ δὲ μέγα ἀμβώσας, εἶπε· „Δέσποτα, τίνα λέγεις λόγον „οὐκ ὑγιέα, κελεύων με δέσποιναν τὴν ἐμὴν θεή„σασθαι γυμνήν; ἅμα δὲ κιθῶνι ἐκδυομένῳ συν-

---

gula simile quid narrantem in eius Vita c. 25. Particula γάρ, quae orationem exorditur, ut infra I, 121 et 124: ὦ παῖ Καμβύσεω, σὲ γάρ etc. coll. VI, 11, minime explicanda *certe*, ut voluit Wyttenbachius, sed ita, ut ratione habita primitivae huius particulae notionis, aut omissa esse quaedam verba sumas facile e contextu supplenda, quibus subiungatur γάρ causam reddens; aut, quod malim, particula γάρ referatur ad enuntiationem postpositam quae proprie eam, in qua particula γάρ exstat, antecedere debebat, causali sententia ut primaria praemissa. Cf. ad I, 24. Ita hoc loco fingas Herodotum ita scribere in animo habuisse: ποίεε, ὅκως - θεήσεαι γυμνήν· οὐ γάρ σε δοκέω.

ὦτα γὰρ — ὀφθαλμῶν] Plurimi hocce Herodoti dictum repetierunt posterae aetatis scriptores, indicante Wesselingio ad h. l. et Upton. ad Dionys. Halic. p. 42 ed. Schaef. Quibus alia nuper addidit C. F. Hermann. ad Lucian. Quomod. hist. conscr. p. 183. 184. Apte Sophoclem huc refert *Cr.* in fragm. No. 77 ed. Brunck. et Senec. Epist. VI p. 17 ed. Matth.: — „homines amplius oculis, quam auribus credunt.“ In seqq. de usu ac structura particulae ὅκως cf. Matth. Gr. Gr. §. 531 not. 2 pag. 1037.

ὁ δὲ μέγα ἀμβώσας] De forma, quam Aeolicam dicit Schol. Hermog. p. 407 a *Cr.* laudatus, vid. I, 10.

τίνα λέγεις λόγον οὐκ ὑγιέα] i. e. *quem sermonem tu profers minime sanum.* Sic ὑγιής saepe ad orationem sententiasque refertur, non solum apud poetas (v. c. apud Pindarum; de quo *Cr.* citat Ast. in Commentt. societ. phil. Lips. II, 1 p. 21) verum apud philosophos quoque. Vid. Wyttenbach. ad Phaedon. p. 238 et quae habet *Cr.* ad Proclum (ad calc. Plotin. de pulcrit.) p. 83., in fragmm. histt. p. 25.

ἅμα δὲ κιθῶνι — γυνή] Scripsimus αἰδῶ pro αἰδῶ cum recentt. editt. Conferri vult *Cr.* Schaeferi laudata ad Dionys. Halic. de comp. verbb. p. 43. Sententiam ipsam haud pauci fuerunt, qui ex Herodoti ore repeterent aut certe similia proferrent. Cf. Wessel. ibiq. potiss. Plutarch. de audiend. rat. p. 37, D. ad quem locum nunc consul. Wyttenbachii Animadvv. p. 308 seq. Qui, ut

5„ἐκδύεται καὶ τὴν αἰδῶ γυνή. πάλαι δὲ τὰ καλὰ
„ἀνθρώποισι ἐξεύρηται, ἐκ τῶν μανθάνειν δεῖ˙ ἐν
6„τοῖσι ἓν τόδε ἐστὶ, σκοπέειν τινὰ τὰ ἑωυτοῦ. ἐγὼ
„δὲ πείθομαι ἐκείνην εἶναι πασέων γυναικῶν καλ-
„λίστην· καὶ σεο δέομαι μὴ δέεσθαι ἀνόμων.“

---

iam ante eum Upton. ad Dionys. Halic. l. l., sententiae originem e Theanus, feminae Pythagoricae, praecepto quodam repetendam esse suspicatur, cuius meminit Diogenes Laert. VIII, 43: τῇ δὲ πρὸς τὸν ἴδιον ἄνδρα μελλούσῃ πορεύεσθαι (de coitu hoc accipiendum; vid. Schaefer. ad Dionys. *l. l.*) παρῄνει, ἅμα τοῖς ἐνδύμασι καὶ τὴν αἰσχύνην ἀποτίθεσθαι, ἀνισταμένην δὲ πάλιν ἅμα αὐτοῖσιν ἀναλαμβάνειν. Contra Platoni in iis, quae scribit Polit. V, 6 p. 457, A.: ἀποδυτέον δὴ ταῖς τῶν φυλάκων γυναιξὶν, ἐπείπερ ἀρετὴν ἀντὶ ἱματίων ἀμφιέσονται Herodoti locum, orationis formam saltem si respiciamus, obversatum fuisse contendit, monente *Cr.*, Astius ad h. l. p. 512. — κιθὼν Ionum esse pro χιτὼν satis constat. Cf. modo Fischer. ad Weller. I p. 154. Gregor. Corinth. p. 414. Declaratur autem interius Ionum vestimentum lanâ confectum s. tunica manicata. Citat *Cr.* Herodoti interpp. ad V, 87 et Böttiger. Vasengemälde I p. 92.

πάλαι δὲ τὰ καλὰ — δεῖ] Ex traiectione Herodotea, quâ τὰ καλὰ proprie pertineat ad μανθάνειν δεῖ Wyttenbach. in Selectt. hist. p. 345 haec verba sic accipienda docet: „*iam antiquitus inter homines ea inventa constitutaque sunt, ex quibus quid factu honestum sit, discere debemus.*“ Addit *Cr.* eodem sensu, quo hic τὰ καλὰ (*honesta*, *proba*) apud Homerum Odyss. XVIII, 229. XX, 310: ἐσθλά; atque Eustath. ad priorem locum p. 666, 34. Idem *Cr.* admonet Eustath. ad Odyss. XX, 293 p. 735, 36 ed. Basil. ubi de particula πάλαι disputat, abundanter quasi a veteribus usurpata, quemadmodum ποτέ. Sed praestat in Herodoteo loco, si quid video, πάλαι explicare: *iam dudum*, ut fere in consimili Plotini loco Enn. II, lib. 9 c. 15 p. 213, F: καὶ πάντας νόμους τοὺς ἐνταῦθα ἀτιμάσας καὶ τὴν ἀρετὴν τὴν ἐκ παντὸς τοῦ χρόνου ἀνευρημένην.

σκοπέειν τινὰ τὰ ἑωυτοῦ] i. e. *sua quemque debere inspicere s. curare.* Moneo, ne quis praeferendum censeat σκοπεύειν, quod olim textum occuparat.

καὶ σεο δέομαι μὴ δέεσθαι ἀνόμων] Idem verbum bis positum non sine quadam vi, quamquam significatione nonnihil diversa. Est enim priori

9 Ὁ μὲν δὴ, λέγων τοιαῦτα, ἀπεμάχετο, ἀῤῥωδέων μή
ἔτι οἱ ἐξ αὐτέων γένηται κακόν. Ὁ δὲ ἀμείβετο
τοῖσδε· „Θάρσει Γύγη· καὶ μὴ φοβεῦ μήτε ἐμὲ, ὥς
„σεο πειρώμενος λέγω τόνδε· μήτε γυναῖκα τὴν
3„ἐμὴν, μή τι τοι ἐξ αὐτῆς γένηται βλάβος. ἀρχὴν
„γὰρ ἐγὼ μηχανήσομαι οὕτω, ὥστε μηδὲ μαθεῖν
4„μιν ὀφθεῖσαν ὑπὸ σεῦ. ἐγὼ γάρ σε ἐς τὸ οἴκημα,
„ἐν τῷ κοιμώμεθα, ὄπισθε τῆς ἀνοιγομένης θύρης
„στήσω· μετὰ δ' ἐμὲ ἐσελθόντα παρέσται καὶ ἡ

---

loco: *rogare*, ut alias frequentissime, adiuncto genitivo; altero loco est: *quaerere*, *arcessere aliquid*, *studere alicui rei*. Monuit Wyttenbach. l. l. p. 345 sq. laudans similes locos Herodoti III, 44. Xenophontis Cyropaed. I, 4, 12. Hinc cum illo vertere praestat: „*Et obsecro te, ne quaeras inhonesta.*" Dionys. Halicarn. l. l. alterum δέεσθαι reddidit χρῄζειν eiusque sensum bene assecutus est eius interpres Latinus: „teque oro, ne illicita a me *exigas*."

Cap. IX.

ἀῤῥωδέων μή τι οἱ ἐξ αὐτέων γένηται κακόν] Confert Cr. Eustath. ad Odyss. XIX p. 705, 16 sqq. atque Heindorf. ad Platon. Protag. p. 501 sq., qui hoc loco utitur, quo contra Dawesii canonem, coniunctivum (*γένηται*) in his stare posse commonstret. De reliquis cf. Schweigh. et Gaisford.

ὥς σεο πειρώμενος λέγω τόνδε] Non video, cur recedam ab hac lectione nonnullis libris probata. Nec enim placet, quod Gronovius edidit *πειρώμενον λέγω λόγον*, nec quod Gaisf., probante Matthiae ac Stegero, e Sancroftii codice (vulg. *Arch.*) edidit: *ὥς σεο πειρώμενον λόγον τόνδε*. Nam vocem *λέγω*, quam ex glossa irrepsisse volunt, satis tueri videtur copiosa Herodoti oratio adeoque concinnitas quaedam cum sequentibus. Et confirmat quoque Dionys. l. l. p. 44.

ἀρχὴν γὰρ ἐγὼ μηχανήσομαι] *ἀρχὴν omnino*, interpretatus est Hermann. ad Vig. p. 723 ubi vid. plura.

ἐγὼ γάρ σε ἐς τὸ οἴκημα — στήσω] Valckenarius ex Dionysii loco coniiciebat: *ἀγαγὼν γάρ σε*, ut fere I, 10. 132. III, 61 ibiq. not. 85 et cf. quae Cr. ad Plotinum de pulcritud. adscripsit p. 518. Nec tamen opus hac emendatione. Mox idem Valckenarius rescripsit *στήσω* pro *θήσω*, quod invitis libris a Stephano illatum erat.

παρέσται καὶ ἡ γυνὴ ἡ ἐμὴ ἐς κοῖτον] In his *κοῖ*-

5„γυνὴ ἡ ἐμὴ ἐς κοῖτον. κεῖται δὲ ἀγχοῦ τῆς ἐσόδου
„θρόνος· ἐπὶ τοῦτον τῶν ἱματίων κατὰ ἓν ἕκαστον 6
„ἐκδύνουσα θήσει· καὶ κατ' ἡσυχίην πολλὴν παρ-46
6„έξει τοι θεήσασθαι. ἐπεὰν δὲ ἀπὸ τοῦ θρόνου
„στείχῃ ἐπὶ τὴν εὐνὴν, κατὰ νώτου τε αὐτῆς γένῃ,
„σοὶ μελέτω τὸ ἐνθεῦτεν ὅκως μή σε ὄψεται ἰόντα
„διὰ θυρέων.“ Ὁ μὲν δὴ, ὡς οὐκ ἠδύνατο διαφυ-50
γέειν, ἦν ἑτοῖμος. ὁ δὲ Κανδαύλης, ἐπεὶ ἐδόκεε

τον recte servatum ab editoribus. Dionysius habet *κοίτην*, magis Attice; idque ipsum hic in quibusdam libris comparere dicitur. Sed vid. Creuzer. not. ad Cicer. de Natur. Deor. I, 11 *pag. 50 coll. Matth.* Gr. Gr. §. *95* p. *207*. Alia forma, *eaque* magis dialecti communis est *κοιτὼν*, de qua Wesseling. ad h. l., unde vel hic quidam libri *κοιτῶνα*. Apud Herodotum ipsum III, 134. II, 94 recurrit *κοίτη lectus*, indeque *somnus*, ut *κοίτην ποιεῖσθαι dormire*, *requiescere* apud Herodotum, Vit. Hom. 31 et ibid. 22 *ὥρη κοίτου cubandi tempus* ut I, 10. — Locutionem *παρεῖναι* — *ἐς κοῖτον* illustrat Valckenar. ad I, 21.

ἐπὶ τοῦτον τῶν ἱματίων κατὰ ἓν ἕκαστον ἐκδύνουσα θήσει] „*in quâ* (sellâ) *illa singulas vestes suas*, *aliam post aliam*, *exuens deponet.*“ Ubi nota usum distributivum praepositionis *κατὰ*, a Schaefero ad Dionys. locum p. 44 sq. egregie aliquot Herodoteis locis illustratum. — In fine capitis ad verba *ὅκως* — *ὄψεται* cf. supra I, 8: *ποίεε ὅκως* — *θεήσεαι*, ibique not.

κεῖται δὲ ἀγχοῦ τῆς ἐσόδου θρόνος] De vocula *θρόνος* *Cr.* laudat praeter Matth. Animadverss. ad Hym. Homericc. p. 382 primarium Athenaei locum V p. 192, E: „*ὁ γὰρ θρόνος, αὐτὸ μόνον ἐλευθέριός ἐστι καθέδρα σὺν ὑποποδίῳ· ὅπερ θρῆνυν καλοῦντες, ἐντεῦθεν αὐτὸν ὠνόμασαν θρόνον, τοῦ θρήσασθαι χάριν, ὅπερ ἐπὶ τοῦ καθίζεσθαι τάσσουσιν* κ. τ. λ. Distinguit deinde Athenaeus tum a *κλισμὸς*, tum a *δίφρος*, (qui est „*τούτων εὐτελέστερος*“). Hinc Larcherus voculam reddit *siège*, i. e. „un siège à bras avec un marche-pied.“

Cap. X.

ἦν ἑτοῖμος] Quod alias hanc dictionem infinitivus *ποιέειν* vel simile quid excipere soleat (v. I, 42. III, 75) Dionysium h. l. ita legisse putabat Valckenarius: *ἦν ἑτοῖμος ποιέειν ταῦτα*, vel: *ποιέειν ἦν ἑτοῖμος*. Sed bene opposuit Schweighaeus. I, 70. V, 31. Scripsimus autem *ἑτοῖμος*, cum

ὥρη τῆς κοίτης εἶναι, ἤγαγε τὸν Γύγεα ἐς τὸ οἴκημα· καὶ μετὰ ταῦτα αὐτίκα παρῆν καὶ ἡ γυνή. [2]ἐσελθοῦσαν δὲ καὶ τιθεῖσαν τὰ εἵματα ἐθηεῖτο ὁ Γύγης. ὡς δὲ κατὰ νώτου ἐγένετο, ἰούσης τῆς γυναικὸς ἐς τὴν κοίτην, ὑπεκδὺς ἐχώρεε ἔξω. καὶ ἡ γυνὴ ἐπορᾷ μιν ἐξιόντα. μαθοῦσα δὲ τὸ ποιηθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, οὔτε ἀνέβωσεν αἰσχυνθεῖσα, οὔτε ἔδοξε μαθέειν, ἐν νόῳ ἔχουσα τίσεσθαι τὸν Κανδαύλεα. [4]παρὰ γὰρ τοῖσι Λυδοῖσι, σχεδὸν δὲ καὶ παρὰ τοῖσι ἄλλοισι βαρβάροισι, καὶ ἄνδρα ὀφθῆναι γυμνὸν, ἐς αἰσχύνην μεγάλην φέρει.

11 Τότε μὲν δὴ οὕτω, οὐδὲν

Reginae iussu Gyges Candaulem interficit, et ea uxore ducta, imperium ad Mermnadas transfert.

---

vulgo scribant ἕτοιμος, sed illud Ionum atque Dorum. Laudat Cr. Boeckh. ad Pindar. Olymp. II, 83 sq. p. 389. Gregor. Corinth. de dialect. p. 21 ed. Schaefer. In sqq. ad vocem κοίτην cf. nott. ad cap. IX.

ἐθηεῖτο ὁ Γύγης] ἐθηεῖτο praebent Mediceus liber aliique. Ac tenuit Schweighaeuserus. Vulgo quidem ἐθηῆτο; sed illam formam, quae a verbo θηέομαι est repetenda, aliis quoque locis optimi libri suppeditant. I, 30. 68. IV, 85. VII, 56. 146. Huc quoque pertinet ἐθηήσατο III, 42. I, 11 et ἐθηεῦντο, θηεύμενος, alia. Cr. de his consuli iubet Maittaire de dialect. p. 129 ed. Sturz. Koen. ad Gregor. Corinth. p. 223 ed. Schaef.

μαθοῦσα δὲ τὸ ποιηθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρὸς] i. e. „*quae ut intellexit quid a marito actum esset.*“ Quod moneo propter praepositionem ἐκ, a nonnullis male intellectam. Eodem modo ἐκ in prooemio, ubi vid.

οὔτε ἀνέβωσεν αἰσχυνθεῖσα] ἀνέβωσεν, ut I, 8 ἀμβώσας coll. II, 121. I, 68. 146. VI, 131 (ibique Wessel.). IX, 53. Quod repetunt a verbo ἀναβόω, per syncopen ortum ex ἀναβοάω. Sed Buttmannum si audias (Gramm. I p. 109. II p. 92) Ionum est οη contrahere in ω, ita ut ἔβωσα ortum sit per contractionem ex ἐβόησα. Laudat Cr. Maittaire de Dialect. p. 158 ed. Sturz. et Homer. Odyss. I, 378: ἐπιβώσομαι, ubi cf. Eustath. p. 66 supra ed. Basil. ex quo Phavorinus p. 701 lin. 38 sqq. — In seqq. ἔδοξε est: „*simulavit*, se nesciisse.“ Laudat. Cr. Valckenar. ad Euripid. Hippolyt. 462 p. 217.

ἐς αἰσχύνην μεγάλην φέρει] ἐς meliores libri retinent, quamvis vel sine sententiae damno abesse possit atque re vera absit. Cf. Wessel. ad h. l.

δηλώσασα, ἡσυχίην εἶχε· ὡς δὲ ἡμέρη τάχιστα ἐγεγόνεε, τῶν οἰκετέων τοὺς μάλιστα ὥρα πιστοὺς ἐόντας ἑωυτῇ, ἑτοίμους ποιησαμένη, ἐκάλεε τὸν Γύγεα. Ὁ δὲ, οὐδὲν δοκέων αὐτὴν τῶν πρηχθέντων ἐπίστασθαι, ἦλθε καλεόμενος· ἐώθεε γὰρ καὶ πρόσθε, ὅκως ἡ βασίλεια καλέοι, φοιτᾶν. ὡς δὲ ὁ Γύγης

---

infra III, 138. *Cr.* amandat Thucydid. II, 37 fin., ubi Gottleberus Platonici loci admonuit in Menexen. 19. Atque iis locis, ubi abest praepositio, φέρειν est *adferre*, *gignere*. Nec aliter fere hoc loco reddere licet: „*Nam apud Lydos ac fere etiam apud caeteros barbaros vel viro magnum in probrum vertitur*, s. *magnum affert dedecus*, *quod nudus conspiciatur*.“ Ad sententiam hoc loco expressam cf. quae Gyges eloquitur cap. 8: ἅμα δὲ κιθῶνι ἐκδυομένῳ συνεκδύεται καὶ τὴν αἰδῶ γυνή; cuius sententiae a Plutarcho Nupt. Praecept. p. 139, C. vituperatae rationem hic quasi reddit Herodotus. Nec minus huc faciunt loci, quos *Cr.* adscripsit: Platonis in Re publ. V, 3 p. 452, C. p. 221 Bekk.: — οὐ πολὺς χρόνος, ἐξ οὗ τοῖς Ἕλλησιν ἐδόκει αἰσχρὰ εἶναι καὶ γέλοια, ἅπερ νῦν τοῖς πολλοῖς τῶν βαρβάρων, γυμνοὺς ἄνδρας ὁρᾶσθαι; atque Thucyd. I, 6 cum scholiis, Hesiodi (qui natalia nudari vetat) Ἔργ. 730. Tyrtaei I, 21 (ex Homer. Iliad. XXII, 66 express.) ubi vid. Klotz. p. 22 et Xenophont. in Memorab. III, 11. De Lydis Idem conferri vult Philost. Iconn. I, 30 (p. 808 Olear.) quo loco utitur Winckelmann. ad velatum Herculis caput explicandum Opp. IV p. 192. VII p. 134. Addam de Persis, quos quamque humani corporis nudationem, capite excepto, turpissimam habuisse notant. Vid. Mongez. in Mémoir. de l'Instit. nation. T. I p. 13.

Cap. XI.

τῶν οἰκετέων τοὺς μάλιστα ὥρα πιστοὺς ἐόντας ἑωυτῇ κ. τ. λ.] Comparat *Cr.* cum his ea, quae inveniuntur similia in carmine epico, cui nomen Nibelungen, nr. 29 vs. 701 p. 182. Idem de nomine reginae, quod Herodoto de industria ut volunt praetermissum, *Nyssiam* fuisse Hephaestio tradit, laudat Phot. Biblioth. p. 484 lin. 30 sq. p. 150 ed. Bekk. In seqq. formam Ionicam ὥρα (pro ἑώρα) retinui cum recentt.

ὅκως ἡ βασίλεια καλέοι] i. e. „*quoties regina vocaret.*“ Eodem modo infra III, 125. ὅκως ἴδοι. I, 16. 100. Tu vid. Hermann. ad Viger. p. 909 et quem *Cr.* laudat Dissen. Disquisitt. phill. I p. 25. Mox de δυοῖν cf. ad I, 14.

ἀπίκετο, ἔλεγε ἡ γυνὴ τάδε· „Νῦν τοι δυοῖν πα-
„ρεουσέων, Γύγη, δίδωμι αἵρεσιν, ὁκοτέρην βού-
„λεαι τραπέσθαι· ἢ γὰρ Κανδαύλεα ἀποκτείνας, ἐμέ
„τε καὶ τὴν βασιληΐην ἔχε τὴν Λυδῶν, ἢ αὐτὸν σὲ
„αὐτίκα οὕτω ἀποθνήσκειν δεῖ· ὡς ἂν μή, πάντα
„πειθόμενος Κανδαύλῃ, τοῦ λοιποῦ ἴδῃς τὰ μή σε
4 „δεῖ. ἀλλ' ἤτοι κεῖνόν γε τὸν ταῦτα βουλεύσαντα
„δεῖ ἀπόλλυσθαι, ἢ σέ, τὸν ἐμὲ γυμνὴν θηησάμε-
5 „νον, καὶ ποιήσαντα οὐ νομιζόμενα." Ὁ δὲ Γύγης
τέως μὲν ἀπεθώμαζε τὰ λεγόμενα· μετὰ δέ, ἱκέ-
τευε μή μιν ἀναγκαίῃ ἐνδεῖν διακρῖναι τοιαύτην
6 αἵρεσιν. οὔκων δὴ ἔπειθε, ἀλλ' ὥρα ἀναγκαίην 7

ἢ αὐτὸν σὲ αὐτίκα οὕτω ἀποθνήσκειν δεῖ] αὐτὸν σὲ (pro αὐτόν σε) cum Schw., Gaisf. et Matth. dedimus. In vocula οὕτω insignis quaedam vis inest ad descriptionem apta, ut digito quasi monstrans haec edixisse regina videatur: *ita*, „*ut* scilicet illum (regem) nunc mori oportet." Neque enim haec ita dixisse videtur, ut satellites simul digito monstrarit, ad obtruncandum paratos. Simile Ciceronianum illud ex orat. pro Rosc. 26, 71 „non *sic* nudos in flumen proiicere," laudavit Matth., aliaque eius generis, ubi sit οὕτως nostrum: „*ohne weiteres, ohne Umstände.*" — Caeterum non prorsus dissimilia in Longobardorum historia de Rosamunda narrantur, quae Helmichidis opera adhibita maritum regem Albuinum sustulit. Cf. Fr. Chr. Schlosser. Weltgesch. II, 1 p. 82 ibiq. laud.

ὡς ἂν μὴ — τοῦ λοιποῦ ἴδῃς] τοῦ λοιποῦ probe distinguendum a τὸ λοιπόν. Hoc indicat tempus continuum et perpetuum; illud repetitionem eiusdem facti reliquo tempore. Docuit Hermann. ad Viger. de idiotism. pag. 706, h. l. laudato.

ἱκέτευε μή μιν ἀναγκαίῃ ἐνδεῖν διακρῖναι τοιαύτην αἵρεσιν] i. e. „*obsecrabat ne ipsum necessitati illigaret diiudicandae talis optionis.*" Admonuit Cr. Pythagorici dicti apud Diogen. Laërt. VIII §. 14: πρῶτόν τέ φασι τοῦτον ἀποφῆναι τὴν ψυχὴν κύκλον ἀνάγκης ἀμείβουσαν, ἄλλοτε ἄλλοις ἐνδεῖσθαι ζώοις. Plura, nec hoc loco Herodoteo omisso, Idem in Dionys. p. 72. 74.

οὔκων δὴ ἔπειθε — αἱρέεται αὐτὸς περιεῖναι] Annotat h. l. Matthiae, voculae οὔκων usum apud Herodotum

ἀληθέως προκειμένην, ἢ τὸν δεσπότεα ἀπολλύναι, 7 ἢ αὐτὸν ὑπ' ἄλλων ἀπόλλυσθαι. αἱρέεται αὐτὸς περιεῖναι. ἐπειρώτα δὴ λέγων τάδε· „Ἐπεί με ἀναγκά„ζεις δεσπότεα τὸν ἐμὸν κτείνειν, οὐκ ἐθέλοντα, „φέρε ἀκούσω τέῳ καὶ τρόπῳ ἐπιχειρήσομεν αὐτῷ.“ 8 Ἡ δὲ ὑπολαβοῦσα ἔφη· „Ἐκ τοῦ αὐτοῦ μὲν χωρίου „ἡ ὁρμὴ ἔσται, ὅθεν περ καὶ ἐκεῖνος ἐμὲ ἐπεδέξατο „γυμνην· ὑπνωμένῳ δὲ ἡ ἐπιχείρησις ἔσται.“

12 Ὡς δὲ ἤρτυσαν τὴν ἐπιβουλὴν, νυκτὸς γινομένης, (οὐ γὰρ μετίετο ὁ Γύγης, οὐδέ οἱ ἦν ἀπαλλαγὴ οὐδεμία, ἀλλὰ ἔδεε ἢ αὐτὸν ἀπολωλέναι, ἢ Κανδαύλεα,) εἵπετο ἐς τὸν θάλαμον τῇ γυναικί. καί μιν ἐκείνη, ἐγχειρίδιον δοῦσα, κατακρύπτει ὑπὸ τὴν αὐτὴν θύρην. καὶ μετὰ ταῦτα, ἀναπαυομένου Κανδαύλεω, ὑπεισδύς τε καὶ ἀποκτείνας αὐτὸν, ἔσχε καὶ τὴν

---

esse in sententiis bimembribus, ita ut alterum membrum sine coniunctione subiiciatur, ad quod proprie spectet ὦν (ut h. l. αἱρέεται) quum negatio ad prius (h. l. ad ἔπειθεν) sit referenda. Quam in rem laudat I, 59. 206. IV, 118. V, 92. Vid. eundem in Gr. Gr. §. 630, 2, a not. pag. 1291.

φέρε ἀκούσω τέῳ καὶ τρόπῳ ἐπιχειρήσομεν] ἐπιχειρήσομεν futurum tempus laudat Werferus Actt. phill. Monacenss. I p. 233 sq. in iis, quae cum coniunctivum *deliberativum* deposcant, futurum praebeant. Cf. etiam Creuzer. ad Plotin. de pulcrit. p. 237 et infra Herodot. I, 65. De ἀκούσω coniunctivo vix erit monendum. Cf. Matth. §. 516, 1. p. 983. — Mox ὑπνωμένῳ: est: „*ei, si somno penitus est oppressus.*“ Citat Cr. Casauboniana p. 86 ed. Chr. Wolf.

Cap. XII.

οὐ γὰρ μετίετο ὁ Γύγης] Mediceus liber: ἐμετίετο, quod Gronovius alio loco (I, 114, ubi tamen pro ἐμετείθη nunc restitutum est μετείθη) tueri studuit. Tu vid. Buttmann. ausführl. Gramm. I p. 543. II p. 428. In sqq. cum Gaisf. edidi οὐδεμία, libris scriptis poscentibus. Vulgo οὐδεμίῃ.

ἔσχε καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὴν βασιληΐην Γύγης] Discrepant ea, quae Herodotus narravit quaeque excerpsit Aristidis scholiasta p. 138 ed. Frommel. nonnihil ab aliorum scriptorum narratione. Plutarch. Quaestt. Graecc. p. 301 Gygem exercitus ope regnum oc-

γυναῖκα καὶ τὴν βασιλήϊην Γύγης· τοῦ καὶ Ἀρχίλο-

---

cupasse tradit, quod utrum ex Xantho, an alio aliquo Lydicarum rerum scriptore ille hauserit, ipsi Creuzero dubium videtur (Fragmm. Historr. p. 204). Fabulis magis exornata Platonis est narratio de Gyge eiusque annulo mirifico, de Re publ. II, 3 pag. 359 s. pag. 37 Ast., quam tot deinceps celebrarunt, laudante Astio ad h. l. p. 393 coll. Xenophont. Cyropaed. VII, 2, 24, quibus *Cr.* addit Nonni narrat. in Creuz. Melett. I p. 72 c. not. 28, et quae leguntur disputata in Menagianis II p. 299 de Gyge, qui primus artem feminas castrandi invenerit. Ad historiae fidem si haec revocare velis, mihi utique Herodoti narratio praeferenda videtur, tum quod Herodotum Lydicae regionis et historiae omnino valde gnarum fuisse putem, tum quod orientalium regnorum conditionem conversionesque, quales apud orientales in Gynaeceis fiunt, respicienti haec quam maxime accommodata videbuntur. At vero ad mythologiam quoque antiquissimam fabularumque rationes ea pertinere, quae Plato, alii, de Gyge memoriae prodiderunt, nemo non videt. Nec tamen meum esse talia explicare et ad liquidum perducere bene sentio. Idem quodammodo valet de Candaule, qui Lydiorum sermone Hercules est, quoque inde ad solares rationes perducimur, cum Gyges ille fabulosus, qui Candaulem opprimit annuli illius miri ope non minus ad huiuscemodi rationes coelestes atque cosmogonias pertinere videatur, ubi non minor *solis*, quam *aquae* est locus. Sed haec et alia adumbravit Creuzer. in epistt. Homericc. ad Hermann. p. 103—106. Nec minus feminae nomen, quam silentio praetermisit Herodotus, ad fabulas quodammodo spectat, si quidem *Nysia* s. *Nyssa* ea in memoriam vocare possit, quae vulgo apud nos quoque traduntur de *Nyxis* (Wassernyxen) aut quod genii quidam, qui veterum Penatibus similes reperiuntur, Danis, Suecis, Normannisque dicuntur *Nisten*. Sed totum adscribam locum Hephaestionis a *Cr.* indicatum, qualis legitur in Photio ed. Imm. Bekker. p. 150: „ὡς ἡ Κανδαύλου γυνὴ, ἧς Ἡρόδοτος οὐ λέγει τοὔνομα, Νυσία (al. *Μυσία* h. l.) ἐκαλεῖτο· ἣ καὶ δίκορον καὶ ὀξυνωπεστάτην φασὶ γενέσθαι, τὸν δρακοντίτην κτησαμένην λίθον, διὸ καὶ αἰσθέσθαι τὸν Γύγην ἐξιόντα διὰ τῶν θυρῶν (al. ἐξιόντα εἰς ζήτησιν διὰ θυρῶν)· ἄλλοι Τουδοῦν αὐτὴν καλεῖσθαι, οἱ δὲ Κλυτίαν, Ἄβας δὲ Ἁβρὼ ταύτην καλεῖσθαι· σιγῆσαι δὲ τοὔνομά φασι τῆς γυναικὸς τὸν Ἡρόδοτον, ἐπεὶ ὁ ἐρώμενος Ἡροδότου Πλησιέῤῥοος Νυσίας (al. *Νυσσίας*) ὀνόματι ἐρασθεὶς Ἁλικαρνασίας

χος ὁ Πάριος, κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γενόμενος,
13 ἐν ἰάμβῳ τριμέτρῳ ἐπεμνήσθη. Ἔσχε δὲ τὴν βασιληΐην, καὶ ἐκρατύνθη, ἐκ τοῦ ἐν Δελφοῖσι χρηστη-

τὸ γένος, ἐπεὶ μὴ τύχοι τῆς ἑταίρας, οὐκ ἀνεχόμενος βρόχῳ ἑαυτὸν ἀνήρτησε· διὸ φυλάξασθαι ὡς ἀπεχθὲς εἰπεῖν τὸ τῆς Νυσίας ὄνομα Ἡρόδοτον." Nomen Νυσία s. Νυσσία utrum a νύσσω (i. e. excito) an a νύσσα (arbor) sit repetendum, nolim discernere. Cf. Creuzer. Symbol. III p. 137. Τουδοῦν illud, a nominativo Τουδώ formatum, Etruscum quid aut Umbricum sonare videtur. Vid. *Lanzi in* Sagg. di Ling. *Etrusc.* II *p.* 146. 149. 151 (*ubi Tute* i. e. Τυδεύς) *III p.* 808 (*Tuticus*, *Tutere* i. e. *Tuder*). Add. C. O. Müller. Etrusc. T. I. pag. 334 seq. Nam Tuscorum urbs memoratur *Tuder*.

τοῦ καὶ Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γενόμενος ἐν ἰάμβῳ τριμέτρῳ ἐπεμνήσθη] Haec verba a librario quodam Herodoteis adiecta suspicabatur Wesseling., adeoque persuasit Reizio in Praefat. p. XIX. Sed retinentur illa ab omnibus libris manuscriptis, nec ratio mihi apparet iusta, cur Herodotum, qui aliorum poëtarum testimonia passim adferat (vid. Schweighaeuser. ad h. l. add. II, 156. III, 38. 121. V, 95), hic idem fecisse negem. Legit denique haec verba suo in codice Rufinus Grammaticus p. 2713 ed. Putsch. et confirmari videntur illa repetitis verbis initio capitis sq.: ἔσχε δὲ τὴν βασιληΐην, quae alioquin abundare iure dixeris. Quod vero ad Archilochi aetatem attinet, veteres scriptores non satis inter se concordant; quorum e testimoniis vel circa Olympiad. XXIII vel XV poëta vixerit. Haec si sumas, Cicerone potissimum teste in Tusculan. Quaest. I, 1, accurate convenit cum eo tempore, quo Gygem ad regnum evectum ponit Larcherus Olympiad. XVI s. 715 a. Chr. vid. T. VII p. 212. 599. Illud si praeferas, haud certe tanta est differentia, quin Gygis aequalis poeta dici possit, praesertim si verum est, quod, monente Cr., contendit Niebuhr. Röm. Gesch. I p. 44 not. 53 ed. prior., numerum annorum, per quos regnum tenuerint Lydorum reges, nimis auctum videri. De Archilocho Idem citat Liebel. ad Archiloch. reliqq. pag. 60. 61. Fabric. Bibl. Graec. II p. 107 sqq. ed. Harles. Senarius ipse, quo respicere videtur Herodotus, exstat apud Aristotel. Rhetorr. III, 17 coll. Plutarch. Moral. II p. 470, B. Unde relatus est in Brunckii Anal. T. I p. 42, ubi vide Iacobsii Animadverss. Anthol. T. I p. 155:

Οὔ μοι τὰ Γύγεω τοῦ πολυχρύσου μέλει.

ϱίον. ὡς γὰϱ δὴ οἱ Λυδοὶ δεινὸν ἐποιεῦντο τὸ Κανδαύλεω πάθος, καὶ ἐν ὅπλοισι ἦσαν, συνέβησαν ἐς τὠυτὸ οἵ τε τοῦ Γύγεω στασιῶται καὶ οἱ λοιποὶ Λυδοὶ, ἢν μὲν δὴ τὸ χϱηστήϱιον ἀνέλῃ μιν βασιλέα εἶναι Λυδῶν, τόνδε βασιλεύειν· ἢν δὲ μὴ, ἀποδοῦναι ὀπίσω ἐς Ἡϱακλείδας τὴν ἀϱχήν. ἀνεῖλέ τε δὴ τὸ χϱηστήϱιον, καὶ ἐβασίλευσεν οὕτω Γύγης. τοσόνδε μέντοι εἶπε ἡ Πυθίη, ὡς Ἡϱακλείδῃσι τίσις ἥξει ἐς τὸν πέμπτον ἀπόγονον Γύγεω. τούτου τοῦ ἔπεος Λυδοί τε καὶ οἱ βασιλέες αὐτῶν λόγον οὐδένα ἐποιεῦντο, πϱὶν δὴ ἐπετελέσθη.

14 Τὴν μὲν δὴ τυϱαννίδα οὕτω ἔσχον οἱ Μεϱμνάδαι, τοὺς Ἡϱακλείδας ἀπελόμενοι. Γύγης δὲ τυϱαννεύσας ἀπέπεμψε ἀναθήματα ἐς Δελφοὺς οὐκ ὀλίγα.

Quae ille, et ante eum quis barbarorum primus donaria Delphos miserit. Infert Mileto et Smyrnae arma, et Colophonem capit. Regnat Gyges ab a. 716 ad 678

Cap. XIII.

καὶ ἐν ὅπλοισι ἦσαν] Male nonnulli ἔνοπλοι, confusione satis frequenti. Vid. Wesseling. ibique laudatt.

συνέβησαν ἐς τὠυτὸ οἵ τε τοῦ Γύγεω στασιῶται κ. τ. λ.] i. e. „*convenit inter Gygis factionem et reliquos Lydos, ut, quando scilicet oraculum hunc regem Lydorum esse dixisset, hicce* (Gyges) *regnaret; sin minus, ut Heraclidis regnum restitueret.*“ Particulam δὴ, quae male a quibusdam codd. abest, haud sine quadam vi orationi insertam esse, vix quemquam fugit. Nec alia fere eiusdem vis in sqq.: ἀνεῖλέ τε δὴ τὸ χϱηστήϱιον κ. τ. λ. et in fine capitis: — πϱὶν δὴ ἐπετελέσθη. De loco ipso Cr. confert Eustath. ad Odyss. III, 225 p. 122 infr. ed. Basil. De structura, quà verbum συνέβησαν hic excipit infinitivus, vid. Schaefer. ad Lambert. Bos. de Ellips. p. 784., cui tamen ὥστε in his omissum esse statuenti, recte si quid video, oblocutus est Hermann. in Dissert. de Ellips. et Pleonasm. in Wolfii et Buttmann. Museo stud. antiq. Vol. I p. 195.

τόνδε βασιλεύειν] Buttmannum si audias (in Excurs. XII ad Demosthen. Midian. p. 158) hic scribendum erit τὸν δὲ, ut in simili loco II, 39.

— ἥξει ἐς τὸν πέμπτον ἀπόγονον Γύγεω] Qui *Croesus* erat, vid. infra I, 91.

Cap. XIV.

Γύγης δὲ τυϱαννεύσας ἀπέπεμψε ἀναθήματα ἐς Δελφοὺς] τυϱαννεύσας hic verte: „*cum regnum occupas-*

3ἀλλ' ὅσα μὲν ἀργύρου ἀναθήματα ἔστι οἱ πλεῖστα ἐν Δελφοῖσι· πάρεξ δὲ τοῦ ἀργύρου, χρυσὸν ἄπλετον ἀνέθηκεν ἄλλον τε καὶ, τοῦ μάλιστα μνήμην ἄξιον ἔχειν ἐστὶ, κρητῆρές οἱ ἀριθμὸν ἓξ χρύσεοι ἀνακέαται. ἑστᾶσι δὲ οὗτοι ἐν τῷ Κορινθίων θησαυρῷ, σταθμὸν ἔχοντες τριήκοντα τάλαντα· ἀληθέϊ δὲ λόγῳ

---

set, s. *adeptus esset.*" Est haec aoristi participiorum vis de rebus transeuntibus, quam illustravit Hermann. ad Viger. p. 774, ubi hunc quoque locum laudat, ita vertens: „*regnum occupavit et misit.*" Ad vocem τυραννεύειν cf. quae supra ad cap. 6 laudavimus.

ἀλλ' ὅσα μὲν ἀργύρου ἀναθήματα ἔστι οἱ πλεῖστα ἐν Δελφοῖσι] i. e. „*sed argentea quidem eius donaria plurima Delphis exstant.*" Quae ad sensum certe negotium non facessunt, quamvis structura paulo sit impeditior. Quod enim ὅσα iungendum putant cum πλεῖστα, ut πλεῖστα ὅσα sint: *persquam multa, quam plurima*, nostro dicendi genere, quod exemplis illustravit Schaefer. ad Dionys. Halic. de composit. verbb. p. 184, quodque vel in Latinorum dictione *nimium quantum* ac similibus, agnosci potest, id minus aptum videtur propter verborum ordinem, qui hic inversus inveniatur, cum alias ὅσα suo vocabulo postponi soleat. Est unus modo locus Athenaei (T. IV p. 208) alterque Scholiastae Philostrat. (p. 160 ed. Boissonad.) ubi ὅσα praepositum occurrit. Quae cum ita sint, malim cum Augusto Matthiae statuere, duo orationis membra hic in unum coaluisse: ἀλλ' ὅσα μὲν ἀργύρου ἀναθήματα ἔστι (τούτων), ταῦτά οἱ πλεῖστα ἔστι ἐν Δελφοῖσι. Vid. eundem quoque in Gramm. Gr. §. 445, 4 pag. 832. Nec aliter fere iam dudum Larchero placuerat.

χρυσὸν ἄπλετον ἀνέθηκεν ἄλλον τε καὶ, τοῦ κ. τ. λ.] i. e. „*auri immensum pondus tum aliud* (s. aliarum rerum) *tum vero etiam, quod praecipue memoratu dignum est, crateres sex numero aurei ab eodem dedicati exstant.*" Reliqua interpretatione non egent. Ad pondus craterum, quod triginta talentorum aureorum fuisse dicitur, facit alter Nostri locus III, 95, ubi auri talentum unum tredecim argentea talenta aequare scribit. Inde summam Larcherus conficit 2,106,000 Livres. In verbis σταθμὸν ἔχοντες — τάλαντα notamus linguae usum, ex quo genitivi loco (ταλάντων) vox τάλαντα voci σταθμὸν adscribitur. Plura Matth. §. 428, 5 p. 794.

ἀληθέϊ δὲ λόγῳ χρεωμένῳ]

χρεωμένῳ, οὐ Κορινθίων τοῦ δημοσίου ἐστὶν ὁ θησαυρὸς, ἀλλὰ Κυψέλου τοῦ Ἠετίωνος. Οὗτος δὲ 8
ὁ Γύγης, πρῶτος βαρβάρων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, ἐς Δελ-

Participii in dativo usum (ut II, 11, aliis locis) bene notavit Matthiae Gr. Gr. §. 388, b p. 711. Tu verte: *„si quis verum dicere vult.“*

οὐ Κορινθίων τοῦ δημοσίου ἐστὶν ὁ θησαυρὸς, ἀλλὰ Κυψέλου τοῦ Ἠετίωνος] Pro δημοσίου libri quidam δήμου, quod, ut a sententia ipsa non alienum, ita tamen hic ex scribendi compendio ortum esse vix dubium. Hinc recte quoque tuitus est Schaefer. ad Lambert. Bos. de Ellipss. p. 462 ubi vid. — De *Cypselo* vid. infra V, 92. — θησαυροὶ saepenumero dicuntur aediculae s. cellae in Delphico templo a singulis regibus s. civitatibus dedicatae, in quibus sua quaeque civitas donaria, aurum etiam et argentum, Apollini sacrandum deponeret. Minime igitur hic cogitandum de thesauris quibusdam Apollinis veluti fidei commissis. Egregie hoc admonuit Valcken. ad Herod. IV, 162, qui locus omnino cum nostro comparandus. Add. Wyttenbach. Animad. ad Plutarch. Moral. I p. 990 et Kruse Hellas II, 2 p. 85, qui thesauros istiusmodi, quorum mentio fit apud veteres, recenset.

οὗτος δὲ ὁ Γύγης, πρῶτος βαρβάρων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν κ. τ. λ.] Phanias ac Theopompus Gygem omnino primum fuisse memorant, qui Delphos donaria miserit. Vid. Athen. VI, 4 p. 231, E. T. II p. 390 ed. Schweigh. Quos Xanthum imprimis secutos esse, cum Creuzero suspiceris licet, qui de hisce Lydorum donariis laudat Heyne Opuscc. Acadd. V p. 347. Paciaudi Monumentt. Peloponn. II p. 51 sqq. et Ramshorn. Commentat. de statuarum multitud. et de donariis Delph. Altenburg. 1814 p. 22 sqq. Propter haec tam splendida donaria, non mirum est, Gygem ad tantam celebritatem pervenisse, ut eius divitiae apud Graecos in proverbium abierint. Hinc Archilochus cecinerat (vid. locum laud. ad cap. 12 fin.):

οὔ μοι τὰ Γύγεω τοῦ πολυχρύσου μέλει.

Quod expressit Anacreontici carminis auctor, nr. XV:

οὔ μοι μέλει Γύγαο
τοῦ Σαρδίων ἄνακτος.

Hinc celebratur vulgo *Γύγου πλοῦτος* non minus atque Croesi opulentia, quocum ipse Gyges passim iungitur. Vid. quae laudavit Cr. in Fragmm. historr. p. 203 sq. et in Melett. I p. 72 not. 28 ad Nonni narrat.; qui nunc addit Dracon. de metris p. 33 (coll. 117) propter versiculos illic allatos, ubi syllabam prio-

φοὺς ἀνέθηκε ἀναθήματα, μετὰ Μίδην τὸν Γορδίεω, 6Φρυγίης βασιλέα. ἀνέθηκε γὰρ δὴ καὶ Μίδης τὸν βασιλήιον θρόνον, ἐς τὸν προκατίζων ἐδίκαζε, ἐόντα ἀξιοθέητον. κεῖται δὲ ὁ θρόνος οὗτος ἔνθα περ οἱ 7τοῦ Γύγεω κρητῆρες. ὁ δὲ χρυσὸς οὗτος καὶ ὁ ἄργυρος, τὸν ὁ Γύγης ἀνέθηκε, ὑπὸ Δελφῶν καλέεται 8Γυγάδας ἐπὶ τοῦ ἀναθέντος ἐπωνυμίην. Ἐσέβαλε μέν νυν στρατιὴν καὶ οὗτος, ἐπεί τε ἦρξε, ἔς τε Μίλη-

---

rem in voce Γύγης longam esse grammaticus contendit.

μετὰ Μίδην τὸν Γορδίεω] Occurrunt in Lydica historia plures reges, quibus vel Midae vel Gordii nomen tribuitur. Qui hic nominatur Midas, eundem esse suspicatur Wesselingius, quem Eusebius collocat Olymp. X, 4. Quod si verum, ille regnum accepisse putandus erit 737 a. Chr. i. e. viginti duobus ante annis quam Gyges ad regnum evectus est.

ἐς τὸν προκατίζων ἐδίκαζε] i. e. „*in qua (sella regia) praesidens ius dicere solebat.*“. Praepositionis ἐς usum in his ac similibus explicat Matth. §. 578, 3, a p. 1142 sq. Cf. Herodot. I, 199. IV, 46. VIII, 71.

ὁ δὲ χρυσὸς οὗτος καὶ ὁ ἄργυρος — ὑπὸ Δελφῶν καλέεται Γυγάδας ἐπὶ τοῦ ἀναθέντος ἐπωνυμίην] i. e. „*aurum vero istud et argentum — a Delphis vocatur Gygaeum de illius, qui dedicaverat, nomine.*“ Respexit haec Himerius Sophista 19, 1 (ubi cf. Wernsdorf. pag. 267): ὁ δὲ ἡμέτερος πλοῦτος οὐ χρυσός τις Γυγάδας ἢ Λύδιος. In Herodoteis verbis notare licet usum praepositionis ἐπὶ (ἐπὶ τοῦ ἀναθέντος) in hisce haud infrequentem: I, 94 ibiq. not. V, 65. IV, 45. 107. 148. 149 etc. Aliam formulam καλεῖν τι ἐπί τινι Heindorfius explicuit ad Platon. Cratyl. p. 163. In accusativo ἐπωνυμίην, ex abundantia quadam orationis haud infrequenti addito, minime haerendum. Est autem ἐπωνυμίη hic fere idem quod οὔνομα, *appellatio*, *denominatio*, ut I, 94 fin. 173. II, 4.

ἐσέβαλε — στρατιὴν] Plerumque (v. I, 17. 18 etc.) accusativum hunc huic verbo addit Noster; Pausanias dativum. De quo monuit Siebelis ad Pausan. II, 36 §. 5.

ἐσέβαλε μέν νυν στρατιὴν καὶ οὗτος — ἔς τε Μίλητον καὶ ἐς Σμύρνην] Huc Larcherus refert, quae de bello quodam inter Sardianos et Smyrnaeos gesto leguntur ex Dosithei Lydicorum libro tertio excerpta apud Plutarch. Moral. p. 312 sq. ubi vid. Wyttenbach. Annotatt. p. 86. Sardiani Smyrnaeos obsidione presse-

τον καὶ ἐς Σμύρνην, καὶ Κολοφῶνος τὸ ἄστυ εἷλε. 9 ἀλλ' οὐδὲν γὰρ μέγα ἔργον ἀπ' αὐτοῦ ἄλλο ἐγένετο βασιλεύσαντος δυῶν δέοντα τεσσεράκοντα ἔτεα, τοῦ-

---

runt nec ante recessuros se denuntiarunt, quam Smyrnaei uxorum suarum copiam ipsis fecissent. Quod isti ita exsecuti sunt, ut ex ancillae cuiusdam consilio servas laute vestitas ornatasque feminarum loco Sardianis permitterent, qui cum ab his defatigati essent, mox a Smyrnaeis occupati, ipsi capti sunt. Tradit autem Pausanias IX, 29 §. 2 Mimnermum poëtam (qui ad Olymp. XXXVII vulgo refertur) versibus elegiacis Smyrnaeorum pugnam cum Gyge descripsisse; quae si ea fuit, de qua retulit Dositheus, haud miramur poëtam, rebus amatoriis canendis deditum, tale argumentum sibi sumsisse canendum. Sed potuit Mimnermus, qui ipse Colophone, aut, ut alii volunt, Smyrna oriundus erat, alias quoque ob causas ad talia canenda permoveri. Equidem nil discerno. De Mimnermo consul. Fabric. Bibl. Graec. I p. 733 sq. ed. Harles. et qui nuper collegit fragmenta atque illustravit N. Bach. Lipsiae 1827.

Κολοφῶνος τὸ ἄστυ εἷλε] Colophonem *arce excepta* illum cepisse vulgo intelligunt. Sed monet censor in Ephemerr. Ienenss. 1817 nr. 164 p. 372 ἄστυ opponi hic urbis finibus agrisque s. ditioni, quae ipsa in Mileto ac Smyrna sit intelligenda. Alioquin accuratius Nostrum fuisse locutum ille arbitratur.

ἀλλ' οὐδὲν γὰρ μέγα ἔργον ἀπ' αὐτοῦ ἄλλο ἐγένετο] Schaeferus hunc locum laudans in Melett. criticc. p. 75 legi vult ὑπ' αὐτοῦ; invitis omnibus libris, quorum auctoritatem satis tuetur usus linguae, cum haud raro id, quod omnino ex aliquo profectum est, praepositione ἀπὸ indicetur, ut II, 54 etc. Ac probatur etiam iste usus Pausaniae imitatione, de qua dixit Siebelis ad I, 7 § 3. Melius distinctione loco nostro prospexit Schaeferus, cum puncto maiori, quod ante τοῦτον μὲν παρήσομεν vulgo inveniebatur, sublato, minorem hic distinctionem poneret. Quare secuti eum sumus cum recentt. editt. — Quod ad rem attinet, bellum utique Gygis cum Magnesiis memoratur Nicolao Damasceno (p. 453) p. 51. 52 Orell., qui e Xantho probabiliter sua desumsit, monente Creuzero in fragmm. historr. p. 202. Nec quidquam apud Herodotum de fabulosa pugna Lydorum cum Amazonibus. Cf. ibid. et p. 183.

δυῶν δέοντα τεσσεράκοντα ἔτεα] δυῶν Ionum ex dialecto, ut I, 94. 130. III, 131. IV, 1. 89. 90. Matth. Gr. Gr. §. 138 p. 262. Hinc male Suidas h. l. citans et Sancrofti liber vulgarem hic substituunt

15 τὸν μὲν παρήσομεν, τοσαῦτα ἐπιμνησθέντες. Ἄρδυος δὲ τοῦ Γύγεω μετὰ Γύγην βασιλεύσαντος μνήμην ποιήσομαι. οὗτος δὲ Πριηνέας τε εἷλε, ἐς Μίλητόν τε ἐσέβαλε. ἐπὶ τούτου τε τυραννεύοντος Σαρδίων,

Ardys ab a. 678 ad 629. Hic Prienas expugnat, et Miletum invadit. Ultimis regni eius annis Cimmerii, a Scythis pulsi ex Europa, [I, 103. 4, 16 seq.] Sardes occuperunt.

---

formam δυοῖν. De ipsa temporum ratione tenemus Gygem (cf. not. ad c. 12) ad regnum evectum videri Olymp. XVI, aut (monente Niebuhr. Röm. Gesch. I p. 59 ed. sec.) Olymp. XV, 3, regnumque inde tenuisse usque ad Ol. XXV, 1, si scilicet Sardes captae fuerint Ol. LVIII. Sed falso hoc statui docebimus ad I, 86 in., rectiusque poni Ol. LV, $\frac{3}{4}$. Unde quoque illa erunt retractanda, quae de Gygis tempore vulgo ponuntur.

Cap. XV.

ἐπὶ τούτου τε τυραννεύοντος Σαρδίων, Κιμμέριοι ἐξ ἠθέων ὑπὸ Σκυθέων τῶν Νομάδων ἐξαναστάντες κ. τ. λ.] Meminit huius rei Eustathius ad Homeri Odyss. XI, 14 p. 416, 14 ed. Basil., Herodoti non oblitus. Sed propius huc spectant Strabonis verba lib. XIII p. 930 s. 627 ed. Casaub. XIV p. 958 s. 647 sq. ed. Casaub. coll. Clement. Alexandr. Stromat. I p. 398. Illo Strabonis loco haec leguntur: φησὶ δὲ Καλλισθένης, ἁλῶναι τὰς Σάρδεις ὑπὸ Κιμμερίων πρῶτον, εἶθ' ὑπὸ Τρήρων καὶ Λυκίων, ὅπερ καὶ Καλλῖνον δηλοῦν, τὸν τῆς ἐλεγείας ποιητήν; ubi, quae dicitur Trerum atque Lyciorum invasio, haud alia atque Cimmeriorum, de qua h. l. Herodotus, qui cum Treres ad Cimmerios pertineant, latiori usus fuerit appellatione. Vid. not. ad I, 6 et Franck. Callim. p. 109 sqq. coll. p. 95 ibiq. Dodwell. in Exercit. II de aetat. Pythag. p. 109 sq. Add. Wyttenb. ad Plutarch. Moral. (p. 330, D.) p. 116 Vol. II Animadvers. Quum vero temporum ratio adversetur, Franckius l. l. p. 111 Strabonis verba sic transposita vult: φησὶ δὲ Καλλισθένης ἁλῶναι τὰς Σάρδεις ὑπὸ Κιμμερίων πρῶτον, ὅπερ καὶ Καλλῖνον δηλοῦν τὸν τῆς ἐλεγείας ποιητήν, εἶθ' ὑπὸ Τρήρων καὶ Λυκίων. Nam Callinus, quae est eius viri sententia, multum ante Archilochi indeque etiam Gygis et Ardyis tempora vixit, ut adeo altera Cimmeriorum invasio in ipsius aetatem minime cadere potuerit. Quod utrum verum sit, nec ne, nec supra ad cap. VI disquirendum censui, neque hic disquiram, cum pronum sit, in eiusmodi locis sine librorum vetustorum auctoritate quid mutare, nec omnino Callini aetas, ut qui Homero proximus vixerit, tam certa videatur, quin dubii nihil relinquatur. Quodammodo tamen assensus est Franckio G. E. Weber in libro de elegiis

Κιμμέριοι ἐξ ἠθέων ὑπὸ Σκυθέων τῶν Νομάδων ἐξαναστάντες, ἀπικέατο ἐς τὴν Ἀσίην, καὶ Σάρδις πλὴν τῆς ἀκροπόλιος εἷλον.

16 *Ἄρδυος δὲ βασιλεύσαντος ἑνὸς δέοντα πεντήκοντα ἔτεα, ἐξεδέξατο Σαδυάττης ὁ Ἄρδυος, καὶ ἐβασίλευσεν ἔτεα δυώδεκα· Σαδυάττεω δὲ, Ἀλυάττης.*

Sadyattes ab a. 629 ad 617. Alyattes, qui ei successit, bellum adversus Milesios ab eo motum et sex an-

---

Graecorum poëtis (vernaculo sermone), ubi Callinum intra octavum et nonum saeculum a. Chr. n. vixisse contendit; conf. (T. II) p. 415. Utut est, equidem persistere malim in ea sententia, quam ad cap. VI posui, Herodotum de una modo Cimmeriorum invasione loqui, neque aliorum scriptorum testimonia, si forte discordant, aut ne concordent a viris doctis sollicitantur, illius auctoritati praeferenda videri. Lygdamidis, qui dux Cimmeriorum in hac expeditione, aut, ut Franckius vult, in priori, perhibetur, Herodotus nullam facit mentionem. Vid. tamen Callimach. Hymn. in Dian. 251. Strab. I p. 61 s. 106 et Hesych. s. v. II p. 502. Ad Lydiam usque et Ioniam ille progressus, deinde Sardibus captis, in Cilicia obiisse fertur. Idem Dianae Ephesiae templum combussit aut certe se facturum esse minatus est. Cf. virr. doctt. ad Hesych. l. l. et Franck. Callin. p. 111 sq.

Κιμμέριοι ἐξ ἠθέων ὑπὸ Σκυθέων τῶν Νομάδων ἐξαναστάντες] ἤθεα s. ἤθη iam Homero sunt *domicilia*, sedes *fixae*; unde ad Herodotum aliosque Ionicos scriptores transiit hic vocis usus, a quo ne Attici quidem prorsus abstinent. Sed de his copiosius admonuit G. I. Bekkerus meus in Specimine Philostrateo, quod prodiit Heidelbergae MDCCCXVIII p. 30 sq. Ad rem conf. Herod. I, 103. 104.

καὶ Σάρδις — εἷλον] Σάρδις accusativi pluralis est forma Ionica, ut πόλις, ὄψις, alia apud Nostrum, de quibus consul. Matth. §. 80 not. 6 p. 180.

Cap. XVI.

Σαδυάττης ὁ Ἄρδυος] De hoc rege exstat narratio apud Nicolaum Damascen. (p. 453) p. 52 ed. Orell., ubi tamen Alyattae filius dicitur; quod ex Herodoto corrigendum mihi vix dubium est. Ibidem (p. 53) sequitur narratio de Alyatta, Sadyattis filio, iuvene libidinoso, viro posthac continentissimo, qui Smyrnam cepit. Eodem spectant, quae leguntur in Heerenii Biblioth. d. alt. Lit. u. Kunst I, VI p. 20, ubi laudatur Xenophilus, Lydicarum rerum scriptor. Sed illa, quae Nicolaus habet, e Xantho et ipso rerum Lydicarum auctore desumta esse iudicat

Οὗτος δὲ Κυαξάρῃ τε τῷ Δηϊόκεω ἀπογόνῳ ἐπολέμησε, καὶ Μήδοισι· Κιμμερίους τε ἐκ τῆς Ἀσίης ἐξήλασε· Σμύρνην τε τὴν ἀπὸ Κολοφῶνος κτισθεῖσαν εἷλε, ἐς Κλαζομενάς τε ἐσέβαλε. ἀπὸ μέν νυν τούτων οὐκ ὡς ἤθελε ἀπήλλαξε, ἀλλὰ προσπταίσας μεγάλως. ἄλλα δὲ ἔργα ἀπεδέξατο ἐὼν ἐν τῇ ἀρχῇ ἀξιαπηγητότατα τάδε.

nos gestum, continuat post eius mortem annos quinque. Idem cum Cyaxare Medo bellum gessit [1, 74]. Cimmerios ex Asia expulit: Smyrnam cepit, et Clazomenas invasit.

17 Ἐπολέμησε Μιλησίοισι, παραδεξάμενος τὸν πόλεμον παρὰ τοῦ πατρός. ἐπελαύνων γὰρ ἐπολιόρκεε τὴν Μίλητον τρόπῳ τοιῷδε· ὅκως μὲν εἴη ἐν τῇ γῇ καρπὸς ἁδρὸς, τηνικαῦτα ἐσέβαλλε τὴν στρατιήν. ἐστρατεύετο δὲ ὑπὸ συρίγ-

---

Creuzer. Fragmm. historicc. p. 202 sqq.

οὗτος δὲ Κυαξάρῃ τε τῷ Δηϊόκεω ἀπογόνῳ ἐπολέμησε κ. τ. λ.] Plura infra I, 74. Quo enim tempore Lydis praeerat Ardys, Alyattae avus, Medis imperabat Phraortes, Cyaxaris pater. Obiit Ardys anno 628 a. Chr., Phraortes 634 a. Chr.

Σμύρνην τε τὴν ἀπὸ Κολοφῶνος κτισθεῖσαν εἷλε] Reiskium scribi iubentem: *τὴν ἄνω Κολοφῶνος*, sane mittamus. Videtur enim ignoratio usus praepositionis *ἀπὸ*, quae ad locum refertur, unde coloni profecti sive egressi fuerint, talem coniecturam peperisse. Quo autem sensu Smyrna dici possit Colophoniorum colonia, id manifestum fit ex I, 150, additis iis, quae ad I, 149 notata sunt.

οὐκ ὡς ἤθελε ἀπήλλαξε] „*non ita, ut voluerat, discessit*," i. e. *male tractatus*, *clade accepta*; quod ipsum continuo additur. Similis elocutionis exemplum ex Euripidis Andromache afferunt vs. 1168: *δέχει γὰρ τὸν Ἀχίλλειον σκύμνον ἐς οἴκους, οὐχ ὡς σὺ θέλεις*. Atque Herodotus ipse infra I, 32: — *πολλὰ μὲν ἔστιν ἰδέειν, τὰ μή τις ἐθέλει*.

ἄλλα δὲ ἔργα ἀπεδέξατο κ. τ. λ.] „*verum alia perfecit, dum regnum tenebat, memoratu dignissima, haecce.*" Ad *ἀποδείκνυσθαι* conferantur, quae ad prooemium disputavimus.

Cap. XVII.

ὅκως μὲν εἴη] Conf. ad I, 11 — *καρπὸς* indicat *fructus satorum*, *fruges*, quae distinguuntur ab *arborum fructibus*. Vid. quae dixi in Creuzeri Melett. III p. 75. Spectatur autem messis instantis tempus, quod aliis dicitur *περὶ τὴν ὡραίαν*. Nam *καρπὸς ἁδρὸς* significat *fruges adultas*, notante Schaefer. ad Lambert. Bos. de Ellips. p. 577.

ἐστρατεύετο δὲ ὑπὸ συρίγ-

γων τε καὶ πηκτίδων, καὶ αὐλοῦ γυναικηΐου τε καὶ
4 *ἀνδρηΐου. ὡς δὲ ἐς τὴν Μιλησίην ἀπίκοιτο, οἰκή-* 9

γων τε καὶ πηκτίδων, καὶ αὐλοῦ γυναικηΐου τε καὶ ἀνδρηΐου] ὑπὸ συρίγγων est: *ad cantum, ad sonum fistularum;* quod satis notum dicendi genus illustrat Matth. Gramm. Gr. §. 592 p. 118 sq. Et quamquam plures gentes antiquitatis accepimus ad tibiae sonum in pugnam ingressas (vid. Siebel. ad Pausan. X, 15 §. 2), hic etiam locus eo valet, ut et luxuriem mollitiemque Lydorum declaret et musices primordia atque incrementa Lydorum genti vindicet, cuius omnino in hac re frequens mentio. Vide, quae Creuz. attulit ad Xanthum in fragmm. historicc. p. 156 add. Orelli Suppl. nott. ad Nicol. Damasc. p. 57 sq. Non enim tantum Lydorum musica ars in universum praedicatur, verum etiam instrumenta eorum musica; quorum hoc loco primum memorantur fistulae, de quibus monitu vix opus. πηκτίδες quae deinceps laudantur, earum apud Homerum quidem nulla mentio; sed occurrit πηκτὶς in Orphei Argon. vs. 411 et in Anacreont. VI, 10, ubi conf. Fischerum. Gesnerus ad Orphei l. l. pro eodem instrumento haberi vult atque τὴν φόρμιγγα, alii cum magade confundunt. Atque omnino Lyrae genus idque antiquissimum fere fuisse videtur, quod Lydi vel ipsi invenerint vel certe excoluerint valdeque in usu habuerint. Cf. quos laudat Ast. ad Plat. Polit. III, 10 p. 456 Comm. (p. 399 p. 132 Bekk.). Tertio loco appellatur αὐλὸς sive *tibia*, cuius mentio in rebus Lydicis aut Phrygicis neminem advertet. Sed maius negotium hoc loco exhibent verba addita ὑπ' (αὐλοῦ) γυναικηΐου τε καὶ ἀνδρηΐου, quae ne Gellius quidem recte intellexit, cum in Noctt. Atticc. I, 11 haec scriberet: „Alyattes „autem, rex terrae Lydiae, more atque luxu barbarico praeditus quum bellum Milesiis faceret, ut Herodotus in historiis tradit, concinentes fistulatores et fidicines atque *feminas etiam tibicines* in exercitu atque in procinctu habuit, lascivientium delicias conviviorum.“ Quae si legeris, eam in opinionem induci poteris, αὐλὸν γυναικήϊον esse tibiam, quae a feminis infletur, αὐλὸν ἀνδρήϊον, quae a maribus. Quo melius iam vidit Larcherus, αὐλὸν γυναικήϊον eam esse, quae sonum molliorem et acutiorem redderet; ἀνδρήϊον, cuius sonus gravior esset. Addit Böttiger. (Über die Lydische Doppelflöte in Wieland. Attisch. Mus. I, 2 p. 334 sqq.) illam videri probabiliter eam, quae Romanis sit *tibia sinistra*, alteram (masculam) eam, quae Romanis *dextra* appelletur. Quae enim dextrâ manu canatur tibia, efficere eum sonum, qui nobis *Bass* dicatur, sinistram tibiam eum, qui nobis

ματα μὲν τα ἐπὶ τῶν ἀγρῶν οὔτε κατέβαλλε, οὔτε ἐνεπίμπρη, οὔτε θύρας ἀπέσπα, ἔα δὲ κατὰ χώρην ἑστάμεναι· ὁ δὲ τά τε δένδρεα καὶ τὸν καρπὸν τὸν ἐν τῇ γῇ ὅκως διαφθείρειε ἀπαλλάσσετο ὀπίσω. τῆς γὰρ θαλάσσης οἱ Μιλήσιοι ἐπεκράτεον, ὥστε ἐπέδρης μὴ εἶναι ἔργον τῇ στρατιῇ. τὰς δὲ οἰκίας οὐ κατέβαλλε ὁ Λυδὸς τῶνδε εἵνεκα, ὅκως ἔχοιεν ἐνθεῦτεν

---

est *Discant*. Quod vero idem vir doctus l. l. p. 335 sq. hinc originem atque initia elegorum, qui ad tibiarum sonum cantati fuerint, repetit, Callini ut primi elegorum poëtae carmina respiciens, in eo acrem adversarium nactus est *Franckium* in *Callino p. 118* sqq. *131* sqq., qui quo singula Boettigeri argumenta convelleret, ex Herodoti verbis omnino quidquam de Callini elegis concludi posse negat, idque etiam temporis spatio, quod multum inter Callinum, elegiaci carminis inventorem, et Alyattem, de cuius musica militari Herodotus loquatur, intercedat, comprobatum putat. Sed pertinet hoc magis ad Callini aetatem accuratius atque certius definiendam, quam ad Herodoti locum explicandum. Ad quem potius consulatur Athenaei locus, quem *Cr.* adscripsit XI p. 517 ibiq. Schweigh. VI p. 364.

ἔα — ἑστάμεναι] Vulgo ἑστάναι, quod minus Ionum sermoni est conveniens. Conf. I, 76. — Ad ἀπέσπα in seqq. conf. III, 159.

ὥστε ἐπέδρης μὴ εἶναι ἔργον τῇ στρατιῇ] i. e. *ita ut nihil attineret exercitu urbem obsidere*, quae scil. commeatu maritimo abundabat nec terrestri obsidione ad deditionem redigi poterat.

τῆς γὰρ θαλάσσης οἱ Μιλήσιοι ἐπεκράτεον] Milesios illa aetate validissimos fortissimosque fuisse, alia aliorum scriptorum testimonia ostendunt. Conf. Rambach. de Mileto (Hal. Sax. 1790) pag. 19. Idem vel ea testantur, quae hoc ipso capite et sequentibus Noster refert, qui iam supra I, 14 fin. Miletum in iis urbibus nominaverat, quas Gyges Lydorum rex sit aggressus, commotus procul dubio urbis divitiis atque opibus, quae iam tum (i. e. 676 a. Chr.) tot coloniarum mater exstiterat. Conf. Rambach. l. l. pag. 6. Hodie urbis olim opulentissimae aliquot rudera aedificiorum superesse dicuntur in vicinia loci *Palat* vel *Palatscha*, ad ostium Maeandri, ubi nunc pastores degunt pauci. Conf. Rosenmüller. Bibl. Archaeolog. I, 2 pag. 226. De antiqua urbe praeter Rambachium consulendi e veteribus praecipue Strabo XIV, 1 p. 941 seq. et Pompon. Mel. I, 17 § 1 ibique Tzschuck.

ὁρμεώμενοι τὴν γῆν σπείρειν τε καὶ ἐργάζεσθαι οἱ
Μιλήσιοι, αὐτὸς δὲ, ἐκείνων ἐργαζομένων, ἔχοι τι
18 καὶ σίνεσθαι ἐσβάλλων. Ταῦτα ποιέων, ἐπολέμεε ἔτεα
ἕνδεκα· ἐν τοῖσι τρώματα μεγάλα διφάσια Μιλησίων
ἐγένετο, ἔν τε Λιμενηΐῳ χώρης τῆς σφετέρης μαχε-
σαμένων, καὶ ἐν Μαιάνδρου πεδίῳ. τὰ μέν νυν ἓξ
ἔτεα τῶν ἕνδεκα Σαδυάττης ὁ Ἄρδυος ἔτι Λυδῶν
ἦρχε, ὁ καὶ ἐσβάλλων τηνικαῦτα ἐς τὴν Μιλησίην

Cap. XVIII.

ἐν τοῖσι τρώματα μεγάλα διφάσια κ. τ. λ.] τρῶμα de *clade* s. *plaga* accipiendum. Ubi Eustathii admonet Cr. ad Odyss. XXI, 293 pag. 761 lin. 25 ed. Basil. Tu add. quae dixi ad Plutarch. Alcibiad. cp. 27 pag. 215.

ἔν τε Λιμενηΐῳ χώρης τῆς σφετέρης] In quibusdam libris exstat *ἔν τε ἐν Λιμενηΐῳ*, patrocinante Gronovio, qui *ἔν τε* absolute positum vult: *inter alia, in his*. Sed eo sensu dicitur *ἐν δὲ* (pro *ἐν τούτοις δὲ*), ut monuit Wesseling. cui add. Ruhnken. Epist. critic. pag. 236. Alii, quo mendosam scripturam explicarent, *ἐν λιμενηΐῳ* ex prisco scribendi usu idem valere posse dicebant atque *ἐλλιμενηΐῳ*, ut loci nomen intelligeretur *Ἐλλιμενήϊον*, ubi pugna illa sit commissa. Larcherus (in tab. geograph. T. VIII p. 302) coniecerat *ἔν τε Λιμνηΐῳ*, cum a paludibus stagnisque loco nomen inditum *Λιμνήϊον*. Et coloniam ille memorat Milesiorum in Chersoneso Thracica, cui nomen *Λίμναι*, teste Strabone XIV p. 635 s. 941, D. Herodoti *Λιμενήϊον* sanequam aliunde non notum est, si Suidam exceperis, qui hoc nomine regionem quandam indicari scribit, Herodoteum credo locum respiciens. Quo magis hic a codicum scriptura standum videtur. — *Maeandri* (qui nunc dicitur *Minder* s. *Meinder*) campos Herodotus memorat I, 161. II, 10, ipsumque fluvium II, 29. VII, 26 coll. III, 122. V, 118. Tzschuck. ad Pompon. Mel. I, 17 §. 3.

ὁ καὶ ἐσβάλλων τηνικαῦτα] Male olim *ἐσβαλών*; meliores libri, quos cum recentt. edd. secuti sumus *ἐσβάλλων*, quod temporum rationi magis congruit. — In seqq. cum recentt. edd. scripsimus: *Σαδυάττης γὰρ οὗτος*, quamquam arridet Schweighaeuseri suspicio, qui, eo quod libri nonnulli distinctione posita post *Σαδυάττης* (quâ illud antecedentibus annectatur) pergunt *οὗτος γὰρ*, vocem *Σαδυάττης* temere in textum illatam arbitratur. Sed cautiores in delendo nos reddere debet Herodotei sermonis copia atque abundantia. Ad *συνάψας* conf.

την στρατιήν· (Σαδυάττης γὰρ οὗτος καὶ ὁ τὸν πόλεμον ἦν συνάψας·) τὰ δὲ πέντε τῶν ἐτέων τὰ ἑπόμενα τοῖσι ἓξ Ἀλυάττης ὁ Σαδυάττεω ἐπολέμεε, ὃς παραδεξάμενος (ὡς καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται) παρὰ τοῦ πατρὸς τὸν πόλεμον, προσεῖχε ἐντεταμένως. τοῖσι δὲ Μιλησίοισι οὐδαμοὶ Ἰώνων τὸν πόλεμον τοῦτον συνεπελάφρυνον, ὅτι μὴ Χῖοι μοῦνοι. οὗτοι δὲ τὸ ὁμοῖον ἀνταποδιδόντες ἐτιμώρεον· καὶ γὰρ δὴ πρότερον οἱ Μιλήσιοι τοῖσι Χίοισι τὸν πρὸς Ἐρυθραίους πόλεμον συνδιήνεικαν.

19 Τῷ δὲ δυωδεκάτῳ ἔτεϊ ληΐου ἐμπιπραμένου ὑπὸ τῆς στρατιῆς, συνηνείχθη τι τοιόνδε γενέσθαι πρῆγμα· ὡς ἅφθη τάχιστα τὸ λήϊον ἀνέμῳ βιώμενον, ἅψατο νηοῦ Ἀθηναίης, ἐπίκλησιν Ἀσσησίης. ἁφθεὶς δὲ ὁ νηὸς, κατεκαύθη. καὶ τὸ παραυτίκα μὲν λόγος οὐδεὶς ἐγένετο· μετὰ δὲ, τῆς στρατιῆς ἀπικομένης ἐς Σάρδις, ἐνόσησε ὁ Ἀλυάττης. μακροτέρης δέ οἱ γενομένης τῆς νούσου, πέμπει ἐς Δελφοὺς θεοπρόπους, εἴτε δὴ συμβουλεύσαντός τευ, εἴτε καὶ αὐτῷ ἔδοξε πέμψαντα

Eius morbus anno belli Milesiaci duodecimo, et Pythiae responsum.

---

quae excitavi ad Plutarch. Philopoem. pag. 67.

ὅτι μὴ Χῖοι μοῦνοι] ὅτι μὴ nisi, *praeter* (Chios solos) haud infrequens apud Nostrum, ex quo formulae usus ad Pausaniam transiit, monente Siebel. ad I, 18 § 6. Tu vid. Matth. Gr. Gr. §. 624, 3. 6. pag. 1271.

Cap. XIX.

ἐπίκλησιν Ἀσσησίης] In voce Ἀσσησίης conveniunt scripti libri plurimi. In fine capitis legitur Ἀσσησὸς, vici s. oppiduli nomen, unde dea cognomen Assesiae traxerit. Plura non constant. Conf. Stephan. Byzant. s. v. Ἀσσησὸς et Polyaen. Strateg. VI, 47.

In seqq. cum recentt. reposui τὸ παραυτίκα, disiunctim pro τοπαραυτίκα; quod in haud paucis istius modi locutionibus nos semper fecisse, semel hic monuisse sufficiat.

εἴτε καὶ αὐτῷ ἔδοξε πέμψαντα] Structura participii, quam qui ignorabant, maluerunt πέμψαντι, nunc, opinor, neminem offendet. Supra I, 3: οὕτω δὴ — τοῖσι Ἕλλησι δόξαι, πρῶτον πέμψαντας ἀγγέλους, ἀπαιτέειν. Add. I,

στὸν θεὸν ἐπειρέσθαι περὶ τῆς νούσου. τοῖσι δὲ ἡ Πυθίη ἀπικομένοισι ἐς Δελφοὺς οὐκ ἔφη χρήσειν, πρὶν ἢ τὸν νηὸν τῆς Ἀθηναίης ἀνορθώσωσι, τὸν ἐνέπρησαν χώρης τῆς Μιλησίης ἐν Ἀσσησῷ.

20 Thrasybulus a Periandro monitus, caduceatorem ab Alyatte missum quum decepisset, objecta ei specie rerum apud se affluentium, pacem impetravit.

Δελφῶν οἶδα ἐγὼ οὕτω ἀκούσας γενέσθαι. Μιλήσιοι δὲ τάδε προστιθεῖσι τούτοισι· Περίανδρον τὸν Κυψέλου, ἐόντα Θρασυβούλῳ τῷ τότε Μιλήτου τυραννεύοντι ξεῖνον ἐς τὰ μάλιστα, πυθόμενον τὸ χρη-

---

87. IV, 81. V, 109 etc. coll. Matth. Gr. Gr. §. 536 not. p. 1054.

πρὶν ἢ τὸν νηὸν τῆς Ἀθηναίης ἀναρθώσωσι] Codicum quorundam lectionem ἀνορθώσουσι amplexus est Steger. Praefat. pag. X, cum alioqui Herodotus coniunctivo particulam ἂν (ut I, 82. 159. 197. 198. III, 109. V, 106) addidisset. Nec tamen mihi ille persuasit. Vid. Matth. §. 522, d not. pag. 1012 coll. pag. 1011 et quae monui ad Plutarch. Philopoem. pag. 22.

Cap. XX.

οἶδα — ἀκούσας] Haud raro verbum οἶδα apud Herodotum atque Pausaniam ita iunctum reperitur aoristi participiis, iisque in nominativo positis, ut reddi fere possit: *memini*. Notavit Siebel. ad Pausan. I, 23, 8.

ἐόντα Θρασυβούλῳ τῷ τότε Μιλήτου τυραννεύοντι ξεῖνον] Quae et qualis Milesiorum fuerit res publica, non satis constat. Sed fluctuasse illam haud aliter atque reliquas Ionum civitates, credibile est. Hinc tyranni exstitere, qui in libera civitate omnem potestatem adeoque regnum arripuere. Quorum unum Thrasybulum fuisse, Herodoti verba clare demonstrant. Quare Aesymnetam (qui fuit antiquo tempore in Ionum civitatibus, ac fortasse etiam apud Milesios summus magistratus) illum fuisse, quae Rambachii suspicio est (de Mileto p. 16. 17), haud mihi persuadere possum. De Aesymnetis consul. Eberti Dissertt. Sicull. p. 17 sqq.

ὅκως ἄν τι προειδὼς πρὸς τὸ παρεὸν βουλεύηται] eo consilio, ut *ille, re ante cognita, consilium aliquod ad rem pertinens caperet*. Particulam ὅκως ἂν sive ὡς ἂν sequente coniunctivo saepius apud Nostrum ita usurpatam videmus, ubi optativum sine ἂν exspectabas. Sed illo modo res magis ad praesens tempus refertur, orationeque ipsa hinc vividior fit atque significantior. *Cr.* confert Heindorf. ad Platon. Protag. p. 501. Atque exempla passim inveniuntur v. c. I, 5. 22. 24 etc. Matth. Gr. Gr. p. 1003. Idem Heindorf. l. l. p. 497 ὅκως ἂν h. l. reddit *eo ut* et p. 504 ad praesens tem-

στήριον τὸ τῷ Ἀλυάττῃ γενόμενον, πέμψαντα ἄγγελον κατειπεῖν, ὅκως ἄν τι προειδὼς πρὸς τὸ παρεὸν [3]βουλεύηται. Μιλήσιοι μέν νυν οὕτω λέγουσι γενέ-
21 σθαι. Ἀλυάττης δὲ, ὥς οἱ ταῦτα ἐξαγγέλθη, αὐτίκα ἔπεμπε κήρυκα ἐς Μίλητον, βουλόμενος σπονδὰς ποιήσασθαι Θρασυβούλῳ τε καὶ Μιλησίοισι χρόνον [2]ὅσον ἂν τὸν νηὸν οἰκοδομῇ. ὁ μὲν δὴ ἀπόστολος ἐς τὴν Μίλητον ἦν· Θρασύβουλος δὲ σαφέως προπε-

---

pus (βουλεύηται) attendi iubet, quod praeterito tum imprimis subiici soleat, ubi alicuius oratio vel sententia proferatur.

Cap. XXI.

ὥς οἱ ταῦτα ἐξαγγέλθη] ἐξαγγέλθη cum Schw. et Gaisf. iure dedimus, atque mox κήρυκα (pro κήρυκας), quod praeter codicum auctoritatem satis firmant verba: ὁ μὲν δὴ ἀπόστολος κ. τ. λ.

ὁ μὲν δὴ ἀπόστολος ἐς τὴν Μίλητον ἦν] Valckenarius, quem offendebat verbum εἰμί in significando motu cum praepositione εἰς adhibitum, suspicabatur ἐς τὴν Μίλητον ἤϊε i. e. *Miletum abiit*, uti I, 113. 210. V, 50. 32; vel: ἐς τὴν Μίλητον παρῆν *Miletum venerat;* quod haud inusitatum est loquendi genus Nostro (I, 9. VI, 24 etc.) aliisque scriptoribus, e quibus exempla attulit Valcken. Add. notam nostram ad Plutarch. Pyrrh. 3 init. p. 148 sq. Cui coniecturae cum libri non suffragentur, vulgatum retinuerunt posteri editores, cum omnino, ut bene docet Siebel. ad Pausan. VIII, 10 fin. p. 233 verba, quae *esse*, *adesse* significant, interdum cum praepositione εἰς copulentur ita, ut duo simul una formula indicentur: et *venire in locum* et *esse in loco*. Atque vid. Herodot. III, 80. IX, 6 et vero potissimum V, 38: δεύτερα αὐτὸς ἐς Λακεδαίμονα τριήρεϊ ἀπόστολος ἐγίνετο; quo loco Aristagoram navigando Lacedaemonem delatum esse docemur. Hinc nostro quoque loco omnia sana esse apparet. Ad ἀπόστολος possit quis cogitando addere κήρυξ, quemadmodum invenitur etiam τὸ ἀπόστολον sc. πλοῖον (quod ipsum adeo subinde additum) de *navi vectoria*, uti docuit Ruhnkenius ad Timaei Lexic. Platon. p. 43. Quare non mirum τὸν ἀπόστολον dein de classi ipsa s. exercitu dici apud Plutarch. Phocion. cap. 11 p. 746, E. Ut enim στέλλεσθαι potissimum de *maritimo itinere* usurpatur (de quo *Cr.* conferri vult nott. ad Plotin. de pulcrit. p. 356 et Stallbaum. ad Platon. Phileb. p. 159), haud aliter invenitur ἀποστέλλεσθαι et quae inde derivantur; quod ta-

πυσμένος πάντα λόγον, καὶ εἰδὼς τὰ Ἀλυάττης μέλλοι ποιήσειν, μηχανᾶται τοιάδε. ὅσος ἦν ἐν τῷ ἄστεϊ σῖτος καὶ ἑωυτοῦ καὶ ἰδιωτικὸς, τοῦτον πάντα συγκομίσας ἐς τὴν ἀγορὴν, προεῖπε Μιλησίοισι, ἐπεὰν αὐτὸς σημήνῃ, τότε πίνειν τε πάντας καὶ κώμῳ χρέεσθαι ἐς ἀλλήλους.

22 Ταῦτα δὲ ἐποίεέ τε καὶ προαγόρευε Θρασύβουλος τῶνδε εἵνεκεν, ὅκως ἂν δὴ ὁ κῆρυξ ὁ Σαρδιηνὸς, ἰδών τε σωρὸν μέγαν σίτου κεχυμένον, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐν εὐπαθείῃσι ἐόντας, ἀγγείλῃ Ἀλυάττῃ. τὰ δὴ καὶ ἐγένετο. ὡς γὰρ δὴ ἰδών τε ἐκεῖνα ὁ κῆρυξ, καὶ εἴπας πρὸς Θρασύβουλον τὰς ἐντολὰς τοῦ Λυδοῦ, ἀπῆλθε ἐς τὰς Σάρδις, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, δι' οὐδὲν ἄλλο ἐγένετο ἡ διαλλαγή. ἐλπίζων γὰρ ὁ Ἀλυάττης σιτοδηίην τε εἶναι ἰσχυρὴν

---

men nunquam eo valere poterit, ut hoc quoque loco caduceatorem istum Alyattae maritimo itinere Miletum venisse dicamus, quae Gronovii est sententia. Nam de quovis itinere pedestri aeque ac maritimo saepius haec verba usurpari constat.

καὶ κώμῳ χρέεσθαι ἐς ἀλλήλους] χρέεσθαι merito e libris nonnullis retinuerunt editores, loco vulgatae χρῆσθαι, quae olim textum occupaverat. Sensum loci sic reddidit Schweigh.: „*commessationes mutuas cuncti* (ut) *instituerent.*“ Recurrit aliquoties in Plutarcho, teste Wyttenbach. ad Plutarch. Moral. p. 569 T. I. De voce κῶμος (*commessatio*) conf. ne plura, Spanhemii ac Fischeri nott. ad Aristophan. Plut. 1040.

Cap. XXII.

προαγόρευε Θρασύβουλος] Variant libri, quorum nonnulli, ut vulgo editur, προσηγόρευε. Nos aliorum lectionem cum Schweigh. et Gaisf. praetulimus: προαγόρευε. Mox cum plures codd. exhibeant Σαρδιηνὸς, ut infra I, 79. 83 et Rich. Inscriptt. p. 85, 5, nihil sollicitandum. In seqq. cum recentt. retinui εἴπας, cuius loco libri quidam εἰπών, sed vid. I, 49 ibique nott.

ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι κ. τ. λ.] Verba satis clara, immerito viris doctis sollicitata, ut recte monet Schweigh. Namque Alyattis, qui inducias modo in id tempus, quo templum esset exstruendum pacisci voluerat (eo praeterlapso, bellum scilicet restauraturus), nunc, ubi nun-

ἐν τῇ Μιλήτῳ, καὶ τὸν λεὼν τετρῦσθαι ἐς τὸ ἔσχατον κακοῦ, ἤκουε τοῦ κήρυκος νοστήσαντος ἐκ τῆς Μιλήτου τοὺς ἐναντίους λόγους ἢ ὡς αὐτὸς κατεδόκεε. μετὰ δὲ, ἥ τε διαλλαγή σφι ἐγένετο, ἐπ' ᾧ τε ξείνους ἀλλήλοισι εἶναι καὶ ξυμμάχους. καὶ δύο τε ἀντὶ ἑνὸς νηοὺς τῇ Ἀθηναίῃ ᾠκοδόμησε ὁ Ἀλυάττης

---

tius talia retulit, hanc ob caussam, nec ullam ob aliam cum Thrasybulo in gratiam rediit, pacemque (nec solum inducias) iniit. Declarant autem verba ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι egregium Nostri studium in rebus enarrandis adeoque iis, quae maxime disputatae viderentur, earumque caussis indagandis; ut illum Milesiorum terram urbemque ipsam adiisse, quo de his vera audiret, credibile sit. Quo etiam facit alter locus I, 20, ubi Milesios scribit Delphorum narrationi, quam ipsis Delphis ille acceptam referebat alia quaedam adiecisse; id quod procul dubio in ipsa Mileti urbe audiverat. Add. I, 157 et quae in hanc rem disseruit Heyse Quaestt. Herodd. p. 87 coll. Dahlmann. Herodot. p. 57.

καὶ τὸν λεὼν τετρύσθαι ἐς τὸ ἔσχατον κακοῦ] λεὼν omnes dant libri, qui iidem in τετρύσθαι variant. Nos cum recentt. editt. secuti sumus meliores, a quibus unus Schweigh. discedit, scribens τετρῦσθαι. Verbum ipsum (unde potissimum τετρυμένοι s. ἀποτετρυμένοι dicuntur *attriti*, *confecti*) illustravit Ruhnken. ad Timaei Lexic. Platon. p. 47 et ab eo laudatus Wesseling. ad Herodot. VI, 12. Praeterea Cr. consuli vult Orelli ad Nicol. Damascen. p. 171, ac viros doctos ad Gregor. Corinth. de dialect. Ionic. §. 140 („τὸν καταπεπονημένον τετρυμένον λέγουσι") p. 534. 535 ed. Schaefer. Eodem refert Cr. Homer. Odyss. XVII, 387: πτωχὸν - τρύξοντά ἑ αὐτόν, ubi vid. Eustath. p. 638 ed. Basil.

ἐπ' ᾧ τε ξείνους ἀλλήλοισι εἶναι καὶ ξυμμάχους] i. e. *ea conditione ut hospites* etc. ἐφ' ᾧ τε sequente infinitivo pro: ἐπὶ τῷδε, ὥστε, ut volunt, satis notum; vid. Matth. Gramm. Gr. §. 479. p. 895. Accivit hunc locum, monente Cr., Paciaudi Monumentt. Peloponness. II p. 139 de hospitii iure ac natura disputans. Ut enim eo quod mutuo erant hospites (ξεῖνοι), amicitiae quodam foedere atque humanitatis inter se iuncti erant, invicem sese domibus excipiebant, ut omnes removerentur simultates atque offensae, ita hic privato quasi amicorum foederi accessit publicum foedus ac bellicum (ξύμμαχοι), quo maior in utrosque redundaret utilitas.

ἐν τῇ Ἀσσησῷ, αὐτός τε ἐκ τῆς νούσου ἀνέστη. κατὰ μὲν τὸν πρὸς Μιλησίους τε καὶ Θρασύβουλον πόλεμον Ἀλυάττῃ ὧδε ἔσχε.

23 Περίανδρος δὲ ἦν Κυψέλου παῖς, οὗτος ὁ τῷ

Arion dithyrambi auctor, delphino Taenaron vectus.

κατὰ μὲν τὸν πρὸς Μιλησίους τε καὶ Θρασύβουλον etc.] Ita e libris probatis ediderunt Schweigh. et Gaisf. ut infra I, 70. 92. Unus liber καὶ τὰ pro κατὰ, unde vulgaris lectio fluxit, quae adhuc in Matth. editione comparet: καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸν πρὸς Μιλ. Ad rem conf. Polyaeni Strateg. VI, 47.

Cap. XXIII.

Περίανδρος δὲ ἦν Κυψέλου παῖς κ. τ. λ.] Sequitur hic nobilissima de Arione atque Periandro fabula, per totam antiquitatem merito celebrata. Ad quam Herodotum naturâ quasi ex operis sui indole atque consilio delatum fuisse, haud mirum videbitur ei, qui huius ipsius rationem perspexerit. Quum enim ad Lydiacas historias pertineret quodammodo Thrasybuli historia, ad quem ipsum olim multum valuit Periander, haud a se impetrare potuit historiae pater, quin rem memoratu dignissimam, quae illi acciderat, quaeque monumentis quoque publicis civitatum Graecarum celebrata erat, hic, datâ scilicet opportunâ narrandi occasione, praetermitteret. In quo Herodotea narratio ad Homerici carminis rationem ascendit ipseque Herodotus ὁμηρικώτατος fuisse arguitur. Ut enim huiuscemodi digressiones passim ipsius operis consilio adducuntur, ita multum illae faciunt ad auditorum animos commovendos atque demulcendos. Id quod nec veteres fugit grammaticos, qui, quo auditorum animi suavi fabulosarum rerum narratione caperentur et abriperentur, digressiones eiusmodi ab historico orationi fuisse interspersas docent. Quam in rem Cr. adscribit Dionys. Halic. Iudic. de Thucyd. VI. p. 823 ed. Reisk. Marcell. Vit. Thucyd. p. 729, II Beck. (p. 332 P. I Vol. I ed. Poppo.) coll. Hermogen. in Biblioth. d. alten Lit. u. Kunst VIII p. 8. Quod praecipue tum fieri videmus, ubi Graeciae quaedam civitas vel ipsa universa Graecia laudis nonnihil inde captura sit aut gloriae; quemadmodum hoc loco celebratur Corinthus, Periander (de quo plura infra III, 48 sq. et V, 92) atque omnino Graecorum in poësi laus. Sed alia quoque spectanda sunt, grammaticis illis vulgo neglecta. Pertinent haec ad pietatem et religionem auctoris, qui lubenter eas narrationes interserit, quibus mala facinora puniri, proba laudari pateat, quibusque deorum iustitia commonstretur. Sic illa Arionis narratione hoc docere vult historicus, nullum scelus vel clandestine commissum,

Θρασυβούλῳ τὸ χρηστήριον μηνύσας. ἐτυράννευε δὲ

deos latere instamque vindictam effugere posse; probum virum ipsamque eius artem musicam (quam divinam ferebant Graeci) deorum in tutela esse et a quovis malo incolumem servari. Itaque tantum abest, ut Herodotum propter frequentes eiusmodi digressiones vituperandum, ut summâ illum laude dignissimum censeamus. Conf. Dahlmann. in Herodot. pag. 224. — Fabulam ipsam tot scriptores narravere, ut scite poeta ille cecinerit:

Quod mare *non novit*, *quae nescit Ariona tellus*.

Fundus utique narrationis *Herodotus* est, cuius verba Latine retulit Fronto in Opp. II p. 373 seqq. ed. princ. Mediol. E reliquis scriptoribus, quos laudarunt post Harduinum ad Plin. H. N. IX, 8, 8 Wyttenbachius ad Plutarch. Morall. Animadverss. I pag. 981 (ad p. 161, B). Plehn. in Lesbiacc. libr. p. 166 not. 68. Car. Ern. Wagner. in scriptione de Periandro pag. 27 not. 86 (Darmstadt. 1828). R. Lorentz. de orig. Tarentinn. (Berolin. 1827) pag. 13 seqq., unum sufficiat excitasse Dionem Chrysostom. Orat. 37 pag. 455 et Gellii locum classicum, in Noctt. Att. XVI, 19. Ac recentiori aetate quis ignorat elegantissimum Guil. Aug. Schlegelii carmen Arionis res celebrans? Sed aliud est, fabulam narrare, aliud idque difficilius fabulam explicare aut indicare, quid sub fabulae involucris veri contineat haecce de Arione narratiuncula. Qua in re, ut ingenue profitear, nihil certe ieiunius videtur, quam quaerere velle, fidem mereatur haec narratio nec ne, aut adeo expiscari, qui hoc, quod de Arione relatum accepimus, re vera ex naturali rerum cursu, accidere potuerit vel accidisse putandum sit. Relinquamus hoc negotium Larchero aliisque, qui, ut Wyttenbachii utar verbis, de omnibus rebus statuendi necessitatem sibi imposuerunt. Nobis cum eodem viro egregio in his rebus, ubi et credere et non credere tutum est, licet ἐπέχειν. Repetit enim Larcherus in copiosa ad h. l. annotatione fabulae originem e navis episemo, quod scilicet navis, quâ Tarento Taenarum transvectus est Arion, delphini signo pro illius aetatis more ornata fuerit. Heynius in Diss. de fide hist. aetat. myth. (Commentatt. Societ. Gott. XIV p. 117) ex signo ipso, quod in Arionis delphino vecti memoriam erectum vulgo tradunt, originem cepisse fabulam statuerat. Et convenit quodammodo cum illo Creuzerus in Diss. de mythis ab artium operibus profectis, sect. poster. (Marburg. 1803 p. 29) statuens illud hominis delphino vecti signum esse antiquam navigationis significandae imaginem, quae deinde verso in historiam symbolo, ad Arionem celebriorem per ea tempora poetam tracta sit. Quem

ὁ Περίανδρος Κορίνθου. τῷ δὴ λέγουσι Κορίνθιοι (ὁμολογέουσι δέ σφι Λέσβιοι) ἐν τῷ βίῳ θῶυμα μέγιστον παραστῆναι· Ἀρίονα τὸν Μηθυμναῖον ἐπὶ

---

sequitur fere Lorentz. l. l. p. 16 seqq. E coloniarum ratione ingeniose fabulam explicat C. O. Müller. in Doribb. II p. 369 assentiente Plehn. in Lesbiacc. libr. pag. 166. Quum enim a Taenaro olim Lacedaemoniorum colonia Phalantho duce Tarentum profecta esset una cum sacris ac religione Neptuni, hoc in fabulis ita repraesentatum esse vult, ut Tarantem, Neptuni filium Tarentique conditorem, delphino Tarentum Taenaro vectum exhiberent; id quod dein translatum ad Arionem poetam, eodem modo Tarento Taenarum revectum. Haec ille, quae utrum veteris fabulae simplicitati atque candori conveniant, ego non exputem, illud modo addam, numis quoque famam late sparsam celebratam fuisse. Sic in Methymnaeorum numis Arion delphino vectus conspicitur; de quo Cr. laudat Eckhel. D. N. V. I. Vol. II p. 502. Nam de delphino taceam, qui tot in numis repraesentatur; monente eodem Creuzero Diss. laud. pag. 28 not. coll. pag. 11.

ἐτυράννευε δὲ ὁ Περίανδρος Κορίνθου] Periander fuit tyrannus antiquo vocabuli sensu, regnum tenuit quasi haereditarium a Cypselo patre acceptum. Inde non mirum apud Latinos quosdam auctores *regem* dici eundem. Vid. Car. Ern. Wagner. in scriptione laud. de Periandro pag. 10 seq. De *tyranni* vocabulo supra ad I, 6 monuimus.

ὁμολογέουσι δέ σφι Λέσβιοι] Methymna enim, unde natus Arion, Lesbi insulae fuit urbs. Hinc ipsa insula nunc vocatur *Mitilini*. — Caeterum laudat Herodoti locum Hermogenes περὶ μεθόδ. δεινότητος p. 157.

— θῶυμα μέγιστον παραστῆναι] Locutionem eandem aliquoties adhibuit Pausanias; de quo monuit Siebelis ad I, 23 §. 4.

Ἀρίονα τὸν Μηθυμναῖον ἐπὶ δελφῖνος ἐξενειχθέντα κ. τ. λ.] Punctum maius, quo haec a superioribus distincta fuerunt, iure tollendum, aut in minus punctum mutandum, quippe cum haec verba per appositionem quandam verbis θῶυμα μέγιστον adiecta videantur. — Ad ipsum argumentum nolo repetere quae paulo ante disserui; paucis sufficiat monuisse de delphino, qui est *Delphinus Delphis* Linn. s. *der Tümmler;* cuius quae partes sint in hac fabula, indagavit Creuzerus in Diss. laudat. sectione priore inde a pag. 10 seq. et posthac in Symbolic. II p. 600 seqq. edit. sec., ubi in universum de huius animalis natura ac rationibus tesserariis disputavit. Add. Lorentz. l. l. pag. 20 seq. Multi enim sunt veteres in laudanda huius beluae mira celeritate, in-

δελφῖνος ἐξενειχθέντα ἐπὶ Ταίναρον, ἐόντα κιθαρῳδὸν τῶν τότε ἐόντων οὐδενὸς δεύτερον· καὶ διθύραμβον, πρῶτον ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, ποιή- 11
σαντά τε καὶ ὀνομάσαντα καὶ διδάξαντα ἐν Κορίνθῳ.

---

genii mansuetudine, singulari in homines amore miraque aliarum virtutum copiâ. Atque etiam musicâ mulceri eam cantuque tibiarum gaudere dicebant, *φιλόμουσον* appellabant, omnibusque hominibus amicum ac benignum, praecipuo tamen poetarum quodam amore captum, indeque Apollini consecratum. In mari autem, ubi alias *nonnisi horrendae* ac timendae *bestiae* versantur, del*phinus* erat, a quo, utpote *omnis* humanitatis quasi symbolo, opem peterent afflicti, cuius tutelae se permitterent, quicunque ventis et undis incertis iactati sibi timerent, poetae imprimis sanctissimi ac vates, qui nunquam humanissimi animalis et amicissimi opem frustra implorant. Haec e sententia veterum disputata, tot locis confirmata sufficiant ad Herodoteae narrationis meliorem intelligentiam.

ἐόντα κιθαρῳδὸν τῶν τότε ἐόντων οὐδενὸς δεύτερον] i. e. „*qui citharoedus erat*, *nulli suae aetatis secundus*". Locutionem *οὐδενὸς δεύτερον εἶναι* illustrant Matthiae verba in Gramm. Gr. §. 356 pag. 671. Forsitan huc spectat Grammat. in Bekker. Anecdd. I p. 89, 14: δεύτερον· *ἀντὶ τοῦ μεθ' ἑτέρου· Ἡρόδοτος πρώτῳ.* — A *citharoedo*, qui citharâ utatur, quique canat et psallat, Ammonius distinguit *citharistam*, qui lyram tractet et psallat modo; vid. pag. 82 de differ. vocabb. Sed de his ipse videat Graecus magister. Nos cum *Cr.* amandamus ad ea, quae Valckenarius monet in Koppiersii Obss. Philoll. p. 142 seq. in not.

πρῶτον ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν] De locutione Herodotea toties obvia, vix monendum. De forma *ἴδμεν*, discendi cupidi legant Matthiae Gramm. Gr. §. 198, 3 pag. 358. §. 231 pag. 450.

διθύραμβον—ποιήσαντά τε καὶ ὀνομάσαντα καὶ διδάξαντα ἐν Κορίνθῳ] Locus classicus de dithyrambica Graecorum poesi, cuius inventionem disertis verbis Arioni Noster tribuit; quocum conf. Pindari Schol. ad Olymp. XIII, 25. Qui Lasum dicunt dithyrambi inventorem, temporis rationem pervertunt; nam multo post ille floruit, circa Olymp. LVIII, Dario regnante, cum Arionis aetas ad Olymp. XXXVIII ascendat, illaque poesis multum aetate superet Lasum. Alii quoque aliis inventi dithyrambi gloriam adscribunt; de quibus videre nunc longum est. Nostra aetate non invenisse Arionem, sed exco-

24 Τοῦτον τὸν Ἀρίονα λέγουσι, τὸν πολλὸν τοῦ χρόνου διατρίβοντα παρὰ Περιάνδρῳ, ἐπιθυμῆσαι πλῶσαι ἐς Ἰταλίην τε καὶ Σικελίην· ἐργασάμενον δὲ χρήματα μεγάλα, θελῆσαι ὀπίσω ἐς Κόρινθον ἀπικέσθαι.

---

luisse modo dithyrambum contendunt, quippe saltandi formâ mutata, carminum ratione melius exculta, aliis huius generis institutis, quae inventoris nomen illi conciliaverint. Conf. Plehn. in Lesbiacc. libr. p. 168. Nec tamen haec cum disertis Herodoti verbis, in quibus ego acquiescendum censeo, convenire posse, nemo non intelligit, nec mihi Herodoti narrationem, ut qui optime inquisierit vereque et candide retulerit, minus probabilem quisquam reddiderit. Quod vero Arion, *Methymnaeus* s. *Lesbius* homo, dithyrambi inventor perhibetur, id referendum ad prisca Bacchi sacra apud Methymnaeos s. Lesbios; nam ad Bacchum ut inter omnes constat, dithyrambica poesis omnis referebatur; de quo Creuzer. in Dionys. p. 249. Excelluere quoque Lesbii in poesi ac musica iam inde ab antiquissimo aevo, ut bene monuit Plehn. l. l. cp. V pag. 132 seqq.

Quod restat, verbo monendum de voce διδάσκειν, quod hoc sensu de poetis plerumque dicitur tragicis aut comicis, qui fabulas suas s. dramata *docent* (cf. Herodot. VI, 21). Unde patet interpretamentum esse, quod pro διδάξαντα unus liber offert δείξαντα. Nam dithyrambici poetae non alia fere ratio, atque tragici aut comici; ut eum quoque διδάσκαλον vocari nil mirum sit. Laudat Cr. Harpocrat. s. h. v. pag. 51. Add. Blomfield. Praefat. ad Aeschyl. Pers. p. XVIII (pag. XVII ed. Lips.).

Cap. XXIV.

τοῦτον τὸν Ἀρίονα λέγουσι] Quam hic desiderat Steger. particulam δή, ea nobis haud necessaria videtur. Ad linguae Graecae usum in verbis τὸν πολλὸν τοῦ χρόνου (pro τὸν πολλὸν s. πλεῖστον χρόνον) conf. Matth. §. 442, 2 pag. 827.

ἐπιθυμῆσαι πλῶσαι] πλῶσαι Ionica forma, illustrata, ut Cr. monet, a Maittair. de dialectt. p. 484. Iones enim πλώω dicebant aeque ac πλέω; de quo tu confer sis Matth. §. 248 p. 485.

ἐργασάμενον δὲ χρήματα] i. e. „*postquam magnas opes s. pecunias sibi comparaverat.*" Ἐργάζεσθαι hoc sensu illustratum, notante Cr., iam dudum a Graevio in Lectt. Hesiodd. cp. I p. 9 ad vers. 43. Hinc, eodem Cr. monente, ἐργαζόμενοι leguntur in marmore antiquo Musei Academ. Lugdun. Bat., ubi Te Water. vertit *negotiatores*, *mercatores* sicut ἐργασταὶ in Marmor. Oxoniens.

ὁρμᾶσθαι μὲν νυν ἐκ Τάραντος, πιστεύοντα δὲ οὐδαμοῖσι μᾶλλον ἢ Κορινθίοισι, μισθώσασθαι πλοῖον ἀνδρῶν Κορινθίων. τοὺς δὲ ἐν τῷ πελάγει ἐπιβουλεύειν, τὸν Ἀρίονα ἐκβαλόντας, ἔχειν τὰ χρήματα. τὸν δὲ, συνέντα τοῦτο, λίσσεσθαι, χρήματα μέν σφι

---

p. 300. Vid. Te Wateri Append. ad Narrat. de rebb. Acadd. Lugd. Bat. p. 160. — De re ipsa vix est quod de hoc loco moneam, ex quo sors atque conditio antiquorum Graeciae vatum bene perspici potest. Qui in aula tyrannorum regumque ditissimorum commorantes, cantu ipso quaestum adeoque lucrum *sibi quaerebant*. Noti sunt, ut hoc utar, Syracusanorum reges, artibus liberalibus dediti poëtasque iuvantes, noti sunt ipsi poëtae Graeci, Pindarus, Simonides, alii, mercede conducta praemiisve suam artem exercentes. Atque in ipsa Graecia cui ignotus Polycrates, Samiorum tyrannus, et qui apud illum commorantur poëtae celeberrimi? Sed pluribus haec persequi, huius loci non est. Admonet *Cr.* eorum, quae leguntur in Fr. Schlegel. Gesch. d. griech. Poes. p. 220.

ὁρμᾶσθαι μὲν νυν ἐκ Τάραντος] ὁρμᾶσθαι hic pro μέλλειν ὁρμᾶσθαι dictum vult Steger., quia omnino saepius tempore praesenti *consilium* solum indicetur. Sed hanc significationem in ipso verbo iam inesse notum est. Recte Schwgh.: „*cum Tarento profecturus esset.*“

τοὺς δὲ ἐν τῷ πελάγει ἐπιβουλεύειν κ. τ. λ.] Sensum bene expressit Schwgh.: „*nautas vero, cum* (terra relicta, portu egressi) *in alto iam essent, consilium agitasse de Arione proiiciendo, quo ipsius pecuniis potirentur.*“ Quod moneo propter Larcherum et si qui forte hoc loco offendant, quocum verba: — ἢ αὐτὸν διαχρᾶσθαί μιν, ὡς ἂν ταφῆς ἐν γῇ τύχῃ minus convenire putent; ut, quae Arioni acciderint, non in alto mari, sed in portu Tarentino aliove loco terrae proximo acciderint. Quos merito non audivit Wesselingius. Namque nautae Arioni, si se ipse interficeret, spem fecere, fore, ut pro more ab ipsis, ad terram si appulissent, sepeliretur. Qui enim mare permeantes vita defuncti erant, eos non in mari proiectos, sed in proxima quaque terrâ sepultos esse satis constat.

τὸν δὲ, συνέντα τοῦτο, λίσσεσθαι, χρήματα μέν σφι προϊέντα] Wesselingio, cui praesens συνϊέντα magis placet (I, 205. VI, 2. V, 92. 80), iure non obsecutus est Schwgh. Nam ipsa temporum ratio praeteritum flagitat, ut mox praesens προϊέντα. De forma conf. Fischer. ad Weller. II p. 482. Voculam σφι, quae vulgo post προϊέντα legebatur, cum Schw. et

5 προϊέντα, ψυχὴν δὲ παραιτεόμενον. οὔκων δὴ πείθειν αὐτὸν τούτοισι· ἀλλὰ κελεύειν τοὺς πορθμέας ἢ αὐτὸν διαχρᾶσθαί μιν, ὡς ἂν ταφῆς ἐν γῇ τύχῃ,
6 ἢ ἐκπηδᾷν ἐς τὴν θάλασσαν τὴν ταχίστην. ἀπειληθέντα δὲ τὸν Ἀρίονα ἐς ἀπορίην, παραιτήσασθαι, ἐπειδή σφι οὕτω δοκέοι, περιϊδέειν αὐτὸν ἐν τῇ σκευῇ πάσῃ στάντα ἐν τοῖσι ἑδωλίοισι, ἀεῖσαι·

Gaisf. anteposuimus meliorum librorum auctoritate. — De διαχρᾶσθαι (*interficere*) conf. I, 110 ibiq. not.

ἀπειληθέντα δὲ τὸν Ἀρίονα ἐς ἀπορίην] i. e. „*Arionem ad has angustias s. ad hanc inopiam redactum.*“ ἀπειλέω uti ἀπείλλω eadem primitiva *volvendi*, *vertendi*, dein *compellendi*, *coërcendi* significatione, illustraverunt, monente *Cr.*, Ruhnken. atque Hemsterhus. ad Timaei Lex. Platon. p. 69 sqq. Heindorf. ad Platon. Gorg. p. 259. Add. Matth. §. 233 not. p. 455.

περιϊδέειν αὐτὸν ἐν τῇ σκευῇ πάσῃ στάντα ἐν τοῖσι ἑδωλίοισι, ἀεῖσαι] Ad constructionem loci, ubi praeter morem infinitivus verbo περιορᾶσθαι, quod idem valet atque ἐᾶν, additus est, conf. Matth. §. 550 not. 3. Vocibus ἐν τῇ σκευῇ πάσῃ omnem solemnem poëtarum et citharoedarum ornatum ab Herodoto exprimi monet *Cr.*, qui laudat Wyttenb. ad Plutarch. Moral. Animadverss. I, 2 p. 982. Hemsterhus. ad Lucian. II p. 371 sq. ed. Bip. Inprimis vero hic stolam illam citharoedarum ad tales usque pertinentem, cuius nomen ὀρθοσταδίας, ὀρθοστάδιος s. τὸ ὀρθοστάδιον, significari credo. De qua, eodem *Cr.* monente, conf. Pollux Onomast. VII, 48. Dio Cassius LXIII, 17 p. 999 ibiq. not. Lorentz. l. l. pag. 12 de ornatu cantorum veterum laudat Gierig. ad Ovid. Metamorph. IX, 165. ad Fast. II, 105. Ad vocem σκευή, quae omnino de vestibus histrionum praecipue usurpatur, idem *Cr.* confert Pierson. nott. ad Moer. p. 22; ad rem ipsam adscripsit poëtae locum apud Mallium Theodor. de metris p. 30: „Celsus equo, *Phoenicia veste* nitens, ibat Arion,“ de quo Ruhnken. Opuscc. II p. 712 ed. Leid. ἑδωλίοισι merito plures retinent codd. et novissimae editiones: ἑδώλοισι e Mediceo libro male tuetur Gronovius: sunt autem ἑδώλια, *sedilia* s. τὰ τῆς νεὼς ζυγά, ἐφ᾽ ὧν οἱ ἐρέσσοντες καθέζονται, ut Glossae veteres; plura dabit Blomfield. in Glossar. ad Aeschyl. S. c. Theb. 451. Ex Etymolog. Gudian. p. 161, 13 *Cr.* haec adscripsit: ἑδώλια ἐπὶ τῶν ναυτικῶν καθεδρῶν· παρὰ γὰρ τοῦ ἕζω ζυγὰ κυρίως, εἶτα τῆς νηὸς ζυγά.

τάσας δὲ, ὑπεδέκετο ἑωυτὸν κατεργάσασθαι. καὶ τοῖσι

ἀείσας δὲ, ὑπεδέκετο ἑωυτὸν κατεργάσασθαι] Bini libri κατεργάσεσθαι, iure non admissum editoribus. Nam aoristi infinitivus post verba promittendi, sperandi, alia id genus haud insolitus. Vid. ne plura, quae dixi in Creuzeri Melett. III p. 10. 11.

καὶ τοῖσι ἐσελθεῖν γὰρ ἡδονὴν] In his verbis particula γὰρ multos et priores et recentiores offendit interpretes. Schweighaeuserus, distinctione minori posita *post καὶ, in copiosiori annotatione, quam huic loco subiecit, hic* quoque in *communi* particulae istius usu (*nam, namque*) subsisti vult eamque ipsam duplici modo explicari posse contendit, altero si cogitando enuntiationum sedes permutes ut quae priori loco legantur, ea nunc postponantur; altero, si enuntiationem, cui addita est particula γὰρ, intercalatam parentheseosque signis inde seiungendam existimes. Haec tamen ratio hic minus probatur nobis; magis placet ea, quam proposuit Matthiae. Duo enim orationis membra hic in unum confusa esse vult, hoc fere modo: καὶ τοὺς — ἐσελθεῖν γὰρ αὐτοῖς ἡδονὴν — ἀναχωρῆσαι; ut v. c. I, 28. IV, 200. 149. Vid. eundem in Gr. Gr. §. 615 p. 1242 coll. nott. ad I, 8. Quibus addit Cr. quae Werferus in Actt. phill. Monacc. I, 1 p. 81 protulit exempla de sententia causali primariae praemissâ per particulam γάρ. Quodsi enim post καὶ incidas, iam aliquid deerit ad ἀναχωρῆσαι, quod nude sic positum displicet. Neque ratio cogitari potest, cur legi non possit, immo debeat: τοῖσι γὰρ ἐσελθεῖν; quod tamen consulto vitasse videtur Herodotus, cuius in verbis dativus τοῖσι (pro: καὶ τοὺς) ex attractionis quodam usu nec Graecis nec Latinis insolito explicandus erit. Nam εἰσέρχεσθαι dativo iunctum nemo fere nescit, post notatt. Hemsterhus. ad Lucian. I p. 206 ed. Bip. Neque ipsam sententiam verborumque ordinem si spectemus, erit quod nos offendat. Nam causa utique effectum antecedit, oratioque ipsa multo est aptior ac vividior, si hunc naturâ quasi praescriptum illa persequatur verborum ordinem. Unde satis apparet, nihil vitii hoc in loco inesse, ut olim arbitratus est summus Hemsterhus. ad Lucian. II p. 526 ed. Bip., ubi de particula γὰρ pluribus verbis postpositâ agens, nostrum locum in exemplis adscribere veritus est. Sed Gellii verba (XVI, 19: feros et immanes navitas prolubium *tamen* audiendi subit) melius cum Herodoteo loco comparari posse censet Valcken., quae eadem ad vulgatam lectionem firmandam haud iniuria quis referre possit. Ad vocem πρύμνης Cr. confert Eustath. ad Odyss. XIII, 75 p. 504 infra Basil.

ἐσελθεῖν γὰρ ἡδονὴν, εἰ μέλλοιεν ἀκούσεσθαι τοῦ ἀρίστου ἀνθρώπων ἀοιδοῦ, ἀναχωρῆσαι ἐκ τῆς
8 πρύμνης ἐς μέσην νέα. τὸν δὲ, ἐνδύντα τε πᾶσαν τὴν σκευὴν, καὶ λαβόντα τὴν κιθάρην, στάντα ἐν τοῖσι ἑδωλίοισι, διεξελθεῖν νόμον τὸν ὄρθιον· τελευτῶντος δὲ τοῦ νόμου, ῥίψαι μιν ἐς τὴν θάλασσαν
9 ἑωυτὸν, ὡς εἶχε, σὺν τῇ σκευῇ πάσῃ. καὶ τοὺς μὲν ἀποπλέειν ἐς Κόρινθον· τὸν δὲ, δελφῖνα λέγουσι

εἰ μέλλοιεν ἀκούσεσθαι] Refero huc, quae Matthiae notat de particula εἰ post affectuum verba ita posita, ubi particulam ὅτι cum verbo finito aut infinitivi structuram cum accusativo exspectabas, cum ipsa res indicetur, nec conditio adiiciatur. Vid. §. 617 p. 1251. *Cr.* ad haec conferri iubet Heindorf. ad Plat. Parmenid. p. 291 similia quaedam proferentem.

διεξελθεῖν νόμον τὸν ὄρθιον] Νόμος cur de rythmo s. harmonia musica dicatur, declarat Plutarchus de Musica p. 1133, B. C. (Tom. II) p. 633 Wytt.: οὐ γὰρ ἐξῆν τὸ παλαιὸν οὕτω ποιεῖσθαι τὰς κιθαρῳδίας ὡς νῦν οὐδὲ μεταφέρειν τὰς ἁρμονίας καὶ τοὺς ῥυθμούς· ἐν γὰρ τοῖς νόμοις ἑκάστῳ διετήρουν τὴν οἰκείαν τάσιν· διὸ καὶ ταύτην ἐπωνυμίαν εἶχον· νόμοι γὰρ προσηγορεύθησαν, ἐπειδὴ οὐκ ἐξῆν παραβῆναι καθ' ἕκαστον νενομισμένον εἶδος τῆς τάσεως. Atque ὄρθιος cum de voce alta, elata, eademque clarissima dicatur (nostrum: *hochstimmig*, mit *gestrengter*, *heller Stimme;* vid. Ruhnken. et H. Voss. ad Homeri Hymn. in Cerer. 20), satis inde concludi poterit, qualis harmonia fuerit νόμος ὄρθιος, cuius praeter Herodotum alii quoque auctores mentionem faciunt. Conf. praeter Larcher. nott. ad h. l. et Blomfield. ad Aeschyl. Pers. Glossar. vs. 395.

ὡς εἶχε] i. e. *ut erat*, *ut sese habebat*. Vid. Matth. Gr. Gr. §. 337 pag. 643 seq.

τὸν δὲ, δελφῖνα λέγουσι ὑπολαβόντα κ. τ. λ.] ὑπολαβεῖν s. ἀπολαβεῖν bene dici de delphino Arionem in dorsum suscipiente ac sustentante notat Hemsterhus. ad Lucian. II p. 371 ed. Bip. *Cr.* addit: Reimar. ad Dion. Cass. pag. 999 coll. Platon. Re publ. V, 4 p. 453 (p. 223 Bekk.) ibique Ast. pag. 510. — *Taenarum* satis notum est Laconiae promontorium, Neptuni templo insignitum, de quo Strab. VIII p. 558, A. s. p. 363. Quadraginta inde stadiis distat eiusdem nominis urbs, ab Herodoto memorata VII, 168. Nunc promontorio nomen Cap *Matapan* s. *Maina*. Conf. Tzschuck. ad Pompon. Mel. II, 3 §. 8.

10ὑπολαβόντα ἐξενεῖκαι ἐπὶ Ταίναρον. ἀποβάντα δὲ αὐτὸν χωρέειν ἐς Κόρινθον σὺν τῇ σκευῇ, καὶ ἀπι-
11κόμενον ἀπηγέεσθαι πᾶν τὸ γεγονός. Περίανδρον δὲ ὑπὸ ἀπιστίης Ἀρίονα μὲν ἐν φυλακῇ ἔχειν, οὐδαμῇ μετιέντα, ἀνακῶς δὲ ἔχειν τῶν πορθμέων· ὡς δὲ ἄρα παρεῖναι αὐτούς, κληθέντας ἱστορέεσθαι εἴ
12τι λέγοιεν περὶ Ἀρίονος. φαμένων δὲ ἐκείνων ὡς εἴη τε σῶς περὶ Ἰταλίην, καί μιν εὖ πρήσσοντα λίποιεν ἐν Τάραντι, ἐπιφανῆναί σφι τὸν Ἀρίονα, ὥσπερ ἔχων ἐξεπήδησε· καὶ τούς, ἐκπλαγέντας, οὐκ ἔχειν
13ἔτι ἐλεγχομένους ἀρνέεσθαι. Ταῦτα μέν νυν Κορίνθιοί τε καὶ Λέσβιοι λέγουσι. καὶ Ἀρίονός ἐστι ἀνά-

---

ἀνακῶς δὲ ἔχειν τῶν πορθμέων] i. e. *eum curam intendisse in nautas.* „Legitur in Lexic. Seguier. p. 391 ed. Bekk.: φυλακτικῶς et ἀνακῶς ἔχειν· φροντίζειν.“ *Cr.* Eodem fere modo Schol. ad Thucydid. VIII, 102, ubi consul. interpretes. Nam ex Herodoto vocem assumsisse Thucydidem volunt. Add. Herod. VIII, 109, quem locum citat Eustath. ad Odyss. I vs. 397 pag. 67, 47 ed. Bas.

ὡς — παρεῖναι] Conf. Matth. §. 538 pag. 1057.

ἱστορέεσθαι εἴ τι λέγοιεν] ἱστορέεσθαι medium cum *sciscitandi* notione nuspiam in Herodoto inveniatur, qui activo verbo ἱστορέειν uti soleat, Valckenarius coniecit εἰρωτέεσθαι, Nostro frequentatum VI, 3. II, 32. Scripti libri h. l. tuentur ἱστορέεσθαι, quod si cum Schweigh. passiva notione accipias, haud magis opus erit ea emendatione, atque alia εἰρωνεύεσθαι, quam e Gellii verbis XVI, 19 („navitas requisitos — *dissimulanter* interrogasse ecquid audissent — super Arione“) quis probare studeat. Malim equidem tueri auctoritatem librorum, sive activa sive passiva notione verbum acceperis. De ipso verbo conf. nott. ad Prooem.

ὡς εἴη τε σῶς περὶ Ἰταλίην] περὶ Ἰταλίην *in Italia*, ut I, 27: εἴ τι εἴη νεώτερον περὶ τὴν Ἑλλάδα. Conf. Fischer. ad Weller. III, b p. 217. *Cr.* consuli vult Schaefer. ad Schol. Parisin. Apollon. Rhod. p. 279 et Hase ad Leon. Diacon. pag. 210.

ἀνάθημα χάλκεον οὐ μέγα ἐπὶ Ταινάρῳ] Plures libri scripti omittunt οὐ. Sed potuit meâ quidem ex sententia librariorum negligentiâ potius omitti particula, quam ab aliis consulto inseri. Agnoscit quoque particulam Dio Chrysostom. Or. 37 p. 455. Ex Mediceo libro nihil enotatur;

θημα χάλκεον οὐ μέγα ἐπὶ Ταινάρῳ, ἐπὶ δελφῖνος ἐπεὼν ἄνθρωπος. 12

25 Ἀλυάττης δὲ ὁ Λυδὸς τὸν πρὸς Μιλησίους πόλεμον διενείκας, μετέπειτα τελευτᾷ, βασιλεύσας ἔτεα ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα. ἀνέθηκε δὲ, ἐκφυγὼν τὴν νοῦσον δεύτερος οὗτος τῆς οἰκίης ταύτης, ἐς Δελφοὺς κρητῆρά τε ἀργύρεον μέγαν, καὶ ὑποκρητηρίδιον σι-

Alyattae mors a. 560. Glaucus inventor artis ferruminandi.

---

unde credibile est, retineri voculam hoc in libro. Apud Gaisf. operarum vitio, ut opinor *), exstat *οἱ* pro *οὐ*. — *ἐπὶ Ταινάρῳ* de loco accipio: *in Taenaro*, ad templum Neptuni hoc in promontorio exstructum. Conf. Fischer. ad Weller. III, b pag. 236. Ipsius donarii admonet Pausanias II, 25, itemque Aelian. Nat. Animall. XII, 45. Unde intelligimus donarii basi haec verba fuisse insculpta:

Ἀθανάτων πομπαῖσιν Ἀρίονα, Κύκλονος υἱόν,
ἐκ Σικελοῦ πελάγους σῶσεν ὄχημα τόδε.

Aliud carmen in Neptuni honorem conscriptum Aelianus profert l. l., quod relatum est in Brunck. Analectt. T. II p. 154 et III p. 327 nr. 2. (Iacobs. Animadverss. I P. I pag. 179 seq.).

Cap. XXV.

ἀνέθηκε δὲ ἐκφυγὼν] Conf. supra I, 19. Ad verba sequentia *δεύτερος οὗτος* conf. IV, 44 et Matth. Gr. Gr. pag. 877 supra.

καὶ ὑποκρητηρίδιον σιδήρεον κολλητὸν] *ὑποκρητηρίδιον* est *crateris basis* s. fulcrum, cui crater imponatur, *Gestell, Untergestell eines Krater;* Galli: *soucoupe.* Eodem sensu apud Pausaniam legitur X, 16 §. 1: *ὑπόθημα τοῦ κρατῆρος*, ubi Siebelis pag. 207 nec nostri loci fuit oblitus nec Sigeae inscriptionis alterius, ubi est: *κρητῆρα δὲ καὶ ὑποκρητήριον*, cum in altera inveniatur: *κρατῆρα κἀπίστατον*, ubi conf. Chishull. et Chandler. Inscriptt. Attic. p. 37 coll. Boeckh. Staatshaushalt. II p. 301 et in Corp. Inscriptt. Graecc. I, 1 pag. 20, ubi Atticis hoc sensu usitatius esse monet *ἐπίστατον*, *ὑπόστατον*, *ἐπιστάτης*, *ὑποστάτης*. Rarior utique Ionibusque propria videtur vox *ὑποκρητήριον*, aut, ut apud Herodotum est, *ὑποκρητηρίδιον*. Apud Atticos etiam *ἐπικρητηρίδιον*; in Aeginetica inscriptione exstat *βάθρον ὑποκρατήριον*. — Proxime huc faciunt, quae apud Athenaeum leguntur ex Hegesandro V, 13 (T. II p. 309 Schweigh.), apud

*) Extat aperte apud Gaisf. (ed. Lips.) *οὐ*. In nonnullis tantummodo exempll. litterae *ῦ* particula prelo absumpta est, ita ut obiter intuentibus *οἱ* videri possit extare. Quod moneo, ne propagetur illa opinio. *Typotheta.*

δήρεον κολλητὸν, θέης ἄξιον διὰ πάντων τῶν ἐν Δελφοῖσι ἀναθημάτων· Γλαύκου τοῦ Χίου ποίημα, ὃς μοῦνος δὴ πάντων ἀνθρώπων σιδήρου κόλλησιν ἐξεῦρε.

Philostratum Vit. Apollon. VI, 11 p. 247, Pausaniam l. l. et Eusebium advers. Marcell. I, 3. Unde satis intelligitur, ὑποκρητηρίδιον hocce haud exiguae fuisse magnitudinis, maximeque spectandum ob coelatas in eo varias animantium figuras plantarumve insectorumque. — Conf. denique Rose Inscriptt. (Cantabrig. 1825) pag. 9 et 338. — Sed κολλητὸν quo vocatur hoc vas, multum disceptant viri docti. Reiskius id esse notat, quod Latini *coelatum* s. *stellatum* appellant, i. e. opus, quo diversi generis metallum in alio infixum est, et quod maculis quasi aut stellulis, ad coeli instar nitet. Nec aliter fere Larcherus, adsentientibus Winckelmanni editoribus (Tom. V p. 429 ed. Dresd.) ad eam ferri tractandi artem refert, quae Gallis dicitur *Damasquinure*, *Damasquiner*, de qua *Cr.* confert Böttiger. Iournal d. Luxus u. d. Mode. Iannar 1803 sive Vol. XVIII p. 9 not. Beckmann. ad Aristot. mirabb. Auscultt. p. 124. Nititur Larcherus Athenaei praesertim loco, ubi de figuris coelatis sermo est, quibus crater insignitus fuerit, quippe quae non alio nisi hoc modo exhiberi potuerint. Alioquin enim Glauci artem non tantopere celebratam fuisse aut certe celebrandam videri, nisi tale quid ille invenerit. Vix tamen Larcheri rationes cum Pausania conciliari poterunt, l. l. ita scribente: ἔλασμα δὲ ἕκαστον τοῦ ὑποθήματος ἐλάσματι ἄλλῳ προσεχὲς οὐ περόναις ἐστὶν ἢ κέντροις, μόνη δὲ ἡ κόλλα συνέχει τε καὶ ἔστιν αὕτη τῷ σιδήρῳ δεσμός. Quin ipsa vocabula κολλᾶ, κολλᾶν, κολλητὸς alio ducere videntur. Quae cum ita sint, mihi certe praeferenda videtur sententia eorum, qui de *ferruminandi* s. *glutinandi* arte (nostrum: *Löthen*) cogitant, uti Schneiderus in nott. ad Eclogg. physicc. p. 97, et, qui a *Cr.* laudantur: C. O. Müller. in Böttigeri Amalth. III p. 25. Hausmann.: „De arte ferri conficiendi veterum" in Commentt. soc. reg. Götting. 1815 coll. Gött. Anzeig. 1815 nr. 68 p. 678 sq.

θέης ἄξιον διὰ πάντων τῶν ἐν Δελφοῖσι ἀναθημάτων] Haec, monente *Cr.*, laudat Eustath. ad Il. VI p. 626, 52 s. p. 481 Basil., ex Athenaeo opinor l. l., cuius aetate donarium istud adhuc Delphis exstitit. In locutione διὰ πάντων, διὰ notione Atticis incognità scriptoribus significat πρὸ, *prae*. De quo Valck. ad Herod. V, 67, quo iure usus est Matth. §. 580, f p. 1150. *Cr.* addit Dion. Cass. XXXVII, 20 p. 125.

Γλαύκου τοῦ Χίου ποίημα, ὃς μοῦνος δὴ πάντων ἀνθρώ-

Croesus natus a. 586, rex 560, Graecos in Asia bello subactos vectigales fecit.

26 *Τελευτήσαντος δὲ Ἀλυάττεω, ἐξεδέξατο τὴν βασιληΐην Κροῖσος ὁ Ἀλυάττεω, ἐτέων ἐὼν ἡλικίην πέντε καὶ τριήκοντα· ὃς δὴ Ἑλλήνων πρώτοισι ἐπεθήκατο Ἐφεσίοισι. ἔνθα δὴ οἱ Ἐφέσιοι πολιορκεόμενοι ὑπ' αὐτοῦ, ἀνέθεσαν τὴν πόλιν τῇ Ἀρτέμιδι, ἐξάψαντες ἐκ τοῦ νηοῦ σχοινίον ἐς τὸ τεῖχος.*

πων σιδήρου κόλλησιν ἐξεῦρε] Pausanias l. l. idem refert his verbis: — *τοῦτο Γλαύκου μέν ἐστιν ἔργον τοῦ Χίου, σιδήρου κόλλησιν ἀνδρὸς εὑρόντος.* Nec aliter Herodoti verba reddit Hieronymus (Euseb. Chronic. Olymp. XXV, 4 s. 677 a Chr.): „*Glaucus Chius primus ferri inter se glutinum excogitavit.*“ Male *Samium* dicit Glaucum Stephanus Byzant. s. v. *Αἰθάλη*, quamquam ad Samiorum artificum disciplinam (Samische Erzgiesserschule) ille haud iniuria referri potest, Böttigero quoque teste in Amalthea III p. 25 not., ut *Cr.* admonuit. Quo tempore Glaucus vixerit, ex Eusebii adparet loco supra laudato, ubi tamen alii Olymp. XXI, 3 ponunt sive ann. 694 a. Chr. Reliquos locos de artificis huius opere praebet Sillig. in Catalog. Artific. p. 219. Satis autem notum est, Glauci artem in proverbium quasi cessisse, ita ut *Γλαύκου τέχνη* de rebus diceretur multum ingenii artificiique requirentibus, quod non fugit Heindorf. ad Plat. Phaedon. p. 225. Nam imprimis hanc ob causam hocce opus Herodoto commemoratum ac per totam fere antiquitatem celebratum. Locis supra hanc in rem laudatis *Cr.* addit Achill. Tatium II, 3 p. 110. Sunt vero praecipue spectanda in his tempora illa remotiora, *quibus* talia opera confecta esse dicuntur, praesertim cum ferrum, quamquam multo ante iam detectum (577 annis ante Alyattem, si quidem recte statuit Larcherus), hoc tamen tempore, quo Glaucus vixit Alyattesque regnavit, in metallis pretiosioribus magisque aestimatis habitum fuerit; quod iis etiam, quae apud Herod. I, 68 leguntur, satis probari censet Larcherus.

ὃ μοῦνος δὴ πάντων ἀνθρώπων κ. τ. λ.] Codex Palatinus in Excerptis Herodoteis pro *μοῦνος* hoc loco dat *πρῶτος*, ut Pausanias quoque l. l. Et variari utique videtur inter *μοῦνος* et *πρῶτος*, de quo *Cr.* laudat Havercamp. ad Ioseph. Antiqq. I, 7 pag. 28, cuius tamen iudicium non placet.

Cap. XXVI.

τελευτήσαντος δὲ Ἀλυάττεω, ἐξεδέξατο τὴν βασιληΐην Κροῖσος ὁ Ἀλυάττεω κ. τ. λ.] De chronologicis rationibus vide disputt. ad I, 45 fin. (al. 46).

ἐξάψαντες ἐκ τοῦ νηοῦ σχοινίον ἐς τὸ τεῖχος] Ad ean-

ἔστι δὲ μεταξὺ τῆς τε παλαιῆς πόλιος, ἣ τότε ἐπολιορκέετο, καὶ τοῦ νηοῦ, ἑπτὰ στάδιοι. πρώτοισι μὲν 30 δὴ τούτοισι ἐπεχείρησε ὁ Κροῖσος· μετὰ δὲ, ἐν μέρει ἑκάστοισι Ἰώνων τε καὶ Αἰολέων, ἄλλοισι ἄλλας αἰ-

---

dem fere veterum superstitionem pertinet, quando deorum simulacra compedibus vincta esse legimus, periculo scilicet imminente aut inopia vehementer premente. Illud enim his et similibus veteres spectabant, ut urbs ipsa eiusque incolae maiori essent curae diis tutelaribus, qui vincti, ne scilicet evadere possent aliove se convertere, incolis *pressis* eo magis omne *praestarent* auxilium, quum *ipsorum* salus cum incolarum salute quasi arctius esset coniuncta. Conf. de his Creuz. Symbol. I p. 178 sq. Sic Ephesii, cum Dianae templum sanctissimum indeque tutissimum ab omni hominum irruptione putarent, illud fune urbi alligarunt, quippe cuius ipsius sors nunc cum templo coniuncta indeque suspensa esset. Quo simul facit ea superstitio, quâ Deos urbe capta excedere perhibebant. Hinc apud Aeschyl. S. c. Theb. 203 (al. 219) Eteocles: ἀλλ' οὖν θεοὺς τοὺς τῆς ἁλούσης πόλεος ἐκλείπειν λόγος; ubi plura Blomfield. in Glossar.

ἔστι δὲ μεταξὺ τῆς τε παλαιῆς πόλιος — καὶ τοῦ νηοῦ, ἑπτὰ στάδιοι] Varie tentarunt viri docti verba ἑπτὰ στάδιοι, quae minus convenire antecedentibus existimabant. Sed libri nihil mutant, nec adeo quidquam mutandum. Schweigh. subintelligi posse monet τὸ διάστημα, quod menti scriptoris observatum fuerit. Conf. Matth. §. 303, 1 p. 604, qui comparans quidem schema Pindaricum, idem tamen de istiusmodi structuris bene monet, ubi maior sententiae ratio habetur, quam ipsorum verborum.

ἑπτὰ στάδιοι] Apprime cum Herodoto convenit Xenophonti Ephes. I, 2, Dianae Ephesiae templum ab urbe distare scribenti septem stadia. Quod non minus ad vetus fanum, ab Herostrato post incensum quam ad recentius pertinere, eodem fere loco exstructum, perquam veri est simile. De ipso fano eiusque situ plura Strab. XIV p. 640 s. p. 949 sq.; alia Locella excitavit ad Xenophontis l. l. p. 133. Ac denique de bello, cuius hoc loco fit mentio, eiusque vicibus atque eventu retulerunt Aelian. V. H. III, 26. Polyaen. Strateg. V, 50.

ἄλλοισι ἄλλας αἰτίας ἐπιφέρων] i. e. *aliis alia crimina dans* s. *exprobrans*. Conf. infra I, 68. Plura H. Stephanus in Thes. IV p. 105, quem laudat Cr. — ἐν μέρει *per vices* pluribus exemplis illustrat C. Fr. Hermann. ad Lucian. Quomodo histor conscr. p. 7 sq.

τίας ἐπιφέρων· τῶν μὲν ἐδύνατο μέζονας παρευρίσκειν, μέζονα ἐπαιτιώμενος, τοῖσι δὲ αὐτῶν καὶ φαῦλα
27 ἐπιφέρων. Ὡς δὲ ἄρα οἱ ἐν τῇ Ἀσίῃ Ἕλληνες κατεστράφατο ἐς φόρου ἀπαγωγὴν, τὸ ἐνθεῦτεν ἐπενόεε, νέας ποιησάμενος, ἐπιχειρέειν τοῖσι νησιώτῃσι. ἐόντων δέ οἱ πάντων ἑτοίμων ἐς τὴν ναυπηγίην, οἱ μὲν Βίαντα λέγουσι τὸν Πριηνέα ἀπικόμενον ἐς Σάρδις, οἱ δὲ Πιττακὸν τὸν Μυτιληναῖον, εἰρομένου

Insulanos aggressurus, deterretur sive a Biante sive a Pittaco.

τοῖσι δὲ αὐτῶν καὶ φαῦλα ἐπιφέρων] αὐτῶν hic e Mediceo rescripsit Gronovius, quod cum Sancrofti liber aliique confirmarent, item recepit Gaisfordius. Reliquae edd. recentt. vulgarem formam αὐτέων Ionicam retinent, nec ipsam codicum quorundam auctoritate destitutam. Conf. I, 66. 64 fin. 29. Matth. Gramm. Gr. p. 513.

Cap. XXVII.

οἱ μὲν Βίαντα λέγουσι τὸν Πριηνέα κ. τ. λ.] Eandem narrationem exhibet Diodor. in Excerpt. §. 25 T. II p. 22 nov. scriptorr. collect. ed. A. Mai. — Iunguntur autem, monente *Cr.*, uterque et Bias et Pittacus, eodem modo a Platone de Re publ. I, 9 p. 335 inf. Nam in septem sapientum numero illi habebantur, ut recte illic annotat Astius p. 347, ad Diogen. Laert. I, 76. 87 c. interprett. et ad Perizon. ad Aelian. V. H. III, 17 amandans. Vixerunt Croesi aetate, quod satis probatur iis testimoniis, quae attulit ad h. l. Larcherus. — Ad formam Πριηνέα conf. I, 170. 15. 161. VI, 8, ubi constanter ε reperimus, cum prior Ionum dialectus haec per η proferret. Quam formam in Herodoto ubivis restituere cum pronum sit, invitis praesertim libris scriptis, hunc scriptorem iam magis ad mitioris atticae dialecti formas inclinasse dicendum erit. Tu vide Brönstedts Reisen etc. p. 128, quem locum *Cr.* adscripserat.

οἱ δὲ Πιττακὸν τὸν Μυτιληναῖον] Vulgo *Μιτυλ.* imprimunt, libris omnibus adsentibus. Quorum tamen auctoritatem et hic et I, 160 cum Gaisford. et Matth. relinquendam duximus, scribentes Μυτιληναῖον. Namque ita constanter exhibent numi; eamque scripturam, ut alios taceam, in omnibus a se editis scriptoribus tenuit Immanuel. Bekker. haud curans eos, si qui contra codicum fidem scripturam hanc inferendam negarent. Et variant utique multum libri, plerumque tamen exhibent eam scripturam, quae numis contraria est, quaeque etiam in editis vulgo exhibetur. Nec aliter apud Latinos, ubi plerumque *Mitylene*, sed passim quoque *Mytilene*. Qua de re copiosius egit omnes-

Κροίσου εἴ τι εἴη νεώτερον περὶ τὴν Ἑλλάδα, εἰπόντα τάδε, καταπαῦσαι τὴν ναυπηγίην· „Ὦ βασι-
„λεῦ, νησιῶται ἵππον συνωνέονται μυρίην, ἐς Σάρδις
3 „τε καὶ ἐπὶ σὲ ἔχοντες ἐν νῷ στρατεύεσθαι.“ Κροῖσον δὲ, ἐλπίσαντα λέγειν ἐκεῖνον ἀληθέα, εἰπεῖν· 95
„Αἲ γὰρ τοῦτο θεοὶ ποιήσειαν ἐπὶ νόον νησιώτῃσι.
„ἐλθεῖν ἐπὶ Λυδῶν παῖδας σὺν ἵπποισι.“ Τὸν δὲ, ὑπολαβόντα φάναι· „Ὦ βασιλεῦ, προθύμως μοι „φαίνεαι εὔξασθαι νησιώτας ἱππευομένους λαβεῖν ἐν „ἠπείρῳ, οἰκότα ἐλπίζων· νησιώτας δὲ τί δοκέεις

---

que, qui antea hanc quaestionem tractarunt, citavit Plehn. in Lesbiacorum libro p. 10 sqq. (Berolini 1826). De numis potissimum consuli vult Cr. Pellerin. Recueil d. Medaill. d. Vill. T. III p. 84 pl. CIII nr. 16. 19 et Visconti Iconograph. Grecq. pl. III, 2, cuius admonuit idem Plehn. l. l. p. 169 not. 71, qui etiam recensum numerum, e Rasche, Mionnet, aliis confectum exhibet l. l. p. 99 sqq., ubi semper scriptum legimus *ΜΥΤΙ* vel *ΜΥ.*

εἴ τι εἴη νεώτερον περὶ τὴν Ἑλλάδα] i. e. „*num quid novi acciderit in Graecia.*“ Ob comparativi usum h. l. laudat Matth. Gramm. Gr. §. 457 p. 854, c. cui add. Stallbaum. ad Platon. Euthyphr. p. 3. *Cr.* confert Eustath. ad Hom. Odyss. VII, 159. — περὶ h. l. est in; vid. ad I, 24.

Αἲ γὰρ τοῦτο θεοὶ ποιήσειαν ἐπὶ νόον νησιώτῃσι κ. τ. λ.] De Homerico dicendi genere monet *Cr.*, laudans Odyss. III, 205: αἲ γὰρ ἐμοὶ — θεοὶ παραθεῖεν. Aliis locis infinitivum subiectum invenimus, ut VII, 311. XXIV, 380 coll. Schaefer. ad Poëtt. Gnomicc. p. 360. De *optativo* idem *Cr.* citavit Payne Knight. in Prolegg. Homericc. p. 135, et ad ipsam locutionem comparat Homerum, Odyss. XIV, 273: αὐτὰρ ἐμοὶ Ζεὺς αὐτὸς ἐνὶ φρεσὶ τοῦτο νόημα ποίησ᾽. Qui idem Nostro obversatus fuisse videtur in locutione ἐπὶ Λυδῶν παῖδας, de qua Matth. Gramm. Gr. §. 430 p. 799.

οἰκότα ἐλπίζων] Nonnulli libri vulgarem praebent formam εἰκότα, Mediceus: ἐοικότα, alii οἰκότα, quod placuit Wesselingio, quodque, cum Herodoto sit frequens, retinuimus. Admonet *Cr.* Eustath. ad Odyss. XII, 79 p. 477, 25: τὸ δὲ εἰκυῖα οὐ κατὰ τὴν ὕστερον ἰωνικὴν γλῶσσαν λέγεται· οἱ γὰρ μεθ᾽ Ὅμηρον, ὡς δηλοῖ καὶ Ἡρόδοτος, οἰκὸς γράφουσι καὶ ἀκολούθως, καὶ οἰκυῖα, Ἀττικοὶ δὲ ἐοικὸς καὶ ἐοικυῖα. — ἐλπίζειν hic existi-

„εὔχεσθαι ἄλλο, ἢ, ἐπεί τε τάχιστα ἐπύθοντό σε μέλ-
„λοντα ἐπὶ σφίσι ναυπηγέεσθαι νέας, λαβεῖν ἀρώμε-

mandi potestatem habet, ut I, 30, alibi. Conf. Krüger. ad Dionys. Halicarnass. p. 116.

λαβεῖν ἀρώμενοι Λυδοὺς ἐν θαλάσσῃ] ἀρώμενοι exhibent plurimi iique optimi libri; pauci numero nec melioris notae ἀρᾶσθαι, quod e glossemate sive interpretamento fluxisse vix cuiquam dubium esse poterit, quamquam defensor eius nuper exstitit censor in Ephem. Ienenss. 1817 nr. 165 p. 379. Nam vulgata ἀρώμενοι quoniam minus cum loci structura convenire videbatur, vario modo locum sollicitaverunt viri docti. Glossam existimavit Cornelius de Paw, Reiskius male coniecit ἀράμενοι peiusque adeo explicuit; felicius Toupius in Epist. critic. p. 64 ed. Lips. αἰωρεομένους, quo nimirum sibi opposita essent: ἱππευομένους λαβεῖν ἐν ἠπείρῳ et λαβεῖν αἰωρεομένους ἐν θαλάσσῃ, coll. Herodot. VII, 116. Quod utique speciosius quam verius. Unde Werferus proposuit (Actt. phill. Monn. I, 1 p. 74) αἰωρεύμενοι, sed alio sensu. Nam insulanos intelligi vult *elatos*, *confidentes* navali scientia, quâ Croesum se superaturos esse sperant. Schwgh. denique coniecit ἀειράμενοι („*postquam vela ventis dederint*") idque in textum recipere haud veritus est. Sed merito eiecit Gaisfordius, veterum Gronovii et Wesselingii lectionem, libris probatam, reducens, probante quoque Matthiae, qui explicatione, non emendatione locum egere optime monuit. Pertinet enim hic locus ad illud ἀνακολουθίας genus, ubi Graeci principalis sententiae eam partem, quae post verba interiecta sequitur, ex his ipsis verbis nectunt, iisque adstruunt; conf. Matth. Gramm. Gr. §. 631 p. 1298. Sic, Matth. iudicante, Herodotus cum dicere instituisset: τί δοκέεις εὔχεσθαι ἄλλο ἢ — λαβεῖν ἀρᾶσθαι Λυδοὺς ἐν θαλάσσῃ (in quo ipso ἀρᾶσθαι omitti potuerit), iam verbis interpositis abreptus ad ἐπύθοντο referens verbum ἀρώμενοι scripsit, eâ sane structurâ, quae ob priora verba sequi debebat, neglectâ. Caeterum in ipsa casuum permutatione, cum nominativus participii sequatur loco accusativi (quo ipso cernitur ἀνακολουθία), iure non haesit Schwgh. Collegerat enim huius structurae exempla aliquot e nostro scriptore Werferus l. l. ut I, 56. IV, 15. 137. Vulgatam lectionem denique tuitus est Letronne in Journal d. Sav. 1817 p. 91, quoniam ἀρώμενοι in mentem quasi revocet sensum verbi εὔχεσθαι, quod paulo ante legatur, cuius synonymum fere sit ἀρᾶσθαι, hoc ipso in loco perperam a quibusdam repositum. Moris enim esse ait Herodotei, ponere participium eiusdem verbi, quod antea iam

„νοι Λυδοὺς ἐν θαλάσσῃ, ἵνα ὑπὲρ τῶν ἐν τῇ ἠπείρῳ „οἰκημένων Ἑλλήνων τίσωνταί σε, τοὺς σὺ δουλώ-„σας ἔχεις;“ Κάρτα τε ἡσθῆναι Κροῖσον τῷ ἐπιλόγῳ· 13 καί οἱ (προσφυέως γὰρ δόξαι λέγειν) πειθόμενον,6 6παύσασθαι τῆς ναυπηγίης. καὶ οὕτω τοῖσι τὰς νήσους οἰκημένοισι Ἴωσι ξεινίην συνεθήκατο.

28 Χρόνου δὲ ἐπιγινομένου, κατεστραμμένων σχεδὸν πάντων τῶν ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ οἰκημένων· πλὴν γὰρ Κιλίκων καὶ Λυκίων, τοὺς ἄλλους πάντας ὑπ' ἑωυτῷ εἶχε καταστρεψάμενος ὁ Κροῖσος· εἰσὶ δὲ οἵδε, Λυδοί, Φρύγες, Μυσοί, Μαριανδυνοί, Χά-

Asiam omnem ad Halyn usque domat.

---

finitum erat positum, aut certe cognati verbi participium. Ita ἀρώμενοι idem esse quod εὐχόμενοι (sc. εὐχομένους); illo tamen verbo usum esse Nostrum, quo evitaret repetitionem.

ἵνα ὑπὲρ τῶν ἐν τῇ ἠπείρῳ οἰκημένων Ἑλλήνων τίσωνταί σε] οἰκημένος hic dici pro οἰκῶν notat Matth. Gramm. Gr. §. 496, 6 p. 935. Conf. I, 96. 127. 172. VIII, 115. II, 102. — De locutione δουλώσας ἔχεις, quae continuo I, 28 recurrit, vid. ibid. §. 559, b p. 1105.

Cap. XXVIII.

εἰσὶ δὲ οἵδε, Λυδοί, Φρύγες κ. τ. λ.] Voculam Λυδοὶ ab hoc loco alienam esse contendunt, praesertim cum proximo capite legatur: καὶ προσεπικτωμένου Κροίσου Λυδοῖσι. Lydos enim non armorum vi sibi subegit Croesus, sed eorum regnum tenuit quasi hereditarium atque a maioribus traditum; ita ut inter gentes a Croeso vi subactas Lydos commemorari minime sit consentaneum. Larcherus eo confugit, ut Lydos Lydiamque terram distingui vellet a Maeonia, quae superior fuerit pars eius terrae, quae universa posthac Lydiae acceperit nomen ab inferiori parte, quam Croesus armis occupaverit, cum antea superiorem modo partem (i. e. Maeoniam, conf. supra cap. 7) a maioribus traditam hereditario iure tenuisset. Nos malumus ab eorum partibus stare, qui hic omnes, quos Croesi regnum complectebatur populos, recenseri credunt, primoque loco hanc ipsam ob causam collocari Lydos, quippe quos primitus ille tenuit quibusque caeterae gentes quasi adiectae fuerunt. Libri ad unum omnes retinent vocem Λυδοί, quam uncis, quibus editorum nonnulli incluserant, liberandam censuimus. Cr. ad h. l. admonet Benedict. Nott. critt. in Herodot. in Beckii Actt. Semin. Philolog. Lips. Vol. II

λαβες, Παφλαγόνες, Θρήϊκες, οἱ Θυνοί τε καὶ Βιθυνοί, Κᾶρες, Ἴωνες, Δωριέες, Αἰολέες, Πάμφυ-

p. 279. Sequuntur in hoc populorum recensu *Phryges* atque *Mysi*, quorum tamen sedes, quales Herodoti fuerint aetate, accuratius definire vixdum licet. Conf. etiam III, 90. Praeter ea, quae vulgo in universum de his gentibus traduntur, faciunt huc quodammodo Hoeckii disputata (in Cret. I, 109 seqq. 136) de Phrygibus eorumque cum Lydis commercio, cum quibus unâ plerumque nominantur adeoque confunduntur. Et advocat ille, praeter religionum similitudinem atque coniunctionem, de Maeone inprimis testimonium, qui modo Phrygum, modo Lydorum, modo utriusque gentis rex perhibeatur. De Maeone nos diximus ad I, 7. *Mariandyni* habitabant ad Ponti Euxini oram, Bithyniam inter atque Paphlagoniam, Thracesque et ipsi origine fuisse dicuntur. Conf. Strab. XII p. 542 s. 816, C. Alii eos a Mariandyno sive Cimmerii sive Phinei filio oriundos tradunt; vid. Schol. ad Apoll. Rhod. II, 725. 140. Apud Herodotum eorum mentio fit infra III, 90 et VII, 72. Postera autem aetate illos ab Heracleotis sub iugum missos legimus; de quo Cr. confert Posidon. ap. Athen. VI p. 263 (Posidonii reliq. ed. Bake p. 176) Strab. l. l. p. 817. Add. Ruhnk. ad Timaei Lex. p. 214. Ast. ad Plat. de Legg. p. 322.

Chalybes qui deinceps nominantur, probe ab his distinguendi, quos vulgo Chaldaeo[s] nominant, magnam illam quidem antiquitatis gentem, cuiu[s] sedes ultra Halyn fuerunt. Plur[a] de his Ritter. Erdkunde II p. 78[...] sqq. Hoeck. Creta I p. 294 sq[q.] Qui vero eis Halyn i. e. occide[n]tem versus ab hoc flumine hab[i]tabant Chalybes, quales [...] intelligi necesse est, eos co[lo]nos fuisse verisimile est ill[ius] Chalybum gentis, quae ul[tra] Halyn magna et extensa [in] montibus circa Araxem se[des] primitus habuerat et ulte[rius] adeo suas sedes pertend[erat]. Quam eandem a Scymno [...] appellari putant gentem [...] fragm. vs. 181 seq. Ab [...] vero nonnihil diversi, q[...] quam eiusdem haud sci[o] stirpis, videntur ii, qu[orum] Xenophon meminit in Ex[p.] Cyri V, 5, 1 (ubi vid. d[e] Kruegerum; coll. Hoeck. p. [...] Hi enim orientem versus [...] mine Halye habitabant [...] Mosynaecos et Tibare[nos] montibus Ponto Euxino fi[nitimis]. Sed de Herodoti gente t[...] nia desunt accuratiora [...] Ritter. l. l. p. 791. H[...] l. p. 301. 302. Chaly[bum] fines sunt *Paphlagones* [...] tis sunt noti. Sequuntu[r] ces, bifariam divisi, tu[m] ni, tum *Bithyni*. Inte[r] enim Asiatici Thraces [...] Europa olim habitant[...]

29 λοι· κατεστραμμένων δὲ τούτων, καὶ προσεπικτωμένου Κροίσου Λυδοῖσι, ἀπικνέονται ἐς Σάρδις ἀκμαζούσας πλούτῳ ἄλλοι τε οἱ πάντες ἐκ τῆς Ἑλλάδος σοφισταί, οἳ τοῦτον τὸν χρόνον ἐτύγχανον ἐόντες,

Sardes opibus florentes, aditae a Sapientibus Graeciae. Solonis post latas Atheniensibus leges peregrinatio decennii.

---

sedibus pulsi in Asiam minorem commigrabant, nomenque Strymoniorum, quo adhuc usi erant, commutabant cum Bithynorum appellatione. Hinc aliquoties occurrit *Thracia* Asiatica, ad quam et Bithyni et Thyni pertinent. Sunt bini Xenophontis loci classici in Anabasi VI, 2, 2 et VII, 2 §. 22 (ubi consul. Kruegerum), quibus iungendus Strabo XIII *p. 541 seq.* p. 816, B. C. *et Herod.* VII, 75. De *reliquis populis*, quos hic a *Croeso* subactos legimus, vix monendum.

Cap. XXIX.

κατεστραμμένων δὲ τούτων] Oratio, pluribus verbis interiectis ab auctore interrupta, hic prioribus verbis repetitis iam restauratur, ut legitime procedat.

ἄλλοι τε οἱ πάντες ἐκ τῆς Ἑλλάδος σοφισταί] Valckenarius aptius hic legi putat: *ἄλλου τε ἐπιφανέες κ. τ. λ.* Sed libri non addicunt emendationi, quâ utique supersedere possumus. Videtur enim, ut bene monet Wesselingius, Herodotus illos, qui uno tempore et habiti et vocati *Sapientes* sunt, indicare. Sapientes autem Herodotus vocavit σοφιστάς, honorifico *tunc* temporis titulo, quo etiam Pythagoram (IV, 95) aliosque sapientiae fama per Graeciam illustres (II, 49) ornavit. Nec aliter alii auctores, ut idem monet Wesselingius, cui post oblocutus est Wyttenbach. ad Plat. Moral. (II) p. 96, A. Animadverss. p. 654 sqq. Nam neque Plutarchum hoc σοφιστοῦ nomine usum vult sensu laudabili pro eo, quod postea inductum est, σοφοῦ s. φιλοσόφου nomine, neque alios antiquiores scriptores, qui, cum oratores fuerint aut historici, philosophos vel per contemtum vel tanquam mercede docentes vel nondum discreta utriusque vocabuli notione σοφιστὰς appellarint. Quod ut de aliis scriptoribus nunc non disquiram, ita Herodotum certe honesto titulo σοφιστοῦ usum esse persuasum habeo, sive nondum vocabuli notione discreta, sive alia ex causa, quam hic indagare non attinet. Ac Diodorus in Excerptt. (T. II p. 23 nov. scriptt. collect. ed. Mai.) §. 26 eadem in re, vocat τοὺς ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἐπὶ σοφίᾳ πρωτεύοντας et τοὺς ἐπὶ φιλοσοφίᾳ μεγίστην δόξην ἔχοντας. Quin mox eosdem sapientes eodem, quo Herodotus, ornat nomine σοφιστῶν, sensu honorifico. Nec alio atque Herodotus sensu σοφιστὰς dixerat Androtion (ap. Aristid. II p. 311 Iebb.); vid. eius fragm. p. 118, nisi

ζῶς ἕκαστος αὐτῶν ἀπικνέοιτο· καὶ δὴ καὶ Σ ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ὃς Ἀθηναίοισι νόμους κελ ποιήσας, ἀπεδήμησε ἔτεα δέκα, κατὰ θεωρίη φασιν ἐκπλώσας, ἵνα δὴ μή τινα τῶν νόμων ἀ θεσθῇ λῦσαι τῶν ἔθετο. αὐτοὶ γὰρ οὐκ οἷοί τ αὐτὸ ποιῆσαι Ἀθηναῖοι· ὁρκίοισι γὰρ μεγάλοισ εἴχοντο, δέκα ἔτεα χρήσεσθαι νόμοισι τοὺς ἄ

30 Σόλων θῆται. Αὐτῶν δὴ ὦν τούτων καὶ τῆς θ ἐκδημήσας ὁ Σόλων εἵνεκεν, ἐς Αἴγυπτον ἀ

Eius apud Croesum commoratio, et disputatio de fortuna humana. Tellum beatissimum fuisse.

---

pro Ἀνδροτίων illic legendum Ἄνδρων.

ὡς ἕκαστος αὐτῶν ἀπικνέοιτο] αὐτῶν pro αὐτέων plurimi libri, quos cum Gaisf. secuti sumus. Conf. I, 26 fin. Locutionem ὡς ἕκαστος aliquot exemplis illustravit Wyttenbach. in Selectt. historicc. p. 346, nostrum locum ita interpretans: „*ut eorum quisque adveniret*,“ id est, *non eodem et communi*, *sed suo quisque et consilio et tempore*, sive *pro se quisque.*

κατὰ θεωρίης πρόφασιν ἐκπλώσας] Conferri vult Cr. quae hanc in rem omnino praecipiuntur apud Platon. de Legg. XII p. 951, A. Idem admonet vocis φιλοθέωρος, quo per iocum fere utitur Cicero Ep. ad Famil. VII, 16.

τῶν ἔθετο] Sic infra quoque: —τοὺς ἄν σφι (σφι enim dedimus cum Gaisf.) Σόλων θῆται. Ac satis notum discrimen inter νόμον θεῖναι ac θέσθαι, de quo Cr. laudat F. A. Wolf. in Prolegg. ad Demosth. Leptin. p. CXXVI seq.

τοὺς ἄν σφι Σόλων θῆται] Coniunctivum cum par hic pro optativo poni, u tus ex obliqua oration rectam, monet Matth. not. 1, c p. 1025. S iunctivum legitimum, op etur futurum χρήσεσθα ille pendeat.

Cap. XXX.

Αὐτῶν δὴ ὦν τού τῆς θεωρίης ἐκδημήσα λων εἵνεκεν, ἐς Α ἀπίκετο κ. τ. λ.] Hae quorum sensum nemo n cutus est, maius negot hibent, temporum ratio curatius si persequamu factum est, ut nonnull hoc colloquium Solon Croeso prorsus fictum vi quippe temporum ratior gante, cum Solonem XLVI, 3 Atheniensibu tulisse constet eundem rannidis Pisistrateae a cundo, sive Olymp. L isse; quo ipso demum regnare inter Lydos c At Solonem, gemente sistrati dominatione civi

παρὰ Ἄμασιν, καὶ δὴ καὶ ἐς Σάρδις παρὰ Κροῖσον. ἀπικόμενος δὲ, ἐξεινίζετο ἐν τοῖσι βασιληΐοισι ὑπὸ

---

tica, *in* Lydiam profectum esse contendit Meursius in Solon. 28, non reprobante Wesselingio ad h. l.; quamvis hoc colloquium ante Pisistrati tyrannidem habitum esse alii clament. Sed audiamus Plutarchum in vita Solonis c. 27 (I p. 93, B) ita scribentem: *τὴν δὲ πρὸς Κροῖσον ἔντευξιν αὐτοῦ δοκοῦσιν ἔνιοι τοῖς χρόνοις ὡς πεπλασμένην ἐλέγχειν. Ἐγὼ δὲ λόγον ἔνδοξον οὕτω καὶ τοσούτους μάρτυρας ἔχοντα καὶ, ὃ μεῖζόν ἐστι, πρέποντα τῷ Σόλωνος ἤθει καὶ τῆς ἐκείνου μεγαλοφροσύνης καὶ σοφίας ἄξιον, οὔ μοι δοκεῖ προήσεσθαι χρονικοῖς τισι λεγομένοις κανόσιν, οὓς μυρίοι διορθοῦντες ἄχρι σήμερον εἰς οὐδὲν αὐτοῖς ὁμολογούμενον δύνανται καταστῆσαι τὰς ἀντιλογίας.* Quo loco iure Larcherus nititur in iis, quae multa tum in nota ad Herodoti locum de temporum ratione disserit, tum in Chronologia Herodot. cap. VII p. 205 seqq. Ponit autem Solonis legislationem in anno 594 a. Chr. s. Olymp. XLVI, 3; Solonis profectionem ad Sardes 570 a. Chr. s. Olymp. LII, 3; mortem denique 559 a. Chr. s. Olymp. LV, 2, cum Pisistratus aliquot ante annis, 561 a. Chr. s. Olymp. LIV, 3 Athenas occupare coepisset. Ubi potissimum Plutarchi loco utitur, ibid. in fin. cap. 32 e Phania referentis, Solonem obiisse Hegestrato archonte. Quae quidem sic satis sibi conveniunt vulgoque recepta referuntur, quamquam maiores exoriuntur difficultates chronologicae, si Croesi, quocum Solon est collocutus, tempora eorumque rationem perpendas. In quae post Larcherum eiusque adversarium Volneium (Chronolog. d'Herodot. p. 54 sqq. coll. p. 30 sqq.) nemo quod sciam diligentius inquisivit Ioan. Matth. Schultzio in Apparatu ad annall. criticc. rerr. Graecc. Kiliae 1826 p. 16 seqq. Volneius, ut summam saltem disputationis ab illo institutae referamus, Solonis legislationem ponit anno 594 a. Ch., itinera 573, commorationem apud Croesum indeque reditum 563, mortem 559; Pisistratum vero primum Athenas occupantem collocat 560 a. Chr. Schultzius, qui Solonem vult leges Atheniensibus dedisse 594 a. Chr., post profectum ac reversum Athenas ante 561, cum Pisistratus nondum rerum potitus esset, inde concludit, Solonis iter non in tempus annis 575—565 serius posse detrudi, qui si Sardibus cum Croeso aliquamdiu versatus esset, factum id oportere circa 570 a. Chr. s. Ol. LII, 3 aut saltem non multo post. Conf. quoque, quae infra ad I, 45 fin. (al. 46) disserentur. Unde satis apparebit, quo iure Herodotum in Solonis legislatione indicanda

τοῦ Κροίσου· μετὰ δὲ, ἡμέρῃ τρίτῃ ἢ τετάρ
λεύσαντος Κροίσου, τὸν Σόλωνα θεράποντες
γον κατὰ τοὺς θησαυροὺς, καὶ ἐπεδείκνυσαν
3ἐόντα μεγάλα τε καὶ ὄλβια. θηησάμενον δέ
πάντα καὶ σκεψάμενον ὥς οἱ κατὰ καιρὸν ἦν, ε
4Κροῖσος τάδε· „Ξεῖνε Ἀθηναῖε, παρ' ἡμέας γ
„σέο λόγος ἀπῖκται πολλὸς, καὶ σοφίης εἵνε
„σῆς καὶ πλάνης, ὡς φιλοσοφέων γῆν πολλὴν
5„εἵνεκεν ἐπελήλυθας. νῦν ὦν ἵμερος ἐπείρεσθ

---

decem Olympiadum numero aberrasse Niebuhrius statuat Röm. Gesch. I p. 579 ed. sec., quem locum *Cr.* debeo.

De *Amasi*, Aegyptiae rege, minor difficultas, quippe quem anno 570 a. Chr. ad regnum evectum esse, constans fere est nunc doctorum virorum sententia. Vide Tu, praeter Larcherum ac Volneium, inprimis Schultz. l. l. p. 27 not. 48. — In clausula addam, hanc de Solonis cum Croeso congressu narrationem memorari quoque a Diodor. in Excerptt. nuper detectis; vid. Ang. Mai. nov. scriptt. collect. Tom. II p. 14 §. 17 coll. §. 26. 27 p. 23 seq.

θηησάμενον δέ μιν τὰ πάντα] θηησάμενον scripsi pro θεησάμενον cum Schwgh. et Gaisf. optimorum librorum iussu. Vid. ad I, 10 notat. — De particula γὰρ in seqq.: παρ' ἡμᾶς γὰρ περὶ σέο λόγος ἀπῖκται conf. supra ad I, 8. 24 disputata. Post autem retinuimus: φιλοσοφέων γῆν πολλὴν loco τῆς πολλῆς, quod Gronov. iure iam expunxit, ε πολλήν. At γῆν πο liores dant libri. C seling. ad h. l. et S Var. Lect. De re ip cem φιλοσοφέων C quae Plutarchus disput p. 77, D. E. Est ε vox nostro in loco lat accipienda de omni a tisque cura ac studio rum, quas hominem s tet. Addit *Cr.* locum de Vit. Pythagor. c. p. 11 ed. Küster, ub le templa scribit P adiisse ἔρωτι καὶ ὀρέ ρίας.

νῦν ὦν ἵμερος ἐ μοι ἐπῆλθε] Plerum ρεσθαί με ἐπῆλθέ σ nos dedimus, meliore libri, consentiente V VII, 46 ac recentioril ribus, quibus addo in Selectt. historr. p. simile Euripidis illud, ὥσθ' ἵμερός μ' ὑπῆλ laudat, recteque vert *igitur me cupiditas i te interrogem.*" De da

„ἐπῆλθε, εἴ τινα ἤδη πάντων εἶδες ὀλβιώτατον;“ Ὁ
μὲν, ἐλπίζων εἶναι ἀνθρώπων ὀλβιώτατος, ταῦτα
6 ἐπειρώτα. Σόλων δὲ, οὐδὲν ὑποθωπεύσας, ἀλλὰ τῷ
7 ἐόντι χρησάμενος, λέγει· „Ὦ βασιλεῦ, Τέλλον Ἀθη-
„ναῖον·“ Ἀποθωυμάσας δὲ Κροῖσος τὸ λεχθὲν, εἴρετο
ἐπιστρεφέως· „Κοίῃ δὴ κρίνεις Τέλλον εἶναι ὀλβιώ-
8 „τατον;“ Ὁ δὲ εἶπε· „Τέλλῳ, τοῦτο μὲν, τῆς πόλιος

---

ter Valcken. l. l. consul. Matth. §. 402, 5, a p. 734 seq.

ταῦτα ἐπειρώτα] *ἐπειρώτα*, quod cum Schwgh. et Gaisf. dedimus, a dialecti ratione meliorumque librorum auctoritate commendatur. Conf. I, 31 in. In proxime seq. *ὑποθωπεύειν* est *blande adulari*, *assentari*; deductum a *θώψ* (*assentator*) et satis illustratum, ut Cr. monuit, a Ruhnk. ad Timaei Lex. Platon. p. 145.

τῷ ἐόντι χρησάμενος] i. e. *usus eo*, *quod reapse s. verum erat s. verum respondens*; uti I, 14: *ἀληθέϊ λόγῳ χρεώμενος*. Conf. I, 116. V, 106. Pausan. I, 35 §. 6 ibiq. Siebel.

εἴρετο ἐπιστρεφέως] *ἐπιστρεφέως* est *accurate*, *diligenter*. Larcherus vertit „*avec vivacité*“ comparans similem Nostri locum VIII, 62: *λέγων μᾶλλον ἐπεστραμμένα*. Inde Iacobs. verterat: „*mit Emphase*.“ Nec aliam in sententiam accipi vult Schwgh. in Lex. Herod.: „*concitate* i. e concitata et asperiore voce et concitato animi affectu, qui etiam corporis motu sese prodebat.“

κοίῃ δὴ κρίνεις] i. e. „*qua tandem ratione* (ductus) *iudicas*“ etc. Ad *κοίῃ* Iacobs. (in Attic. p. III. 315) supplet *γνώμῃ*. Equidem eodem modo, quo *ᾗ*, *ταύτῃ*, alia id genus explicuerim. De narratione ipsa Cr. confert Lucianum in Contempl. §. 10 ibiq. Hemsterh. p. 386 Tom. III. ed. Bipont. ac Nonnum ad Gregor. Naz. p. 132 ed. Eton., qui et ipse historiolam de Tello servavit.

τοῦτο μὲν, τῆς πόλιος εὖ ἡκούσης, παῖδες καλοί τε κἀγαθοί] Wyttenbach. in selectt. histt. p. 346 suspicatur, legendum esse *ἥκοντι*, ut paulo infra: *τοῦ βίου εὖ ἥκοντι*, cum solemnis sit forma *εὖ ἥκω τινός*, non item *εὖ ἥκει μοί τι*, docente Valcken. ad Herod. VII, 157 et Matth. §. 337 fin. p. 664. Unde sic interpretatur: „*Tello*, *florentem habenti patriam*, s. *quum frueretur florente patria*, *filii erant pulcri bonique*.“ Sed praeter Suidam et Gregorium Corinthium §. 87 de dial. Ionic. p. 497. 498 ed. Schaef. *ἡκούσης* e nostro loco laudantes, omnes etiam libri scripti consentiunt in vulgata lectione, a Schwgh. aliisque iure non mutata. Neque enim, vulgata lectione mutata sententia

„εὖ ἡκούσης, παῖδες ἦσαν καλοί τε κἀγαθοὶ, κ
„εἶδε ἅπασι τέκνα ἐκγενόμενα, καὶ πάντα πα
„ναντα· τοῦτο δὲ, τοῦ βίου εὖ ἥκοντι, ὡς τὰ
9„ἡμῖν, τελευτὴ τοῦ βίου λαμπροτάτη ἐπεγένετο.
„μένης γὰρ Ἀθηναίοισι μάχης πρὸς τοὺς ἀσ
„τονας ἐν Ἐλευσῖνι, βοηθήσας, καὶ τροπὴν πο
10„τῶν πολεμίων, ἀπέθανε κάλλιστα. καί μιν Ἀθ
„δημοσίῃ τε ἔθαψαν αὐτοῦ τῇπερ ἔπεσε, καὶ
„σαν μεγάλως."

31 Ὡς δὲ τὰ κατὰ τὸν Τέλλον προετρέψατο ὁ Σ

Cleobin et Bitonem secundo loco.

---

loci valde adiuvatur, neque causa satis iusta apparet, cur Herodoto minus scribere licuerit: τῆς πόλιος εὖ ἡκούσης i. e. *civitate florente*. De τοῦτο μὲν — τοῦτο δὲ conf. modo Hermann. ad Viger. p. 702. Ad sententiam *Cr.* ea refert, quae leguntur in Hippia maiori, qui Platonis prae se fert nomen p. 291, D. pag. 151 ed. Heind. Videtur enim aut Plato aut quisquis illius dialogi est auctor, Herodotum ante oculos habuisse. — Locutio καλοί τε κἀγαθοὶ hic non minus de specie aut de generis praestantia, quam de omnis virtutis indole accipienda. Nam de optimatibus eorumque filiis unice qui accipere hic velit, eum vix locutionis sensum assecutum crediderim. Plura post tot alios disseruit Welcker. in Prolegg. ad Theogn. p. XXIV.

τοῦτο δὲ, τοῦ βίου εὖ ἥκοντι, ὡς τὰ παρ' ἡμῖν, τελευτὴ κ. τ. λ.] εὖ ἥκειν τοῦ βίου, *florere quod ad vitam attinet* s. *in re* (familiari) *satis lauta con-*

stitutum esse, de iis,
lauta ac larga suppe
omnibus bonis abundan
ὡς τὰ παρ' ἡμῖν recte
„*pro modulo nostratium*
tum." Stegerus expli
δὴ παρ' ἡμῖν γε ἔχει
ἅπερ εὐδαιμονίαν καλ

Cap. XXXI.

ὡς δὲ τὰ κατὰ τὸν
προετρέψατο ὁ Σόλων
i. e. *cum hac de Tello n*
ne Solon Croesum (ut sc
us quaereret) *incitasset*,
qui (Solon) *multa de eo*
dixisset felicitatemque e
posuisset. Verba τὰ κα
Τέλλον absolute accipien
„*quod attinet ad Telli r*
quae, si placet, subau
terit λέγων, in talibus
omissum, monente M
421 not. 2, a p. 774. -
τρέψατο, breviter dict
go ita accipiunt, ut su
tur πρὸς τὸ ἐρωτᾶν:
ad quaerendum. Schn
in Lexico reddidit: *über*
id quod ad sensum

τὸν Κροῖσον, εἴπας πολλά τε καὶ ὄλβια, ἐπειρώτα τίνα δεύτερον μετ᾽ ἐκεῖνον ἴδοι, δοκέων πάγχυ δευτερεῖα γῶν οἴσεσθαι. ὁ δὲ εἶπε· „Κλέοβίν τε καὶ Βί-„τωνα. τούτοισι γὰρ, ἐοῦσι γένος Ἀργείοισι, βίος „τε ἀρκέων ὑπῆν, καὶ πρὸς τούτῳ, ῥώμη σώματος „τοιήδε· ἀεθλοφόροι τε ἀμφότεροι ὁμοίως ἔσαν, καὶ

8 „δὴ καὶ λέγεται ὅδε ὁ λόγος. ἐούσης ὁρτῆς τῇ Ἥρῃ „τοῖσι Ἀργείοισι, ἔδεε πάντως τὴν μητέρα αὐτῶν ζεύ-

---

Schaeferus (ad Gregor. Corinth. p. 497) ad verbum minus. Suspicatur enim προτρέπεσθαι esse: *repellere, retundere, reiicere, refutare, amoliri quasi respondendo*. Quae tamen ratio, non video, cur illam vulgo receptam interpretationem loco moveat. Verba denique εἴπας πολλά τε καὶ ὄλβια explicandi causa addi, quibus antecedentia τὰ κατὰ τὸν Τέλλον quodammodo accuratius illustrentur, satis universa loci ratio docet.

Κλέοβίν τε καὶ Βίτωνα] Celeberrima narratio, multis post Herodotum quoque tradita; in quibus potissimum laudant Cicer. Tuscc. Quaestt. I, 47 ibiq. Davis. Serv. ad Virgil. Georg. III, 532. Fabric. ad Sext. Empir. Pyrrh. Hyp. III, 24 p. 186. Cr. addit Fischer. ad Platon. Axioch. c. 16. Plutarch. Consolat. ad Apoll. pag. 108, F ibiq. Wyttenbach. p. 730 coll. Vit. Solon. c. 27 p. 93. Lucian. Contempl. l. l. Et exstat apud Stobaeum (CXIX p. 603) elegans epigramma, quo factum fratrum celebratur; receptum inde in Brunck. Analectt. III. Lectt. et Emend. p. 274. T. IV p. 123 ed. Lips. Signum hanc ob rem erectum memorat Pausanias II, 19.

ἀεθλοφόροι τε ἀμφότεροι ὁμοίως ἔσαν] ἔσαν praeter edd. hic pauci tantum libri; reliqui omnes ἦσαν; id quod c. 30 in omnibus comparet libris. Quod idem cum in seqq. saepius occurrat ἦσαν sine ulla varietate (I, 34. 57. 63. 65 etc.), ἔσαν vero ubi legatur, semper altera quoque scriptura ἦσαν e codd. notetur, hic quoque (ut omnibus credo locis) ἦσαν scriptum oportuisse annotat Matth. ad h. l. Conf. Eundem in Grammat. §. 217 p. 414. Equidem tamen in textu idem feci, quod ille; reliqui vulgatam lectionem ἔσαν, cum eam legem mihi scripserim, ut in hisce ab optimorum librorum lectione nunquam discederem.

ἔδεε πάντως τὴν μητέρα αὐτῶν ζεύγεϊ κομισθῆναι] Mater enim, cuius nomen *Cydippen* plerique edunt, alii *Theano* (vid. Hemsterhus. ad Lucian. Contempl. III p. 386 ed. Bip.), Iunonis Argivae sacerdotio fungebatur nec sacris per legem abesse poterat. „Cum mos

„καὶ Βίτωνι, τοῖσι ἑωυτῆς τέκνοισι, οἵ μιν ἰ
„μεγάλως, δοῦναι τὴν θεὸν τὸ ἀνθρώπῳ
8„ἄριστόν ἐστι. μετὰ ταύτην δὲ τὴν εὐχὴν,
„σάν τε καὶ εὐωχήθησαν, κατακοιμηθέντες ἐ
„τῷ ἱρῷ οἱ νεηνίαι, οὐκέτι ἀνέστησαν, ἀλλ'
9„τούτῳ ἔσχοντο. Ἀργεῖοι δέ σφεων εἰκόνας
„μενοι, ἀνέθεσαν ἐς Δελφοὺς, ὡς ἀνδρῶν
„γενομένων."

32 Σόλων μὲν δὴ εὐδαιμονίης δευτερεῖα ἔνε
τοισι. Κροῖσος δὲ σπερχθεὶς, εἶπε· „Ὦ ξεῖνε Ἀ
„ἡ δὲ ἡμετέρη εὐδαιμονίη οὕτω τοι ἀπέῤῥι
„τὸ μηδὲν, ὥστε οὐδὲ ἰδιωτέων ἀνδρῶν

Rerum quae homini accidant in vita maximam esse varietatem: beatum neminem esse, nisi qui perpetua felicitate usus, vitam placide finierit.

ἀλλ' ἐν τέλει τούτῳ ἔσχοντο] i. e. „*hoc vitae exitu sunt persumti.*" Laudat Cr. ad haec Philemon. Lex. Gr. p. 94 sqq. et ad universam sententiam veterumque de morte ac vita iudicium: Platon. Lachet. p. 195, D sqq. Gorg. p. 512, A coll. Criton. c. 16 seq. p. 54, B. C.

Ἀργεῖοι δέ σφεων εἰκόνας κ. τ. λ.] De significatione medii verbi *ποιεῖσθαι* (*faciendum curare*) vix est quod moneamus. Cf. Matth. §. 492, c p. 925 et nott. ad II, 127. Addit Cr. Ernesti ad Callim. hymn. in Cerer. 26, haec quoque adnotans, has imagines tebenno (*τηβέννῳ*, quod vestimenti genus esse constat) indutas fuisse, teste Polluc. VII, 61 coll. Heringae Obss. c. III p. 29. 30 et Pausan. II, 20, qui narrat, Cleobim et Bitonem, Argis in templo Apollinis Lycii in marmore exhibitos, matrem vehentes, de quo consul. Böttiger. thol. d. Iuno p. 13 taurum humeris ges tuam in eodem Apo plo supra iam me una cum celeberrim mate.

Cap. XXXI

Σόλων μὲν δὴ — i. e. „*secundas felici his tribuit.*" Dictio r tamina Graecorum g dosque, ubi haec ver que de iudicibus s. a occurrunt, qui prim das decernunt.

ἡ δὲ ἡμετέρη εὐδα μηδὲν] i. e. *nostra fe abs te in nihilum pro nihili aestimatur*, censetur. Ubi particul sermonis non advers tinet vim, sed aug terrogationis, quam gnabundus edit.

2„ἡμέας ἐποίησας;" Ὁ δὲ εἶπε· „Ὦ Κροῖσε, ἐπιστά-
„μενόν με τὸ θεῖον πᾶν ἐὸν φθονερόν τε καὶ ταραχῶ-
„δες, ἐπειρωτᾷς ἀνθρωπηΐων πρηγμάτων πέρι; ἐν 90
„γὰρ τῷ μακρῷ χρόνῳ πολλὰ μέν ἐστι ἰδέειν τὰ μή
3„τις ἐθέλει, πολλὰ δὲ καὶ παθέειν· ἐς γὰρ ἑβδομή-

ἐπιστάμενόν με τὸ θεῖον — ταραχῶδες] Eadem sententia infra III, 40. VII, 46 et VII, 10 §. 5 expressa et impietatis nomine taxata in Plutarchi qui fertur libello de Herodoti Malignit. Opp. II p. 857, F. Magis enim placuit Platonis sententia, et ipsa multis dein repetita: *ὁ φθόνος ἔξω τοῦ θείου χοροῦ ἵσταται*, in Phaedr. p. 247, A. p. 252 *Heind.*, unde, monente *Cr.* Plotinus scribit p. 216, B: *ὅτι μὴ θέμις φθόνον ἐν τοῖς θεοῖς εἶναι.* Nos pauca adiiciamus, quae ad Herodoti sententiam rite intelligendam pertinent. Qui scriptor ipse VII, 10 §. 5 eandem proferens sententiam, addit: *οὐ γὰρ ἐᾷ φθονέειν μέγα ὁ θεὸς ἄλλον ἢ ἑωυτόν*, et paulo ante: *φιλέει γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν.* Quos locos respiciens Valckenarius (ad III, 40) monuerat, istiusmodi et Herodoti et aliorum dicta minus videri invidiosa cogitanti *τὸ θεῖον* Deum esse *ultorem*, *φθόνον vindictam divinam*, vulgo dictam *νέμεσιν*. Hinc superbis hominibus, quos ultor sequitur deus, idem dicitur *φθονερός* talisque Croeso inprimis ille videri poterat, quem post *ἔλαβε ἐκ θεοῦ νέμεσις μεγάλη* (I, 34). Qui enim homines ob nimiam, qua fruuntur, felicitatem spiritus sumunt et magis quam fas est, sese supra reliquos mortales tollunt, arrogantesque fiunt, eorum arrogantiam superbiamque calamitatibus gravioribus immissis castigare solet deus eosque de fortunae statu deiicere, quo modestiam discant nec unquam mortales se esse atque infirmos obliviscantur. Hoc igitur sensu deus est *φθονερός*. Sententiae huius exempla qui quaerat, is consulat Valckenarii notam l. l. Alia quaedam olim ipse excitavi ad Plut. Alcibiad. c. 33 p. 235 quibus nunc adde Plut. Philopoem. cap. 17. 18 Pindarumque Pyth. X, 31. Olymp. VIII, 114 ibiq. Tafelii Dilucidd. pag. 323 seq. Eandem sententiam declarat Pausanias II, 33 §. 3 aliisque locis, ab editore nuperrimo indicatis. Disputarunt quoque hanc in rem Dahlmann. in libro de Herodoti vita ac rebus pag. 177 seq. atque Güntherus in pro grammate scholastico, quod Helmstad. 1824 prodiit, continens „explanationem loci Herodotei de θείῳ φθονερῷ."

πολλὰ μέν ἐστι ἰδέειν τὰ μή τις ἐθέλει] i. e. „*multas res adversas, mala, calamitates.*" Vid. nott. ad I, 16.

„κοντα ἔτεα οὖρον τῆς ζόης ἀνθρώπῳ προ
„οὗτοι ἐόντες ἐνιαυτοὶ ἑβδομήκοντα, παρ

οὗτοι ἐόντες ἐνιαυτοὶ ἑβδομήκοντα, παρέρχονται κ. τ. λ.] Locum vexatissimum, qui tot viros doctos exercuit, intactum reliqui, praesertim cum nihil habeam, quod ipse proferam novi, quo difficultates huius loci tollantur, vix meo certe iudicio tollendae, nisi aliunde nova praesidia comparentur. Cum enim ex Herodoti computatione septuaginta anni conficiant dierum summam 25200, omissis quippe mensibus intercalaribus; quibus additis altero quoque anno, exsistant 26250; illo modo annus constabit diebus 360 (quae Herodoti quoque est sententia III, 90), hoc modo 375 diebus, quod utique nimis longum, nec tale, quo tempestatum rationes, uti h. l. vult Solon, melius conserventur. Quare vix vera de antiqua intercalandi lege Herodotum tradidisse videri, sententia est Wurmii (de pondd. ration. p. 170). Nam infra II, 4 ipse Herodotus Graecos ait tertio quoque anno mensem intercalarem adiicere, id quod huicce loco prorsus refragatur, ubi altero quoque anno mensem addi vult Solon. Hinc vario modo et loco et sententiae mederi studuerunt viri docti, quos laudatos invenies in annotatione Wesselingii atque Schweigh. ad h. l. Sunt, qui erroris incusent scriptorem, in quibus unum hic nomino Ios. Scaligerum, qui talem *annum commentitium Herodoti* vocat (De emend. tempp. Li
p. 59 sq.); nec, pra
secunda ratione, erro
cione scriptorem liber
nostra aetate conten
in defensione H. Steph
mentt. societ. philol.
2 p. 239), cum Att
nis aetate non nisi 36
annus in usu fuerit.
errorem tribui posse
gat. Aliis probabilio
haec ratio, qua Sol
minus Graecorum, qu
rum e calculis annum
statuerent, qui cum
ter 350 fuerit dierum
intercalationibus 15 d
ctos esse, quibus sol
accommodaretur. Und
rodoto legendum: ἡμι
τηκοσίας καὶ τετρα
καὶ δισμυρίας (24500
ceps: πεντήκοντα κα
κοσίων καὶ πεντακισχι
δισμυρίων (25550).
omnia abit Wyttenbac
lectt. Histor. p. 348
rem enim Herodoti
probabilem censet, cu
dotus ipse 360 dierum
constituerit II, 4. III,
altero modo in nume
dierum 375 vitium i
arbitratur voculamque
ρ ο ν mutatam vult in τ
(τὸ ἕκτον), *sextum*, q
inde exsistat dierum 3
sc. sextus quisque ann
sem habeat intercalarem
30 et unusquisque an
intercalares quinque.

„ἡμέρας διηκοσίας καὶ πεντακισχιλίας καὶ δισμυρίας, 95
4 „ἐμβολίμου μηνὸς μὴ γινομένου. εἰ δὲ δὴ ἐθελήσει „τοὔτερον τῶν ἐτέων μηνὶ μακρότερον γίνεσθαι, ἵνα „δὴ αἱ ὧραι συμβαίνωσι παραγινόμεναι ἐς τὸ δέον, „μῆνες μὲν παρὰ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτεα οἱ ἐμβόλιμοι „γίνονται τριήκοντα πέντε· ἡμέραι δὲ ἐκ τῶν μηνῶν

---

sequentibus quoque verbis magna illi opus mutatione, qua scilicet iustum in numerum omnia redigantur. Scribi enim vult: — μῆνες μὲν παρὰ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτεα γίγνονται δώδεκα δέοντος τριτημορίου· ἡμέραι δὲ ἐκ τῶν μηνῶν τούτων τριηκόσιοι καὶ πεντήκοντα· τουτέων τῶν ἁπασ. ἡμ. τῶν ἐς τὰ ἑβδ. ἔτεα, ἐουσέων πεντήκοντα καὶ πεντηκοσίων καὶ πεντακισχιλίων καὶ δισμυριέων κ. τ. λ. Quae utique haud talia sunt, quae cuiquam probari possint. Ut enim viro doctissimo id largiar, Herodotum non ita scripsisse, quemadmodum nunc legatur; idem tamen contendo hanc corruptelam altiorem esse, quam quae iis copiis manuscriptis, quas nos habemus, sanari possit. Neque id multum valet, quod Plutarchus in vita Solonis c. 27 colloquium hocce narrans, hanc annorum dierumque enumerationem prorsus omittat, aut in libro de Malignitate Herodoti, ubi alios Nostri errores castigat, hac de re taceat. Neutrum enim tale esse puto, ex quo certi quid ad Herodoti locum coniici aut concludi queat; in quo si scriptorem ipsum aut qui ab eo loquens inducitur, Solonem errasse temereque computasse dixeris, facilius utique res componetur. Sed id ipsum statuere, proclive videtur adeoque temerarium; quamvis aetate tam remota temporum rationem accuratamque anni ac mensium descriptionem institutam fuisse vix credibile sit. Tu vid. Ukert (in Geogr. Romm. et Graecc. I, 2 p. 157); qui hoc ipsum satis valere existimat, quo minus in Herodoti verbis quidquam immutetur.

εἰ δὲ δὴ ἐθελήσει τοὔτερον τῶν ἐτέων κ. τ. λ.] *θέλειν* atque *ἐθέλειν* non de personis tantum, verum de rebus etiam dici, quae ut fiant, constitutum est, satis notum. Unde nostrum haud raro aequat: *sollen* s. *können*. Cf. Herod. I, 74. 109. II, 14 etc. Plura Vigerus de Idiotism. p. 272.

ἵνα δὴ αἱ ὧραι συμβαίνωσι παραγινόμεναι ἐς τὸ δέον] i. e. *quo scilicet tempestatum vicissitudines iusto tempore redeant*, nec certus earum ordo ac ratio ullo modo turbetur. Formula *ἐς τὸ δέον iusto, opportuno tempore*, *commode* satis frequens Nostro. Cf. infra II, 173 et Fischer. ad Weller. III, 6 p. 157.

5„τούτων, χίλιαι πεντήκοντα. τουτέων τῶν ἀπ
„ἡμερέων, τῶν ἐς τὰ ἑβδομήκοντα ἔτεα ἐουσέων
„κοντα καὶ διηκοσίων καὶ ἑξακισχιλιέων καὶ
„ριέων, ἡ ἑτέρη αὐτέων τῇ ἑτέρῃ ἡμέρῃ τὸ πα
6„οὐδὲν ὁμοῖον προσάγει πρῆγμα. οὕτω ὦν, ὦ Κ
7„πᾶν ἐστι ἄνθρωπος συμφορή. ἐμοὶ δὲ σὺ καὶ πλ
„μὲν μέγα φαίνεαι, καὶ βασιλεὺς εἶναι πολλ
„θρώπων· ἐκεῖνο δὲ τὸ εἴρεό με, οὔκω σε ἐγὼ
„πρὶν ἂν τελευτήσαντα καλῶς τὸν αἰῶνα πύ
8„οὐ γάρ τοι ὁ μέγα πλούσιος μᾶλλον τοῦ ἐπ'
„ἔχοντος ὀλβιώτερός ἐστι. εἰ μή οἱ τύχη ἐπι
„πάντα καλὰ ἔχοντα τελευτῆσαι εὖ τὸν βίον

πᾶν ἐστι ἄνθρωπος συμφορή] i. e. „*homo quantus est, fortunae casibus est obnoxius*" ut recte vertit Schwgh. Nec aliter Matthiae: „*nil nisi fortunae expositus.*" In qua formula legitimum esse neutrum πᾶν (quoniam fuere, qui in πᾶς mutatum vellent), idem annotat, Sophoclem laudans in Philoctet. 902: ἅπαντα δυσχέρεια et Passow: über Zweck griech. Wörterbüch. p. 73. In Gramm. Gr. §. 437 not. 3 p. 818 πᾶν mavult ita explicare, ut pro adverbio positum videatur. συμφορή hoc loco non tam de calamitate, ut homo omnino calamitas s. calamitosus dicatur, quae Wesselingii est sententia, quam de fortuna eiusque vicissitudinibus intelligendum esse et ipsa voculae notio et universa huius loci ratio satis docere videtur. Hinc Plutarch. in vit. Solon. p. 94, B. C. c. 27 reddidit τύχην. Comparat *Cr.* Platon. de Legg. IV p qui postquam dixerat καὶ συμφοραὶ παν πτουσαι παντοίως τοῦσι τὰ πάντα ἡμ paulo inferius addit, Herodoti verba illust prime faciunt: τύχ σχεδὸν ἅπαντα θρώπινα πράγμ Epinom. p. 973, C.

ἐκεῖνο δὲ τὸ εἰ Duplicis accusativi po gandi verba structura co tenenda, aucto §. 417, c p. 764, q advertit, quod initio us capitis legitur: με ἀνθρωπηΐων π πέρι. Paulo post ne μᾶλλον — ὀλβ cf. I, 31. Matth. §. 4 et de infinitivi usu po nes, quae accuratius debeant (πάντα κα τελευτῆσαι) ibid. p. 1040.

„λοὶ μὲν γὰρ ζάπλουτοι ἀνθρώπων, ἀνόλβιοί εἰσι·
9„πολλοὶ δὲ μετρίως ἔχοντες βίου, εὐτυχέες. ὁ μὲν
„δὴ μέγα πλούσιος, ἀνόλβιος δὲ, δυοῖσι προέχει
„τοῦ εὐτυχέος μούνοισι· οὗτος δὲ, τοῦ πλουσίου
10„καὶ ἀνολβίου πολλοῖσι. ὁ μὲν, ἐπιθυμίην ἐκτελέ-
„σαι, καὶ ἄτην μεγάλην προσπεσοῦσαν ἐνεῖκαι δυ-
„νατώτερος· ὁ δὲ, τοισίδε προέχει ἐκείνου· ἄτην
„μὲν καὶ ἐπιθυμίην οὐκ ὁμοίως δυνατὸς ἐκείνῳ ἐνεῖ-
„και, ταῦτα δὲ ἡ εὐτυχίη οἱ ἀπερύκει· ἄπηρος δὲ
„ἐστὶ, ἄνουσος, ἀπαθὴς κακῶν, εὔπαις, εὐειδής.

δυοῖσι προέχει τοῦ εὐτυχέος μούνοισι] Eadem structura, de qua ad I, 1 monuimus. Recurrit paulo post: ὁ δὲ, τοισίδε προέχει ἐκείνου κ. τ. λ., ubi cum Schw. et Gaisf. reposuimus τοισίδε, librorum auctoritate satis illud quidem firmatum et probatum Matth. §. 630, e. p. 1292 itemque Schaefero ad Lambert. Bos. Ellips. L. Gr. p. 606 et Werfero in Actt. phill. Monacc. I p. 98 seq., quem omnino de h. l. consul., in quo pronomen (ταῦτα) ad seqq. spectare recte monet. — Quae vero hic disputantur, haud differunt, auctore Cr., ab iis, quae uberiora a Proclo disputata legimus in Commentariis nuper editis ad Platonis Alcibiad. I c. 33 p. 104. Redit autem eo fere Solonis sententia, ut is, qui dives sit, eo praevertat felicem eundemque pauperem, quod ipse et cupiditates facilius explere et damnum magnum incidens minore negotio perferre queat; felix vero idemque pauper eo antecellat divitem, quod damna cupiditatesque, quibus ferendis ipse minus par est, omnino fortuna ab eo arceat, ipsumque securum ac tutum ab illis praestet. Quibuscum Cr. comparat, quae Aristoteles disputat in Ethic. Nicomach. VII, 13; ad ipsa verba citat Valcken. ad Theocr. Adoniaz. v. 24 p. 317. 318 haec statuentem: „Ὄλβιος dicebatur eximie, non ὁ εὐτυχής, sed ὁ εὐδαίμων; hinc ipsi dii ὄλβιοι.“ Addit idem insignem Euripidis locum in Medea vs. 1228.

ἄπηρος δὲ ἐστὶ] ἄπηρος (i. e. *membris omnibus integer*) dedi cum recentt. pro vulgato ἄπειρος, quod omnes praebent libri, exceptis duobus Vaticanis, qui coniecturam Heinsii egregie firmant; cf. Iungermann. ad Polluc. II, 61. Unus liber dat ἄπορος.

εὐειδής] εὐειδής, quod quidam dixere ἀδόκιμον εἶναι ὄνομα, hinc bene tuetur Grammatic. Graec. in Bekker. Anecdd. I p. 92. 26. Cr. addit Eustath. ad Iliad. III, 48 coll. ad Odyss. VI, 187 p. 257. Paulo post de structura εἰτελευτήσει con-

11„εἰ δὲ πρὸς τούτοισι ἔτι τελευτήσει τὸν β
„οὗτος ἐκεῖνος, τὸν σὺ ζητεῖς, ὄλβιος κε
12„ἄξιός ἐστι. πρὶν δ' ἂν τελευτήσῃ, ἐπισχέει
13„καλέειν κω ὄλβιον, ἀλλ' εὐτυχέα. τὰ πάντα
„ταῦτα συλλαβεῖν ἄνθρωπον ἐόντα ἀδύνατ
„ὥσπερ χώρη οὐδεμία καταρκέει πάντα ἑωυτ
„χουσα, ἀλλὰ ἄλλο μὲν ἔχει, ἑτέρου δὲ ἐπ
14„ἣ δὲ ἂν τὰ πλεῖστα ἔχῃ, ἀρίστη αὕτη. ὣς
„ἀνθρώπου σῶμα ἓν οὐδὲν αὔταρκές ἐστι·

---

sul. Matth. §. 523 not. p. 1014. Unde multum differt, quod ante legitur, εἰ μή οἱ τύχη ἐπίσποιτο (*es sey denn, dass*); de quo vid. ibid. §. 524 not. 3 p. 1017.

πρὶν δ' ἂν τελευτήσῃ, ἐπισχέειν, μηδὲ καλέειν κω ὄλβιον, ἀλλ' εὐτυχέα] De Infinitivi in his usu consul. Matth. §. 546 p. 1073 recte qui vertit: „*muss man sein Urtheil zurück halten.*" Caeterorum haecce verba egregie iis respondent, quae in fine Oedipi regis apud Sophocl. leguntur:

ὥστε θνητὸν ὄντ', ἐκείνην
τὴν τελευταίαν ἰδεῖν
ἡμέραν ἐπισκοποῦντα, μηδέν' ὀλβίζειν, πρὶν ἂν
τέρμα τοῦ βίου περάσῃ,
μηδὲν ἀλγεινὸν παθών.

Add. Trachin. init. ibique Interpretes. Sed de Sophocle monuimus ad I, 2. Ipsa vero sententia quoties a veteribus repetita sit, dicere longum est. Tu vid. modo, quos Cr. laudat, Aristotelem in Ethic. Nicomach. I, 10 ed. Zell., ubi cons. Muretum et Camerarium, coll. Ethic. Eudem. II, 1 Andromach. vs. 10 Barnes. ac denique de Legg. VII p. 802

ὥσπερ χώρη οὐδε κέει] Retinui cum δεμία, quamvis vulg Cum eodem mox d pro vulg. αὐτέων. C

ὣς δὲ καὶ ἀνθρω ἓν οὐδὲν αὔταρκές *ita etiam hominis c minime sibi in omnibu omniaque suppeditai* Stegerus, qui vertit δὲ ν *nullum omnino c* cydidemque allegat I οὐδὲ ἓν κατέστη ἴ Herodotum inde censet: ἓν οὐδὲ ἕν, addatur vis verbis, ubi οὐδὲ ἓν (Prae Qua tamen emendat nostrum haud egere nere, si quidem s probe perspexeris. locum Weiskius in I onasmis L. Gr. pag que sic vertit: „*ita homo unus omnino n ficit* q. e. *nullus omn*

15„γὰρ ἔχει, ἄλλου δὲ ἐνδεής ἐστι. ὃς δ' ἂν αὐτῶν
„πλεῖστα ἔχων διατελέῃ, καὶ ἔπειτα τελευτήσῃ εὐ-
„χαρίστως τὸν βίον, οὗτος παρ' ἐμοὶ τὸ οὔνομα
16„τοῦτο, ὦ βασιλεῦ, δίκαιός ἐστι φέρεσθαι. σκοπέειν
„δὲ χρὴ παντὸς χρήματος τὴν τελευτὴν κῇ ἀποβή-
17„σεται. πολλοῖσι γὰρ δὴ ὑποδέξας ὄλβον ὁ θεὸς,
33 „προῤῥίζους ἀνέτρεψε." Ταῦτα λέγων τῷ Κροίσῳ, **Solonis abitus a Croeso.**

---

ubi si removeris istud ἔν, languidior sanequam fit sententia. Qui praeterea ἀνθρώπου σῶμα simpliciter pro ἄνθρωπος dici existimant, ii loci vim ac tenorem minime percepisse videntur. De quo Cr. conferri vult I. Chr. Wolf. ad Liban. Epist. 730 not. et de sententia ipsa Platon. Epinom. init. p. 973, C coll. Pind. Nem. VII, 79—86.

οὗτος παρ' ἐμοὶ τὸ οὔνομα τοῦτο, ὦ βασιλεῦ, δίκαιός ἐστι φέρεσθαι] *ὦ βασιλεῦ* e coniectura Stephani retinui cum recentt. editt. Libri omnes ὡς βασιλεὺς nec aliter in Excerptis Palatinis exstat, quod ipsum satis documento est, inesse in Herodoto menda, quae eos libros manu scriptos, qui ad nostra tempora pervenerunt, multum excedunt. — De usu formulae δίκαιός ἐστι κ. τ. λ. satis monuit Wesseling. ad Herod. IX, 60 coll. Heindorf. ad Platonis Cratyl. p. 147 et Matth. §. 297 p. 594. *παρ' ἐμοὶ* i. e. *meo iudicio*, *mea sententia*, uti III, 160 *παρὰ Δαρείῳ κριτῇ*. Cf. Matth. §. 388, a p. 710. §. 588, 4 p. 1172. — Ad vocem *εὐχαρίστως* consulatur Boeckhii observatio in Corpor. Inscript. I, 1 pag. 52, b. Adiectivum enim εὐχάριστος, quod alias de eo dicitur, qui gratias refert, hic et in Xenophont. Cyrop. II, 2, 1 idem esse observat atque εὐχάριτος, *gratiosus*, *acceptus*, *iucundus*.

Cap. XXXIII.

ταῦτα λέγων τῷ Κροίσῳ, οὔ κως οὔτε ἐχαρίζετο, οὔτε λόγου μιν ποιησάμενος οὐδενὸς ἀποπέμπεται] Sic plerique iique meliores libri, quos cum Gaisfordio, aliis, secuti sumus in loco utique impedito et salebroso. Schwgh., quo difficultatem loci tolleret, e duorum librorum vestigiis et Geinozii coniectura edidit *ταῦτα λέγοντι Κροῖσος*, simulque comma post *οὐδενὸς* deletum vult, quo intelligeretur *μιν* antecedens non minus ad *ποιησάμενος* quam ad *ἀποπέμπεται* referri posse. In quo haud effugit censoris castigationem in Ephemm. Ienenss. 1817 nr. 165 p. 380 vulgatae lectioni iure patrocinantis. Ac vulgo quidem locum ita interpretantur, ut ad *ἐχαρίζετο*, *ποιησάμενος*, *ἀποπέμπεται* (quod passiva notione accipiunt) subaudiant nominativum *Σόλων*. Quae tamen

οὔ κως οὔτε ἐχαρίζετο, οὔτε λόγου μιν ποιη
οὐδενὸς ἀποπέμπεται· κάρτα δόξας ἀμαθέ
ὃς τὰ παρεόντα ἀγαθὰ μετεὶς, τὴν τελευτὴ
χρήματος ὁρᾷν ἐκέλευε.

34 Croesi somnium de filio. Μετὰ δὲ Σόλωνα οἰχόμενον, ἔλαβε ἐκ
ἡμεσις μεγάλη Κροῖσον· ὡς εἰκάσαι, ὅτι ἐνόμ

---

interpretandi ratio iam Gesnero displicuit, verba ἐχαρίζετο, ποιησάμενος et ἀποπέμπεται (*dimittit a se*) ad Croesum referenti et μιν ad Solonem. Et videtur utique illa ad ipsam sententiam accommodatior eâque etiam emendatione adiuvatur, quam a Schwgh. loco illatam videmus, ceteroqui non necessariam. Nec mihi inde discedendum videtur, nisi quod praestat verba ταῦτα λέγων τῷ Κροίσῳ (quae qui non intelligerent aut qui explicare vellent, mutasse videntur in ταῦτα λέγοντι Κροῖσος) ex eo genere dicendi explicare, quo in sermonis initio participii nominativum positum invenimus, loco dativi, quem sequens verbum sive personale sive impersonale sibi flagitabat. Conf. Xenophont. Anab. III, 2, 12: εὐξάμενοι — ἔδοξεν αὐτοῖς. Plura Viger. p. 345. Duker. ad Thucyd. VII, 42. 70. Quae cum ita sint, is fere loci sensus videtur: *Haec cum* (Solon) *diceret Croeso, iste* (Croesus) *nec quidquam ei* (Soloni) *est gratificatus nec ullo loco eum* (Solonem) *habens, dimisit* (sc. Solonem a se). Restat denique ea ratio, qua ad ἐχαρίζετο intelligamus ὁ Σόλων et ad sequen-

tia: οὔτε — ποιη
ἀποπέμπεται sub
Κροῖσος; in quo t
tus, quem aiunt sub
pronomine, non n
cet, quam verbum
Solone accipiendum

κάρτα δόξας ἀμ
Vulgo ἀμαθὴς, pro
qui Sancrofti cod.
sequitur. Reliqui li
quod cum Schw. ac
nendum censui. Erit
referendum ad *Croe*
etiam spectat ἀποπ
fere sensu: *ut qui* (
tabat valde imperitun
qui etc. sive, quae
sententia Gr. Gr. §
1 p. 898, *valde im*
quod etc.

Cap. XX

ἔλαβε ἐκ θε
μεγάλη Κροῖσον]
optimi libri; ἐκ θ
nus bene. — λαμβ
dici, quo quis ab
net Cr. in Dionyso
tentiam ipsam ea
bunt, quae supra
sunt; Cr. cum his
Homeri verba in O
130 — 157.

ὡς εἰκάσαι] i. e.
licet; cf. Viger. p.

τὸν εἶναι ἀνθρώπων ἁπάντων ὀλβιώτατον. αὐτίκα δέ οἱ εὕδοντι ἐπέστη ὄνειρος, ὅς οἱ τὴν ἀληθηΐην ἔφαινε τῶν μελλόντων γενέσθαι κακῶν κατὰ τὸν παῖδα. ἦσαν δὲ τῷ Κροίσῳ δύο παῖδες· τῶν οὕτερος μὲν διέφθαρτο· ἦν γὰρ δὴ κωφός· ὁ δὲ ἕτερος,

---

ὅτι ἐνόμισε ἑωυτὸν εἶναι ἀνθρώπων ἁπάντων ὀλβιώτατον] Accusativo in his utitur, quae nominativum ex lege flagitare videbantur. Verum non temere id fecisse Noster dicendus est. Conf. Matth. §. 536 not. p. 1054 et §. 565 not. 1 p. 1113, ob participii usum in verbis *μετὰ Σόλωνα οἰχόμενον*, coll. §. *587*, c p. *1171*.

αὐτίκα δέ οἱ εὕδοντι ἐπέστη ὄνειρος] i. e. „*statim vero dormienti illi adstitit* (s. oblatum est) *somnium*.“ Notavimus propter verbum *ἐφιστάναι* quod hic in aoristo secundo occurrit *adparendi* notione, dandi casu adiuncto, teste Locella ad Xenophont. Ephes. p. 170 (p. 226 ed. Peerlkamp.). Cf. infra I, 38 init. Mox ad verba *τῶν μελλόντων γενέσθαι* de aoristi infinitivo laudat *Cr.* Fischer. ad Weller. III, b p. 19. Quae sequitur narratio, eam haud pauci post attigerunt, ab interprett. ad h. l. laudati: Diodorus in Excerptt. de virtutt. et vitiis II p. 553 ed. Wesseling., Nicolaus Damascenus in Excerptis Valesii p. 457 (eiusdem fragmm. p. 58 ed. Orell.), Dio Chrysostomus Orat. LXIV (p. 328 Tom. II ed. Reisk.) p. 592 Morell. ibique Schol. Morell. (p. 708 Tom. II ed. Reisk.), Maximus Tyrius Dissert. XL p. 267, qui tamen cum mutum Croesi filium Atyn apellat, *ἁμάρτημα μνημονικὸν* commisit, iudice Heinsio atque Davisio; Aristides denique Oratt. Platt. I Tom. II p. 125 Iebb. ibiq. Schol., Valer. Maxim. I, 7 ext. 4.

ἦν γὰρ δὴ κωφός] *κωφὸς* est *mutus*, qui loqui non potest, qui idem I, 85 *ἄφωνος* dicitur coll. I, 47, ubi *κωφὸς* et *οὐ φωνέων* iunguntur eodem sensu. Atque Eustathium si audias ad Odyss. V p. 230, 8 sqq. ed. Basil. et Ammonium p. 86 (quos locos *Cr.* adscripsit), *κωφὸς* veterum Graecorum ratione dicitur *mutus*, recentiorum ex usu quoque *surdus*. Qua Grammaticorum observatione, teste *Cr.*, usi sunt ad Homericum Hymn. in Mercurium Homero abiudicandum, quippe in quo vs. 92 occurrat *κωφὸς ἀκούσας*. Conf. Ernest. notulam ad h. l. Sed ipse Herodotus, qui Croesi filium h. l. *κωφὸν* i. e. *mutum* appellat, eundem infra I, 38 vocat *διεφθαρμένον τὴν ἀκοήν* i. e. *surdum*; ubi cf. nott. Addit *Cr.* Heracliti fragm. apud Clement. Alexandr. p. 718 ed. Potter. Alia plura inveni in Valckenarii Obss. ad Ammon. p. 134—138.

τῶν ἡλίκων μακρῷ τὰ πάντα πρῶτος· οὔνομ
4ἦν Ἄτυς. τοῦτον δὴ ὦν τὸν Ἄτυν σημαί
Κροίσῳ ὁ ὄνειρος, ὡς ἀπολέει μιν αἰχμῇ
5βληθέντα. ὁ δὲ ἐπεί τε ἐξηγέρθη, καὶ ἑωυτῷ
ἔδωκε, καταῤῥωδήσας τὸν ὄνειρον, ἄγεται
παιδὶ γυναῖκα· ἐωθότα δὲ στρατηγέειν μιν τ
δῶν, οὐδαμῇ ἔτι ἐπὶ τοιοῦτο πρῆγμα ἐξέ
ἀκόντια δὲ καὶ δοράτια, καὶ τὰ τοιαῦτα πάντ
χρέονται ἐς πόλεμον ἄνθρωποι, ἐκ τῶν ἀνδ
ἐκκομίσας, ἐς τοὺς θαλάμους συνένησε, μή

ὡς ἀπολέει μιν] Ad formam futuri ἀπολέει Cr. confert Maittaire de dialectt. p. 160 ed. Sturz. Sic infra I, 38 κερδανέεις. Futurum indicativi in oratione obliqua, praesertim in vaticinationibus satis notum, ut supra I, 13 etc. Notatur praeterea orationis quaedam abundantia in eo, quod μιν adiicitur pronomen, licet proxime antecesserit τοῦτον τὸν Ἄτυν. Vid. Matth. §. 472 p. 877. In seqq. editiones priores male κατοῤῥωδήσας, cum constans sit Herodoti scriptura καταῤῥωδήσας, hoc quoque loco aliquot libris firmata. Ad verba: ἑωυτῷ λόγον ἔδωκε (*rem diligentius reputabat*) Cr. laudat Heindorf. ad Platonis Sophist. §. 34 p. 320. Conf. ad II, 162 notatt.

ἄγεται μὲν τῷ παιδὶ γυναῖκα] ἄγεσθαι in medio de patre filio uxorem elocante in ipsius aedes quasi abducendam illustravimus ad Ctesiae Persicc. §. 2 p. 92 seq.

τοῖσι χρέονται ἐς πόλεμον οἱ ἄνθρωποι] χρέονται quod plures libri ferebant, c et Gaisf. reposui. V ῶνται, quod Matthia qui in Grammatt. §. reperiri negat χρέοντα μενος, licet reperiatu Sed vid. infra I, 71 δ ται. Ac post vidi ab i thiae p. 512 retracta olim statuerat.

ἐκ τῶν ἀνδρεώνων σας] Quod Homero s est θάλαμος, id He citur ἀνδρεὼν viroru conclave, in quo tela reposita fuerunt. La Homeri Odyss. XXI, 7 Eustath. p. 744, 28 ad VII p. 275 infra ἀνδρεών. Haud scio spectet Grammaticus i Anecdd. I p. 81, 6: ἐπὶ τοῦ μεγάλου οἴκο δοτος πρώτῳ.

ἐς τοὺς θαλάμους σε] συννέω vel potius ut νέω, νήω usitata s cipue de rogo colligen struendo; ut I, 86. Wessel. coll. Creuz. in

35 κρεμάμενον τῷ παιδὶ ἐμπέσῃ. Ἔχοντος δέ οἱ ἐν χερσὶ τοῦ παιδὸς τὸν γάμον, ἀπικνέεται ἐς τὰς Σάρδις ἀνὴρ συμφορῇ ἐχόμενος, καὶ οὐ καθαρὸς χεῖρας Adrasti adventus.

---

hist. p. 211; qui nunc laudat Homeri Odyss. XV, 322 (πῦρ τ' εὖ νηῆσαι) ibiq. Eustath. p. 577, 18 Bas. — In seqq.: μή τι οἱ κρεμάμενον — ἐμπέσῃ, de usu pronominis οἱ pleonastico conf. Matth. §. 389, f p. 713.

Cap. XXXV.

ἀνὴρ συμφορῇ ἐχόμενος] i. e. „*vir calamitate pressus, obstrictus.*“ Ubi συμφορὰ aliter atque I, 32 est *calamitas, malum.* Eodem fere sensu συμφορῇ χρᾶσθαι; de quo ipso, Herodotum quoque respicientes, diximus ad Plutarch. Flamin. cp. 19 p. 122; aut τύχῃ χρῆσθαι, de quo vid. ad Philopoem. 1 notatt. p. 3. 4. — Verbis, quae continuo subsequuntur: καὶ οὐ καθαρὸς χεῖρας ἐών, indicatur, monente *Cr.*, illum fuisse ἀνδροφόνον sive parricidam; coll. Bergler. ad Alciphr. I p. 48 ed. Wagn. Hinc pro illius aetatis more a Croeso expiatur, ad quem supplex confugerat. Nec aliter, fratre quippe interfecto, Tydeus ad Adrastum, Talai filium Argivorumque regem confugit, et ab hocce expiatur, ut monet *Cr.*, auctore Pherecyde (in Schol. Homer. ad Il. XIV, 120; Pherecyd. Fragmm. ed. alt. Sturz. p. 156 seq.), Herodoti fere aequali rerum scriptore, apud quem verba: φεύγων δ' εἰς Ἄργος πρὸς Ἄδραστον, βασιλέα τῆς χώρας — καθαρσίων τε τυγχάνει πρὸς αὐτοῦ bene cum Herodoteis conveniunt. Expiandi vero rationem (s. τὰ νομιζόμενα, ut infra ait), quam Lydis et Graecis eandem fere esse paulo post asserit Herodotus, copiosius describit Schol. Apollon. Rhod. IV, 693 seqq. coll. Eustath. ad Iliad. XXIV, 480. Euripid. Orest. 511. Iphigen. Taur. 950, quos locos laudat Wessel. Tu adde Creuzeri Symbol. II p. 520 seq. et ab *Cr.* laudatum Vales. ad Nicol. Damascen. p. 441, f. p. 182 seq. ed. Orell. Nos illud potissimum attendi volumus, peregrinum, qui supplex ad Croesi aedes confugerat, prius ab eo expiari, quam eius nomen patriaque requiratur; id quod procul dubio religione sic receptum erat, ut qui supplex esset, statim lustraretur ab eo, quem adiisset, hisque peractis demum alloquio benigno, tectoque et convivio, ut qui ad domum ipsam familiamque pertineret, exciperetur. Pertinuit vero hoc potissimum ad eos, qui caede patrata vel involuntaria, pro more heroicae aetatis patriâ terra cedere, facinusque commissum exsilio, vel longiore vel annuo, ut apud Euripid. Hippolyt. vs. 35 legimus, luere coacti erant, quorum ut sceleratorum omnem

ἑών, Φρὺξ μὲν γενεῇ, γένεος δὲ τοῦ βα
παρελθὼν δὲ οὗτος ἐς τὰ Κροίσου οἰκία, ·
μους τοὺς ἐπιχωρίους καθαρσίου ἐδέετο κ

communionem aut commercium aversabantur usque dum crimine illi expiati essent eo ritu, qui l. l. copiosius describitur. Atque huius moris, in quo sanguinis vindictae, quam dicunt, haud obscura vestigia cernuntur, (illam enim non minus apud antiquissimos Graecos, quam apud orientales gentes valuisse, vix erit, qui neget) huius, inquam moris alia quoque multo post occurrunt vestigia vel potius reliquiae in Atheniensium legislatione iudiciisque. Fuit enim constitutum religioneque sacratum antiquissimum iudicium Ephetarum ἐπὶ Παλλαδίῳ, quod praeter alia inquireret in caedes inconsulto commissas, auctore Pausania I, 28, 9. Quo in iudicio re disceptata, reum oportuit per annum Athenis abesse et intra hoc tempus de reditu pacisci cum cognatis eius, quem inconsulto interfecerat. Nec eius bona publicata sunt, nec in ipso exsilio propinquis interfecti licuit exsulem persequi, qui ubi anno praeterlapso cum illis pactus esset, patebat ei reditus in patriam, ubi tamen ipsi necesse erat expiari. Conf. Schol. ad Eurip. Hippolyt. 35. Demosth. pro Neaer. p. 1348, in Aristocr. p. 643. 631 aliosque et recentiorum locos, qui hac de re egerunt, apud Creuzerum in Symbol. II p. 694 not. 424 et p. 692 not. 423. Voemel. de Heliaea (Francof. 1822)

p. 4 not. 1. Est dig
res, quae hoc poti
spectu altius indage
doctis. De aliis g
que nomadibus pe
sparsis, apud quos i
tiquissimo aevo etia
dicta sanguinis valet
commissa vel hoc vel
luenda est, nunc no
quippe longum est e
nostro instituto; ma
strorum meminit *Cr.*,
ita Tacitus in Germ
„suscipere tam inim
patris seu propinqui
micitias necesse est
placabiles durant. lu
cidium certo armentor
cudum numero recipi
factionem universa
Haec satisfactio medi
citur *Werigeld*, *Wereg*
geld; ac comprobatu
scriptoris fides pluriu
niae gentium instituti
bus, nec ad homines
lum verum ad animali
caesa, alia pertinuit.
ctissimum Hessium
Taciti l. l. Singula
monente *Cr.* hunc m
stravit: I. Grimm: l
eigene altgermanische
Mordsühne in Savign
schrift für geschichtl.
wissensch. I nro. XIV p
et III nr. III „Literatu
nordischen Gesetze" p.

ἐδέετο κυρῆσα
retinui suffragantibus n

Κροῖσος δέ μιν ἐκάθηρε. ἔστι δὲ παραπλησίη ἡ κάθαρσις τοῖσι Λυδοῖσι καὶ τοῖσι Ἕλλησι. ἐπεί τε δὲ 18
τὰ νομιζόμενα ἐποίησε ὁ Κροῖσος, ἐπυνθάνετο ὁκόθεν τε καὶ τίς εἴη, λέγων τάδε· „Ὤνθρωπε, τίς τε „ἐὼν, καὶ κόθεν τῆς Φρυγίης ἥκων, ἐπίστιος ἐμοὶ „ἐγένεο; τίνα τε ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν ἐφόνευσας;“
4 Ὁ δὲ ἀμείβετο· „Ὦ βασιλεῦ, Γορδίεω μὲν τοῦ Μι-

---

libris et recentt. editt. Alii ἐπικυρῆσαι. Paulo post de particulae usu in verbis καὶ τοῖσι Ἕλλησι cf. ad I, 94 init.

ὁκόθεν τε καὶ τίς εἴη] τίς τε καὶ πόθεν solemnis ut videtur peregrinos interrogandi aut appellandi ratio; de qua *Cr.* admonet Schaefer. ad Sophocl. *Trachin.* 421 ibiq. Hom. Odyss. XIX, 105. Sed plura ex Herodoto allata vides a Struvio (Quaest. de Herodot. dialect. specim. p. 49 not.): II, 115. III, 156. IV, 145 etc. etc.; quibus probatum it vir doctus, Graecos, si plura membra interrogativa oblique ponantur, et interrogativis et relativis pronominibus promiscue usos esse. — Mox ἐπίστιος Ionum more pro ἐφέστιος, auctore Schol. Apollon. Rhod. IV, 747 dicitur ὁ ἐπὶ τῇ ἑστίᾳ ὤν i. e. *supplex ad focum* pro more *adsidens.* Alia vocis exempla dat Wesseling. ad h. l., quibus addit *Cr.* Gregor. Corinth. p. 500 ed. Schaef. Homericum locum Ulyxis facto consimili insignem in Odyss. VII, 153 attulerat Larcherus.

Γορδίεω μὲν τοῦ Μίδεω εἰμι παῖς, οὐνομάζομαι δὲ Ἄδρηστος] Dedi οὐνομάζομαι cum Schwgh. et Gaisf. Vulgo ὀνομάζομαι minus Ionice. Locum ipsum tu sic accipias: *Gordiae sum filius, Midae nepos, est mihi nomen Adrasto.* Infra I, 45: Ἄδρηστος δὲ ὁ Γορδίεω τοῦ Μίδεω; quod eodem modo accipiendum: *Adrastus, filius Gordiae, qui est Midae filius* (s. *Midae nepos*). Moneo propter Sturzium, qui in Programm. de nominn. Graecc. (Commentt. societ. philol. Lips. I, 2 p. 226) ad articulum supplens πατήρ, Adrastum perperam intellexit „*nepotem Gordiae, qui fuit Midiae pater;*“ sed altero loco I, 35 vocem παῖς de nepote accipiendam statuit. Quod quo iure statuat, equidem non assequor. Ac videtur Wesselingio hic Midas, Gordiae pater idem esse, qui supra c. 14 laudatur primus Phrygiae rex, qui Delphos dona miserit, quique et ipse dicitur Gordiae filius. Sed temporum rationem opponit Larcherus, cum illum Midam ante Gygem, igitur longe ante Croesi aetatem vixisse necesse sit. Sunt utique *Gordiae* et *Midae* nomina solemnia in Phrygum historia

„δεώ εἰμι παῖς, οὐνομάζομαι δὲ Ἄδρηστος· φ
„δὲ ἀδελφεὸν ἐμεωυτοῦ ἀέκων, πάρειμι ἐξε
„νος τε ὑπὸ τοῦ πατρὸς καὶ ἐστερημένος π
Κροῖσος δέ μιν ἀμείβετο τοῖσδε· „Ἀνδρῶν τ
„τυγχάνεις ἔκγονος ἐὼν, καὶ ἐλήλυθας ἐς
„ἔνθα ἀμηχανήσεις χρήματος οὐδενὸς, μένων

---

pluresque huius nominis occurrunt reges, qui quin facile confundi potuerint, quis negaverit? Conf. Bouhier. Diss. Herodd. c. 8 p. 85 et Beck. in Allgem. Weltgesch. I p. 304 seq. Utut est, regiae stirpis illum Adrastum fuisse, verisimillimum fit ex hac genealogia; ad Croesum ille confugit, quippe qui, Phrygiae regibus subactis, hanc terram ditioni suae addiderat tributariamque, credo, fecerat; cf. I, 6. 28. Illud vero magis tenendum, *Adrasti* nomen non amplius in Phrygum historia reperiri, sed multo crebrius in Graecorum rebus adeoque in Troianis; qua de re vid. Excurs. ad h. l.

φονεύσας δὲ ἀδελφεὸν ἐμεωυτοῦ ἀέκων] Fratris nomen prodit Ptolemaeus Hephaestio apud Photium p. 472 (p. 306 ed. Gal.) *Agathonem*, qui περὶ ὄρτυγος φιλονεικῶν a fratre interfectus fuerit.

ἔνθα ἀμηχανήσεις χρήματος οὐδενὸς] i. e. *ibi nullius rei indigebis*, quae scilicet ad victum necessarium pertinet. Hinc apte hoc loco usus est, monente *Cr.*, Seguar. ad explicandum illud Clementis Alexandrini: ἀμηχανεῖν βίου i. e. *victu carere necessario;* vid. a
ves etc. p. 185.

μένων ἐν ἡμετέ
go ἐν ἡμετέροις, qu
diceo aliisque nunc m
in ἐν ἡμετέρου, uti
τὰ τιμιώτατα νομίζ
μετέρου, ubi tan
libri variant. Hinc (
Heliodori Aethiopp. V
seq. scribi iubet ἐν
ne scilicet duplex ellip
tuenda ἐν ἡμετέρου
κῳ. Sed simile qu
Homerico hymn. in Me
ἦλθεν ἐς ἡμετέρο
νος εἰλίποδας βοῦς i
interpretes attulerunt.
Barnesius ἐς ἡμέτερ
bante Ilgenio in
p. 443. Quo cautiu
reliquit ἐς ἡμετέρου
ad nostrum locum
Apud Homer. Odyss.
vulgo editum legimus
ἡμέτερον; quod i
bet codex Harleianus
gine tamen adscriptum
τως ἡμετέρου· ἀττικ
σχῆμα ὡς ἐς διδασκά
tuetur hoc, ut Herod
ἡμετέρου, Bekkerus in
ridd. Ienenss. 1809
p. 159, causis altius
e cognatione genitivi

6„τέρου. συμφορὴν δὲ ταύτην ὡς κουφότατα φέρων, „κερδανέεις πλεῖστον.“ Ὁ μὲν δὴ δίαιταν εἶχε ἐν Κροίσου.

36 Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ χρόνῳ τούτῳ, ἐν τῷ Μυσίῳ Οὐλύμπῳ συὸς χρῆμα γίνεται μέγα· ὁρμεώμενος δὲ οὗτος ἐκ τοῦ οὔρεος τούτου, τὰ τῶν Μυσῶν ἔργα

Aper in Olympo Mysio. Mysi a Croeso petunt, ut ipsis auxilium duce filio mittat.

---

um pronominum et possessivorum, quae inde deducta sunt; ut ἐς ἡμετέρου eodem fere modo ac sensu dictum sit, quo ἐς ἡμῶν, alia id genus. Sed vide ipsum virum doctissimum, cuius rationes utique ad Herodoti lectionem tuendam multum valere debeat. Vid. quoque Matth. §. 380 not. 5 p. 700.

συμφορὴν δὲ ταύτην ὡς κουφότατα φέρων] i. e. *levissime, quam moderate ferendo hanc calamitatem.* Adscripsit *Cr.* Valcken. Diatrib. Euripid. p. 113.

Cap. XXXVI.

ἐν τῷ Μυσίῳ Οὐλύμπῳ] Conf. Herod. VII, 74. Olympus Mysiae mons probe ab aliis montibus, quibus idem nomen, discernendus. Est vero ille mons, qui a meridie septentrionem versus ad Bithyniam usque pertendit, maximam tamen partem ad Mysiam, unde cognomen traxit, pertinens. Inde non mirum Bithyniae terrae hunc montem adscribi, praesertim cum antiquo aevo Mysia, quae Homeri est, Bithyniam versus latius pateret. Qui idem denique mons Olympus, *Lydius* quoque nominatur, minus accurata scilicet finium uniuscuiusque terrae descriptione facta, saepeque pro temporum ratione commutata. Conf. Strabo XII p. 857. Monet *Cr.* in fragmm. Historicc. p. 175 seq. 177 nunc addens Sestini in „voyage dans la Grèce Asiatique“ (Parisiis 1789) Lettr. XVIII p. 143 seqq. graphice hunc montem describentem. Hodie ille vocatur *Kecisce-daghi.*

συὸς χρῆμα γίνεται μέγα] i. e. „*aper ingentis magnitudinis*,“ ut vertit Hoogeveen. ad Viger. de Idiotism. p. 157, ubi vid. Zeunium et quos laudat Hermannus p. 732 §. 118. Alia quoque excitavit Wesselingius ad h. l. coll. Matthiae pag. 799 Gr. Gr.

τὰ τῶν Μυσῶν ἔργα διαφθείρεσκε] ἔργον hic de *opere* rustico intelligendum s. de labore, qui agris colendis impenditur; ut recte monet Graev. Lectt. Hesiodd. c. 10 ad vs. 409. Alios laudat *Cr.*, Apollon. in Lexic. Homer. s. v. ἔργον p. 296 Toll., Sturz. in Lex. Xenoph. II p. 353. 355. Dion. Chrysost. Orat. XLIV p. 197 ed. Reisk., ubi legimus: τὸ ἔργον τὸ περὶ τὰ χωρία. Add. Reisk. ad Demosth. Olynth. II p. 23. p. 87 ed. Voemel. — Ad formam imperfecti διαφθείρεσκε, in qua

2διαφθείρεσκε. πολλάκι δὲ οἱ Μυσοὶ ἐπ᾽ αὐτὸ
θόντες, ποιέεσκον μὲν οὐδὲν κακὸν, ἔπασχον
αὐτοῦ. τέλος δὲ, ἀπικόμενοι παρὰ τὸν Κροῖ
3Μυσῶν ἄγγελοι, ἔλεγον τάδε· „Ὦ βασιλεῦ, ὑ
„μα μέγιστον ἀνεφάνη ἡμῖν ἐν τῇ χώρῃ, ὃς
„διαφθείρει. τοῦτον προθυμεόμενοι ἑλέειν,
4„νάμεθα. νῦν ὦν προσδεόμεθά σευ, τὸν πα
„λογάδας νεηνίας καὶ κύνας συμπέμψαι ἡμ
5„ἄν μιν ἐξέλωμεν ἐκ τῆς χώρης.“ Οἱ μὲν
των ἐδέοντο. Κροῖσος δὲ, μνημονεύων τοῦ
τὰ ἔπεα, ἔλεγέ σφι τάδε· „Παιδὸς μὲν π
„ἐμοῦ μὴ μνησθῆτε ἔτι· οὐ γὰρ ἂν ὑμῖν
„ψαιμι· νεόγαμός τε γάρ ἐστι, καὶ ταῦτά
6„μέλει. Λυδῶν μέντοι λογάδας καὶ τὸ κυν

---

augmentum vulgo omitti, F. A. Wolf. quoque notat (Praefat. ad Iliad. p. LXVIII) conf. I, 100. II, 174 ibique nott. Unus liber prave exhibet διεφθείρεσκε.

ὡς ἄν μιν ἐξέλωμεν ἐκ τῆς χώρης] „*ut illam bestiam e terra tollamus s. tollere possimus.*“ De ὡς ἂν sequente coniunctivo conf. supra I, 11. — ἐξαιρεῖν hic (ut antea αἱρεῖν) *eximendi* significatione accipiendum. De qua Cr. amandat ad Schaefer. ad Sophocl. Oedip. R. 907.

παιδὸς μὲν πέρι τοῦ ἐμοῦ μὴ μνησθῆτε ἔτι] Structuram verbi μνᾶσθαι cum praepositione περὶ, loco simplicis genitivi, ex hoc loco aliisque adnotat Matth. §. 347 not. 1 p. 656.

καὶ ταῦτά οἱ νῦν μέλει] ταῦτα i. e. τὰ τοῦ γά ex antecedentibus: ν γάρ ἐστι mente repe In seqq. e Schellersl bro cum Schwgh. et psimus συνεξελέειν ἐξελεῖν) forma ma qualis supra ἑλέειν. in textu reliquit συνε τὸ κυνηγέσιον si naticum omne minist natores cum canibus. διακελεύομαι prae significationis augenc pliandae causa adie mus. Conferri pot nulla ex iis, quae adiecit Zeun. p. 589 ad Cattieri Gazophy seqq. Neque enim let *invicem;* de qua tionis in compositio conferri iubet Valcke rod. V, 18.

„κἂν συμπέμψω· καὶ διακελεύσομαι τοῖσι ἰοῦσι, εἶ-
„ναι ὡς προθυμοτάτοισι συνεξελέειν ὑμῖν τὸ θηρίον
37 „ἐκ τῆς χώρης.“ Ταῦτα ἀμείψατο· ἀποχρεωμένων Filius impetrat veniam eundi.
δὲ τούτοισι τῶν Μυσῶν, ἐπεισέρχεται ὁ τοῦ Κροί-
σου παῖς, ἀκηκοὼς τῶν ἐδέοντο οἱ Μυσοί. οὐ φα-
μένου δὲ τοῦ Κροίσου τόν γε παῖδά σφι συμπέμ-
ψειν, λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ νεηνίης τάδε· „Ὦ πάτερ,
„τὰ κάλλιστα πρότερόν κοτε καὶ γενναιότατα ἡμῖν
„ἦν, ἔς τε πολέμους καὶ ἐς ἄγρας φοιτέοντας εὐδο-
„κιμέειν· νῦν δὲ ἀμφοτέρων με τούτων ἀποκληΐσας 19
„ἔχεις, οὔτε τινὰ δειλίην μοι παριδὼν, οὔτε ἀθυ-
8 „μίην. νῦν τε τέοισί με χρὴ ὄμμασι ἔς τε ἀγορὴν

Cap. XXXVII.

ἀποχρεωμένων δὲ τούτοισι τῶν Μυσῶν] Ita libri, a quibus discedendi nulla causa. Tu verte: „*cum vero Mysi his contenti essent*,“ et conf. I, 102 ibiq. not.

νῦν δὲ ἀμφοτέρων με τούτων ἀποκληΐσας ἔχεις] i. e. *tenes me exclusum* s. minori cum vi: *exclusisti me*. De locutione monuerunt Wesseling. ac Schwgh. Tu conf. supra I, 27 fin. 120. In proxime antecedd. ad *φοιτέοντας*, accusativum, ubi propter praegressum *ἡμῖν* dativum exspectabas, conf. nott. ad I, 3. Cum proximis verbis *οὔτε τινὰ δειλίην μοι παριδὼν* comparat Wesseling. Sophoclis verba in Oedip. Tyr. 544: *δειλίαν ἢ μωρίαν ἰδών τιν' ἐν ἐμοὶ, ταῦτ' ἐβουλεύσω ποιεῖν*, coll. ipso Herodot. I, 108. Laudat hunc locum vel potius eum, qui est initio capitis sequentis Thomas Mag. p. 691 s. v. *παρεῖδεν*, quod explicat per: *ἐνεῖδεν*. — *ἀθυμίαν* idem Thomas Magist. p. 16 hoc loco allato explicat *λύπην*. In Bekkeri Anecdd. I p. 352, 20 leguntur haec: *ἀθυμία· Ἡρόδοτος ἐν τῷ πρώτῳ αὐτοῦ λόγῳ τὴν ἀτυχίαν λέγει.*

νῦν τε τέοισί με χρὴ κ. τ. λ.] Male ante Wessel. *τεοῖσι*, cum *τέοισι*, quod liber Schellershemianus quoque praebet, sit Ionum more dictum pro *τίσι*. Sic II, 81: *τέοισι ἐγκυρήσει*. I, 11 *τέῳ* pro *τίνι* et alibi Conf. Wesseling. ad h. l. Minus bene, Maittaire in libro de dialectis (cuius locum adscripserat Cr.) pro articulo accipit peiusque adeo Sturzius pag. 137 pro *σοῖς*. Rectius Matthiae §. 152 not. 1 p. 285. Valckenarius coniecerat: *νῦν τοι τέοισί με χρὴ κ. τ. λ.* ubi *τοι* sit pro *σοι*. Ad sententiam ipsam denique laudant Demo-

„καὶ ἐξ ἀγορῆς φοιτέοντα φαίνεσθαι; κοῖος „τοῖσι πολιήτῃσι δόξω εἶναι; κοῖος δέ τις „γάμῳ γυναικί; κοίῳ δὲ ἐκείνη δόξει ἀνδρὶ συν „ἐμὲ ὦν σὺ ἤ μέθες ἰέναι ἐπὶ τὴν θήρην, „ἀνάπεισον ὅκως μοι ἀμείνω ἐστὶ ταῦτα οὕτ

38 „μενα.“ Ἀμείβεται Κροῖσος τοῖσδε· „Ὦ πα „δειλίην, οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἄχαρι παριδών τοι „ταῦτα· ἀλλά μοι ὄψις ὀνείρου ἐν τῷ ὕπ „στᾶσα ἔφη σε ὀλιγοχρόνιον ἔσεσθαι, ὑπὸ γὰρ

2 „σιδηρέης ἀπολέεσθαι. πρὸς ὦν τὴν ὄψιν „τόν τε γάμον τοι τοῦτον ἔσπευσα, καὶ ἐπὶ „ραλαμβανόμενα οὐκ ἀποπέμπω, φυλακὴν

3 „κως δυναίμην ἐπὶ τῆς ἐμῆς σε ζόης διακλέ

---

sthenis locum ex orat. pro coron. p. 174. In seqq. retinui μέθες, in quo omnes libri consentiunt. Schaeferus ediderat μέτες. Male. Nam alia quoque apud Herodotum occurrunt, ubi minime aspiratio negligitur; conf. Matth. pag. 514, Addend. ad p. 94. De praepositionis usu in verbis ἐπὶ τὴν θήρην conf. infra ad 1, 84.

ὅκως μοι ἀμείνω ἐστὶ ταῦτα οὕτω ποιεόμενα] De participii usu loco infinitivi post ἄμεινον ac similia monet Matth. §. 555 not. pag. 1090.

Cap. XXXVIII.

πρὸς ὦν τὴν ὄψιν ταύτην] i. e. „*Propter hoc visum, quod attinet ad hocce visum.*“ Sic Plutarch. Pericl. 36 fin. ἡττήθη τοῦ πάθους πρὸς τὴν ὄψιν. Plura Matth. §. 591, β p. 1181.

καὶ ἐπὶ τὰ παραλαμβανόμενα οὐκ ἀποπέμπω παραλαμβανόμενα sunt *suscipiuntur*. In qu deo, quid doctos vi rit, ut mallent τὰ π μενα *ea, quae propon iiciuntur, in quibus culum inest.* Cuius speciosae patronus e raes (apud Larchen que firmare studuit rodoteis I, 108. Vl vers. Thucyd. I, 1 παραλαμβάνειν susci ac tonsoribus notum Cr. locum Platon. i p. 109. p. 151 Bek ἔργα διὰ τὰς τῶν πα νόντων φθορὰς — ἡ — In seqq. dedimus vulg. ζωῆς cum opti quos et Schwgh. et cuti sunt. Illi ceter placeret: ἐπὶ τῆς ζόης.

εἷς γάρ μοι μοῦ

„γάρ μοι μοῦνος τυγχάνεις ἐὼν παῖς· τὸν γὰρ δὴ
„ἕτερον, διεφθαρμένον τὴν ἀκοήν, οὐκ εἶναί μοι
39 „λογίζομαι." Ἀμείβεται ὁ νεηνίης τοῖσδε· „Συγγνώ-
„μη μέν, ὦ πάτερ, τοί, ἰδόντι γε ὄψιν τοιαύτην,
„περὶ ἐμὲ φυλακὴν ἔχειν· τὸ δὲ οὐ μανθάνεις, ἀλλὰ
„λέληθέ σε τὸ ὄνειρον, ἐμέ τοι δίκαιόν ἐστι φράζειν.

χάνεις ἐὼν παῖς] εἷς μοῦνος singulari quadam vi dictum; de quo ad Olympiod. Commentt. in Platon. Alcib. p. 220 monuit Creuz.

τὸν γὰρ δὴ ἕτερον, διεφθαρμένον τὴν ἀκοήν] Verba τὴν ἀκοὴν a glossatore margini adscripta ac deinceps textui illata censet *Reizius* in praefat. pag. XXII. *Glossatorem* enim vocem κωφὸς, quo supra I, 34 *Noster* utitur, non antiquiore eoque Herodoteo sensu, sed recentiore accepisse, indeque huc adscripsisse ἀκοήν, quo dicendi rationem exponeret e loco illo superiori I, 34: τῶν (παίδων) οὕτερος μὲν διέφθαρτο· ἦν γὰρ δὴ κωφός. Et infra I, 85: ἦν οἱ παῖς, τοῦ καὶ πρότερον ἐμνήσθην, τὰ μὲν ἄλλα ἐπιεικής, ἄφωνος δέ. Assentientem Reizius nactus est Larcherum, nec Schweighaeusero tria ista verba: διεφθαρμένον τὴν ἀκοὴν glossae suspicione vacare videntur. Qui tamen ipse vir cautissimus uncis includere aut textu eiicere verba tentata noluit. Et recte fecit, rationibus bene allatis. Namque e neutro Herodoti loco effici poterit, τὴν ἀκοὴν hic glossema esse neque omnino quidquam impedit, quo minus utroque vitio iuvenem laborasse credamus. Vid. quae ad I, 34 notavimus de significatione voculae κωφὸς, unde iniuriâ Reizius argumentum duxisse videtur, quo verba τὴν ἀκοὴν damnaret.

Cap. XXXIX.

ἀλλὰ λέληθέ σε τὸ ὄνειρον] Offendit vocula τὸ ὄνειρον, omnibus tamen a libris retenta. Schwgh. explicat κατὰ τὸ ὄνειρον, aut, quod magis ipsi arridet, καὶ κατὰ τὸ (i. e. καθ' ὃ) λέληθέ σε τὸ ὄνειρον. Illam tamen rationem in interpretatione latina secutus esse videtur, ubi sic legimus: „*quodve oblitus es hoc in somnio.*" Sed praestat ea ratio, quâ, docente Matthiae §. 476 p. 891, relativo pronomini ipsum nomen adiecto articulo, appositionis quasi loco, postponi statuamus. Id quod perspectu facilius erit, si voces τὸ ὄνειρον distinctionibus a reliquis verbis secludes, ut eae explicandi causa appositas esse magis appareat. Sensus est: „*quod te latet, somnium scilicet istud.*" Hinc nihil tribuendum quorundam coniecturae: τοῦ ὀνείρου.

In seqq. reduximus cum Schwgh. et Gaisf. φοβέαι male

2„φῄς τοι τὸ ὄνειρον ὑπὸ αἰχμῆς σιδηρέης φάν
„τελευτήσειν· ὑὸς δὲ κοῖαι μέν εἰσι χεῖρες, κ
„αἰχμὴ σιδηρέη, ἣν σὺ φοβέαι; εἰ μὲν γὰρ ὑπὸ
„τος τοι εἶπε τελευτήσειν με, ἢ ἄλλου τευ ὅ τ
„τῳ ἔοικε, χρῆν δή σε ποιέειν τὰ ποιέεις· ν
„ὑπὸ αἰχμῆς. ἐπεί τε ὦν οὐ πρὸς ἄνδρας ἡμῖν
40 „ται ἡ μάχη, μέθες με.“ Ἀμείβεται Κροῖσος
„παῖ, ἔστι τῇ με νικᾷς, γνώμην ἀποφαίνων πε
„ἐνυπνίου. ὡς ὦν νενικημένος ὑπὸ σέο, μετα
„σκω, μετίημί τε σε ἰέναι ἐπὶ τὴν ἄγρην.“
41 Εἴπας δὲ ταῦτα ὁ Κροῖσος, μεταπέμπετα
Et additur custos Adrastus.
Φρύγα Ἄδρηστον, ἀπικομένῳ δέ οἱ λέγει τάδε· „
„στε, ἐγώ σε συμφορῇ πεπληγμένον ἀχάρι, τ

---

ab aliis mutatum in φοβέεαι. Voculam ἣν in τὴν mutatam vult Struve Specim. Quaest. etc. p. 23. Sed libris praesertim invitis recipere non licuit.

χρῆν δή σε ποιέειν] De ellipsi particulae ἂν, in hoc verbo haud rara, laudat Cr. Schaeferi Melett. criticc. p. 130 et Dissen. Disquiss. phill. p. 12. Tu conf. etiam Matth. §. 505, 2 not. p. 958.

Cap. XLI.

ἐγώ σε συμφορῇ πεπληγμένον ἀχάρι, τήν τοι οὐκ ὀνειδίζω, ἐκάθηρα] Sic edidimus cum Schwgh. et Gaisf. Vulgo: ἀχαρίτην τοι οὐκ κ. τ. λ. et in Aldina: ἄχαρί τί τοι οὐκ ὀνειδίζων, quod iam Wesseling. mutaverat in ἀχάριτι, τήν τοι οὐκ ὀνειδίζω, praecedente Geinozio, qui tamen scribi maluerat ἄχαρι; quod an dativo casu accipi queat, iure dubitaverat Wesseling. Nam dum erat ἀχάρι, quo duo libri praebent; r χαρι. Est vero ἀχάρ Ionum ex more, ut II, et VIII, 61 ἀπόλι, a penultima posito ob syllabam productam, contractione ortam. v mann. in d. ausführl. (I pag. 211. Matth. § p. 231. ὀνειδίζω in s liores· libri praebent invitis Valckenarius sic esse iudicaverat: ἐγώ φορῇ πεπληγμένον ἀχ τήν τοι οὐκ ὀνειδίζω ρα: „*ego te tristi press mitate, quam tibi non lustratum expiavi.*“ (ctionis patrocinium in quod Herodotei codic beant ἀχάριτα παθ 207 et ἀχαριτώτα 156; nec quidquam on ferat, utrum ἀχαρίτῳ

„οὐκ ὀνειδίζω, ἐκάθηρα, καὶ οἰκίοισι ὑποδεξάμενος
2 „ἔχω, παρέχων πᾶσαν δαπάνην· νῦν ὦν (ὀφείλεις γὰρ,
„ἐμεῦ προποιήσαντος χρηστὰ ἐς σὲ, χρηστοῖσί με
„ἀμείβεσθαι) φύλακα παιδός σε τοῦ ἐμοῦ χρηΐζω γε- 41
„νέσθαι, ἐς ἄγρην ὁρμεομένου· μή τινες κατ' ὁδὸν
3 „κλῶπες κακοῦργοι ἐπὶ δηλήσει φανέωσι ὑμῖν. πρὸς

---

an ἀχαρίστῳ; prouti ἀθέμιστος et ἀθέμιτος. Quibus tamen vix quisquam persuadebitur, ut Herodoti textum immutare velit, quem e libris vetustis rectius constitutum esse videmus. Recurrit συμφορῇ ἄχαρις VII, 190, coll. VII, 37 redditurque *tristis, funesta calamitas*. Ac supra I, 38 in. οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἄχαρι παριδών τοι. Nec minus bene Plutarchus de adul. pag. 64, A, quem laudat Wesseling.: πᾶσα ὀνειδιζομένη χάρις ἐπαχθὴς καὶ ἄχαρις, ubi nunc vide Wyttenbach. p. 494, qui Plutarchum hoc e Theophrasti vel Chrysippi libris de amicitia sumsisse putat aliasque similes veterum sententias collaudat; quibuscum iungenda, quae de fortunae exprobratione e veteribus affert Valcken. ad h. l. Est quoque in Herodoteo loco litotes quaedam nec alias omnino rara; de qua I. H. Voss. ad Virg. Georg. III, 5 p. 518.

χρηΐζω γενέσθαι] Cum recentt. editt. dedi χρηΐζω et mox ὁρμεομένου pro vulg. ὁρμεωμένου. Quod Adrastum filio Croesus addit custodem, eique omnem filii curam et securitatem permittit, hoc opinor explicandum ex paedagogorum ratione apud veteres, antiquiori potissimum aevo adeoque heroico. — In verbis, quae antecedunt: προποιήσαντος χρηστὰ ἐς σὲ, monuit Matthiae Gr. Gr. §. 415 not. 2 pag. 761 de usu praepositionis ἐς. Eundem consul. §. 561 pag. 1108 de participii usu in genitivo, quamvis alio in casu positum sit id, ad quod participium referri debeat.

μή τινες κατ' ὁδὸν κλῶπες κακοῦργοι ἐπὶ δηλήσει φανέωσι ὑμῖν] Simili modo, ut *Cr.* notat, Homer. Odyss. VIII, 444: μήτις τοι καθ' ὁδὸν δηλήσεται, ubi Eustathius pag. 319, 44 ed. Basil.: τὸ δὲ δηλήσεται εὐφήμως εἶπεν ἐπὶ κλοπῆς. Ad locutionem ἐπὶ δηλήσει conf. Matth. §. 585, β pag. 1165 et qui consimiles e Nostro attulit locos, Werfer. in Actt. phill. Monacc. I, 2 pag. 267. —„Horatio sunt *mali fures* in Satir. I, 1, 76, ubi cons. Heindorf. Ad verbi φαίνειν usum in talibus conf. Platon. Protagor. init. πόθεν — φαίνεις; quod Cicero expressit: „„*Unde tandem appares!*““ Add. Ruhnken. ad Xenophont. Memorabb. Socrat. II, 8, i. in Opuscc. I pag. 473 ed. Leid. alt.“ *Cr.*

πρὸς δὲ τούτῳ, καὶ σέ τοι

„δὲ τούτῳ, καὶ σέ τοι χρεών ἐστι ἰέναι ἔνθα
„λαμπρύνεαι τοῖσι ἔργοισι· πατρώϊόν τε γ
42 „ἐστὶ, καὶ προσέτι ῥώμη ὑπάρχει.“ Ἀμείβ
Ἄδρηστος· „Ὦ βασιλεῦ, ἄλλως μὲν ἔγωγε ἂ
„ἤϊα ἐς ἄεθλον τοιόνδε· οὔτε γὰρ συμφορῇ
„κεχρημένον οἰκός ἐστι ἐς ὁμήλικας εὖ πρήσ
„ἰέναι, οὔτε τὸ βούλεσθαι πάρα· πολλαχῇ

χρεών ἐστι ἰέναι] Vulgo: πρὸς δὲ τοῦτο, cuius loco Valckenar. proposuit: πρὸς δὲ, ἐς τοῦτο καὶ σέ τοι χρ. ἐ. ἰέν., ut ἐς τοῦτο iungatur cum ἰέναι simili fere modo, quo ἰέναι cum ἐς iunctum reperiatur I, 42. II, 15, et πρὸς δὲ Herodoti ex usu explicetur *praeterea*. In quo Reizius Batavum doctum secutus est, coniecturam in textum ipsum recipiens, a reliquis edd. reiectam, cum alii libri ferrent πρὸς δὲ τούτῳ (i. e. *praeterea*, *ad haec*), quod idem olim Reiskio in mentem venerat. Particula τοι non sine vi quadam adiecta est, ut observat, monente *Cr.*, Heindorf. ad Platon. Protagor. pag. 486 seq. — Mox meliores libri, quos secuti sumus: ἀπολαμπρύνεαι pro vulg. ἀπολαμπρύνεται. Invenitur infra VI, 70 ἀπολαμπρύνεσθαι ἔργοις, quod Valckenario indice, minimum distat ab eo, quod III, 134 legitur φαίνεσθαί τι ἀποδεικνύμενον. Ad argumentum *Cr.* confert Eustath. ad Odyss. XIX, 429 p. 703 ed. Basil. et Carmen, quod Niebelungen inscribitur, vs. 3605—3616 nr. 15 pag. 94.

Cap. XLII

οὔτε γὰρ συμφορ κεχρημένον οἰκός verba συμφορῇ χρῆσ supra I, 35. οἰκὸς libro aliisque repositu κός. Ad accusativu μένον vulgo supplent net Matth. Gr. Gr. § pag. 1100 de partici do absolute sine subs surpatur, nostrumque reddit: „*einer*, *der solchen Unglück ist.*“ locutionem expedir Ast. ad Platon. Polit.

πολλαχῇ τε ἂν ἴσχ τόν] ἂν ἴσχον (i. e. *modis continuissem*) de lingius, adstipulante qui antea vulgatum nec ipsum librorum c auctoritate destitutum plexus hoc fere sens *me* (sc. in huiusmodi bus) *continui.*“ Nos dedimus ἂν ἴσχον, commendat universa tentia. Et tuetur h nem, monente *Cr.*, in Melett. critt. I pag Matthiae Miscell. ph p. 47. Tu vide si

2 „ἴσχον ἐμεωυτόν. νῦν δὲ, ἐπεί τε σὺ σπεύδεις, καὶ
„δεῖ τοι χαρίζεσθαι, (ὀφείλω γάρ σε ἀμείβεσθαι χρη-
„στοῖσι.) ποιέειν εἰμὶ ἑτοῖμος ταῦτα. παῖδά τε σὸν,
„τὸν διακελεύεαι φυλάσσειν, ἀπήμονα τοῦ φυλάσ-
„σοντος εἵνεκεν προσδόκα τοι ἀπονοστήσειν."

43 Τοιούτοισι ἐπεί τε οὗτος ἀμείψατο Κροῖσον, ἤϊσαν
μετὰ ταῦτα ἐξηρτυμένοι λογάσι τε νεηνίῃσι καὶ κυσί.
2 ἀπικόμενοι δὲ ἐς τὸν Οὔλυμπον τὸ ὄρος, ἐζήτεον τὸ
θηρίον· εὑρόντες δὲ, καὶ περιστάντες αὐτὸ κύκλῳ,
ἐσηκόντιζον. ἔνθα δὴ ὁ ξεῖνος, οὗτος δὴ ὁ καθαρθεὶς
τὸν φόνον, καλεόμενος δὲ Ἄδρηστος, ἀκοντίζων τὸν
σῦν, τοῦ μὲν ἁμαρτάνει, τυγχάνει δὲ τοῦ Κροίσου
παιδός. ὁ μὲν δὴ βληθεὶς τῇ αἰχμῇ ἐξέπλησε τοῦ

Adrastus iaculo aprum feriturus, ab eo aberrans Croesi filium occidit.

Gramm. Graec. §. 599, a pag. 1198.

Cap. XLIII.

ἐς τὸν Οὔλυμπον τὸ ὄρος] *Ὄλυμπον* omnes fere libri scripti, quibus tamen merito non obtemperarunt editores. Tu vid. I, 36. Melius iidem libri *ὁ καθαρθεὶς*, quod Stephanus male mutaverat in *καταρθείς*, cum apud Herodotum passim reperiantur *καθάρσιος*, *κάθαρσις*, *ἐκάθηρα*, alia id genus. In reliquis verbis quae sit vis, repetitâ particulâ additoque pronomine (*ἔνθα δὴ ὁ ξεῖνος, οὗτος δὴ ὁ καθαρθεὶς τὸν φόνον*), vix quemquam fugiet. — *Ξεῖνον*, ut h. l. Adrastum Noster appellat, Apion in Gloss. Homerr. (ut *Cr.* monet) p. 608, 49 seqq. ad calc. Etymol. Gudian. exponit *τὸν ἀλλοδαπῆ καὶ ἔπηλυν καὶ τὸν φίλον* s. *τὸν ξενιζόμενον*. Idem *Cr.* de voce hac conferri iubet Praefat. ad Ephori fragmm. p. XXIX ed. Marx. et Pacciaudi Monumm. Peloponn. P. III p. 136 seqq. Huc quoque pertinet *Ζεὺς Ξείνιος*, qui dicitur in Homeri Odyss. IX, 271.

καὶ περιστάντες αὐτὸ κύκλῳ] „Eadem fere locutio apud Platon. Re publ. I, 4 p. 432, ubi conf. Ast. pag. 491. Et confer sis similem Homeri narrationem in Odyss. XIX, 428 seqq." *Cr.* Ad accusativum (*ἀκοντίζων*) *τὸν σῦν* genitivi loco conf. Matth. Gr. Gr. §. 350 not. p. 662.

ἐξέπλησε τοῦ ὀνείρου τὴν φήμην] Unus liber *φῆμιν*, ut infra III, 153. „Ac *φῆμις* dici apud Homerum Ionum ex more tradit Eustath. ad Odyss. XXIV, 200 pag. 828, 38 ed. Bas. coll. ad Iliad. p. 716, 38 ed. Bas." *Cr.* Quum vero Herodotus aliis locis scribat

ονείρου τὴν φήμην. ἔθεε δέ τις ἀγγελέων τῷ . στὸ γεγονός· ἀπικόμενος δὲ ἐς τὰς Σάρδις, τὴν

44 χην καὶ τὸν τοῦ παιδὸς μόρον ἐσήμηνέ οἱ. Ὁ δ

Luctus Croesi. σος, τῷ θανάτῳ τοῦ παιδὸς συντεταραγμένος λόν τι ἐδεινολογέετο, ὅτι μιν ἀπέκτεινε τὸν φόνον ἐκάθηρε. περιημεκτέων δὲ τῇ συμφορῇ ἐκάλεε μὲν Δία Καθάρσιον, μαρτυρόμενος τὰ ὑ

φήμη, (V, 72 etc.), ubi nulla e libris notatur lectionis discrepantia, vulgatam hic lectionem intactam relinquere praestat. Est autem φήμη nihil aliud nisi *effatum*, id *quod indicatum*, *traditum erat*. Plura de huius vocis significationibus Wyttenbachius in Biblioth. critic. III, 1 p. 59 (ad Iulian. Or. I p. 10, A. p. 156 ed. Schaefer.) coll. Animadverss. ad Plutarch. Morall. I pag. 643.

Cap. XLIV.

περιημεκτέων δὲ τῇ συμφορῇ δεινῶς] περιημεκτεῖν rarius est vocabulum, quod Suidas laudat s. v. quodque invenitur III, 64. VIII, 109. IX, 41. Hoc loco Gloss. Herodot. exponit δυσφορῶν. Ubi Cr. confert Gregor. Corinth. p. 501 ed. Schaef. et Zonar. pag. 993 ibiq. Tittmann. Latinis est *moleste ferre*, *indignare*. Cum vero apud Suidam inveniatur etiam ἀμεκτέω, Schneider. (in Lexic. Graec. s. v. περιημεκτέω) eo inducitur, ut illud verbum ab αἱμάσσω deductum velit, ac de vehementi dolore explicet, qui ex vulnere contrahatur. Idem iota subscriptum sub ῃ hinc ad-

di vult; quod tamen doto aeque atque in Grammatici afferunt, revera in hisce omn soleat. Amandat C son. nott. in Moer. p — Ad narrationem cum Herodoteis ea, Excerptt. Diodor. pag Wessel. leguntur, ub ira captus hospitem, lius caesus fuerat, flammis traditurum mi

ἐκάλεε μὲν Δία Κα μαρτυρόμενος τὰ ὑπ νου πεπονθὼς εἴη] *expiatio* s. κάθαρσις ad I, 35. Iam qui strandi negotio praees citur Ζεὺς καθάρσιο sacra propius accedur quae in Iovis μειλιχί spectabantur. Vide terum a Creuzero exc Melett. critt. I pag. not. 9. Hunc vero de testem advocat eorun ipse in hospitem officii tatis documenta, uti praestiterit, quae ille religione, tam prave i neratus esse videretur. δὲ (sunt Eustathii v Homer. Odyss. XVI, 42

ξείνου πεπονθὼς εἴη· ἐκάλεε δὲ Ἐπίστιόν τε καὶ Ἑταιρήϊον, τὸν αὐτὸν τοῦτον ὀνομάζων θεόν· τὸν μὲν Ἐπίστιον καλέων, διότι δὴ οἰκίοισι ὑποδεξάμενος τὸν ξεῖνον, φονέα τοῦ παιδὸς ἐλάνθανε βόσκων· τὸν

---

ed. Basil.), ὅτι μάρτυς λέγεται τοῖς ἱκέταις ὁ Ζεὺς καθὰ καὶ τοῖς ξένοις καὶ τοῖς ἑταίροις, ἵνα ὡς εὖ εἰδὼς καὶ ἐπιτιμήτωρ ποιητικῶς εἰπεῖν ὕστερον τοῖς ἁμαρτάνουσι γίγνοιτο. Pertinent haec ad sacra privata Graecorum, quo eodem Ζεὺς Ἐφίστιος et Ἑταιρεῖος, itemque Φίλιος, Ξένιος, Ἑρκεῖος et si qui similes tituli summi Graecorum dei inveniuntur. Cur vero *Iovem* Ἐπίστιον s. Ἐφίστιον Croesus advocaverit, haec proditur causa: διότι δὴ οἰκίοισι ὑποδεξάμενος τὸν ξεῖνον, φονέα τοῦ παιδὸς ἐλάνθανε βόσκων: „*quod scilicet, aedibus recepto hospite, filii interfectorem, se ipso inscio, sustentasset.*" Ac supra iam monitum (ad I, 35), quid proprie valeat ἐφίστιος; ut nil mirum sit, eum deum, qui supplices ad focum adsidentes auxiliumque hospitis, ad cuius aedes confugerint, implorantes tutetur, haud minorem quoque eius, ad cuius forum illi adsideant, quique auxilium omne atque lustrationem praebere iisdem debeat, curam gerere indeque eodem fere sensu dici Δία Ἐφίστιον, quo alias Δία Ἱκέσιον. Vid. Creuzer. Melett. I p. 16 nr. 6 coll. Symbol. II p. 522 ibiq. not. 97. Nam focum veterum religionibus celebratum summoque in honore habitum, quis est, qui ignoret? Sed omnia haec, quibus caedis eiusque inconsulto commissae reus excipitur, expiatur et a sanguinis vindicta hoc pacto servatur incolumis, quia ad amicitiam pertinent, quâ uterque, et expians et expiatus, sibi invicem iunctus est, Croesus invocat Iovem Ἑταιρεῖον, cum quem sibi amicissimum ratus filio suo custodem addiderat, eum sibi inimicissimum esset expertus omnisque in amicum officii ignarum. Cui cum, quidquid fas erat, cumulate ipse praestitisset, illum ipsum erga se ingratum fuisse, neglectis amicitiae officiis et spreto eo deo, qui amicitiae praeses habeatur, arbitratus est. Conferantur veterum testimonia de Iove Ἑταιρείῳ apud Creuzer. l. l. pag. 17 not. 7 coll. pag. 16 not. 6, ubi etiam de Iove Φιλίῳ atque Ξενίῳ. Larcher. landaverat Schol. ad Euripid. Hecub. 345 et ad Aristophan. Equitt. 498; Wesselingius Dion. Chrysost. Orat. I pag. 8, D et XII pag. 226, A. Taylor. ad Lys. Parental. pag. 35. Plura de his disputavit Creuzer. in Symbol. II p. 518 — 523. Ac ne quis Lydorum res apud Herodotum agi obiiciat, nec Graecorum, ipse Noster admonet I, 35, lustrationem similem esse Lydis et Graecis.

δὲ Ἑταιρήϊον, ὡς φύλακα συμπέμψας αὐτὸν
45 κοι πολεμιώτατον. Παρῆσαν δὲ μετὰ τοῦτο
φέροντες τὸν νεκρόν· ὄπισθε δὲ εἵπετό οἱ ὁ
στὰς δὲ οὗτος πρὸ τοῦ νεκροῦ, παρεδίδου
Κροίσῳ, προτείνων τὰς χεῖρας, ἐπικατασφά
κελεύων τῷ νεκρῷ· λέγων τήν τε προτέρην
συμφορήν, καὶ ὡς ἐπ' ἐκείνῃ τὸν καθήραντα
λεκὼς εἴη, οὐδέ οἱ εἴη βιώσιμον. Κροῖσος
των ἀκούσας, τόν τε Ἄδρηστον κατοικτείρει,
ἐὼν ἐν κακῷ οἰκηΐῳ τοσούτῳ, καὶ λέγει πρὸς
„Ἔχω, ὦ ξεῖνε, παρὰ σεῦ πᾶσαν τὴν δίκην
3 „σεωυτοῦ καταδικάζεις θάνατον. εἶς δὲ οὐ

Adrastus culpa vacans, et meritus veniam, se ipse in mortui busto mactat.

Cap. XLV.

καὶ ὡς ἐπ' ἐκείνῃ τὸν καθήραντα ἀπολωλεκὼς εἴη] Cum supra I, 35 Croesus ipse Adrastum expiasse dicatur, hic locus male habet Larcherum, ubi a filio post caeso illud factum videatur. Sed fluxit hoc ex Herodoti loco male intellecto: „depuis qu'à son premier crime il en a ajouté un second, *en tuant celui*, qui l'avoit purifié.“ Cuius vestigia pressit alter Gallus interpres, Miot. Sed melius Latinus interpres: „*qui post superiorem calamitatem, expiatorem etiam suum* (i. e. Croesum, non filium eius) *perdidisset.*“ Quem secutus Italus interpres, recte haec verba ita reddidit: „e come in aggiunta avendo fatto *perire* il suo espiatore, non dovera piu oltre egli vivere.“ In nota autem de Larcheri scrupulis haec posuit: „A dire il vero questo sono mere ciance. Non si a che il dolore e la gra il sangue fanno che guardi come una so il padre ed il figli Ad locutionem ἀπολα consul. Fischer. ad V b pag. 4. 5.

ἔχω — παρὰ σεῦ π δίκην] Aliam Diodo nem, qua vivum com stum prius Croesus supra iam indicavimu

εἶς δὲ οὐ σύ μοι κακοῦ αἴτιος] Simili pud Homerum (Iliad. Helenam alloquitur *οὔτι μοι αἰτίη ἐσσί, μοι αἴτιοί εἰσιν.* Qu cum Herodóteo iam rat Hermogenes de m p. 158 in universum doti loco disputans, factorum confessione rumque exstingui op defensionem parari evi

„τοῦδε τοῦ κακοῦ αἴτιος, εἰ μὴ ὅσον ἀέκων ἐξεργάσαο· ἀλλὰ θεῶν κού τις, ὅς μοι καὶ πάλαι προεσήμαινε τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι.“ Κροῖσος μέν νυν ἔθαψε 4ὡς οἰκὸς ἦν τὸν ἑωυτοῦ παῖδα. Ἄδρηστος δὲ ὁ Γορδίεω τοῦ Μίδεω, οὗτος δὴ ὁ φονεὺς μὲν τοῦ ἑωυτοῦ ἀδελφεοῦ γενόμενος, φονεὺς δὲ τοῦ καθήραντος, ἐπεί τε ἡσυχίη τῶν ἀνθρώπων ἐγένετο περὶ τὸ σῆμα, συγγινωσκόμενος ἀνθρώπων εἶναι τῶν αὐτὸς ἤειδε βαρυσυμφορώτατος, ἑωυτὸν ἐπικατασφάζει τῷ τύμ-

---

Κροῖσος μέν νυν ἔθαψε ὡς οἰκὸς ἦν τὸν ἑωυτοῦ παῖδα] οἰκὸς retinui, cum libri nonnulli εἰκὸς, bini alii ἐοικὸς exhibeant. In Sancrofti libro hunc in modum constitutus hic locus legitur: *Κροῖσος μέν νυν ἔθαψε, ὡς εἰκὸς ἦν θάψαι τὸν ἑωυτοῦ παῖδα*; quod non spernendum videbatur Wesselingio, cum scriptoris mori haec repetitio utique conveniret, ut VI, 109. IX, 11.

ἐπεί τε ἡσυχίη τῶν ἀνθρώπων ἐγένετο] „Infra IX, 44: *καὶ ἡσυχίη ἐδόκεε εἶναι — ἐν ὕπνῳ.* Nec aliter Plato Re p. VIII, 16 p. 566 infr. et Plutarch. de oracull. defect. p. 412, D: *ἦν δὲ τῶν ἄλλων ἡσυχία διὰ τὴν ὥραν.*“ *Cr.*

ἐγένετο περὶ τὸ σῆμα] *περὶ* meliores libri, quos secutus sum; alii *παρὰ τὸ σῆμα*; male, cum hoc valeat: „*circa sepulcrum.*“ — Mox *ἤειδε* optimi libri; unus alterve *εἶδε*, Schaeferus *ἠείδεε*, Homericos forsan locos respiciens, quos ad lectionem *ἤειδε* tuendam attulerat Wesseling. Iliad. XXII, 280 (ubi *ἠείδεις*) et Odyss. IX, 205 (ubi *ἠείδει*). Tu vide Matth. Gr. Gr. §. 231 pag. 451. 452. Buttmann. in Ausführl. Grammat. §. 109 pag. 569. Struve in Specim. Quaest. Her. pag. 21 de voce *ἤειδε* dubitare videtur.

βαρυσυμφορώτατος] i. e. *omnium longe calamitosissimus.* Inest in voce ipsa *βαρυσύμφορος* maioris alicuius calamitatis notio ac vis, quae superlativo adeo augetur. Nam *βαρυ* haud paucis verbis adiectum augendae significationis causa, ut valeat: *valde*, *copiosum*, *multum.* Plura dixi in Creuzeri Melett. III pag. 44.

ἑωυτὸν ἐπικατασφάζει τῷ τύμβῳ] In verbo *ἐπικατασφάζειν* notare iuvat vim praepositionis *ἐπὶ*, quâ est: *super aliquid iugulare*, *mactare* (aliquem), ut sanguis superne quasi delabatur ad terram. Idem verbum, notante Wesselingio, in Plutarch. Moral. (II) pag. 772, C: *ὁ δὲ Στράτων φανερῶς ἐπικατέσφαξεν ἑαυτὸν τῇ παρθένῳ.* — Apud Diodorum in Excerptis exstat *κατέσφαξεν.*

βῳ. Κροῖσος δὲ ἐπὶ δύο ἔτεα ἐν πένθεϊ μεγάλῳ καθῆστο, τοῦ παιδὸς ἐστερημένος.

46 Μετὰ δὲ, ἡ Ἀστυάγεος τοῦ Κυαξάρεω ἡγεμονίη

Duobus annis post, Medis a Cyro devictis [I, 128] Croesus de Persarum potentia sollicitus, oracula explorat.

ἐν πένθεϊ μεγάλῳ καθῆστο] Omnes libri καθῆστο, quod in κατήσθω mutandum esse propter κατήμενος, alia id genus, iam ad I, 43 censuit Wesselingius, comparans III, 83; quo eodem in loco scripti libri conspirant in lectione καθῆστο, male a Reizio mutata in κατῆστο. Schaeferus utroque loco scripsit κατῆσθο, assentiente Schweighaeusero, quem tamen post facti poenituit. Quare nos cum Gaisf. et Matth. in librorum lectione adquiescendum putavimus.

Κροῖσος δὲ ἐπὶ δύο ἔτεα ἐν πένθεϊ μεγάλῳ καθῆστο] Valet hic locus ad temporum rationes accuratius definiendas, in quibus omnino haud parvas difficultates crebro aqud Nostrum reperiri, iam supra ad I, 30 indicavimus. Larcherum (Tab. chronol. s. Tom. VII pag. 205 seqq.) si sequamur, Croesus filium amisit anno 560 a Chr. et proximo demum anno post patrem mortuum ad regnum ipse evectus est, 559 a. Chr. cum antea, inde ab anno 574, patri adiunctus fuisset collega in regno administrando et una cum illo expeditiones suscepisset. Quod quomodo ex Herodoti loco I, 26 (τελευτήσαντος δὲ Ἀλυάττεω, ἐξεδέξατο τὴν βασιληΐην Κροῖσος ὁ Ἀλυάττεω, ἐτέων ἐὼν ἡλικίην πέντε καὶ τριήκοντα) effici queat, equidem non perspicio. Meliorem Volneius mihi instituisse videtur computationem in Chronolog. Herodot. pag. 33 seqq. 41 seqq. Cum enim Astyagis imperium a Cyro eversum esse constet anno 561 a. Chr., inde ille concludit, Herodoteo confisus testimonio, duobus ante annis, id est 563 a. Chr. n. Croesi filium fuisse interfectum. Ante huius obitum cum Herodotus ponat et bellicas Croesi expeditiones, et colloquium cum Solone habitum (quod circa 570 a. Chr. n. probabiliter posuimus), iam multo ante necesse est regnum Croesus susceperit. Accedit Pittaci, quem anno 570 a. Chr. mortuum esse scimus, cum Croeso commercium, accedunt alia, ad Pisistrati dominationem quae pertinent, a Volneio utiliter prolata, quibus efficitur Croesi regnum iam anno 571 a. Chr. initium habuisse. Atque hanc sententiam aliis quoque rationibus confirmavit Schultz. in Appar. ad Annall. critt. rerr. Graecc. (Kil. 1826) pag. 19—21. Praesertim de Alyattis hic monet regno; qui cum vitam ultra annum 565 a. Chr. producere non potuerit, Croesus ex Herodoti mente patri successisse statuendus est ante 561 a. Chr. n. Conf. Herodot. I, 92 fin.

Cap. XLVI.

μετὰ δὲ, ἡ Ἀστυάγεος τοῦ

καταιρεθεῖσα ὑπὸ Κύρου τοῦ Καμβύσεω, καὶ τὰ τῶν Περσέων πρήγματα αὐξανόμενα, πένθεος μὲν Κροῖσον ἀπέπαυσε· ἐνέβησε δὲ ἐς φροντίδα, εἴ κως δύναιτο, πρὶν μεγάλους γενέσθαι τοὺς Πέρσας, καταλαβεῖν αὐτῶν αὐξανομένην τὴν δύναμιν. Μετὰ ὦν τὴν διάνοιαν ταύτην αὐτίκα ἀπεπειρᾶτο τῶν μαντηΐων τῶν τε ἐν Ἕλλησι, καὶ τοῦ ἐν Λιβύῃ· διαπέμψας ἄλλους ἄλλῃ, τοὺς μὲν ἐς Δελφοὺς ἰέναι, τοὺς δὲ ἐς Ἄβας τὰς Φωκέων, τοὺς δὲ ἐς Δωδώνην· οἱ δέ τινες ἐπέμποντο παρά τε Ἀμφιάρεων καὶ παρὰ

Κυαξάρεω ἡγεμονίῃ κ. τ. λ.] Unus Sancrofti liber Ἀστυάγεω, quod propter Ionum consuetudinem in Καμβύσεω, Κυαξάρεω, aliis, haud displicet Wesselingio. Vid. Matth. Gr. Gr. §. *91* pag. 195. Ad argumentum conf. I, 95 sqq. 128 seqq.

καταλαβεῖν αὐτῶν αὐξανομένην τὴν δύναμιν] καταλαβεῖν male a nonnullis mutatum in καταβαλεῖν, melioribus codd. invitis; καταλαβεῖν iure tuetur Wesselingius *coercendi* et *compescendi* notione (quia nondum rex animo versabat gliscentem Persarum potentiam *opprimere* ac prorsus *evertere*, sed eam potius accisam et coercitam repressamque ab aliis expeditionibus volebat), teste Suidâ, ubi est: κατέλαβεν· ἐπέλαβεν, ἐπέσχε τῆς ὁρμῆς. Add. Herod. V, 21. coll. III, 36. 52. VII, 9 etc.

τοὺς δὲ ἐς Ἄβας τὰς Φωκέων] Urbem memorat hancce Noster VIII, 27. 33. 134, ubi vid. Clara fuit Apollinis oraculo, cuius etiam Romanorum aetate summus honor, teste Pausania X, 35. Templum a Persis spoliatum ac vastatum paulo post restauratum fuisse videtur, cum Mardonii aetate denuo oracula inde ederentur. Situm urbis templique primus accurate definiit Gell., inventis quippe ruinis prope Chaeroneam, ubi nunc exiguo spatio distans vicus invenitur *Exarcho*, qui ad Libadiae ditionem pertinet. Vid. Kruse Hellas II, 2 p. 74 seq. coll. C. O. Müller. in Orchomen. p. 496 seq. — De *Dodonaeo* oraculo conf. Herod. II, 52. 54 seq.

παρά τε Ἀμφιάρεων καὶ παρὰ Τροφώνιον] Uterque vates nobilissimus ac post humana fata in deorum coetum receptus, uterque oraculis insignis nec praetermissus Ciceroni de nat. deorr. III, 19. *Amphiaraus*, Oiclis filius, expeditioni contra Thebas susceptae interfuit; mox vero iuxta Oropum, Boeotiae urbem una cum plaustris, quibus vehebatur, terrâ est obrutus. Ex quo tempore

Τροφώνιον· οἱ δὲ, τῆς Μιλησίης ἐς Βραγχίδας. ταῦτα μέν νυν τὰ Ἑλληνικὰ μαντήϊα, ἐς τὰ ἀπέπεμψε μαντευσόμενος Κροῖσος. Λιβύης δὲ παρὰ Ἄμμωνα ἀπέστειλε ἄλλους χρησομένους. διέπεμπε δὲ πειρεώμενος τῶν μαντηΐων ὅ τι φρονέοιεν· ὡς, εἰ φρονέοντα τὴν ἀληθηΐην εὑρεθείη, ἐπείρηταί σφεα δεύτερα πέμπων, εἰ ἐπιχειρέοι ἐπὶ Πέρσας στρατεύε-

---

sacris colitur in templo, quod urbis incolae erexerunt quodque vetustum praedicat Livius XLV, 27 (filium illi additum appellans Amphilochum) oraculaque edit per somnia sciscitantibus. Exstant classici hanc in rem Pausaniae loci I, 34. II, 13. VI, 17. Aeschyli S. c. Theb. 585 seq. Plura Davis. ad Ciceron. de divin. I, 40. Simili fato perfunctus *Trophonius*, et ipse sub terram delatus, post Lebadeae in Boeotia oracula edit; de quo Pausan. IX, 34 seqq. et Herodot. VIII, 134. Plura Hemsterhus. ad Lucian. II p. 411 ed. Bip.

οἱ δὲ, τῆς Μιλεσίης ἐς Βραγχίδας] Infra V, 36 *τὸ ἱρὸν ἐν Βραγχίδῃσι* et VI, 19. *Branchidarum* templum, quod Didymaei Apollinis nomen postea tulit, prope Miletum fuit, quam ipsam urbem Orphicus poeta designat *Βράγχου πολύπυρος ἄρουραν*, Argonautt. vs. 153 coll. Plin. Hist. Nat. V, 29. Nam a *Brancho* quodam conditum ferebatur, de quo in schol. ad Statii Theb. VIII, 198 plura leguntur. Qui cum Apollinis sacra et oraculum constitueret, haud prorsus vana est Larcheri suspicio, Branchum Delphis huc missum fuisse, quo Apollinis cultum institueret. Ad eam enim sacerdotum gentem pertinuisse vult, quae Delphicum oraculum tenuerit; nomenque illius *gurgitem* significare (conf. Etymol. magn. p. 211, 18). Utut est, *Branchidae* sacerdotes ab eo originem repetebant Apollinisque sacra, ab illo ut fama ferebat instituta, multa per saecula tenebant. Quamquam enim Xerxis aetate crematum est templum, post denuo splendidius exstructum est asylique iure usque ad Romanorum imperatorum tempora insigne fuit. Vid. Tacit. Annall. III, 63. Sueton. Tiber. 37 ibiq. Excursum Ernest. Alia de templi fatis Larcherus ad Nostri V, 36. VI, 19. Nunc nihil nisi lapidum cumulos superesse testantur recentiores peregrinatores.

Λιβύης δὲ παρὰ Ἄμμωνα ἀπέστειλε] De *Ammonis oraculo* vid. II, 32. 55. IV, 181 seq.

δεύτερα πέμπων] *δεύτερα* pro *δεύτερον* ex Nostri imitatione Pausanias I, 7 §. 1, ubi conf. Siebelis.

εἰ ἐπιχειρέοι ἐπὶ Πέρσας

47 σθαι. Ἐντειλάμενος δὲ τοῖσι Λυδοῖσι τάδε, ἀπέπεμπε ἐς τὴν διάπειραν τῶν χρηστηρίων· ἀπ' ἧς ἂν ἡμέρης ὁρμηθέωσι ἐκ Σαρδίων, ἀπὸ ταύτης ἡμε- 22
ρολογέοντας τὸν λοιπὸν χρόνον, ἑκατοστῇ ἡμέρῃ 16
χρῆσθαι τοῖσι χρηστηρίοισι, ἐπειρωτέοντας ὅ τι ποιέων τυγχάνοι ὁ Λυδῶν βασιλεὺς Κροῖσος ὁ Ἀλυάττεω. ²ἅσσα δ' ἂν ἕκαστα τῶν χρηστηρίων θεσπίσῃ, συγ³γραψαμένους ἀναφέρειν παρ' ἑωυτόν. Ὅ τι μέν νυν

Modus, quo tentavit Croesus oracula. Delphicum responsum.

στρατεύεσθαι] Werferum (in Actt. phill. Monacc. I p. 230, ubi nostrum locum, probante Schweigh., sic vertit: *an expeditionem suscipere deberet*) offendit optativus *ἐπιχειρέοι*, in coniunctivum, utpote modum deliberativum, mutandus *ἐπιχειρέῃ*. De quo coniunctivo vid. ad I, 53 et conf. V, 67. 82. VIII, 67, ubi coniunctivum Werferus repositum vult, prouti etiam placuerat Schaefero ad Lambert. Bos. de Ellipss. pag. 754. Nostro loco quo minus recipiamus *ἐπιχειρέῃ*, obstant libri scripti, quorum consensui in huiusmodi rebus nonnihil tribuendum esse censemus; obstat ipsa loci ratio, quem si acceperis: *an expeditionem suscipere posset*, nulla opinor emendatione erit opus. Tu consul. optime monentem Hermann. ad Viger. pag. 947.

Cap. XLVII.

ἡμερολογέοντας τὸν λοιπὸν χρόνον, ἑκατοστῇ ἡμέρῃ χρῆσθαι] Libri scripti omnes: *ἕκαστος τῇ* vel *ἕκαστον τῇ*; quod cum ferri non potuisset, vario modo locum sanare studuerunt viri docti, quorum coniecturas retulit Wesseling. Nos cum eodem Wesselingio aliisque editoribus secuti sumus palmariam Bergleri emendationem (in Actt. Lipss. 1716 pag. 421): *ἑκατοστῇ ἡμέρῃ* i. e. *centesima die* illos oraculum consulere iussit, ut scilicet una eademque omnibus esset sciscitandi dies, vel iis, quibus longius iter esset faciundum. — Pro *χρῆσθαι* Matthiae mavult *χρᾶσθαι* vel *χρέεσθαι*, uti alias Iones dicere solent, ipseque Pausanias, apud quem frequens ex Herodoti imitatione *χρᾶσθαι*, ut bene notavit Siebelis. ad II, 28 §. 3. Cum vero h. l. nullus liber hanc formam praebeat, vulgatam mutare non sumus ausi.

ἐπειρωτέοντας] Valde hic codices variant, quorum alii *ἐπειρωτῶντας* (sive *ἐπειρωτῶντες*), alii *ἐπηρωτέοντας*. De his formis Cr. consuli vult Gregor. Corinth. de dialect. Ion. §. 73 pag. 482 ibiq. Schaefer. — Paulo post pro *τυγχάνοι* male libri quidam *τυγχάνει*, cum optativum ipsa sententia flagitet. Est enim loci sensus: „quid *forte ageret* Croesus Lydorum rex."

τὰ λοιπὰ τῶν χρηστηρίων ἐθέσπισε, οὐ λέγεται πρὸς οὐδαμῶν· ἐν δὲ Δελφοῖσι ὡς ἐσῆλθον τάχιστα ἐς τὸ μέγαρον οἱ Λυδοὶ χρησόμενοι τῷ θεῷ, καὶ ἐπειρώτεον τὸ ἐντεταλμένον, ἡ Πυθίη ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ λέγει τάδε·

4 Οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν, καὶ μέτρα θαλάσσης,
καὶ κωφοῦ συνίημι, καὶ οὐ φωνεῦντος ἀκούω.

ὡς ἐσῆλθον τάχιστα ἐς τὸ μέγαρον] μέγαρον vulgo quodvis indicat domicilium aut conclave; in rebus sacris Graecorum mysteriisve sacellum designat plerumque subterraneum et ad mysteriorum ritus pertinens. Unde frequens in heroum cultu occurrunt μέγαρα, ut Creuz. monuit in Symbol. III pag. 49, ubi vid. Valcken. ad Herod. VI, 134. Ac sanctissima templi cuiusque pars in intimo illius recessu μέγαρον appellabatur, ut Eleusinio in templo; de quo St. Croix sur les mystères d. paganism. I p. 137 seqq. ed. secund. Hinc nostro loco Delphici templi intimum illud sacrarium intelligere licet, quod intrabant, qui oraculum sciscitaturi erant. Conf. I, 65 et Pausan. VIII, 6, 2 (ubi μέγαρον Διονύσου). Nec aliter Herod. II, 141. 143. 169.

ἡ Πυθίη — λέγει τάδε] Citant hoc oraculum Aristides II p. 377. Euseb. Praepar. Evang. V, 34. Suidas s. v. Κροῖσος. Inventum quoque est oraculum hoc in lapide marmoreo; unde in Inscriptt. corpus retulit Boeckh. I, 3 pag. 847 coll. Rose Inscriptt. Gr. pag. 416. Quod ad versum primum et secundum attinet, Cr. addit oracula Sibyllina VIII p. 749 seq. ed. Gal. et Σιβύλλης λόγος ΙΔ. ed. Mai. ad calc. p. 63 vs. 125. 135. Alios, qui secundum versum afferunt, laudat Valcken. ad Ammon. de differ. vocabb. pag. 170.

οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν κ. τ. λ.] „In proverbium fere cesserunt haec, cuius similia veterum dicta haud pauca reperiuntur. Vid. Iacobs. in Lectt. Stobb. pag. 6 seq. not." Cr.

καὶ κωφοῦ συνίημι, καὶ οὐ φωνεῦντος ἀκούω] Gregorius Corinth. (de dialect. Ion. §. 14 pag. 396 Schaef.) aliique grammatici a Valcken. l. l. citati exhibent: καὶ οὐ λαλέοντος ἀκούω; quod quamvis Valckenario placeat, minime tamen Herodoteorum librorum lectioni substituendum censemus. Fluxit enim illud ex grammaticorum interpretamento, ut dudum monuit Wesselingius. Ad vocem κωφὸς (cuius explicandae caussa haec addita sunt) vid. nott. ad I, 34. De genitivo (κωφοῦ), qui verbis sensuum adiicitur, consul. Matth. Gr. Gr. §. 349 not. 3 pag. 659.

Ὀδμή μ' ἐς φρένας ἦλθε κραταιρίνοιο χελώνης
ἑψομένης ἐν χαλκῷ ἅμ' ἀρνείοισι κρέεσσι,
ᾗ χαλκὸς μὲν ὑπέστρωται, χαλκὸν δ' ἐπιέσται.

48 Ταῦτα οἱ Λυδοὶ θεσπισάσης τῆς Πυθίης συγγραψάμενοι, οἴχοντο ἀπιόντες ἐς τὰς Σάρδις. ὡς δὲ καὶ ὤλλοι οἱ περιπεμφθέντες παρῆσαν φέροντες τοὺς χρησμοὺς, ἐνθαῦτα ὁ Κροῖσος ἕκαστα ἀναπτύσσων ἐπώρα τῶν συγγραμμάτων. τῶν μὲν δὴ οὐδὲν προσί- Probatum a Croeso.

ὀδμή μ' ἐς φρένας ἦλθε κραταιρίνοιο χελώνης] Uno in libro exstat ὀδμὴ δ' ἐς φρ.; quod Valckenario profectum videbatur ab eiusmodi librario, cui vetus atque Homerica dicendi ratio fuerit ignota. Aeschyl. Suppl. 384: φόβος μ' ἔχει φρένας. Pers. 161: καί με καρδίαν ἀμύσσει φροντίς. Pro κραταιρίνοιο, quod e melioribus libris dedimus, alii κραταιρήνοιο, alii κρατειρὴ οἷα, unus κραταιῤῥίνοιο, quod valde nobis arridet, quoniam in aliis huiusmodi vocabulis literulam ρ duplicatam plerumque invenimus. Vid. notatt. ad Ctesiae Persicc. §. 53 pag. 198. 199. Herodoti interpretes laudant λιθόῤῥινος, quod de testudine dixit Empedocles apud Plutarch. Symposs. I, 2. 5. pag. 618, de orb. in fac. lun. 14 pag. 927, F (Empedocl. fragmm. ed. Sturz. pag. 608). *Cr.* addit Homer. H. in Mercur. 48 ibiq. Ilgen. pag. 370. In significatione utraque vox minus differt; ad *duram* testudinis *pellem* s. *corium* refertur. —De forma κρέεσσι (a κρέας) vid. Matth. Gr. Gr. §. 84, 3 pag. 187.

χαλκὸν δ' ἐπιέσται] Vulgo ἐπίεσται, retracto accentu; ut in Stegeri ac Matth. editt. adhuc comparet et in Gramm. Gr. Matth. pag. 456 §. 233. Nam ἕννυμι in perfecto format ἕσμαι, ἕσται. De structura relativi pronominis monuit Hermann. ad Viger. pag. 708. Wesseling. locum sic expressit: „*cui testudini substratum quidem aes, verum aes quoque induta est.*"

Cap. XLVIII.

ὡς δὲ καὶ ὤλλοι] ἄλλοι in Wesselingii editione exstat; scripti libri offerunt ὦλλοι et ὤλλοι, quod cum Schweigh. et Gaisf. recepi. Matthiae et Schaefer. ὦλλοι. Conf. II, 14 coll. II, 51. 36. Ad II, 14 nonnulla monuit Wesseling. laudans Schol. Apollon. Rhod. ad I, 1081, qui recentiori Ionum dialecto hanc formam adscribit Homero ignotam.

ἕκαστα ἀναπτύσσων ἐπώρα] „Conf. Homer. Il. VI, 169: — γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ ibique Heynii Observv. pag. 219 seq. et Herodot. VII, 239" *Cr.*

τῶν μὲν δὴ οὐδὲν προσίετο] i. e. *quorum quidem nul-*

τό μιν· ὁ δὲ, ὡς τὸ ἐκ Δελφῶν ἤκουσε, προσεύχετό τε καὶ προσεδέξατο, νομίσας μοῦ ναι μαντήϊον τὸ ἐν Δελφοῖσι, ὅτι οἱ ἐξευρή αὐτὸς ἐποίησε, ἐπεί τε γὰρ δὴ διέπεμψε π χρηστήρια τοὺς θεοπρόπους, φυλάξας τὴν τῶν ἡμερέων, ἐμηχανήσατο τοιάδε· ἐπινοήσας ἀμήχανον ἐξευρεῖν τε καὶ ἐπιφράσασθαι· χ καὶ ἄρνα κατακόψας, ὁμοῦ ἕψεε αὐτὸς ἐν

49 χαλκέῳ, χάλκεον ἐπίθημα ἐπιθείς. Τὰ μὲν δὴ φῶν οὕτω τῷ Κροίσῳ ἐχρήσθη· κατὰ δὲ τὴ φιάρεω τοῦ μαντηΐου ἀπόκρισιν, οὐκ ἔχω εἰ τοῖσι Λυδοῖσι ἔχρησε ποιήσασι περὶ τὸ ἱρὸν μιζόμενα. οὐ γὰρ ὦν οὐδὲ τοῦτο λέγεται

Amphiarai responsum ignorari, sed verum fuisse.

---

lum probavit. Laudat Wesseling. Aristoph. Equitt. 358: ἐν δ' οὐ προσίεταί με τῶν πραγμάτων. Add. Matth. §. 411 not. 2 pag. 752 infr., cui προσίετο hic idem valet atque ἤρεσκε. — In seqq. προσεύχετο est *adoravit.* Ita Plutarch. de defect. oracc. pag. 434, E, ubi simili nuntio accepto, ὁ ἡγεμὼν ἐκεῖνο ἐξεπλάγη καὶ προσεκύνησε. Add. Aristoph. Eqq. 638, alia ab Larchero excitata.

φυλάξας τὴν κυρίην] i. e. *observans statutum diem;* vid. II, 62. — Sequentia: χελώνην καὶ ἄρνα κατακόψας aliquot locis tangit Lucianus, in Iov. Confut. 14. Iov. Trag. 30 etc. Tu vid. Wesseling.

Cap. XLIX.

οὐκ ἔχω εἶπαι] Vulgo εἰπεῖν, libris addicentibus, quorum unus tantum εἶπας vitiose ut apparet pro εἶπαι formam ionicam rece merito restituerunt. 22. 57. III, 116. κατεῖπαι II, 89. „ his formis Schaefer. Halic. de Composit. ve ad Gregor. Corinth. seq.“ Cr.

κατὰ — τὴν — ἀ i. e. *quod attinet ad* notante Matthiae Gr. b pag. 1152.

ποιήσασι περὶ τὸ νομιζόμενα] τὰ να intelliguntur ea, more ab oraculum sci fieri solent. Hi eni peractis, (praestat ip niae verba I, 34 fin. κριὸν θύσαντες αὐτῷ καὶ τὸ δέρμα ὑποστρ καθεύδουσιν ἀναμέν λωσιν ὀνείρατος.

οὐ γὰρ ὦν οὐδὲ τ γεται ἄλλο γε, ἢ ὅτ

γε, ἢ ὅτι καὶ τοῦτο ἐνόμισε μαντήϊον ἀψευδὲς ἐκτῆσθαι.

50 Μετὰ δὲ ταῦτα θυσίῃσι μεγάλῃσι τὸν ἐν Δελφοῖσι θεὸν ἱλάσκετο. κτήνεά τε γὰρ τὰ θύσιμα πάντα Quibus rebus Deum Delphicum Croesus placarit, et quae munera Delphos miserit.

---

vir doctus quidam: τούτου s. περὶ τούτου. Schweigh. suspicatur: λέγεται οὐδ' ἄλλο γε. Equidem voculam τοῦτο, quippe e sequentibus huc intrusam, eiicerem, nisi scriptoris oratio copiosior subinde ac verbosior satis eam tueri videretur. — In seqq. pro τοῦτο libri quidam τοῦτον, ut ad Amphiaraum referatur; pro ἐκτῆσθαι itidem plures κεκτῆσθαι. Sed Iones aeque atque Atticos duplicatam literam abiicere tradit *Eustathius* ad Homer. Il. pag. 662, 39 ed. Basil. Tu consul. Bekkerum meum in Specim. Philostrat. pag. 29 seq. „Add. Ast. ad Platon. Rem publ. V, 15 pag. 524 Commentt." *Cr.*

Cap. L.

κτήνεά τε γὰρ τὰ θύσιμα πάντα τρισχίλια ἔθυσε] Vertit locum sic Hermannus ad Vigerum p. 727: „*mactavit ter millenas hostias* e *quoque genere animantium, quibus sacra fieri solent.*" Est autem πάντα hic idem quod ἑκάστου γένους. Quod post Casaubonum ad Strab. III p. 232 et ad Athen. IV, 10 (al. 25) Animadvss. Vol. II p. 476 ed. Schwgh. hoc loco docuit Gronovius. Plura interpretes Herodoti ad IV, 88. Nec discedit Larcherus, qui praeter alia hunc attulit Nostri locum, IX, 80 Πανσανίῃ δὲ πάντα δέκα ἐξαιρέθη i. e. „*une dixaine de tout.*" Quae cum ita sint (nam exempla hic cumulare non attinet), non video, quid moverit Stegerum, ut hac interpretatione reiecta πάντα h. l. absolute accipiendum esse statuat: *in Allem.* Ubi ex Hermanni praecepto l. l. scribendum foret τὰ πάντα, quod ille v. c. in Herodoti loco I, 168 restitutum vult. Neque vero id urgeam, cum Hermanni praeceptum probe sciam a Schaefero ad Dionys. Halicarnass. de compos. verb. p. 335 esse impugnatum. Conf. denique Matth. Gr. Gr. §. 266 not. pag. 550. — κτήνη, quae etiam de quavis re familiari subinde sunt intelligenda, hic de pecoribus quibusvis ad mactandum destinatis dicuntur; κτήνη κυρίως μὲν τὰ θυόμενα, ὅσα νόμος σφάζει καὶ κτείνει κ. τ. λ. ut ex Etymol. Gudian. p. 350, 25 seq. adscripsit *Cr.* Plura Sturz. in Lexic. Xenoph. II p. 798. Ne vero quis magnam demiretur hostiarum numerum a Croeso mactatarum, laudatur Salomonis exemplum, in consecrando templo Hierosolymitano viginti millia boum et centum viginta millia ovium mactantis (de Regibb. III cp. 8, 63); laudantur Graecorum hecatombae, alia, de quibus iam Theodoret. Orat. VII ad Graec.

τρισχίλια ἔθυσε, κλίνας τε ἐπιχρύσους καὶ γύρους, καὶ φιάλας χρυσέας, καὶ εἵματα πορ καὶ κιθῶνας, νηήσας πυρὴν μεγάλην, κατέκα πίζων τὸν θεὸν μᾶλλόν τι τούτοισι ἀνακτή Λυδοῖσί τε πᾶσι προεῖπε, θύειν πάντα τινὰ

---

p. 104. Add. Creuzeri Symbol. I p. 178 seq. Quae qui reputet, ei sacrificium hocce forsitan minus mirum videbitur quam ea, quae post de ingenti auri argentique vi, deque divitiis Lydorum narrantur. Sed hac de re iam supra I, 14 nonnulla monuimus.

νηήσας πυρὴν μεγάλην] νηήσας Schellershemianus aliusque liber praebebat. Vulgo νήσας; sed conf. I, 86. 34. II, 107. Matth. §. 243 pag. 475. Herodotum imitans Philostratus usus est hoc verbo ex veterum consuetudine pro σωρεύειν. Vid. quae idem Creuzerus laudat ad Bekkeri Specim. Philostrat. pag. 83 not. 19. Atque hoc verbum νέω s. νηέω peculiare esse de rogo exstruendo, post alios monuit idem Creuzerus in fragmm. historicc. pag. 211. — In seqq. plerique libri ἀνακτήσεσθαι, ut nunc editum legimus. Vulgo ἀνακτήσασθαι, nec ipsum librorum auctoritate destitutum, nec prorsus reiiciendum; conf. quae dixi in Creuzeri Melett. III p. 11. Sed hoc loco librorum meliorum auctoritatem sequi praestat.

θύειν πάντα τινὰ αὐτῶν τούτῳ ὅτι ἔχοι ἕκαστος] τούτῳ retinuimus, pluribus libris ita iubentibus. Ur lershemianus: τοῦτο Gaisfordio in textum ptum, mihi tamen manum sapere videtu tivum τούτῳ non sati valuerit. Refero au ad deum Delphicum, sus ab omni Lydo id luit, quidquid unusq beret aptum ad c quod offerri posse sacrum deo, sive il esset quod mactaretu lia quaepiam res dig dei templo deponer talla potissimum prec lia. Nam de hostii telligere haud sinunt referuntur a scripto quoniam ex auro arg a singulis collato Cr naria ista confecis Delphos mitterentur, sentaneum esse vide vero ad lectionem το tar, aliter dativum e luisse videtur Matth θύειν τινί; „*sacra qua re adhibita.*“ Q loco valeat, equiden rodotum pro τούτῳ ἐκ τούτων sive al do. Schweigh. locum dit: „*ut de suo quid que haberet, eidem c caret.*“

τούτῳ ὅ τι ἔχοι ἕκαστος. ὡς δὲ ἐκ τῆς θυσίης ἐγένετο, καταχεάμενος χρυσὸν ἄπλετον, ἡμιπλίνθια ἐξ αὐτοῦ ἐξήλαυνε· ἐπὶ μὲν τὰ μακρότερα, ποιέων

ὡς δὲ ἐκ τῆς θυσίης ἐγένετο] i. e. *peractis sacrificiis*. Dictionem γίνεσθαι ἀπό sive ἔκ τινος satis illustrant, quae collegit Fischerus ad Weller. III, 6 pag. 108. In seqq. ad ἄπλετον (*ingens*, *magnum*) Cr. confert Graevii Lectt. Hesiodd. cap. XX init. ad vs. 147.

ἡμιπλίνθια ἐξ αὐτοῦ ἐξήλαυνε] ἐξελαύνειν hic de metallis, quae *ducuntur malleo*, non igne liquefiunt. Nos vulgo: *treiben*, *schlagen*. Tu vid. infra Herod. I, 68 et quae alia, monente Cr., excitat Graevius in Lectt. Hesiodd. cap. 19 ad vs. 143. Hinc σφυρήλατος εἰκὼν apud Herodot. VII, 69; hinc ἐλάσματα σιδήρου (i. e. *Eisenblech*) apud Pausaniam X, 16; qui idem (VIII, 17. 14) antiquissimum opus ex aere hunc in modum elaboratum commemorat, Iovem Hypatis Spartanorum. Cr. addit Heyne Antiqq. Aufsätz. I p. 73 et Apion. in Gloss. Homericc. nr. 55 p. 8 (ubi legimus: ἤλασε — ἐχάλκευσε), alia in Commentt. Herodott. pag. 302. — ἡμιπλίνθια, *dimidiati lateres*, vulgo iidem habentur atque πλίνθοι, *lateres*, qui scilicet formam exacte quadratam et quatuor latera aequalia praebeant. Plura Hemsterhus. ad Lucian. Contempl. 12 Tom. III pag. 390 ed. Bip. Sed Herodotei lateres eiusmodi minime fuerunt, ut verba post addita satis commonstrant; fuere enim illi formâ non usquequaque quadratâ, sed oblongâ, cum sex palmarum longitudinem, trium vero tantum latitudinem referrent (neque sex, quibus forma exacte quadrata efficeretur); sive, ut Schweighaeuseri utar verbis, „*in longiorem partem* ἐπὶ τὰ μακρότερα (sc. μέρη) *sex palmas metiebantur*, in *breviorem tres palmas*; ita ut duo talia ἡμιπλίνθια, alterum iuxta alterum posita, unius integrae πλίνθου figuram referrent.“

ἐπὶ μὲν τὰ μακρότερα, ποιέων ἑξαπάλαιστα κ. τ. λ.] Verba ἐπὶ τὰ μακρότερα, βραχύτερα, ὕψος ad triplicem dimensionem in longum, latum et profundum pertinere ex Barthelemyi observatione monet Larcherus, quem secutus est Schaefer. Sed vulgo aliter has voces accipiunt, eo quod Herodotus paulo inferius non omnibus lateribus par constituerit pondus, adeoque auri puri quatuor illos minoris dixerit ponderis quam reliquos, qui auro alia admixta haberent. Itaque quatuor illos breviores, longiores reliquos fuisse statuunt, idque verbis Herodoteis ἐπὶ μὲν τὰ μακρότερα et ἐπὶ δὲ τὰ βραχύτερα declarari contendunt, praeeunte Aemilio Porto in Lexic. Ionic. Ac dictu est difficile, cur Herodotus, qui scri-

ἑξαπάλαιστα· ἐπὶ δὲ τὰ βραχύτερα, τριπά
ὕψος δὲ, παλαιστιαῖα· ἀριθμὸν δὲ, ἑπτακαίδ
ἑκατόν· καὶ τουτέων, ἀπέφθου χρυσοῦ τέσσαρ

psit ὕψος, in antecedentibus non sit usus similibus substantivorum accusativis (v. c. μέγαθος, εὖρος) alias in hoc dicendi genere frequentissimis. Neque illud, vulgarem si interpretationem sequaris, explicandum, cur Herodotus non dixerit pro more suo: τὰ μὲν μακρότερα, sed ἐπὶ μὲν τὰ μακρότερα κ. τ. λ., ubi Schweigh. μέρη subaudiendum esse censet. De qua ellipsi plura Lambert. Bos. de ellipss. L. Gr. pag. 288 seqq.

ποιέων ἑξαπάλαιστα κ. τ. λ.] Bini libri probati exhibent: ἑξαπάλαστα, τριπάλαστα, παλαστιαῖα; quam scripturam commendat Phrynichus in Eclogg. s. v. παλαστή. Sed huius formae vestigia paene omnia obliterata esse, docet Lobeck. pag. 295. Cui praeter h. l. atque Odyss. I, 252 (ubi quibusdam placuit παλαιστήσασα) monumentumque Atticum Chandleri (p. 38 ubi exstat πεντεπάλαστον), nullum aliud illius formae vestigium oblatum est, vulgatae autem formae plurima exempla; ut eam h. l. deserere equidem non audeam. De plurali numero in hisce vocabulis idem monuit Lobeck. p. 640, de forma (in ιαῖος) pag. 544 seq. Tu add. Fischer. ad Weller. II pag. 166. 167.

ἀριθμὸν δὲ, ἑπτακαίδεκα καὶ ἕκατον] Minus accurate Diodorus XVI, 56 *centum* nit lateres, numerum opinor praeferens.

ἀπέφθου χρυσοῦ Quid sit ἄπεφθος χρ de disceptatur inter ctos. Salmasius (ii Plinn. pag. 762. 791 modo Larcherus idem telligi volunt, quod tur ἄπυρον, purum periatur sine coctio v. c. ex Pactolo, Ly aurifero, acquiri p usum sermonis ipsam giam opponit Schwe rus, qui ipse ad eam tationem inclinat, qua teste *Cr.*, protulerat in Lectt. Hesiodd. ca vers. 208. Purissi intelligit aurum i. e. coctum, igne optime p aurum ad obrussam, nius loquitur in Neron ἄπεφθον id ipsum dica cis aurum, quod sae ctum sit, ut inde fiat (vid. Schol. Thucydid coll. Suid. s. v. Etym p. 650, 35 et Pli XXXIII §. 19). Na sita est vox ex ἑφθός In quam sententiam op putavit, monente *Cr.*, ad Eckhel. Doctrin. nu I Prolegg. pag. XXIII cum ita sint, ab antiq rentii Vallae et Aemilii terpretatione, quam ea

τον ἡμιτάλαντον ἕκαστον ἕλκοντα· τὰ δὲ ἄλλα ἡμι-

---

cutus Schweigh. est, haud recedendum.

Auro huicce purissimo opponitur in seqq. λευκὸς χρυσὸς i. e. *albidum* s. *candidum aurum*, quod scilicet minus purum est, quod minus purgatum est multaque alia habet admixta, argentum inprimis ex illa veterum opinione, qua omni auro argentum inesse vario pondere scripsit Plinius Hist. Nat. XXXIII sect. 23. Tale aurum vocabant *Electrum* (ἤλεκτρον) illudque h. l. intelligendum esse post alios monuit Schneider. in Lex. Gr. s. v. De *Electro primarius* est Plinii locus in Hist. Nat. XXXVII, 7 sect. 11 p. 769 ed. Hard., quocum Cr. conferri vult ea, quae exposuerunt Eckhel. l. l. Prolegg. pag. XXIV seq. et Raoul-Rochette in Iournal d. Savans 1819 Apr. p. 208.

τρίτον ἡμιτάλαντον ἕκαστον ἕλκοντα] Omnes codices: τρία ἡμιτάλαντα i. e. *unum talentum cum dimidio alterius*. Quod certe mirari subeat, cum pondus eorum laterum, qui ex auro albido s. minus puro confecti erant, duorum talentorum fuisse dicatur, neque Herodotum credibile sit ignorasse, purum aurum gravius esse eo, cui argentum sit admixtum, quodque minus inde sit purum. Quam difficultatem ita tolli posse vulgo arbitrabantur, ut quatuor lateres auri puri multo breviores, reliquos longiores dicerent. Schweighaeus. et ante eum Fr. Chr. Matthiae in programmate, quod prodiit Francofurt. ad Moen. 1810 („Bemerkungen zu drei Stellen im Herodot, Cicero und Livius"), in Herodoto rescribi voluerunt τρίτον ἡμιτάλαντον, quod ipsum a Laurentio Valla dudum expressum erat hisce verbis: *duo talenta cum dimidio.* Recepit Gaisfordius, quem ipse secutus sum. Vix enim aliter Herodotum scripsisse persuasum habeo. Cum enim ἕβδομον ἡμιτάλαντον efficiat *sex talenta cum dimidio*, τέταρτον ἡμιτάλαντον *tria talenta cum dimidio*, hic quoque τρίτον ἡμιτάλαντον erit: *duo talenta cum dimidio.* Probat Grammaticus in Bekkeri Anecdd. I p. 306, 20, atque Aug. Matthiae in Gramm. Gr. §. 143, ubi de discrimine inter τρία ἡμιτάλαντα et τρίτον ἡμιτάλαντον monuit. Plura Casaubon. ad Theophrast. Character. VI pag. 93 seq. ed. Fisch. coll. Rose Inscriptt. pag. 203. Addit Cr. Pollucis testimonium in Onomast. IX, 54. Etymol. magn. pag. 744 et Didym. apud Priscian. p. 1347. 1350 (de figur. numer. cap. 2 pag. 208 ed. Lindemann.), The classic. Iourn. Vol. V pag. 334 seq. Idem de argumento consuli iubet peculiarem Wagneri scriptionem de Croesi hemiplinthiis, insertam Mercurio Novo Germanico 1802 Decemb. p. 295, quâ probatur ea, quam dedimus, loci interpretatio. Quam eandem unice veram pronun-

4 πλίνθια, λευκοῦ χρυσοῦ, σταθμὸν διτάλαντα. ετο δὲ καὶ λέοντος εἰκόνα χρυσοῦ ἀπ

tiat Völcker. (in iis, quae scripta olim communicavit cum Creuzero), si quidem solido ex auro fuissent lateres, quippe omnes pares et magnitudine et pondere. Sed hoc ipsum ex Herodoti verbis effici posse negat, apud quem lateres non ex auro fusi, sed malleo ducti ex auro confuso intelligi debeant; unde non solidos lateres, sed intus cavos auro purissimo tantum obductos fuisse contendit. At, dicat quis, lateres illi malleo ducti si cavi erant, auro puro tantum obducti, nec solidi auri; quidni idem de reliquis lateribus existimandum et ipsis malleo ductis? nam eodem modo hos quoque elaboratos fuisse, Herodoti verba dubitare non sinunt.

Sed iam alia haud scio an gravior exoritur difficultas in ipso pondere definiendo; cui solvendae me quidem haud parem esse confiteor. Monuit enim Wurm. (de pondd. numm. rationn. etc. pag. 49 not.) tum ex Attici pedis talentique magnitudine, tum ex ea lectione, quae 2½ talentorum pondus tribuit quatuor prioribus quadratis, redire nobis talentum, ex istis auri purioris quadratis computatum = 130 librae Parisinae, qualis ponderis nullum apud scriptores antiquos reperiatur talentum! Quare vel in numeris peccatum esse a librariis, vel de talenti palaestaeve gene-

re quodam nobis ign Herodotum existimat. malim hoc sumere, t nus ab Herodoto intell latere, indeque etiam ponderis aurei, quo his donariis efficitur, definiri posse. Prodit Diodorus XVI, 56, rodoteis vix concilian tentavit Larcherus, v quem laudat, Bart Mihi tamen istiusmod tationes videntur paru et firmae; hoc unum c habeo: summam auri que fuisse vim, m Croesi ac Lydorum di in proverbium illas abi se minime sit mirum.

ἐποιέετο δὲ καὶ λέ κόνα κ. τ. λ.] Haec e tia apud Priscianum loco laudato. Ubi cun atur κατεκάετο, hoc n co exstitisse putat Lin pag. 376. Cui recte, video, oblocutus est H (pag. 397 ibid.), quon τεκάετο Attica potius ac vulgaris dialecti. A mentum loci hoc teneri leonem a Croeso dedica e religione Lydorum, u reliqua sidera potissim spectanda. Pertinet e tio de Hercule, qui ve stirpis conditor olim fe pertinet eo illud, quo Gygis fabula (I, 12) mus, pertinent eo alia

5ἕλκουσαν σταθμὸν τάλαντα δέκα. οὗτος ὁ λέων, ἐπεί
τε κατεκαίετο ὁ ἐν Δελφοῖσι νηός, κατέπεσε ἀπὸ τῶν
ἡμιπλινθίων· ἐπὶ γὰρ τούτοισι ἵδρυτο· καὶ νῦν κεῖ-
ται ἐν τῷ Κορινθίων θησαυρῷ, ἕλκων σταθμὸν ἕβδο-
μον ἡμιτάλαντον. ἀπετάκη γὰρ αὐτοῦ τέταρτον ἡμι-
51 τάλαντον. Ἐπιτελέσας δὲ ὁ Κροῖσος ταῦτα ἀπέπεμπε
ἐς Δελφούς· καὶ τάδε ἄλλα ἅμα τοῖσι· κρητῆρας δύο
μεγάθεϊ μεγάλους, χρύσεον καὶ ἀργύρεον· τῶν ὁ μὲν 24
χρύσεος ἐκέετο ἐπὶ δεξιὰ ἐσιόντι ἐς τὸν νηόν, ὁ δὲ
2ἀργύρεος ἐπ' ἀριστερά. μετεκινήθησαν δὲ καὶ οὗτοι

---

infra I, 84 relata legimus. Nam ad solarem cultum siderumque venerationem leonem facere, quo solem signum Leonis in coelo intrantem designarint veteres, nunc satis constat. Haec sufficiant pauca in re, quae altioris est indaginis, quam ut hic copiose exponi queat, ubi ratio erat afferenda, cum leonem potissimum a Croeso Delphos missum, nec aliud quidpiam credibile sit. Tu consul. Creuzer. in Symbol. II pag. 230 seqq.

ἕλκουσαν σταθμὸν τάλαντα δέκα] In Bekkeri Anecdd. I p. 94, 26 haec leguntur: ἕλκει σταθμόν· ἀντὶ τοῦ ἄγει· ἐκβάλλουσιν ὡς ἀδόκιμον· Ἡρόδοτος πρώτῳ.

ἐπεί τε κατεκαίετο ὁ ἐν Δελφοῖσι νηός] A Phocensibus in bello sacro haec donaria ablata esse auctor est Diodor. XVI, 56. De templo Delphico flammis consumto Noster II, 180, ubi vid. not. Nam incidit hoc in Olymp. LVIII, 1 archonte Erxilide. Vetus templum a Trophonio atque Agamede exstructum ferebatur. Recens quod Amphictyonum iussu ab Alcmaeonidis exstructum est templum, priore splendidius ac magnificentius, supra urbem fuit situm amplisque vestibulis atriisve ornatum. Vid. Kruse Hellas II, 2 pag. 36. 37.

ἐπὶ γὰρ τούτοισι ἵδρυτο] Quod lateribus, nec alii basi solidae v. c. lapidi metallove solido leo iste superimpositus fuit, in eo respici volunt morem aedificandi, qui Sardibus omnino obtinuit, ubi singulae aedes non lapidibus, sed calamis vel lateribus coctis exstructae erant. Vid. Herodot. V, 101. Antholog. Br. II, 157. Hunc morem secutus Croesus leonis basin simili modo e lateribus effecit, verum non coctis, sed aureis. Quatuor lateres puri auri superiorem in basi locum, cui ipsi leo superstructus erat, tenuisse videntur, reliqui lateres inferiorem. — De Corinthiorum thesauro vid. nott. ad I, 14 coll. Plutarch. de Pyth. Oracc. p. 400, D. E.

ὑπὸ τὸν νηὸν κατακαίντα· καὶ ὁ μὲν χρύσεος
τῷ Κλαζομενίων θησαυρῷ, ἕλκων σταθμὸν ἔννα
τάλαντον καὶ ἔτι δυώδεκα μνέας· ὁ δὲ ἀργύρ
τοῦ προνηΐου τῆς γωνίης, χωρέων ἀμφορέας ἑξα
3ἐπικίρναται γὰρ ὑπὸ Δελφῶν Θεοφανίοισι.
μιν Δελφοὶ Θεοδώρου τοῦ Σαμίου ἔργον εἶ

Cap. LI.

ὑπὸ τὸν νηὸν κατακαίντα] Haud male Matthiae §. 565 not. 1 pag. 1113: „*gegen die Zeit, da der Tempel verbrannte.*" Conf. II, 36. Pausan. I, 23 §. 3 ibiq. Siebelis.

ἐπὶ τοῦ προνηΐου τῆς γωνίης] Infra VIII, 122 de Aeginetarum donariis, quae — ἑστᾶσι ἐπὶ τῆς γωνίης, ἀγχοτάτω τοῦ Κροίσεω κρητῆρος. — In antecedentibus attend. orationis abundantiam in verbis μεγάθεϊ μεγάλους, coll. II, 74. IV, 52 et similes quosdam Pausaniae locos, quos Siebelis. citat ad Pausan. II, 34 §. 11. Pro μεγάθεϊ aliquot libri μεγέθει et μεγέθεϊ, quod Ionum sermoni minus est accommodatum; conf. Greg. Corinth. de dialect. Ionic. §. 69 p. 468. Herodot. I, 202. 203, alia, quae in medium protulit Wesseling. — Ad locutionem ἐπὶ δεξιὰ (*zur Rechten*) conf. Matthiae Gr. Gr. §. 586, c p. 1169.

ἐπικίρναται γὰρ ὑπὸ Δελφῶν Θεοφανίοισι] Cum alias mentio fiat Θεοξενίων, quae Delphis fuerint peracta, idem hoc loco olim exstitisse suspicabatur Valckenaer., mutatum dein a librariis chris bus notiora fuerint ν νεια sive festum Ch Atque τὰ Θεοξένια phis solum celebrata (IX, 13 ibiq. Schwei saub. coll. Creuzer. p. 296 not. 16), ν etiam Graeciae locis, nis, Agrigenti etc.; videatur Pindarus C init. cum interprett. ro haec eo valere c ut loco moveant lecti rodoti libris omnibus tam. Nam apud Gra que Θεοφανίων festu intelligitur e Polluc. I, 1 §. 34 coll. Vit. Apollon. IV, 31. stimonia huius festi equidem ignoro.

φασὶ δέ μιν Δελφο ρου τοῦ Σαμίου ἔργο Plura de *Theodoro Sa* fice produnt veteres, men vix in unum eu virum cadere posse v Hinc viri docti binos huius nominis artifice rum alter maior natu id Rhoeci appellatur filius Daedalo Epeoque con quemque plasticen i multo ante Bacchiadas

ἐγὼ δοκέω, οὐ γὰρ τὸ συντυχὸν φαίνεταί μοι ἔργον εἶναι. καὶ πίθους τε ἀργυρέους τέσσαρας ἀπέπεμψε, οἳ ἐν τῷ Κορινθίων θησαυρῷ ἑστᾶσι· καὶ περιῤῥαντήρια δύο ἀνέθηκε, χρύσεόν τε καὶ ἀργύρεον· τῶν τῷ χρυσέῳ ἐπιγέγραπται, ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ, φα-

---

pulsos Plinius refert Hist. Nat. XXXV, 12 sect. 45. Architectum eundem fuisse alia declarant veterum testimonia. Alter Theodorus minor natu et ipse Samius, Teleclis filius, idem est, cuius et hoc loco fit mentio et infra III, 41 aliisque apud Pausaniam locis. Polycratis annulum ille fecerat; nam vixit huius *ipsius* tyranni indeque etiam Croesi aetate. Obiit Polycrates Olymp. LXIV, 3 s. 522 a. Chr.; calicem vero Delphos missum esse Ol. LVIII, 1 s. 548 a. Chr., ipsius Herodoti verba ostendunt. Consul. Sillig. in Artific. Catalog. s. v. p. 439 seqq. coll. 435 seqq., qui nostrum locum inprimis aptum habet, ex quo binos Theodoros artifices fuisse demonstrari possit, cum eam virtutem, quam prioris Theodori operibus abiudicet Pausanias X, 38, 3, Herodotus agnoscere videatur. De *Theodoro* disputavit etiam Boeckh. in Corp. Inscriptt. I, 3 pag. 872 seq.

τὸ συντυχὸν ἔργον] i. e. opus vulgaris fabricae, in quo nihil est, quod supra vulgaria artificum opera emineat.

καὶ περιῤῥαντήρια δύο] Pertinent haec ad sacras veterum lustrationes; sunt enim *aquaria* s. *labra*, non solum in templorum limine constituta purgationis causa (ut, qui accederent, aquâ consecrata se aspergerent), sed etiam in compitis ipsoque in foro Atheniensium; quod e lege intelligitur quadam apud Aeschin. adv. Timarch. §. 10, ubi quod Bremi de cancellis intelligit, intra quos nemini impuro intrare liceat, vereor, ut viro doctissimo assentiri possim. Rectius intellexit Io. Lomeier. in syntagm. de vett. lustratt. (Zutphan. 1700) cp. XXXV pag. 437 seq., ubi de variis huius vocis significationibus exposuit. Cr. confert Polluc. Onomast. I §. 8 cum interprett. §. 32 coll. van Dale de oracc. pag. 100 seqq. et Ioseph. Antiqq. Iudd. III, 6 §. 2. T. I p. 132 de Iudaeorum labris, in quibus sacerdotes manus ac pedes purgarent. — Nobis sunt *Weihwassergefässe*.

τῶν — ἐπιγέγραπται] Notetur relativi pronominis usus, cuius loco pronomen demonstrativum addita particula substituere possis. Monuit Struve Specim. Quaest. Her. pag. 27.

Λακεδαιμονίων] Istiusmodi genitivus absolute positus haud raro in artis operibus invenitur, ubi plerumque subaudiunt ἀνάθημα s. δῶρον; qua tamen ellipsi non opus esse mihi per-

μένων εἶναι ἀνάθημα· οὐκ ὀρθῶς λέγοντες.
καὶ τοῦτο Κροίσου. ἐπέγραψε δὲ τῶν τις
Λακεδαιμονίοισι βουλόμενος χαρίζεσθαι· του
μενος τὸ οὔνομα, οὐκ ἐπιμνήσομαι. ἀλλ' ὁ μ
δι' οὗ τῆς χειρὸς ῥέει τὸ ὕδωρ, Λακεδαιμονι
οὐ μέντοι τῶν γε περιῤῥαντηρίων οὐδέτερο
τε ἀναθήματα οὐκ ἐπίσημα πολλὰ ἀπέπεμψε ὁ
τοῖσι ὁ Κροῖσος, καὶ χεύματα ἀργύρεα κυκ
καὶ δὴ καὶ γυναικὸς εἴδωλον χρύσεον τρίπ
Δελφοὶ τῆς ἀρτοκόπου τῆς Κροίσου εἰκόνα

---

suasit Hermannus, cuius locum Cr. adscripserat (Überd. Behandl. d. Inschrift. pag. 191 seq.). — In seqq. verbis sensum magis quam grammaticam structuram Noster respexit; cum enim dixisset: φαμένων εἶναι ἀνάθημα· pergit: οὐκ ὀρθῶς λέγοντες κ. τ. λ., ubi exspectabas λεγόντων vel aliud quid.

Λακεδαιμονίοισι βουλόμενος χαρίζεσθαι] Una Aldina et quotquot inde fluxerunt: χαρίσασθαι. Mediceus ac reliqui libri χαρίζεσθαι, quod reduxit Wesselingius, a quo cur recesserint Schweigh. et Gaisf. libris invitis, nullam equidem idoneam perspicio causam. Rescripsi cum Matthiae χαρίζεσθαι. — Nomen hominis, quod celat Herodotus, *Aethum* fuisse auctor est Ptolemaeus in Photii Biblioth. Cod. 190 pag. 481.

ἄλλα τε ἀναθήματα οὐκ ἐπίσημα] i. e. *donaria minoris pretii.* Schweigh. qui vertit: „*nullo signata titulo* (donaria),“ h. l. haeret, cum simulacrum

istud aureum tricubi
mox memoratur, no
fuerit pretii. Sed l
ad ea, quae οὐκ ἐπ
cuntur, ex Herodoti
non referendum. —
quae ad sacram sup
pertinent, vasa viden
urnae ad libamina
in templis adhibitae,
ter lances ac patin
Onomast. VI, 84.
fert χεύματα.

τὸ Δελφοὶ τῆς ἀ
τῆς Κροίσου εἰκόν
εἶναι] Causam, cu
mulacrum dedicaverit
aperit Plutarchus de P
Opp. T. II pag. 401,
vatus enim fuit per ill
ris fidem, cum nove
nato pane eum inter
luisset. Quod ad i
ipsam attinet, iure h
plo, ut Cr. adnotat,
Hermannus in libro
pag. 205, quo scilicet
ret, „antiquissima ia
statuas extitisse, quae
mines repraesentaveri

εἶναι. πρὸς δὲ, καὶ τῆς ἑωυτοῦ γυναικὸς τὰ ἀπὸ τῆς
52 δειρῆς ἀνέθηκε ὁ Κροῖσος, καὶ τὰς ζώνας. Ταῦτα Quae item Amphiarao
μὲν ἐς Δελφοὺς ἀπέπεμψε. τῷ δὲ Ἀμφιάρεῳ, πυθόμενος αὐτοῦ τήν τε ἀρετὴν καὶ τὴν πάθην, ἀνέθηκε σάκος τε χρύσεον πᾶν, ὁμοίως καὶ αἰχμὴν στερεὴν πᾶσαν χρυσέην, τὸ ξυστὸν τῇσι λόγχῃσι ἐὸν ὁμοίως χρύσεον· τὰ ἔτι καὶ ἀμφότερα ἐς ἐμὲ ἦν κείμενα

---

ipsum fuerant qui in disceptationem vocarent. Alii denique vocabulum ἀρτοκόπος damnarunt, ut Phrynich. in Eclogg. p. 222 Lob. ἀρτοκόπος, ἀδόκιμον. χρὴ δὲ ἀρτοπόπος ἢ ἀρτοποιὸς λέγειν; ubi tamen Lobeckio pag. 223 persuasum est, vocem ἀρτοκόπος postremo loco reponi debere, et ἀρτοποιός primo loco; in quo ille utitur Herodoteis locis I, 51 et IX, 82, nisi omnino Grammaticum, ut alibi, ita hic quoque rariora vocabula locutionesve iniuria vituperasse credideris. Et occurrunt ἀρτοκόποι s. pistores in Persarum quoque aula regia; vid. Xenophont. Hellen. VII, 1, 26 coll. Cyropaed. V, 5, 39. Unde apud Iuvenalem Sat. V, 72 *Artocopi* retineri malim, lubensque ad Weberi nuperrimi editoris sententiam accedo, hoc de loco copiosius scribentis. Ad significationem ἀρτοποιὸς non distare ab ἀρτοκόπος, eo minus dubitari poterit, cum Athenaeus IV, 15. 41 alterum Herodoti locum respiciens scripsit ἀρτοποιός pro ἀρτοκόπος.

τὰ ἀπὸ τῆς δειρῆς ἀνέθηκε ὁ Κροῖσος, καὶ τὰς ζώνας] τὰ ἀπὸ τῆς δειρῆς sunt *monilia*, *collo uxoris detracta*, ne quid scilicet Apollini negasse videretur, ut existimat Wesselingius, apte admonens Athenaei VI p. 232 de simili quodam dono, et Eustathii ad Homer. Odyss. p. 453, 23 Basil.

Cap. LII.

πυθόμενος αὐτοῦ τήν τε ἀρετὴν καὶ τὴν πάθην] Spectant haec ad ea, quae de Amphiarai fatis Graeci ferebant. Vid. supra ad I, 46.

τὸ ξυστὸν τῇσι λόγχῃσι ἐὸν ὁμοίως χρύσεον] τὸ ξυστὸν est *hasta*, s. *hastile*; ἡ λόγχη *hastae spiculum* s. *cuspis*, ut VII, 69. 77. Add. Ammon. de differentt. vocabb. pag. 100 ibiq. Valcken. Animadvss. p. 170 et quae alia laudat Wesseling.

κείμενα ἐν Θήβῃσι, καὶ Θηβαίων ἐν τῷ νηῷ] Barthius maluerat κείμενα ἐν θήκῃσι Θηβαίων; perperam, ut bene vidit Wesseling. Nam θήκη est *bustum*, *loculus* (vid. II, 67 ibiq. nott.), minime vero, ut Barthius arbitratus est, *thesaurus* rerumque sacrarum favissa. Nec magis necessarium, quod Reiskius proposuit: καὶ Θηβέων, cum huiusmodi transitus

ἐν Θήβῃσι, καὶ Θηβαίων ἐν τῷ νηῷ τοῦ Ἰσμηνίου Ἀπόλλωνος.

53 Τοῖσι δὲ ἄγειν μέλλουσι τῶν Λυδῶν ταῦτα τὰ δῶρα ἐς τὰ ἱρὰ ἐνετέλλετο ὁ Κροῖσος ἐπειρωτᾶν τὰ χρηστήρια, εἰ στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας Κροῖσος, καὶ

Utriusque oraculi de bello Persis inferendo responsa.

---

ab urbium nominibus ad earum incolas haud raro occurrant. — Particulam καὶ (ἐν Θήβῃσι, καὶ Θηβαίων) non copulativam h. l. esse sed explicativam (*idque*, *eaque*) monet vir doctus in Mém. de l'Acad. d. Inscript. T. VII (Paris. 1824) pag. 39. Nam Thebis *et quidem* in Apollinis templo reposita esse donaria. De Θήβῃσι (pro Θήβαις) ubi modo additur vocula ἐν, modo omittitur, consul. Schaefer. ad Lambert. Bos. de Ellips. pag. 699. *Cr.* addit Bast. Lettre critiq. pag. 152.

ἐν τῷ νηῷ τοῦ Ἰσμηνίου Ἀπόλλωνος] Qui peculiare Amphiarai sacellum Apollinis in templo Thebano fuisse existimant, iis videtur adversari Nostri locus VIII, 134. Qua propter malim statuere, haec donaria antiquitus in Amphiarai templo, ubi oraculum erat (vid. I, 46) collocata fuisse, et temporum decursu Thebas ablata ibique Apollinis Ismenii in templo, ubi et ipsum fuit oraculum, reposita et Herodoti ad aetatem usque servata. De *Apolline Ismenio* alibi dicemus.

Cap. LIII.

εἰ στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας Κροῖσος, καὶ εἴ τινα στρατὸν ἀνδρῶν προσθέοιτο φίλον] Unus liber στρατεύοιτο, quod aeque reiecimus atque προσθέηται, ut olim impressum legebatur, probatum Schaefero ad Lambert. Bos. de Ellipss. L. Gr. pag. 754 et Werfer. in Actt. phill. Monacc. I pag. 231 iisdem de causis, propter quas supra I, 46 optativum ἐπιχειρέοι in coniunctivum ἐπιχειρέῃ mutatum voluerant. Equidem optativum, a melioribus libris commendatum, praefero propter vim potentialem, cum in coniunctivo qui antecedit, deliberandi notio insit. Itaque cum Hermanno (ad Viger. pag. 947) sic verto: „*an deberet bellum inferre Persis et an posset sibi aliquos socios adiungere.*" Nec aliter Matthiae, tum in Grammat. Gr. §. 516, 3 pag. 985, tum in nota ad h. l.: „εἰ στρατεύηται, *ob er ziehen sollte*, *an ipsum expeditionem facere iuberet* sc. deus; εἰ προσθέοιτο, *an fieri posset*, *ut sibi adiungeret socios;* quippe quâ de re adhuc dubitari poterat, an ipsi succederet. Satis opinor ex his apparet, optativo in coniunctivum mutato aliam prorsus loci fore sententiam eamque vix aptiorem. Aliam interpretandi rationem proposuit Matthiae, quâ orationem obliquam cum recta mixtam et confusam esse

2εἴ τινα στρατὸν ἀνδρῶν προσθέοιτο φίλον; Ὡς δὲ ἀπικόμενοι ἐς τὰ ἀπεπέμφθησαν οἱ Λυδοὶ ἀνέθεσαν τὰ ἀναθήματα, ἐχρέωντο τοῖσι χρηστηρίοισι, λέγοντες· „Κροῖσος, ὁ Λυδῶν τε καὶ ἄλλων ἐθνέων βασι„λεύς, νομίσας τάδε μαντήϊα εἶναι μοῦνα ἐν ἀνθρώ„ποισι, ὑμῖν τε ἄξια δῶρα ἔδωκε τῶν ἐξευρημάτων, „καὶ νῦν ὑμέας ἐπειρωτᾷ, εἰ στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας, „καὶ εἴ τινα στρατὸν ἀνδρῶν προσθέοιτο σύμμαχον;“ 3Οἱ μὲν ταῦτα ἐπειρώτεον. τῶν δὲ μαντηΐων ἀμφοτέρων ἐς τὠυτὸ αἱ γνῶμαι συνέδραμον, προλέγουσαι Κροίσῳ, ἢν στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας, μεγάλην ἀρχήν μιν καταλῦσαι. τοὺς δὲ Ἑλλήνων δυνατωτάτους συνεβούλευόν οἱ ἐξευρόντα φίλους προσθέσθαι.

54 Ἐπεί τε δὲ ἀνενειχθέντα τὰ θεοπρόπια ἐπύθετο ὁ Κροῖσος, ὑπερήσθη τε τοῖσι χρηστηρίοισι· πάγχυ τε ἐλπίσας καταλύσειν τὴν Κύρου βασιληΐην, πέμψας αὖτις ἐς

Croesi gaudium, et in singulos Delphos liberalitas, remunerantes rursus Croesum et Lydos.

---

statuendum sit. — De optativi forma προσθέοιτο consul. Matth. Gr. Gr. §. 213 not. 3 pag. 407.

μεγάλην ἀρχήν μιν καταλῦσαι] Exstat oraculi versus in Diodori Excerptt. VII §. 28 (Tom. II p. 25 nov. script. coll. ed. Mai.):

Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς, μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει.

Quae Cicero de divinat. II, 56 ita reddidit:

„Croesus Halym penetrans, magnam pervertet opum vim.“

Ubi plura alia veterum testimonia citavit Davisius. Namque ob ambiguum sensum oraculi versus valde celebratus per omnem antiquitatem. — καταλῦσαι reliqui, quamvis quidam libri καταλύσειν, quod idem sequenti capite omnes praebent, uno Sancrofti libro excepto, in quo καταλῦσαι.

Cap. LIV.

πέμψας αὖτις ἐς Πυθὼ Δελφοὺς δωρέεται] Wesseling. laudat Schol. ad Homer. Iliad. IX, 405, ubi haec: Πυθώ, πόλις Φωκίδος, ἧς οἱ οἰκήτορες Δελφοί. Πυθὼ nomen est tum de loco sive sede oraculi, tum de serpente, quem illic Apollo interfecisse fertur, usitatum; quod dudum observavit Spanhem. ad Callimach. H. in Apollin. vs. 100. Hoc loco, ubi Herodotus distinguit inter Πυθὼ et Δελφοὺς, illud de templi atque oraculi sede intelligendum, hoc de incolis il-

Πυθῶ, Δελφοὺς δωρέεται, πυθόμενος αὐτῶν τὸ πλῆθος, κατ' ἄνδρα δύο στατῆρσι ἕκαστον χρυσοῦ. Δελφοὶ δὲ ἀντὶ τούτων ἔδοσαν Κροίσῳ καὶ Λυδοῖσι προμαντηΐην καὶ ἀτελείην καὶ προεδρίην, καὶ ἐξεῖναι

---

lius regionis adeoque urbis, quam illic exstitisse tradunt. De urbe ipsâ *Δελφοὺς* posteriori tantum aevo dici contendit Gail., priori aevo de vicis viginti duobus circa oraculi sedem sparsis eorumque incolis (coll. Schol. Thucydid. I, 112) intelligi debere; *Πυθῶ*, quo oraculi sedes ac locus antiquitus indicatur, eodem antiquo aevo de urbe accipi posse idem negat, qualis nimirum illa Strabonis aetate demum (cf. ibid. IX p. 640) aut Iustini exstiterit. Conf. eius Atlas, contenant les cartes relatives à la Géograph. d'Herodot. etc. (Paris. 1825) Observv. Prelimin. p. XII. Nunc illa loca occupat vicus, cui nomen *Castri*. De quo C. O. Müller. in Orchomen. p. 494 coll. 146 seq. et Kruse Hellas II, 2 p. 44 seq. Inprimis vero consulendi sunt Dodwell. in itiner. Graec. (I, 1 p. 225 version. vernac.) et Pouqueville in itiner. Graec. (II pag. 14 sqq. version. vernac.).

προμαντηΐην καὶ ἀτελείην καὶ προεδρίην] *Ἀτελείην* meliores codices, quos recentt. editt. secuti sunt. Alii *ἀγγελίην*. Reizius vero: *ἀτεληΐην* Ionum ex more nec refragante Valckenario, qui uno eodemque modo haec et alia istiusmodi scribi vult. Conf. III, 67. IX, 72. Quod in Herodoto fieri non posse, persuasit mihi Schweighaeuserus, prioris editoris hanc repetens sententiam, quam vel hoc loco repeti non gravabuntur lectores: „Plane cognovi Herodotum perinde ac ceteros scriptores Graecos, dialectum ad grammaticam *ἀκρίβειαν* non ea exegisse, qua vulgo creditur constantia atque perpetuitate.“ Quare nos etiam in hisce meliores codices semper secuti sumus, a quorum auctoritate in hisce unice standum, nisi temere criticam factitare velis. Atque Matthiae in annotat. ad Nostri II, 87 hanc sibi posuit regulam, ut substantiva ab adiectivis in —*ης* desinentibus, quae genitivum in *εος* declinant, derivata, formam habeant *ειη*. Unde sequitur, probum esse, quod hoc loco legitur *ἀτελείην*, ut I, 73 *ἀεικείη*, etc.

προμαντεία, quae Croeso est tributa, eo valuit, ut primae in consulendo oraculo partes illi deferrentur. Ac plura exstant testimonia, quibus intelligitur, plerumque non nisi ab Amphictyonibus hoc ius cuiquam tribui potuisse, quippe penes quos omnis fuerit templi atque oraculi cura. Sed ipsos Delphos

τῷ βουλομένῳ αὐτέων γενέσθαι Δελφὸν ἐς τὸν ἀεὶ
55 *χρόνον. Δωρησάμενος δὲ τοὺς Δελφοὺς ὁ Κροῖσος,* **Pythia quid responderit Croeso tertium consulenti de imperii sui diuturnitate.**
ἐχρηστηριάζετο τὸ τρίτον. ἐπεί τε γὰρ δὴ παρέλαβε τοῦ μαντηΐου ἀληθηΐην, ἐνεφορέετο αὐτοῦ. ἐπειρώ-

---

quoque idem exercuisse ius, alia evincunt testimonia; quod quomodo secum conciliari possit in tanta huius rei obscuritate vix quisquam dixerit. Plura Saint-Croix: Des anciens gouvernem. féderatifs p. 277. 278 et Tittmann.: Über den Bund der Amphictyon. pag. 179 seq.

Sequitur *ἀτέλεια*, quae cum *προμαντείῃ* coniuncta reperitur III, 67 et cum *προεδρίῃ* IX, 72. Alia exempla ex inscriptionibus protulerunt Gronovius et Wesselingius. De immunitate eorum, qui cum peregrini Delphis consedissent, tributo liberati sunt, dicitur *ἀτέλεια* apud Demosthen. Orat. advers. Leptin., ubi Cr. amandat ad Fr. A. Wolfii Prolegg. pag. LXXI. Sed ad nostrum locum magis facere videntur, quae Strabo IX p. 418 s. p. 641, A retulit: quotquot peregrini Delphicum oraculum consulerent, eos vectigal quoddam, ab Amphictyonibus constitutum, Crissaeis et Amphissaeis pendere coactos fuisse. A quo vectigali Lydos exemtos fuisse perquam fit probabile.

προεδρία hic intelligitur ius in solemnibus ludis, in Apollinis honorem institutis, primo ordine sedendi indeque ludos spectandi. Quod genus honoris alibi quoque frequens reperitur. Ac praeterea Lydis hoc tribuerunt Delphi, ut, quicunque vellet, in omne tempus Delphorum unus fieret, i. e. in urbem reciperetur, agros possidere posset, alia iura acciperet, excepto tamen opinor ipso civitatis (*τῆς πολιτείας*) iure. Similia quaedam in Graecarum civitatum foederibus Larcherus laudat ex Xenophont. Hellen. I, 2, 7 et Demosthen. pro Coron. p. 487, E. Cr. de his privilegiis consuli vult Van Dal. in Dissertat. Antiqq. VI p. 442 — 445.

Cap. LV.

ἐνεφορέετο αὐτοῦ] i. e. *implebat se eo* (oraculo) s. *largiter in eo consulendo sibi indulsit.* Similem locum e Plutarch. Cicer. cap. 19 (al. 20) affert Schweigh. in Lexic. Herodot. s. v. Sed plura de verbi notione, tum propriâ de iis, qui cibo aut potu avidius fruuntur, tum translatâ de iis, qui in aliis quoque rebus cum simili aviditate agunt, ubi secundus casus adponitur, disputavit Lennep. ad Phalarid. Epist. p. 26. Ubi dativum adsciscit, *implicandi* notione redditur; vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 587. — In antecedentt. haud mutavi *ἀληθηΐην*, quamvis libri nonnulli *ἀληθείην*. Articulus *τὴν*, quem adiecerat Schaeferus, a libris quidem abest, sed opportune addi posse videtur Schweig-

τα δὲ τάδε χρηστηριαζόμενος, εἴ οἱ πολυχρόνιος ἔσται ἡ μουναρχίη. ἡ δὲ Πυθίη οἱ χρᾷ τάδε·

Ἀλλ' ὅτ' ἂν ἡμίονος βασιλεὺς Μήδοισι γένηται,
καὶ τότε, Λυδὲ ποδαβρὲ, πολυψήφιδα παρ' Ἕρμον

---

haeusero, qui in Schellershemiano libro aliquid ante τοῦ erasum invenerat, quod τὴν fuisse suspiceris licet.

εἴ οἱ πολυχρόνιος ἔσται] Ubi deliberativo coniunctivo (conf. I, 46. 53 ibiq. nott.) non opus sit, indicativum reperiri docet Werfer. in Actt. phill. Monacc. I p. 232, hoc loco apposito. De quo *Cr.* conferri iubet Hermann. ad Viger. de idiotism. p. 947.

ἡ δὲ Πυθίη οἱ χρᾷ τάδε] „Oraculum hocce retulerunt Dio Chrysostom. XIII p. 220 et Schol. Platon. pag. 188 ed. Ruhnk.“ *Cr.* Invenitur etiam in Diodori Excerptt. §. 29 Tom. II p. 25 (nov. scriptorr. collect.) ed. Mai. —

In primo versiculo cum Gaisfordio dedimus ὅτ' ἂν — γένηται (*quando — progenitus fuerit*), ubi male unus liber γίνηται. Ad ὅτ' ἂν vid. Thiersch. Griech. Grammat. §. 322 nr. 10 pag. 616. In altero versu valde nobis arridet Porsoni (Advers. p. 311) emendatio δὴ τότε pro καὶ τότε reponentis; quam tamen invitis libris scriptis ac reprobantibus Rufino (cuius locum attulit *Cr.* de Metr. Comic. f. CXLV, b ed. Paris. coll. Bast. Commentat. palaeograph. ad Gregor. Corinth. p. 826) et Scholiastâ Platonico reponere non sumus ausi. Sed scripsimus πολυψήφιδα cum recentt. editt., ubi vulgo πολυψηφῖδα aut πολυψηφίδα, quod idem praebet Diodorus l. l. „Invenitur haec clausula in Athen. XIV p. 630. Euseb. Praepar. Evang. V, 24 in Platon. Re publ. VIII, 16 p. 566. Aliam e Prisciano lectionis varietatem exhibet Lindemann. in Epist. praemissâ Prisciani Opp. minorr. (Leid. 1818) pag. XXI. — Pro μηδὲ in tertio versu exstat etiam μὴ δὲ, de quo Bast. l. l.“ *Cr.*

ἡμίονος βασιλεὺς Μήδοισι γένηται] Quo sensu Cyrus dicatur ἡμίονος s. *mulus*, declaratur infra I, 91, ubi vid. Alia ad h. l. Platonis disputat Scholiasta, quae malim apud ipsum legi. „Simile quoddam in Arabum fabulis, quibus nomen *Tausend und eine Nacht*, narratur de Hind., quae Naamani est filia, Hedschacho, Mesopotamiae praefecto nupta. Nam *misellum ex se mulum procreatum iri* conqueritur; quo dicto ipsa maritum suum cum asino comparaverat. Unde is cum eo protinus divortium facit. Vid. Tausend u. e. Nacht von Jos. v. Hammer II p. 167.“ *Cr.*

Λυδὲ ποδαβρὲ] ποδαβρὸς dicitur, qui pedibus est tener, mollis; mox vero de quavis mollitie et luxuria dicitur; quâ ipsâ Lydos male notos fuisse con-

φεύγειν, μηδὲ μένειν, μηδ᾽ αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι.

56 Τούτοισι ἐλθοῦσι τοῖσι ἔπεσι ὁ Κροῖσος πολλόν τι μάλιστα πάντων ἥσθη, ἐλπίζων ἡμίονον οὐδαμὰ ἀντ᾽ ἀνδρὸς βασιλεύσειν Μήδων· οὐδ᾽ ὦν αὐτὸς, οὐδὲ οἱ ἐξ αὐτοῦ, παύσεσθαί κοτε τῆς ἀρχῆς. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐφρόντιζε ἱστορέων, τοὺς ἂν Ἑλλήνων δυνατωτάτους ἐόντας προσκτήσαιτο φίλους. ἱστορέων δὲ, εὕρισκε Λακεδαιμονίους καὶ Ἀθηναίους προέχον-

Croesi gaudium auctum, et consilium de adiungenda sibi Graecorum amicitia. Lacedaemonii, oriundi ab Hellenibus, principes generis Dorici; Athenienses, a Pelasgis, Ionici. Hellenicae gentis variae sedes

---

stat. Apud Hesychium ἁβρὰ βαίνων est τρυφερόβιος; quae citans Wesseling. addit Themist. Or. XIX p. 226, D: ἀλλὰ τρυφῆς ἦν καὶ οὐκ ἀρετῆς ὁ ποδαβρὸς ἐπωνυμία, et Euripid. *Troad.* 506. „Apud Dionys. *Halicarnass.* de compos. *verbb.* p. 390 ed. Schaef. exstat ἐλαφρὰ ποδῶν. Conf. Bast. l. l.“ Cr.

πολυψήφιδα παρ᾽ Ἕρμον] *Hermus* fluvius in Phrygiae montibus ortus, per Sardium campos inde labitur, auctusque Pactolo in maris Aegaei sinum Smyrnaeum sese effundit. Nunc ei nomen *Sarabat* s. *Kedous*, ut Larcher. monet. Tu conf. I, 80. V, 101 Pausan. V, 13 §. 4. Tzschuck. ad Pompon. Mel. I, 17 §. 2. — In seqq. imperativi loco infinitivum poeta adhibuit; de quo usu conf. Matth. Gr. Gr. §. 546, ne plura.

Cap. LVI.

ἐλπίζων — οὐδαμὰ] Vulgo οὐδαμᾶ. Nos Gaisf. et Matth. secuti sumus. Ac bini libri οὐδαμὰ, unus οὐδαμῇ.

τοὺς ἂν Ἑλλήνων δυνατωτάτους ἐόντας προσκτήσαιτο φίλους] Particulam ἂν, in uno libro omissam, eiici vult Werfer. in Actt. phill. Monacc. I p. 257 cum neque ad ἐόντας neque ad προσκτήσαιτο particulâ potentiali sit opus. Sed iure particulam retinent reliqui libri et scripti et editi.

ἱστορέων δὲ, εὕρισκε Λακεδαιμονίους κ. τ. λ.] Sequitur hic longior digressio, non illa quidem aliena ab universi operis consilio, sed alius fere generis atque ea, quam supra I, 23 seqq. narrationi Noster inseruerat. Cum enim hoc sibi omnino propositum habeat, ut Persarum res eversas Graecosque ipsos summa cum laude in libertatem vindicatos ostendat, quaecunque alia hoc in opere narrantur, ea hanc unam ob causam narrari videntur, quod scriptoris consilium adiuvant meliusque declarant. Hinc vel ea, quae ad antiquissimum Graeciae statum, Lacedaemoniorum atque Atheniensium, quae principes fere tunc temporis in Graecia civitates, cognoscendum valent, ita narrantur, ut non de industria, sed oblata occasione, ubi tale quid omittere nefas vi-

ταϛ, τοὺϛ μὲν τοῦ Δωρικοῦ γένεοϛ, τοὺϛ δὲ τοῦ 3'Ιωνικοῦ. ταῦτα γὰρ ἦν τὰ προκεκριμένα ἐόντα τὸ 26
ἀρχαῖον· τὸ μὲν, Πελασγικόν· τὸ δὲ, Ἑλληνικὸν

---

deri queat, referantur. Neque etiam, quae utriusque huius civitatis fuerit conditio usque ad Persica bella, continuo hic adiicitur, nimirum post I, 69, ubi ad primarium narrationis argumentum a digressione redit auctor, sed multo infra, alia opportuna narrandi occasione oblata V, 39—55. De quibus digressionibus Creuzer. dixit in libro: Die histor. Kunst der Griech. pag. 142 seq. coll. p. 273 seq.

Caeterum praetermitti non debet, verba Nostri *ταῦτα γὰρ ἦν τὰ προκεκριμένα ἐόντα* usque ad cap. 69 init. omnia desiderari in Sancrofti libro et in aliis quibusdam; unde haec omnia non ab Herodoti manu profecta, sed a librariis adscripta esse perperam nonnulli arbitrati sunt. Sed, alia ut taceam ab aliis dudum prolata, videtur hunc locum in suo Herodóteo libro legisse Aristid. scholiasta a Frommelio nuper evulgatus, pag. 33. — „In seqq. pro *ἐόντα* Dobraeus coniecit *ἔθνεα*, non improbante Porsono; vid. Tracts pag. 260.“ Cr. Sed refragantur codices.

ταῦτα γὰρ ἦν τὰ προκεκριμένα ἐόντα τὸ ἀρχαῖον κ. τ. λ.] i. e. „*hae enim gentes antiquitus praecipuae habebantur, altera Pelasgica, altera Hellenica.*“ Ubi e seqq. intelligitur, *τὸ μὲν* pertinere ad Athenienses, quos Pelasgicae stirpis esse auctoris fert sententia, *τὸ δὲ* ad Lacedaemonios, qui, cum Doricae sint stirpis, ad Hellenicum genus pertinent. Illam gentem (Pelasgicam) nuspiam commigrasse refert, alteram vero (Dores) multum vagatam esse. Est haec Herodoti sententia, nisi prava interpretatione sententiam detorquere aut ipsum scriptorem erroris incusare velis. Tractavit huius capitis argumentum post alios C. O. Müllerus (in Dorr. I p. 17 seqq.), illud statuens: quae hic prodita legantur, minime ex antiquis *fontibus* ac traditionibus fluxisse, verum ex ipsius Herodoti studio cogitandique ratione hunc in modum prodi; quippe qui scriptor sic fere varias antiquitatis traditiones ac notiones in ordinem quasi redigere atque conciliare inter se studuerit. Quae aliis diiudicanda relinquo; Herodoto enim melius me has res perspicere minime equidem mihi sumam; neque intima eius sensa, reconditas cogitationes mihi hunc in modum patere confiteor. At dicendum est de Larcheri disputatione (Tab. chronol. Tom. VIII §. XI p. 262 seq.), quâ Athenienses falso ab Herodoto Pelasgos dici statuit, quamvis aliis locis (II, 51. VII, 94. VIII, 44) eandem ille professus esse videatur sententiam. Quippe coniunctum hoc

ἔθνος. καὶ τὸ μὲν, οὐδαμῇ κω ἐξεχώρησε· τὸ δὲ,

---

est cum eo, quod Pelasgos nunquam solum mutasse, Hellenes vero multum pervagatos esse tradunt; quod ipsum iam ad universam illam de Pelasgorum atque Hellenum originibus quaestionem pertinet, de qua referre longum est, certi quid definire difficillimum. Quare quae ad scriptoris nostri intelligentiam nonnihil facere possint, ea pauca hic adnotabimus. Qui primum diserte monet, diversi generis esse Pelasgos atque Hellenes; in quo postea adversatus est illi Dionysius Halicarnass. Antiqq. *Romm.* I, 17 p. 45 ed. *Reisk.* haec scribens: *ἦν γὰρ δὴ καὶ τὸ τῶν Πελασγῶν γένος Ἑλληνικὸν, ἐκ Πελοποννήσου τὸ ἀρχαῖον.* Ac plures viri docti hoc Dionysii testimonium secuti sunt, in quibus praecipue Vater. ad Adelung. Mithridat. II p. 382 seqq. 392 seq. consuli vult *Cr.*, atque Herbert. Marh. in Horr. Pelasgg. (Cantabrig. 1815), qui itidem Pelasgos et Hellenes pro una eademque stirpe haberi contendit. Quibus quodammodo accenseri poterit Raoul-Rochette (Histoir. de l'Etabliss. d. colon. Grecq. I p. 11), ubi discrimen inter utramque gentem non tale esse monet, quale plerisque videatur. Et alio loco (ibid. I p. 141 seq.) Pelasgos statuit indigenam Graeciae gentem esse vel certe eam, cuius primae in Graecia, antiquissimo certe aevo, fiat mentio. Quo cautius de his disputat Beck. in Allgemein. Weltgesch. I p. 348. 807 ed. secund. Qui primitus quidem diversi generis utramque fuisse gentem concedit Tittmann. (de Amphictyonn. p. 113 seqq.), postea tamen mutuae cognationis haud pauca vestigia reperiri contendit. Quum enim prius Pelasgorum gens prae reliquis excelluerit eiusdemque nomen plerisque fere Graeciae gentibus fuerit commune, postea Hellenum nomen invaluisse censet non minus vi atque armis quam consuetudine mutuoque commercio; in quo ipso vestigium apparere linguae Pelasgicae atque Hellenicae non valde diversae. Utut est, mihi certe potior videtur Herodoti auctoritas prae Dionysii, qui multo post vixit, testimonio Hellenesque inde et Pelasgos probe distinguendos esse censeo. Tu vid. Thucydid. I, 3. Kruse. Hellas I pag. 403. 414 seqq. 416. 453. 461 sqq. ac de Pelasgorum nomine ibid. p. 437.

καὶ τὸ μὲν, οὐδαμῇ κω ἐξεχώρησε] Haec verba de Pelasgis intelligenda, admodum exercuerunt viros doctos, cum multa apud veteres tradita reperiamus de Pelasgorum commigrationibus, quae omnia proferre putidum est. Unum excitabo Strabonem, qui Pelasgos vocat *πολύπλανον ἔθνος καὶ ταχὺ πρὸς ἀναστάσεις* (XIII p. 621 s. 922, C); cui addit Cr. Eustathii locum insignem ad Homeri Odyss. XIX p. 690, 30 ed. Basil. *περιώνυμον δὲ*

4 πούλυπλάνητον κάρτα. ἐπὶ μὲν γὰρ Δευκαλίωνος

τὸ τῶν ἁπλῶς Πελασγῶν φῦλον καὶ πολυσπερὲς διὰ τὸ πλανητικόν; coll. fragmm. Historr. p. 41. Quae igitur Pelasgis tribuunt Strabo, alii, ea ab Herodoto Hellenibus tributa videmus; nam Herodoti verba, ut quibusdam olim visum est, ad Pelasgos referre, quo Strabo atque Herodotus secum concilientur, non sinunt linguae leges, neque ipse Stephanus Byzantin. s. v. *Δώριον* p. 746, recte hunc locum accipiens. Quare Wesselingius Herodotum non de universa Pelasgorum natione hic loqui censet, sed de Atheniensibus tantum, qui a Pelasgis genus duxerint. Cum enim latissime pateat Pelasgorum gens, eos solos ab Herodoto commemorari credibile est, qui ad Atticam pertineant eamque terram ab antiquissimo aevo tenuerint, unde indigenae sive autochthones sint appellati; qua quidem appellatione Athenienses prae reliquis Graecis insignes voluisse neminem fugit. Unde non multum differt, si Pelasgos Atticae terrae fines ingressos prisco aevo et cum indigenis in unam fere gentem coaluisse dixeris; quo ducit Herod. II, 51 coll. (ut *Cr.* monet) C. O. Müller. in Orchomen. pag. 439 seq. 129 seq. Nam terra Attica commigrationes incolarum minus est perpessa, teste Thucydide 1, 2 fin.; ex quo haud scio an Nostro patrocinari possis, apud quem eundem VII, 161 Athenienses dicuntur ἀρχαιότατον μὲν ἔθνος παρεχόμενοι, μοῦνοι δὲ ἐόντες οὐ μετανάσται Ἕλληνες. Haec sufficiant ad Herodoti testimonium probandum. Add. Raoul-Rochette l. l. I pag. 140 seq. Undenam vero hi Pelasgi in Graeciam ipsam devenerint, quibus maioribus orti, quae ipsius nominis ratio, nolim nunc disquirere; nam ad liquidum haec unquam perduci posse despero. Quam in rem *Cr.* laudat Niebuhr. in Histor. Rom. I p. 35. 67 seq. Sturz. de dialect. Alexandr. pag. 9 not. (de Pelasgorum originibus), et Platner. Beyträg. z. Kenntniss des Attisch. Rechts pag. 12 not., qui duplicem Pelasgorum in Atticam distingui vult migrationem; priorem, quae h. l. et II, 51. VIII, 44 commemoretur, posteriorem, de qua VI, 137, tempore migrationum Aeolensium, ut Strabo testetur IX p. 391 ed. Tzch. Ab his Pelasgis serius immigratis moenia, quae vulgo Pelasgica dicuntur, esse constructa (coll. Meurs. Cecrop. 5. Atticc. Lectt. 6, 1) idem statuit Platner.

τὸ δὲ πουλυπλάνητον κάρτα] πουλυπλάνητον recurrit III, 38, ut ex Koen. ad Gregor. Corinth. de dial. Ion. §. 12 laudat *Cr.* Hoc loco Ionicam formam in ου una exhibet Aldina editio, unus offert liber πολυπλάνητον itemque III, 38 πολύ; unus πολλυπλάνητον. Dores vero quod πουλυπλάνητοι dicuntur, testis est tota fere

βασιλῆος οἴκεε γῆν τὴν Φθιῶτιν· ἐπὶ δὲ Δώρου τοῦ Ἕλληνος, τὴν ὑπὸ τὴν Ὄσσαν τε καὶ τὸν Οὔλυμπον χώρην, καλεομένην δὲ Ἱστιαιῶτιν· ἐκ δὲ

---

antiquitas, ubi maxime celebratae Dorum commigrationes. De quibus tamen copiose exponere, huius loci non est. Magis huc illud facit, quod Hellenes antiquissimi, quorum apud Homerum mentio, incolae sunt τῆς Ἑλλάδος, quae Thessaliae est urbs ad Achillis ditionem pertinens, haud aliter atque Phthia, quae et ipsa Thessaliae est urbs sive tractus. Tu vid. a Cr. laudatos Homer. Il. II, 683 seq. ibiq. Heyn. IX, 363. Strab. IX p. 431 s. p. 659, C seq. Nec alias regiones ab Herodoto, qui Phthiotidem antiquissimo tempore hanc gentem tenuisse asserat, indicari credam. Helladis inde nomen intra Thessaliae fines apud Homerum contineri, observavit Apollodor. in Fragmm. apud Strabon. VIII p. 370 s. p. 568, C (p. 423 ed. Apollod. Heyn.). Qui vero factum sit, ut hocce nomen postea ad omnem fere Graeciam pertinuerit, non magis quaerere attinet, quam quae primae huius ipsius gentis fuerint sedes, quae origines. Multa collegit Beck. Anleit. z. Weltgesch. I pag. 808 coll. Kruse (Hellas) I p. 461 seqq. De *Deucalione* rege idem Beck. l. l. pag. 809 varias collegit veterum sententias, vix illas quidem inter se conciliandas. Ad Herodotum facit Strabonis locus IX p. 432 s. 660, B: ἱστορεῖται γὰρ ὁ Δευκαλίων τῆς Φθιώτιδος ἄρξαι καὶ ἁπλῶς τῆς Θετταλίας. Quo eodem auctore Deucalionis filius ex Pyrrha prognatus Hellen erat, qui cum patri ipse successisset in regno, dein filiis suis regnum divisisse fertur. Sed plura Beck. l. l.

οἴκεε γῆν τὴν Φθιῶτιν] *Phthiotis*, quae etiam *Phthia* dicitur, ad Thessaliam pertinet, in cuius tractu meridionali ad montem Othryn inde a fontibus Sperchii extenditur usque ad Pagasaeum sinum; quamquam pro temporum ratione fines quoque variasse probabile fit. Augusto Romanis imperante ad Thessaliam haec regio itidem pertinuit, teste Pausan. X, 8 §. 2. Plura Beck. l. l. I p. 831 coll. Mannert. Geograph. d. Gr. u. Röm. VII p. 598. Et iure primitivam Doricae gentis sedem Phthiotidem statuit Kruse Hellas I p. 522.

ἐπὶ δὲ Δώρου τοῦ Ἕλληνος, τὴν ὑπὸ τὴν Ὄσσαν τε καὶ τὸν Οὔλυμπον χώρην, καλεομένην δὲ Ἱστιαιῶτιν] De *Hellene* regnum inter filios (in quibus *Dorum* fuisse dubitari nequit) dividente conf. Apollod. I, 7, 2. 3 coll. Pausan. VII, 1 et Beck. l. l. pag. 812. Quo autem tempore et a quibusnam patria terra Dorus sit pulsus, haud compertum habemus. *Hestiaeotis*, quo ille sedes trans-

τῆς Ἱστιαιώτιδος ὡς ἐξανέστη ὑπὸ Καδμείων, οἴκεε 50
ἐν Πίνδῳ, Μακεδνὸν καλεόμενον. ἐνθεῦτεν δὲ αὖ-

---

tulisse dicitur, in septentrionali Thessaliae parte est sita ad Ossam montem atque Olympum. Nomen ipsum utrum ex illo Euboeae insulae tractu, cui idem nomen, an aliunde inditum fuerit, vix dixeris. Neque magis de finibus huius regionis constat. Vid. Strabon. IX p. 437 s. 668, A. B coll. Beck. l. l. p. 839 seq. et Mannert. l. l. VII p. 567. Euboicum huius nominis tractum Noster commemorat VIII, 23. Thessalica regio postea demum hoc nomen accepisse videtur, cum antea *Doris* esset nuncupata, teste Androne apud Strabon. X p. 475 s. 729, A. *Cr.* addit Charac. apud Stephan. Byzant. s. v. *Δώριον*, et C. O. Müller. (Dorr. II p. 27 seqq)., qui Tempe quoque Thessalica huic regioni adnumeranda esse, ex ipsius Herodoti verbis concludi posse putat.

ἐκ δὲ τῆς Ἱστιαιώτιδος ὡς ἐξανέστη ὑπὸ Καδμείων] Hac de re mihi non satis liquet; proferam tamen, quae, monente *Cr.*, ad h. l. disputavit C. O. Müller. in Orchomen. I p. 233 seq. Dor. I p. 32 seqq. De Epigonis hic cogitandum esse censet, quorum operâ Thebas captas fuisse novimus; unde eiectos Cadmeos confugisse ad Illyricos Encheleos, eoque ipso in itinere attigisse Homolen Magnesiae montem, ad quem Dores habitaverint, qui ipsi tum sedibus moti fuerint. Ubi tamen iure mireris, quod perfuga gens in transcursu Dores firmis sedibus pepulerit. Ac tot tenebris obscurata de Epigonis fama, ut, quid certi inde ad historiae fidem trahi queat, haud facile dixeris. Conf. Diodor. Sicul. IV, 67.

οἴκεε ἐν Πίνδῳ, Μακεδνὸν καλεόμενον] Non in *Pindum* montem haud procul remotum ab Histiaeotide Dores confugisse vult Larcherus (alioqui enim Herodotum scripsisse *ἐν τῷ Πίνδῳ*), sed *Pindi* urbem hic intelligendam esse, quae Dryopidi terrae, in quam post secesserint Dores, proxima, ad tetrapolin Doricam pertinuerit. Sed, ut illud taceam, multo magis consentaneum esse pro illius aevi indole, in montibus confugium quaesivisse Dores, ex articuli omissione tale quid effici posse nego. — *Μακεδνὸν* vulgo ad Macedonicam gentem referunt, quae inde et ipsa Doribus accensenda sit propter Macednum s. Macedonem, qui Deucalionis nepos fuisse perhibetur. Plura Beck. l. l. I pag. 826. *Cr.* conferri iubet Sturz. de dialect. Macedon. p. 11 seq. not. et Weiske de Hyperbol. errorr. in hist. Philipp. pag. 19 not. 40. Ac nuper quidem C. O. Müller. (Dorr. I p. 2 seqq. 33 seqq.) Macedones Doricae stirpis esse negavit, cum ad Illyriam illi pertineant. Namque patrem historiae non veram de his sententiam edi-

τις ἐς τὴν Δρυοπίδα μετέβη, καὶ ἐκ τῆς Δρυοπίδος οὕτως ἐς Πελοπόννησον ἐλθὸν, Δωρικὸν ἐκλήθη.

57 Ἣν τινα δὲ γλῶσσαν ἵεσαν οἱ Πελασγοὶ, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως εἶπαι. εἰ δὲ χρεών ἐστι τεκμαιρόμενον λέγειν τοῖσι νῦν ἔτι ἐοῦσι Πελασγῶν, τῶν ὑπὲρ Τυρσηνῶν Κρηστῶνα πόλιν οἰκεόντων, οἳ ὅμουροί

Pelasgi barbara lingua usi. Gens Attica, Pelasgicarum una, transiit ad Hellenas.

---

disse vult, sed Macedonum narrationem, quorum sane multum interfuerit Graecis gentibus adnumerari. Quae quatenus cum Herodoti verbis conciliari queant, equidem non exputem.

ἐνθεῦτεν δὲ αὖτις ἐς τὴν Δρυοπίδα μετέβη] Dores, ubi frustrata expeditione quam in Peloponnesum, Hyllo duce susceperant, regressi erant, terram suam tradunt ab Hestiaeis *Euboeensibus* sive a Perrhaebis occupatam invenisse; quare hinc profectos ad Dryopidem, quae ab Oeta meridiem versus sita erat, se convertisse sedesque novas condidisse adeoque ipsi regioni *Doridis* nomen imposuisse. Plura de his Beck. Anleit. z. Weltgesch. I p. 826. De ipsa hac terrâ, quae prius *Dryopis*, postea *Doris* est vocata, primarius Nostri legitur locus VIII, 31 coll. 43. Atque etiam C. O. Müller. (Dorr. I p. 35 — 41) multa disputat, quibus commonstrare studeat, Dores sensim sensimque ex Histiaeotide Oetam versus migrasse, in cuius extremis convallibus primum sedes ceperint, dein magis maritimam oram versus progressi vel supra Dryopidem; ita ut omnis gens sensim ad eas regiones pervenerit, quarum partes singulas vel antea tenuerint. Utut statuis, hoc certum videtur, Dryopidem terram Dores aliquamdiu tenuisse, et ex ea in Peloponnesum irruisse. Vid. Beck. l. l. pag. 828.

Cap. LVII.

οὐκ ἔχω — εἶπαι] Plurimi libri scripti *εἰπεῖν*. Sed vid. I, 49 et II, 89 coll. Creuzeri Commentt. Herodd. pag. 81. — De dativo, qui verbo *τεκμαίρεσθαι* adiicitur, monuit Matth. Gr. Gr. §. 396, 2 pag. 724.

τοῖσι νῦν ἔτι ἐοῦσι Πελασγῶν, τῶν ὑπὲρ Τυρσηνῶν Κρηστῶνα πόλιν οἰκεόντων κ. τ. λ.] Valde disceptatur inter viros doctos de Tyrrhenis atque *Crestone*. Nam Dionysii Halicarnass. (Antiqq. Romm. I, 26 p. 69 Reisk.) testimonio permoti, *Tyrrhenos* in Etruria urbemque *Cortonam* hic intelligi quidam statuunt. Vid. inprimis Niebuhr. V. Cl. in Hist. Rom. I pag. 70 ed. pr. (p. 37 ed. sec.). Qui, si in Herodoto ita legeretur, quemadmodum apud Dionysium exstat, a nemine dubitari posse existimat, quin uterque rerum scriptor, et Herodotus et Hellanicus (quo teste utitur Dionysius), de una eademque urbe dixerint. Quae

κοτε ἦσαν τοῖσι νῦν Δωριεῦσι καλεομένοισι, οἴκεον δὲ τηνικαῦτα γῆν τὴν νῦν Θεσσαλιῶτιν καλεομένην· 2 καὶ τὴν Πλακίην τε καὶ Σκυλάκην Πελασγῶν οἰκι-

---

alia addit, tum convicia in libros Herodoti manu scriptos prave corruptos, tum argumenta subtiliter excogitata, quibus Crestonem Herodoteam eandem atque *Cortonam* Dionysii, Etruriae urbem, esse comprobet, ea talia sunt, ut vix ei, qui sine praeoccupato iudicio ad hunc locum accesserit, placere possint. Ac mirum videri queat, qui factum, ut hoc loco, ubi de Graeciae gentibus Noster disserit, subito Etruscorum iniiciatur mentio. Itaque alii aliam interpretandi viam ingressi sunt duce Wesselingio. Namque ex Thucydide IV, 109 novimus, Thraciae oram maritimam insedisse Pelasgos sive Tyrrhenos, qui olim Lemnum et Athenas tenuerant, eâdemque in regione fuisse gentem *Crestonicam*, cuius ipsius Noster meminit VII, 124. VIII, 116. Nunc loco nomen *Christania*, ad Echidori fontes intra Strymonem et Axium, septentrionem versus ab ea urbe, cui hodie nomen *Salonichi*. Illic igitur Herodoti *Crestonem* collocandam esse bene vidit Wesselingius. A quo ita discedit C. O. Müller. (Etruscc. I p. 94—98 coll. 345), ut duplicem gentem ac regionem Crestonicam distingui velit, alteram eam, de qua modo diximus, alteram in Chalcidice paeninsula sitam Crestonem, quae supra Tyrrhenos in Atho monte habitantes fuerit sita et hoc loco Herodoti sit intelligenda. Utram sequaris sententiam, de Etruria minime hic cogitandum, indeque nulla opus emendatione in ipsis Herodoti verbis, ut idem C. O. Müller. iam antea monuerat in Orchomen. p. 444. Tu add. potissimum Dahlmann. Herodot. p. 59 not. 60. Kruse. Hellas I p. 435 coll. 464 et quae *Cr.* laudat: Schlegel. in Annall. Heidelbergg. 1816 nr. 53 p. 855 seqq. Raoul-Rochette Histoir. de l'Etabliss. d. colon. Grecq. I p. 431 seqq. Schol. Aristid. pag. 33 ed. Frommel., ubi haec exstant: *λῃσταί τινες ἦσαν οἱ Πελασγοὶ οἰκοῦντες περὶ τὰ μέρη τῆς Τυῤῥηνίας, ὥς Ἡρόδοτος ἐν τῷ α΄, οἳ ἐλθόντες κατῴκησαν ἐν Θετταλίᾳ· ἐκδιδαχθέντες δὲ ὑπὸ τῶν προσοίκων ἦλθον ἐς Ἀθήνας κ. τ. λ.*

οἳ ὅμουροί κοτε ἦσαν κ. τ. λ.] Herodoti haec est sententia: Pelasgos istos, qui nunc in Thracia habitant, (e quibus argumentum de lingua ducit Noster) olim in Thessalia fuisse iisque in locis, quae nunc ad Thessaliotidem terram quae vocatur pertinent, proxima illi terrae, quae nunc Doris appellatur.

καὶ τὴν Πλακίην τε καὶ Σκυλάκην Πελασγῶν οἰκισάντων κ. τ. λ.] Ad verborum structuram bene ex antecedentibus

σάντων ἐν Ἑλλησπόντῳ, οἳ σύνοικοι ἐγένοντο Ἀθηναίοισι· καὶ ὅσα ἄλλα Πελασγικὰ ἐόντα πολίσματα τὸ οὔνομα μετέβαλε· εἰ τούτοισι τεκμαιρόμενον δεῖ λέγειν, ἦσαν οἱ Πελασγοὶ βάρβαρον γλῶσσαν ἱέντες. εἰ τοίνυν ἦν καὶ πᾶν τοιοῦτο τὸ Πελασγικὸν, τὸ Ἀττικὸν ἔθνος, ἐὸν Πελασγικὸν, ἅμα τῇ μεταβολῇ τῇ ἐς Ἕλληνας καὶ τὴν γλῶσσαν μετέμαθε.

Wesseling. huc revocat articulum *τῶν*; unde haec enascitur loci sententia: „et si porro coniecturam facere licet ex iis Pelasgis, qui Placiam et Scylacem in Peloponneso condiderunt, quique cum Atheniensibus unà habitaverant, si denique ex iis coniecturam ducere licet, quotquot aliae urbes (olim) Pelasgicae (post) nomina immutarunt, etc.“ Nulla igitur hic opus emendatione. — In seqq. cum eodem Wesselingio aliisque retinuimus *οἰκισάντων* pro vulg. *οἰκησάντων*. Herodoto caeterum suffragatur Pomponius Mela I, 19, ubi Placiam et Scylacem parvas Pelasgorum colonias appellat, quibus a tergo imminet mons Olympius [Mysius]. Add. Plin. H. N. V, 32. 39. Sita est urbs *Placia* in Mysia, orientem versus a Cyzico, occidentem versus a *Scylace*, quod oppidum fuit proximum. Vid. Siebelis. ad Pausan. V, 13 §. 4. Nec inanis est viri docti suspicio, Herodotum ipsum haec loca adiisse; tu cf. Heyse. Quaestt. Herodd. I pag. 90. Qui idem, quod Herodotus haec oppida in Hellesponto, nec in Propontide (ut accuratius tradit Mela), sita dicit, id non ex scriptoris imperitia factum esse monet, sed dicendi ex usu, quo saepe Hellesponti nomine etiam Propontis una cum freto illo intelligatur.

οἳ σύνοικοι ἐγένοντο Ἀθηναίοισι] Cum hoc loco conf. Herodot. VI, 137 et Thucydid. IV, 109. Ac Larcherus, qui antiquissimo aevo Atticam Pelasgos tenuisse negat, hoc refert ad posteriorem quandam Tyrrhenorum s. Pelasgorum coloniam, qui cum nonnihil temporis in Attica remanserint, eiecti inde Lemnum confugerint, unde in Propontide Placiam et Scylacen condiderint. Nec alio fere spectat Platneri sententia, quam ad I, 56 indicavimus. *Cr.* addit: C. O. Müller. Orchomen. p. 439 seq. coll. 307 seq. Hic enim antiquo aevo Pelasgos docet Atticam insedisse nec postea demum immigrasse. — In seqq. ad *ἦσαν — ἱέντες* *Cr.* confert Fischer. ad Weller. III, b pag. 4 seq. et nott. ad Plotin. de pulcritud. pag. 210.

εἰ τοίνυν ἦν καὶ πᾶν τοιοῦτο] Conf. IV, 195: *εἴη δ' ἂν πᾶν κ. τ. λ.*

4καὶ γὰρ δὴ οὔτε οἱ Κρηστωνιῆται οὐδαμοῖσι τῶν
νῦν σφεας περιοικεόντων εἰσὶ ὁμόγλωσσοι, οὔτε οἱ 27
Πλακιηνοί· σφίσι δὲ, ὁμόγλωσσοι· δηλοῦσί τε, ὅτι,
τὸν ἠνείκαντο γλώσσης χαρακτῆρα μεταβαίνοντες ἐς
58 ταῦτα τὰ χωρία, τοῦτον ἔχουσι ἐν φυλακῇ. Τὸ δὲ
Ἑλληνικὸν γλώσσῃ μὲν, ἐπεί τε ἐγένετο, αἰεί κοτε
τῇ αὐτῇ διαχρέεται, ὡς ἐμοὶ καταφαίνεται εἶναι.
2ἀποσχισθὲν μέντοι ἀπὸ τοῦ Πελασγικοῦ, ἐὸν ἀσθενὲς, ἀπὸ σμικροῦ τεο τὴν ἀρχὴν ὁρμεώμενον, αὔξηται ἐς πλῆθος τῶν ἐθνέων πολλῶν, μάλιστα

Quare plurimum creverint Hellenes; Pelasgi, minus.

καὶ γὰρ δὴ οὔτε οἱ Κρηστωνιῆται κ. τ. λ.] Apud Dionysium Halicarnass. Antiqq. Romm. I, 29 pag. 77 Reisk. haec citantem, legitur Κροτωνιᾶται, quod tamen in Herodoti textu reponere nolim. — Quam Bouherius (Diss. Herod. cp. X) olim vulgarat inscriptionem, ad Placiam pertinentem, cum Placianae matris fiat mentio, ea ad Cyzicum pertinet, non valde remotum a Placia, sacrisque Cybeles, quae ipsa est mater Placiana, insigne. „Hinc apud Pausaniam V, 13, 4 Siebelis. in Amalthea II p. 265 restitutum vult τῆς Πλακιηνῆς (pro Πλαστήνης) μητρὸς τὸ ἱερὸν in monte Sipylo.“ Cr. — Paulo ante cum Gaisf. dedimus τοιοῦτο pro τοιοῦτον itemque ἠνείκαντο pro ἐνείκαντο et εἰνείκαντο.

σφίσι δὲ, ὁμόγλωσσοι] Exstat ad h. l. scita Augusti Matthiae annotatio de discrimine inter σφίσι et σφὶ apud Herodotum; σφὶ plerumque tertiae personae pronomen esse docet pro αὐτοῖς (*iis*, *illis*), σφίσι reciprocum esse *sibi*, *sibi ipsis*, ἑωυτοῖσι. — Ad locutionem ἐν φυλακῇ ἔχειν (*servare*, *retinere*), Nostro frequentem, conf. I, 160. V, 77. VII, 207. VIII, 28. 40.

Cap. LVIII.

αἰεί κοτε τῇ αὐτῇ διαχρέεται] Vulgo διαχρᾶται. Nos praetulimus διαχρέεται, quod Aldina aliaeque edd. exhibent.

αὔξηται ἐς πλῆθος τῶν ἐθνέων πολλῶν] Verba τῶν ἐθνέων πολλῶν bene sic interpretatur Matthiae: „*populorum e quibus constare Hellenes notum est*, *quique multi sunt*.“ Si vero e sequentibus (ἐθνέων συχνῶν) huc translata illa suspicatur, minus me habebit assentientem. Neque in hisce verbis: ἄλλων ἐθνέων βαρβάρων συχνῶν voculam ἐθνέων exstinctam velim, cum iterata voce equidem nihil offendar. Sed coniunctum hoc est cum loci interpunctione, quae olim alia fuit atque nunc est; comma enim post πλῆθος erat

προσκεχωρηκότων αὐτῷ καὶ ἄλλων ἐθνέων βαρβά-
3 ρων συχνῶν. πρὸς δὴ ὦν ἐμοί τε δοκέει οὐδὲ τὸ
Πελασγικὸν ἔθνος, ἐὸν βάρβαρον, οὐδαμὰ μεγάλως
αὐξηθῆναι.

---

insertum itemque post αὐτῷ; quae distinctio ipsi Schweighaeusero haud displicet, ut talis sit Nostri loci sententia: „Hellenicam gentem, quamdiu a Pelasgis discreta fuerit, infirmam fuisse, post vero, quum maior Pelasgicorum populorum pars multique alii populi barbari cum illa coaluissent, in magnitudinem crevisse.“ Quam si sequamur rationem, voces τῶν ἐθνέων πολλῶν de Pelasgis accipiendae erunt; quod ipsum quo iure fieri possit, equidem ignoro. Itaque nunc vulgatam loci interpunctionem et lectionem immutatam reliqui. — Ad αὔξηται Cr. conf. Fischer. ad Weller. III, a pag. 42.

πρὸς δὴ ὦν ἐμοί τε δοκέει οὐδὲ τὸ κ. τ. λ.] Aldina et unus liber scriptus: ὡς δὴ ὦν; reliqui codices πρὸς δὴ ὦν. Schweighaeusero, ut antea Reiskio, Aldinae placuit lectio, quam ut explicatu difficiliorem librariis molestam fuisse censet, quamvis scriptoris usus eam satis tueatur. Erit enim illud dicendi genus, ubi ad infinitivum suppleatur id verbum, quod in minori enuntiatione inveniatur, ut h. l. ad αὐξηθῆναι, verbum δοκέει. Conf. I, 65. 191. II, 8. IV, 5. 76 etc. Hermann. ad Viger. pag. 742. Matth. Gr. Gr. §. 539, 2 pag. 1059; quibus iure usus est Stallbaum. ad Platon. Phileb. p. 46. 47, a Cr. laudatus, qui idem consuli vult Schaefer. ad Sophocl. Trachin. 1240. Mihi tamen secus videtur. Facio cum Matthiae, qui codicum lectionem plurium bene tuetur. „Mihi ὡς, ait, non adeo difficile videtur ei, qui vel pauca Herodoti legerit, πρὸς ita difficile, ut ipse commode me illud explicare posse diffidam. Quo minus hoc a librario proficisci potuisse credo. Dicere voluit πρὸς δὴ ὦν οὐδὲ τὸ Πελασγικὸν ἔθνος οὐδαμὰ μεγάλως ηὐξήθη. *Praeterquam quod multae barbarae gentes cum Hellenibus coaluerunt, Pelasgica gens, una e barbaris*, per se etiam sine illa causa, *non multum aucta est.*“ Iam, eodem viro docto monente, haec est Herodoti sententia: *accedit — et sic mihi videtur — quod Pelasgica gens* etc. Censori in Ephemerr. Ienenss. 1817 nr. 165 pag. 381 scribere placet ὥς eodem sensu quo ὡσαύτως, cum sic demum et οὐδὲ et δὴ ὦν intelligi possit. — Pro ἐμοί τε quibusdam placuit ἔμοιγε; quo vix opus, si locum eo modo, quo voluit Matthiae, explicaveris. Idem vir doctus in Gr. Gr. §. 626 p. 1279 bene tuetur particulam τε, cui

59

Pisistratus Croesi tempore Atheniensium tyrannus, ab a. 561 ad 528, tribus intervallis annos duodeviginti regnans. [5, 65.] Tyrannus laudabilis. Eius patri quod portentum obtigerit, et quid consilii dederit Chilon. Atheniensium civitas in tres factiones scissa, Megacle, Lycurgo, Pisistrato, alio alias partes foventibus. Quo astu sibi dominationem Pisistratus compararit.

Τούτων δὴ ὦν τῶν ἐθνέων τὸ μὲν Ἀττικὸν
κατεχόμενόν τε καὶ διεσπασμένον ἐπυνθάνετο ὁ
Κροῖσος ὑπὸ Πεισιστράτου τοῦ Ἱπποκράτεος, τοῦ-
2*τον τὸν χρόνον τυραννεύοντος Ἀθηναίων. Ἱππο-*
κράτεϊ γάρ, ἐόντι ἰδιώτῃ, καὶ θεωρέοντι τὰ Ὀλύμ-
πια, τέρας ἐγένετο μέγα. θύσαντος γὰρ αὐτοῦ τὰ
ἱρά, οἱ λέβητες ἐπεστεῶτες, καὶ κρεῶν τε ἐόντες
ἔμπλεοι καὶ ὕδατος, ἄνευ πυρὸς ἔζεσαν, καὶ ὑπερέ-
3*βαλον. Χίλων δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος παρατυχών, καὶ*
θεησάμενος τὸ τέρας, συνεβούλευε Ἱπποκράτεϊ,
πρῶτα μὲν γυναῖκα τεκνοποιὸν μὴ ἄγεσθαι ἐς τὰ

---

facile cogitando addi possit *καὶ ἄλλος*. — *οὐδαμά* scripsi e tribus libris, ut I, 56.

Cap. LIX.

τὸ μὲν Ἀττικὸν κατεχόμενόν τε καὶ διεσπασμένον] Optime Wesselingius: „Namque et Pisistrati dominatione continebantur premebanturque Athenienses, et *divulsi* in partes erant, Alcmaeonidis et quotquot erant eiusdem factionis, domo profugis; vid. I, 64. V, 62.“ Unde nihil mutandum esse patet.

τοῦτον τὸν χρόνον τυραννεύοντος Ἀθηναίων] Volneium ac Schultzium (Appar. ad annall. p. 20. 39 seq.) si sequamur, hoc intelligendum erit de prima Pisistrati dominatione, quam minus recte vulgo ponunt ann. 561 a. Chr., cum, monente Schultzio p. 40, anno 560 a. Chr. primum Pisistratus tyrannidem acquisierit. Qui idem Athenis postea eiectus (ut I, 60 legimus) rediit anno 558 aut, ut rectius statuit Schultz. pag. 7 anno 555 sive, ut Larchero placet (Tab. chronol. cp. 20 p. 542 seq.) anno 554. Mortuum Pisistratum esse idem statuit 528 a. Chr. — „Quamdiu tyrannidem tenuerit Pisistratus, ex Aristotele intelligitur Polit. V, 9 §. 23 Schneid.“ *Cr.*

Χίλων δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος] „Teneatur hic locus ad explicandam doctrinam septem sapientum. Exercet enim Chilon h. l. *ἱερομαντείαν*.“ *Cr.* Scripsimus *Χίλων* cum recentt. pro *Χείλων*, et in seqq. retinuimus *συνεβούλευε*, ubi Gronovio arridet Medicei libri lectio *συνεβούλεε*.

πρῶτα μὲν γυναῖκα τεκνοποιὸν μὴ ἄγεσθαι ἐς τὰ οἰκία] *τεκνοποιὸς* hic de muliere infantes pariente dictum, ut aliis locis eodem sensu *παιδοποιός*; vid. V, 40 aliosque poetarum locos a Wesselingio laudatos. Unde nemo mirabi-

οἰκία· εἰ δὲ τυγχάνει ἔχων, δεύτερα τὴν γυναῖκα ἐκπέμπειν· καὶ εἴ τίς οἱ τυγχάνει ἐὼν παῖς, τοῦτον
4 ἀπείπασθαι· οὔκων, ταῦτα παραινέσαντος Χίλωνος, πείθεσθαι θέλειν τὸν Ἱπποκράτεα· γενέσθαι οἱ μετὰ ταῦτα τὸν Πεισίστρατον τοῦτον, ὅς, στασιαζόντων τῶν παράλων καὶ τῶν ἐκ τοῦ πεδίου Ἀθηναίων,

---

tur, apud Plutarchum inveniri παῖδας ποιεῖν cum de viro tum de muliere, ut notavimus ad Plut. Pyrrh. pag. 233. Locutionem de viro, qui mulierem ducit in matrimonium, usitatam ἄγεσθαι ἐς τὰ οἰκία (sc. *in suam ipsius domum*), explicuimus ad Ctesiae Perss. fragmm. cp. 2 pag. 92 seq. Conf. supra I, 34. II, 47.

δεύτερα τὴν γυναῖκα ἐκπέμπειν] δεύτερα dictum pro δεύτερα δέ; quam particulam in hac dictione plerumque omitti monet Werferus in Actt. phill. Monacc. I pag. 253 seq. permultis exemplis congestis. — ἐκπέμπειν inprimis de viro dici, qui discidium matrimonii ineat, uxore aedibus eiectà, ἀπολείπειν de uxore, a viro discedente, pluribus exposuimus in nott. ad Plutarch. Alcibiad. pag. 103—105.

τοῦτον ἀπείπασθαι] i. e. *hunc filium abdicare*, s. hunc filium non agnoscere legitimum vereque suum. In seqq. facile cogitando addi aut e contextu suppleri poterit λέγουσι, φασί, vel simile quid. Nec magis remorari debet abruptum si cui videbitur dicendi genus.

στασιαζόντων τῶν παράλων καὶ τῶν ἐκ τοῦ πεδίου Ἀθηναίων κ. τ. λ.] Memorantur tres factiones, quibus Pisistrati aetate Attica fuerit divisa, Parali, Pediaei, Diacrii. Vid. veterum scriptorum testimonia apud Meursium in Pisistrat. cap. III, ac potissimum Plut. Solon. cp. 13. 19 pag. 85. 94. Schol. Aristoph. Vesp. 1218. Qui enim Diacrii ab aliis vocantur, Herodoto sunt Hyperacrii; hi favebant liberae rei publicae generi s. democratiae, Pediaei optimatium regimini, Parali mixtum quoddam rei publicae genus sequebantur. Et mirum est, quantopere hae factiones conveniant cum antiqua tribuum divisione terrae Atticae. Namque auctore Polluce (VIII, 9 §. 109. 110) sub Cecrope rege quatuor fuere φῦλαι s. tribus: Κεκροπὶς, αὐτόχθων, ἀκταία, παραλία, sub Cranao itidem quatuor nominibus mutatis: Κραναΐς, ἀτθὶς, μεσογαία, διακρίς. Iam tribum παραλίαν et διακρίδα easdem regiones tenuisse, quas postmodo Parali atque Diacrii, vix dubium; itemque μεσογαίαν eam fuisse, ubi postea habitarint Pediaei; quippe quorum terras arvis ac pascuis conspicuas fuisse narrant Suidas atque Harpocra-

καὶ τῶν μὲν προεστεῶτος Μεγακλέος τοῦ Ἀλκμαίωνος, τῶν δὲ ἐκ τοῦ πεδίου Λυκούργου Ἀριστολαΐδεω, καταφρονήσας τὴν τυραννίδα, ἤγειρε τρί-

---

tio. Unde admodum credibile fit, eos ipsos fuisse locupletes indeque nobiles inter Atticae incolas, optimatesque Atticae iure dici posse. Quibus oppositi dicuntur *Diacrii* s., ut Herodotus eosdem appellat, ὑπερακρίους, quos montium incolas fuisse ipsum nomen satis indicat. Accedit Dionysius Halic. Antiqq. Romm. I, 13: „ἀρχαΐκὸν τὸ φιλοχωρεῖν ὄρεσιν· ὡς ὑπερακρίους τινὰς Ἀθήνησι." Quare Palmerii rationes probare nequeo, ὑπερακρίους nomen accepisse statuentis, non a montibus, in quibus habitaverint, quam ab eo, quod ὑπὲρ ἄκραν i. e. supra Sunium promontorium, sedes habuerint. Vid. Exercitt. in vett. auctt. pag. 3 seqq. Sedes vero Diacriorum a Braurone usque ad Parnesum montem pertinuisse monet Hesychius s. v.; quae ipsa est terrae Atticae pars utique montibus magis obsita, quam Strabo dicit ὀρεινήν. Utut est, hi Diacrii erant pauperes, iisque fere conveniunt, qui θῆτες vocantur, inferioris illi quidem ordinis, divitibusque aere alieno obnoxii plerumque ac servi propemodum. Unde non mirum democratiae illos favisse; quos inde eum, qui tyrannidem affectaret, potissimum sectari par erat. Nam e huiuscemodi liberi populi statu tyrannidem existere solere, nota res. Vide tamen, quod ad Pisistratum attinet, Tittmann. Darstell. d. Griech. Staatsverf. pag. 530 seq. coll. p. 349. Iam tertio loco restant *Parali*, mixtam rei publicae formam praeferentes, neutris addicti; id quod ex vitae genere (nam navigationi et commercio illos deditos fuisse vel inde patet, quod oram maritimam regionesque mari proximas tenebant) optime explicari posse nemo non videt. Hinc quoque iidem coniuncti in Pisistrati rebus reperiuntur eiusdem adversarii cum Pediaeis; quippe rebus suis opibusque adeo atque divitiis timentes a Diacriis s. plebe paupere atque inope. Quam in rem Cr. consuli vult Schömann. de Comit. Atheniens. p. 343 seq. et Platner.: Beyträge z. Kenntniss d. attisch. Rechts. p. 3 sq. 53 sqq.

καταφρονήσας τὴν τυραννίδα] καταφρονεῖν, quod vulgo est *contemnere*, quodque binis aliis Nostri scriptoris locis (I, 66. VIII, 10) *putandi*, *existimandi* notionem habet, quamvis non sine addita quadam arrogantiae vel contemtus significatione, hoc loco *affectandi* ac *meditandi* notione accipi posse contendunt. Quod cum male haberet Valckenarium, coniecit (pro καταφρονήσας): καὶ φρονήσας i. e.

τὴν στάσιν. συλλέξας δὲ στασιώτας, καὶ τῷ λόγῳ τῶν ὑπερακρίων προστὰς, μηχανᾶται τοιάδε· τρωματίσας ἑωυτόν τε καὶ ἡμιόνους, ἤλασε ἐς τὴν ἀγο- 28
ρὴν τὸ ζεῦγος, ὡς ἐκπεφευγὼς τοὺς ἐχθροὺς, οἵ μιν ἐλαύνοντα ἐς ἀγρὸν ἠθέλησαν ἀπολέσαι δῆθεν· ἐδέετό τε τοῦ δήμου φυλακῆς τινος πρὸς αὐτοῦ 1

---

etiam tyrannidis occupandae studiosus; quo sensu φρονεῖν τυραννίδα in Aristophan. Vesp. 505. Neque vero recepit Schweigh., cui καταφρονεῖν h. l. pro verbo simplici φρονεῖν positum videtur, ut καραδοκεῖν pro δοκεῖν, alia id genus. Nec aliter apud Hippocratem καταφρονεῖν, ubi valet *sana mente esse*, *animo quid agitare*. Quae mihi ita probantur, ut aliquam certe contemtus notionem hic quoque adiectam existimem, quam ita expressit Matthiae (Gr. Gr. §. 378 not. 2 pag. 696, ubi vid.): „*mit Verachtung seiner Gegner auf die Alleinherrschaft sinnend.*"

καὶ τῷ λόγῳ τῶν ὑπερακρίων προστὰς] i. e. *cum oratione persuasisset montanis, cum eos verbis adduxisset, ut primas ipsi deferrent.* Suave dicendi genus moresque humanos in Pisistrato collaudat Plutarch. in Vit. Solon. cp. 29, ubi vid. plura.

οἵ μιν ἐλαύνοντα ἐς ἀγρὸν ἠθέλησαν ἀπολέσαι δῆθεν] ἐλαύνειν hic absolute, cui paulo ante addiderat τὸ ζεῦγος. Conf. Schaefer. ad Lambert. Bos. Ellipss. L. Gr. pag. 868 coll. pag. 41. — ἐς ἀγρὸν refero ad loca Atticae terrae plana, ubi *Pediaeorum* factio, duce Lycurgo, plurimum valuit. Cum hisce autem proxime contendisse Pisistratum auctor est Aristoteles in Polit. V, 5. Sed *Paralos* fuisse ex Polyaeno (I, 21 §. 3) quis colligat, ubi Megacles, huius factionis dux, adversarius nominatur Pisistrati, qui ipse pauperum res tuitus sit. Tu vid. supra disputt. — In voce δῆθεν elegans inest ironiae quaedam significatio, hoc fere sensu: „*qui scilicet*, (s. ut simulabat) *ipsum in campos proficiscentem interficere voluissent.*" Sic I, 73. VI, 1. Alia Zeune ad Viger. pag. 499 not. et Matth. Gr. Gr. §. 603 pag. 1210. De ὡς δῆθεν monuit Blomfield. ad Aeschyl. Prometh. 210. Ad argumentum *Cr.* confert similis fraudis ab Ulyxe commissae exemplum apud Homer. Odyss. IV, 244. Atque huius ipsius Pisistratum olim admonuit Solon, apud Plutarch. Vit. Solon. cp. 30 p. 95, D. Nec dispar est Zopyri fraus apud Herodot. III, 154 seqq. ac Dionysii apud Diodor. Sicul. XXI, 95.

κυρῆσαι, πρότερον εὐδοκιμήσας ἐν τῇ πρὸς Μεγαρέας γενομένῃ στρατηγίῃ, Νίσαιάν τε ἑλὼν, καὶ
6 ἄλλα ἀποδεξάμενος μεγάλα ἔργα. Ὁ δὲ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων ἐξαπατηθεὶς, ἔδωκέ οἱ τῶν ἀστῶν καταλέξας ἄνδρας τούτους, οἳ δορυφόροι μὲν οὐκ ἐγένοντο Πεισιστράτου, κορυνηφόροι δέ. ξύλων γὰρ
7 κορύνας ἔχοντες εἵποντό οἱ ὄπισθε. συνεπαναστάντες δὲ οὗτοι ἅμα Πεισιστράτῳ, ἔσχον τὴν ἀκρόπολιν. ἔνθα δὴ ὁ Πεισίστρατος ἦρχε Ἀθηναίων, οὔτε τιμὰς τὰς ἐούσας συνταράξας, οὔτε θέσμια μεταλλάξας· ἐπί τε τοῖσι κατεστεῶσι ἔνεμε τὴν πόλιν,

---

εὐδοκιμήσας ἐν τῇ πρὸς Μεγαρέας γενομένῃ στρατηγίῃ] Pertinet hoc inprimis ad expeditionem de recuperanda Salamine, quam Megarenses tenebant, susceptam, in qua praeter Solonem Pisistrati etiam fit mentio apud Plutarch. Vit. Solon. cp. 8 pag. 82.

Nisaea Megarae est portus, qui longis moenibus cum ipsa urbe est coniunctus. Vid. Thucydid. I, 103. Plura Kruse Hellas II, 1 p. 385 seqq. coll. 362 et Reinganum: Das alte Megaris. Berolin. 1825.

ἔδωκέ οἱ τῶν ἀστῶν καταλέξας ἄνδρας τούτους] Quos quinquaginta numero primum fuisse narrat Plutarch. Vit. Solon. 30, dein auctos esse a Pisistrato, permittente aut conivente populo. Trecentos fuisse auctor est Polyaenus in Strateg. I, 21 §. 3. Κορυνηφόροι diserte hic distinguuntur ab iis, qui appellantur δορυφόροι (*hasta armati*, *hastam gestantes*) nomine de regiis satellitibus usitato indeque apud liberas civitates invidioso; vid. I, 8. Κορυνηφόροι vocantur a clava, quâ armati sunt tanquam milites. Alias sunt servi pedum pastorale s. baculum rusticum gestantes. De quibus praeter Athen. XII p. 410. 504 Schweigh. Cr. consuli vult Ruhnken. ad Timaei Lexic. Platon. pag. 214. et nott. ad Cicer. de Divinat. I, 17. pag. 85.

ἐπί τε τοῖσι κατεστεῶσι ἔνεμε τὴν πόλιν κ. τ. λ.] Haec verba ex antecedentibus facile explicari poterunt. Nam Pisistratus magistratus atque honores lege constitutos nullos perturbavit aut sustulit (οὔτε τιμὰς τὰς ἐούσας συνταράξας) neque ullas mutavit leges (eas scil., quae a Solone latae erant: οὔτε θέσμια μεταλλάξας), sed iis, quae in re publica constituta erant, optime servatis, civitatem moderatus est imperiumque administravit. Atque declarant verba: ἐπὶ τοῖσι

60 κοσμέων καλῶς τε καὶ εὖ. Μετὰ δὲ οὐ πολλὸν χρόνον τὠυτὸ φρονήσαντες οἵ τε τοῦ Μεγακλέους στασιῶται καὶ οἱ τοῦ Λυκούργου, ἐξελαύνουσί μιν. Eiectus, imperium rursus consequitur.

κατεστεῶσι (ubi ἐπὶ eo sensu, quo cap. seq. ἐπὶ τῇ τυραννίδι), Pisistratum urbi praefuisse, servata ea, quae fuit constituta, re publica nec turbatis legibus aut magistratibus. Idem testatur Plutarch. Vit. Solon. cp. 31, ubi Pisistratum ipsum caedis reum scribit in Areopago causam dixisse. Add. Aristotel. Polit. V, 12. Quae cum ita sint, Pisistratus Soloni utique scribere potuit (vid. Diogen. Laert. I, 53), se, quamvis tyrannus habeatur, nihil tamen *praeter dignitatem et honorem*, a reliquis civibus differre, iis solis contentum, quae priorum etiam regum fuerint munia (τὰ ῥητὰ γέρα). Nam apud priscos Graecos, teste Thucydide I, 13 hereditaria fuerunt regna ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι i. e. *certis conditionibus honoribusque regi constitutis;* quibus ipsis legitimi principes distinguerentur ab iis, qui per vim civibus illatam bellique iure regnum acquisierint, quos tyrannos vulgo dicunt. In quorum numero ne haberetur Pisistratus, in imperio administrando nil ille sibi sumsit nisi quae regibus legitimis, re publica integra, olim concessa et tributa fuerunt. „Verba ἐπὶ τοῖσι κατεστεῶσι hinc vert. *mit Erhaltung und Schonung der bestehenden Verfassung.* Plura Lambert. Bos. Observv. critt. cp. 3. Herald. in Salmas. Obss. ad Ius Att. et Rom. V, 14 §. 9. Fundus locutionis quodammodo Homericum illud (Odyss. VII, 150 ibiq. Eustath. pag. 278 Bas.):

— γέρας δ᾽ ὅ,τι δῆμος ἔδωκεν.“

Cr. In quibus verbis Ulysses de Phaeacum proceribus γέρας fundis regi a populo concessis intelligit Tittmann. (Darstell. d. Griech. Staatsverf. pag. 73), qui idem Thucydidis verba supra prolata ἐπὶ ῥητοῖσι γέρασι ad regum reditus, minime vero, ut vulgo fit, ad iura muneraque eorum refert (p. 68 not. 69 l. l.). Quae mihi certe non persuasit.

ἔνεμε τὴν πόλιν] In Aldina ἔμενε, quod Reiskius praefert, de legibus intelligens, quibus Pisistratus steterit, haud mutatis. Plutarch. l. l. de Pisistrato: ἐφύλαττε γὰρ τοὺς πλείστους νόμους τοῦ Σόλωνος, ἐμμένων πρῶτος αὐτὸς καὶ τοὺς φίλους ἀναγκάζων. Plura de hoc verbo collegi ad Philopoemen. pag. 10. 11. Quae tamen minime eo valent, ut Herodoteam lectionem vulgatam loco moveant, in qua νέμειν de regimine urbis dictum, ut V, 71. 29. 92. etc.

Cap. LX.

ἐξελαύνουσί μιν] Quod quo tempore probabiliter sit factum,

2 οὕτω μὲν Πεισίστρατος ἔσχε τὸ πρῶτον Ἀθήνας,
καὶ τὴν τυραννίδα οὔκω κάρτα ἐῤῥιζωμένην ἔχων,
3 ἀπέβαλε. οἱ δὲ ἐξελάσαντες Πεισίστρατον, αὖτις ἐκ
νέης ἐπ' ἀλλήλοισι ἐστασίασαν. περιελαυνόμενος δὲ
τῇ στάσει ὁ Μεγακλέης, ἐπεκηρυκεύετο Πεισιστρά-
τῳ, εἰ βούλοιτό οἱ τὴν θυγατέρα ἔχειν γυναῖκα ἐπὶ
4 τῇ τυραννίδι. ἐνδεξαμένου δὲ τὸν λόγον καὶ ὁμο-

---

supra indicavimus. Eiecti Pisistrati bona publicata, verum a nemine praeter Calliam emta esse narrat Herodotus VI, 121. Alia veterum testimonia collegit Meursius in Pisistrat. cp. 4.

αὖτις ἐκ νέης ἐπ' ἀλλήλοισι ἐστασίασαν] ἐκ νέης *de novo*, ubi supplent ἀρχῆς a Plutarcho de Sollert. Animal. p. 959 additum; vid. Lambert. Bos. de Ellips. p. 42.

ἐπ' ἀλλήλοισι: *adversus se invicem*; ubi praepositionem non quartus sed tertius casus sequitur, poetarum fere ex more, de quo Blomfield. ad Aeschyl. S. c. Th. vs. 1. Herodot. I, 61: μαθὼν δὲ ὁ Πεισίστρατος τὰ ποιεύμενα ἐπ' ἑωυτῷ.

περιελαυνόμενος δὲ τῇ στάσει ὁ Μεγακλέης] περιελαυνόμενος est: *agitatus*, *vexatus*, *circumactus*. Unde nec Stephanus aberravit a sensu, vertens: *fatigatus*, nec Gronovius vertens: *obsessus*.

εἰ βούλοιτό οἱ τὴν θυγατέρα ἔχειν γυναῖκα ἐπὶ τῇ τυραννίδι] Verba οἱ τὴν θυγατέρα verte: *suam ipsius* (Megaclis) *filiam*, quemadmodum apud Pindarum Ol. I, 91 τάν οἱ πατὴρ ὑπερκρέμασε καρτερὸν αὐτῷ λίθον, quamquam hic aliam quoque interpretandi rationem propositam esse haud sum nescius. Differt a nostro loco, quod supra I, 34 exstat: μή τι οἱ κρεμάμενον τῷ παιδὶ ἐμπέσῃ, ubi vid. — Nomen filiae tacet Herodotus. Sed ex Suida (s. v. Ἐγκεκοισυρωμένην) et Schol. ad Aristoph. Nub. 49 colligunt, eam dictam fuisse Κοισύραν. De quo equidem non litem movebo. Verba ἐπὶ τῇ τυραννίδι iam contendimus cum iis, quae I, 59 fin. leguntur: ἐπὶ τοῖσι κατεστεῶσι. Est enim ἐπὶ in his conditionale, ut paulo post in verbis ἐπὶ τούτοισι et I, 141. 160, alibi. Unde ἐπὶ τῇ τυραννίδι erit: „*sub conditione tyrannidis*, s. *ea conditione inita, ut pro Megaclis filia in matrimonium ducta Pisistratus tyrannidem acciperet.*“ Vid. Matth. §. 585, β p. 1165. Quod sequitur ἐπὶ τῇ κατόδῳ est: *reditus causa* s. *quo ille reduceretur*; uti supra I, 41: ἐπὶ δηλήσει. — Mox πρᾶγμα εὐηθέστατον est res *stultissima*, *ineptissima*. Vocem εὐήθης hac significatione Plato potissimum

λογήσαντος ἐπὶ τούτοισι Πεισιστράτου, μηχανῶνται δὴ ἐπὶ τῇ κατόδῳ πρῆγμα εὐηθέστατον, ὡς ἐγὼ εὑρίσκω, μακρῷ· ἐπεί γε ἀπεκρίθη ἐκ παλαιτέρου τοῦ βαρβάρου ἔθνεος τὸ Ἑλληνικὸν, ἐὸν καὶ δεξιώτε-

---

frequentavit. Conf. Ruhnken. ad Tim. Lex. Plat. p. 132.

ἐπεί γε ἀπεκρίθη ἐκ παλαιτέρου τοῦ βαρβαρικοῦ ἔθνεος τὸ Ἑλληνικὸν] Multum hic libri variant; plures exhibent: τὸ βάρβαρον ἔθνος τοῦ Ἑλληνικοῦ, unus τὸ βαρβαρικὸν ἔθνος τοῦ Ἑλληνικοῦ, unus ἔθνεος τοῦ βαρβάρου τὸ Ἑλληνικὸν, alii denique τοῦ βαρβάρου ἔθνεος τὸ Ἑλληνικὸν, quod ipsum Schweigh. et Gaisf. placuit. Nos cum Matth. olim retinendam censebamus priorum editt. lectionem: τοῦ βαρβαρικοῦ ἔθνεος τὸ Ἑλληνικὸν, his potissimum permoti rationibus, quod de iis, quae nec Graeca sunt nec ad Graeciam pertinent adeoque Graecis opponuntur (ut hoc fere loco) subinde invenitur βαρβαρικὸς, cum βάρβαρος locum habeat, ubi de moribus sermo atque institutis. De quo, monente Cr., consulatur Schaefer. in Melett. critt. pag. 40, cui add. Hemsterhus. ad Xenophont. Ephes. pag. 180 ed. Locell. Nunc tamen Gaisfordium sequi malui, tum propter librorum scriptorum atque editionum auctoritatem, tum quod illud discrimen inter βαρβαρικὸς et βάρβαρος vix ubique servatur. Ita in Platonis loco, quem Cr. adscripsit, Politic. p. 262 s. p. 257 Bekk. sibi opponitur τὸ Ἑλληνικὸν (sc. γένος) atque τὸ βάρβαρον. Est vero haec nostri loci sententia: „illos tale consilium de reducendo Pisistrato cepisse, longe omnium, ut Herodoto videtur, ineptissimum, si quidem ex antiquo iam aevo Hellenes prae barbaris nationibus excellerent, tum dexteritate ingenii, tum eo quod a ridicula (barbarorum) stultitia magis remoti essent, atque nunc ipsi Athenienses, qui sapientia vel reliquis Hellenibus praestare dicerentur, tale quid comminiscerentur, quo utique rudes gentes ac barbarae fere decipi potuerint, minime vero culti Graeci Graecorumque vel cultissimi Athenienses decipi debebant." Ut enim Graeci barbaris, ita Graecis cunctis Athenienses praestare sibi videbantur sapientiâ omnique ingenii cultu, reliquae Graeciae se magistros esse iactantes. Unde Athenarum urbem Pericles dixit τῆς Ἑλλάδος παίδευσιν, Thucydid. II, 41. De quo dicto plura Cr. ad oration. de civitat. Athen. pag. 56 ed. sec. Equidem me continebo in uno Dicaearchi loco, qui ex Herodoteo expressus videatur, p. 10 (in Creuz. Melett. III pag. 183): τὸ καθόλον δ' ὅσον αἱ λοιπαὶ πόλεις πρός τε ἡδονὴν καὶ βίου διόρθωσιν τῶν ἀγρῶν διαφέ-

ρον, καὶ εὐηθίης ἠλιθίου ἀπηλλαγμένον μᾶλλον· εἰ καὶ τότε γε οὗτοι ἐν Ἀθηναίοισι, τοῖσι πρώτοισι λεγομένοισι εἶναι Ἑλλήνων σοφίην, μηχανῶνται
5 τοιάδε. Ἐν τῷ δήμῳ τῷ Παιανιέϊ ἦν γυνή, τῇ οὔνομα ἦν Φύη, μέγαθος ἀπὸ τεσσέρων πηχέων ἀπολείπουσα τρεῖς δακτύλους, καὶ ἄλλως εὐειδής.
6 ταύτην τὴν γυναῖκα σκευάσαντες πανοπλίῃ, ἐς ἅρμα ἐσβιβάσαντες, καὶ προδέξαντες σχῆμα οἷόν τι ἔμελλε

ρουσιν, τοσοῦτον τῶν λοιπῶν πόλεων ἡ τῶν Ἀθηναίων παραλάττει. „Add. Olympiod. „ad Platon. Alcib.: πάτριον „γὰρ Ἀθηναίοις σοφίᾳ νικᾶν „(p. 12. 144. 168) et quae ad „Homer. Odyss. XXI, 107 „(ubi Telemachus Penelopen „matrem Graecis mulieribus „omnino praestare dicit) tum „alia adscripsit Eustath. pag. „752, 16 Bas., tum vero etiam „haec: εἰ τοίνυν πρὸς μὲν „τὰς βαρβάρους ἀσύγκριτος „ὡς Ἑλληνὶς αὕτη, τῶν δὲ „Ἑλληνίδων οὐδεμία ἐστὶ κατ' „αὐτήν, πασῶν λοιπῶν ὑπερ„κεῖσθαι λέγοι ἂν ὁ παῖς.“ Cr.

καὶ εὐηθίης ἠλιθίου ἀπηλλαγμένον μᾶλλον] Ad locutionem conf. Plutarch. Cimon. 4 p. 110: δεινότητός τε καὶ στωμυλίας Ἀττικῆς ὅλως ἀπηλλάχθαι. Ad structuram grammaticam Cr. laudat Schaeferi observationem ad Apollon. Rhod. schol. p. 165 de coniunctione participii ὢν cum alio participio. Nostro tamen in loco hanc structuram minus habere offensionis, quam in aliis illic laudatis, minime fugit ipsum virum doctum.

ἦν γυνή, τῇ οὔνομα ἦν Φύη] Sunt bini alii loci, qui huc faciunt, alter Athenaei XIII, 9 pag. 609, alter Hermogen. de invent. I, 42, ubi Phylarchus et Clidemus citantur auctores (cf. Clidemi frgmm. p. 46 ed. Lenz. et Siebel.). Alios locos cum hisce una congessit Meursius in Pisistrat. cp. 4. Hinc enim discimus hanc mulierem et perpulcram fuisse, et filiam Socratis cuiusdam, coronam vendentem, posteaque nuptam Hipparcho Pisistrati filio. — Mox scripsimus cum aliis μέγαθος pro μέγεθος quod omnes libri uno excepto offerunt.

προδέξαντες σχῆμα οἷόν τι κ. τ. λ.] Vix opus emendationibus, quales sunt προσάψαντες s. προσδήσαντες (IV, 195. VI, 119); recteque verbum προδέξαντες (pro vulgari forma προδείξαντες) tuitus est Wesselingius explicans: „*ostentarunt ergo magnificam illam speciem, ut incautos fallerent.*“ Schwgh. qui et ipse vulgatam tenet, aliter eam in interpretatione expressit: „*in currum sustulissent edoctam prius eum adsumere vultus corporisque ha-*

εὐπρεπέστατον φανέεσθαι ἔχουσα, ἤλαυνον ἐς τὸ ἄστυ, προδρόμους κήρυκας προπέμψαντες, οἳ τὰ ἐντεταλμένα ἠγόρευον ἐς τὸ ἄστυ ἀπικόμενοι, λέγοντες
7 τοιάδε· „Ὦ Ἀθηναῖοι, δέκεσθε ἀγαθῷ νόῳ Πεισίστρατον, τὸν αὐτὴ ἡ Ἀθηναίη τιμήσασα ἀνθρώπων μάλιστα, κατάγει ἐς τὴν ἑωυτῆς ἀκρόπολιν."
8 Οἱ μὲν δὴ ταῦτα διαφοιτέοντες ἔλεγον· αὐτίκα δὲ ἔς τε τοὺς δήμους φάτις ἀπίκετο, ὡς Ἀθηναίη Πει- 29
σίστρατον κατάγει· καὶ οἱ ἐν τῷ ἄστεϊ πειθόμενοι τὴν γυναῖκα εἶναι αὐτὴν τὴν θεὸν, προσεύχοντό τε τὴν ἄνθρωπον, καὶ ἐδέκοντο τὸν Πεισίστρατον.

61 Ἀπολαβὼν δὲ τὴν τυραννίδα τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ ὁ Πεισίστρατος, κατὰ τὴν ὁμολογίην τὴν πρὸς Μεγακλέα γενομένην γαμέει τοῦ Μεγακλέους την

Uxore abutens, quam alteram duxerat, Megaclis filiam, coactus rursus decedere, ivit Eretriam, et ibi se opibus munit.

---

bitum, quo maxime decora esse adparitura." Ad sensum non male; namque προδέξαντες vix aliud esse videtur, quam: „*ei* (mulieri) *iam indicantes habitum ac speciem, qua assumta formosissima videbatur.* Scripseram haec, cum a viro docto quodam in Ephemerid. Halenss. 1828 nro. 64 p. 519 locum sic explicatum invenirem: „προδέξαντες σχῆμα οἷόν τι (ὡς) εὐπρεπέστατον ἔχουσα ἔμελλε φανέεσθαι, *prius monstraverant habitum qualem (tanquam) maxime decorum habens appparitura esset; sie hatten ihr eine Haltung gezeigt, in der sie, wie man erwartete, als in der schönsten erscheinen würde.*" — Paullo ante ἐς ἅρμα ἐσβιβάσαντες est: „*cum in currum imposuissent illam.*" Confert Cr. Hemsterh. ad Lucian. II p. 288.

αὐτίκα δὲ ἔς τε τοὺς δημους φάτις ἀπίκετο] φάτις hic est: *rumor, fama*, coll. infra II, 102. Aliis locis dicitur λόγος μῦθος, alia id genus, de quibus Creuzerus in: Histor. Kunst der Griech. p. 178 seq.

καὶ οἱ ἐν τῷ ἄστεϊ πειθόμενοι] οἱ, quod plerumque deest, adscitum e quibusdam libris, in quibus lineae suprascriptum legitur. πειθόμενοι perperam a librariis in pluribus codd. mutatum in πυθόμενοι; „namque," ut Wesselingii utar verbis, „ut mulierem pro dea adorarent, incessere animos *persuasio* debuit *divinitatis.*"

Cap. LXI.

γαμέει τοῦ Μεγακλέους τὴν θυγατέρα] γαμέει in activo, ut de *viro*, cum in medio ple-

2 θυγατέρα. οἷα δὲ παίδων τέ οἱ ὑπαρχόντων νεηνι-
έων, καὶ λεγομένων ἐναγέων εἶναι τῶν Ἀλκμαιωνι-
δέων, οὐ βουλόμενός οἱ γενέσθαι ἐκ τῆς νεογάμου
3 γυναικὸς τέκνα, ἐμίσγετό οἱ οὐ, κατὰ νόμον. τὰ
μέν νυν πρῶτα ἔκρυπτε ταῦτα ἡ γυνή· μετὰ δὲ,
εἴτε ἱστορεύσῃ, εἴτε καὶ οὔ, φράζει τῇ ἑωυτῆς μη-
4 τρί· ἡ δὲ, τῷ ἀνδρί. τὸν δὲ δεινόν τι ἔσχε, ἀτι-
μάζεσθαι πρὸς Πεισιστράτου. ὀργῇ δὲ, ὡς εἶχε,
5 καταλλάσσετο τὴν ἔχθρην τοῖσι στασιώτῃσι. μαθὼν
δὲ ὁ Πεισίστρατος τὰ ποιεύμενα ἐπ' ἑωυτῷ, ἀπαλ-
λάσσετο ἐκ τῆς χώρης τὸ παράπαν. ἀπικόμενος δὲ

---

rumque de foemina dicatur, *quae se* (in matrimonium) *duci patitur*, seu *viro nubit*. Citat Cr. Odyss. XI, 273 ibiq. Eustath. p. 434, 46 Basil. et Thom. Magistr. pag. 191 s. v. γῆμαι.

λεγομένων ἐναγέων εἶναι τῶν Ἀλκμαιωνιδέων] Appellationem ἐναγέων ipse Noster explicat V, 70, ubi vid.

ἐμίσγετό οἱ οὐ κατὰ νόμον] Apud Ulpianum in Demosth. Midian. hac de re referentem legimus: χρώμενος αὐτῇ παρὰ φύσιν, ubi uterque scriptor rem turpem indicare quam explicare maluit. Pertinet enim hoc ad vitium istud, quo viri sequioris sexus vices subeunt, pathici inde dicti. Nec alio modo hic feminâ, quam pathico usus videtur Pisistratus. Conf. C. G. Stark. in Prolus. de νούσῳ θηλείᾳ apud Herodot. Ien. 1827 pag. 5.

τὸν δὲ δεινόν τι ἔσχε, ἀτιμάζεσθαι] De huius infinitivi ratione, qui subiecti ut aiunt loco ad δεινόν τι ἔσχε pertinere videtur, consul. Matth. §. 534, a pag. 1044. Ad locutionem conf. Pausan. IV, 25, §. 1, ubi nostri loci haud immemor fuit Siebelis.

ὀργῇ δὲ, ὡς εἶχε] recurrit locutio I, 114, cuius loci si memor fuisset Schaeferus, non scripsisset ὀργῆς δὲ ὡς εἶχε, sed distinctionem posuisset post δὲ, qualem nunc additam videmus. Ut enim dicitur ὡς ὀργῆς ἔχειν (cf. Matth. §. 337 p. 643 seq.) ita nec dativus, quo hic ratio s. modus exprimitur, quidquam habet, quo offendaris. — Mox στασιώτῃσι in aliquot libris mutatum in στρατιώτῃσι, haud rara confusione, de qua Wesseling. ad h. l.

ἀπικόμενος δὲ ἐς Ἐρέτριαν] Intelligenda est Euboeica Eretria, cum ex Euboea profectus Pisistratus denuo invaderet Atticam, auctore Polyaeno Strateg. I, 21 §. 1.

6 ἐς Ἐρέτριαν, ἐβουλεύετο ἅμα τοῖσι παισί. Ἱππίεω
δὲ γνώμην νικήσαντος, ἀνακτᾶσθαι ὀπίσω τὴν τυ-
ραννίδα, ἐνθαῦτα ἤγειρον δωτίνας ἐκ τῶν πολίων,
αἵ τινές σφι προηδέατό κού τι. πολλῶν δὲ μεγάλα
παρασχόντων χρήματα, Θηβαῖοι ὑπερεβάλοντο τῇ
7 δόσεϊ τῶν χρημάτων. μετὰ δὲ, οὐ πολλῷ λόγῳ εἰ-
πεῖν, χρόνος διέφυ, καὶ πάντα σφι ἐξήρτυτο ἐς
8 τὴν κάτοδον. καὶ γὰρ Ἀργεῖοι μισθωτοὶ ἀπίκοντο
ἐκ Πελοποννήσου· καὶ Νάξιός σφι ἀνὴρ ἀπιγμένος
ἐθελοντὴς, τῷ οὔνομα ἦν Λύγδαμις, προθυμίην
πλείστην παρείχετο, κομίσας καὶ χρήματα καὶ ἄν-

Ἱππίεω δὲ γνώμην νικήσαντος] Aliquot libri γνώμῃ, quod alter locus III, 82 forsan firmare possit. Nec minus tamen γνώμην νικᾶν, alia id genus dici vere monuit Wesselingius tum ad h. l. tum ad Diodor. Sic. XI, 26.

αἵ τινές σφι προηδέατό κού τι] Tres libri προηδέατο sine iota subscripto, alii προειδέατο. Nos recentt. editt. secuti sumus, cum προηδέατο descendat a verbo προαιδέομαι i. e. „*reverentiam, ob acceptum ante beneficium et gratum animum testor,*“ ut III, 40. Intelliguntur enim Pisistratidae dona sibi collegisse ab iis urbibus, quae beneficiis ante acceptis devinctae illis, nunc eosdem hic muneribus quodammodo remunerantur. Eodem fere sensu προτιμᾶν notavit Seguar. ad Clement. Alex. Quis Div. etc. pag. 368, quem locum adscripserat Cr. προηδέατο, quod in quibusdam legitur, Gronovius ducit a verbo προήδομαι, hoc sensu: „*quae ipsis nonnihil ante placuerant.*“ Sed iure hoc displicuit Wesselingio. — Ad. ἀγείρειν (stipem *colligere, mendicare*) Cr. confert. Ruhnken. ad Timaei Lex. Platon. pag. 10 et Eustath. ad Odyss. XIX, 284 (p. 697 supra ed. Bas.) ubi de ἀγυρτάζειν, συναγείρεσθαι et πτωχεύειν.

οὐ πολλῷ λόγῳ εἰπεῖν] i. e. *ut paucis absolvam, tempus praeterlapsum est* (s. tempore interiecto) *et omnia ipsis ad reditum parata sunt.* De locutione conf. Matth. §. 545 p. 1069. Viger. p. 206. 744. Verba ὁ χρόνος διέφυ poetici quid sonare videntur, cum nihil aliud indicent, nisi: *tempus est interiectum,* ubi plerumque Noster utitur verbo διέρχεσθαι ac similibus. — De *Lygdamo,* quem Naxi tyrannum vocat Polyaenus Strateg. I, 23 §. 2, vid. infra I, 64.

Anno undecimo exilii Marathonem occupat. Amphilyti vaticinium.

62 ὁρας. Ἐξ Ἐρετρίης δὲ ὁρμηθέντες, διὰ ἑνδεκάτου
ἔτεος ἀπίκοντο ὀπίσω. καὶ πρῶτον τῆς Ἀττικῆς
2 ἴσχουσι Μαραθῶνα. ἐν δὲ τούτῳ τῷ χώρῳ σφι
στρατοπεδευομένοισι, οἵ τε ἐκ τοῦ ἄστεος στασιῶ-
ται ἀπίκοντο, ἄλλοι τε ἐκ τῶν δήμων προσέῤῥεον,
οἷσι ἡ τυραννὶς πρὸ ἐλευθερίης ἦν ἀσπαστότερον.
3 οὗτοι μὲν δὴ συνηλίζοντο. Ἀθηναίων δὲ οἱ ἐκ τοῦ
ἄστεος, ἕως μὲν Πεισίστρατος τὰ χρήματα ἤγειρε,
καὶ μεταῦτις ὡς ἔσχε Μαραθῶνα, λόγον οὐδένα εἶ-
χον. ἐπεί τε δὲ ἐπύθοντο ἐκ τοῦ Μαραθῶνος αὐτὸν
πορεύεσθαι ἐπὶ τὸ ἄστυ, οὕτω δὴ βοηθέουσι ἐπ'
4 αὐτόν. καὶ οὗτοί τε πανστρατιῇ ᾖσαν ἐπὶ τοὺς κα-
τιόντας· καὶ οἱ ἀμφὶ Πεισίστρατον, ὡς ὁρμηθέντες
ἐκ Μαραθῶνος ἤισαν ἐπὶ τὸ ἄστυ, ἐς τὠυτὸ συνι-

Cap. LXII.

διὰ ἑνδεκάτου ἔτεος] i. e. *undecimo anno* vel potius *intra undecimum annum*, ex eo scilicet tempore, quo Athenis erant pulsi. Inde Matthiae Gr. Gr. §. 580, e pag. 1150 reddit: *eilf Jahre nachher*, praepositionem *διὰ* ad temporis intervallum indicandum referens. Nam *διὰ* (ut Fischer. ait, ad Weller. III, 6 p. 168) numeralibus et genitivis nominum temporis iunctum explicari debet ita, ut id, quod fieri factumque esse dicatur, fieri factumque existimetur eo tempore, intra id tempus, quod nominatur. — De argumento conf. nott. ad I, 59.

οἷσι ἡ τυραννὶς πρὸ ἐλευθερίης ἦν ἀσπαστότερον] De usu praepositionis *πρὸ* consul. Matth. §. 450 not. 1 pag. 844. Pro *οἷσι* Struve Specim. Quaest. p. 23 scribendum censet *τοῖσι*. Sed libri refragantur, quorum auctoritati in his nonnihil tribuendum censemus.

καὶ οὗτοί τε πανστρατιῇ ᾖσαν] Vulgo *ἤσαν*, cuius loco alii *ἦσαν*, quod nuperrimi editores mutarunt in *ἤισαν*, quod legitur I, 43 (ubi unus Sancrofti liber *ἤεισαν*). Reliqui tamen cum Matthiae Gr. Gr. §. 219 pag. 417 vulgatam *ᾖσαν* (pro *ἤισαν*) et hoc loco et II, 163, ubi libri omnes vel *ᾖσαν* vel *ἤσαν*. — *κατιόντας* in seqq. Noster eos dicit, *qui ab exilio redeant vel reditus viam sibi parent*.

ἐς τὠυτὸ συνιόντες] i. e. *congressi eundem in locum cum*

όντες ἀπικνέονται ἐπὶ Παλληνίδος Ἀθηναίης ἱρὸν, καὶ ἀντία ἔθεντο τὰ ὅπλα. ἐνθαῦτα θείῃ πομπῇ χρεώμενος παρίσταται Πεισιστράτῳ Ἀμφίλυτος ὁ

---

iis, qui ex urbe obviam ierant, s. *occurrentes eodem in loco* etc. Distinctionem, quae olim post συνιόντες inveniebatur, cum Gaisf. posuimus post ἄστυ. Cum quo eodem in seqq. dedimus ἀπικνέονται et ἔθεντο pro eo, quod Aldina exhibet ἀπικνέεται et ἔθετο, quodque nuper defendit Hermann. ad Viger. pag. 700, qui distinctione post συνιόντες revocata, ad verba ἀπικνέεται et ἔθετο supplet ὁ Πεισίστρατος. Id quod speciosius quam verius videtur. — *οἱ ἀμφὶ Πεισίστρατον* intelligo *de Pisistrato ipso una cum ipsius assedis.* Conf. Matth. Gr. Gr. §. 583, c. 1 pag. 1159.

ἀπικνέονται ἐπὶ Παλληνίδος Ἀθηναίης ἱρὸν] Est templum *Minervae* quae *Pallenensis* vocatur e loco ipso, ubi templum est exstructum et ubi dea colitur. Nam *Pallene* pagi Attici est nomen, qui prope Acharnas fuisse videtur, observante Kruse (Hellas II, 1 pag. 290). Ad Antiochidem pertinebat ille tribum, cuius aeque ac deae inde cognominatae aliquoties apud veteres fit mentio. Conf. Boeckh. Inscr. Corp. I, 3 p. 907. Splendidum fuisse templum donariisque multis ornatum inde colligo, quod peculiaris Themisonis exstabat de his liber, qui inscribebatur Παλληνίς, teste Athenaeo VI, 26 pag. 234, F seq., ubi vid. Schweigh. Tom. III pag. 358 Annott.

ἀντία ἔθεντο τὰ ὅπλα] Vulgo vertunt: „*castra ex adverso posuerunt.*" Accuratius opinor: „*ibique in aciem constiterunt.* Nam τίθεσθαι τὰ ὅπλα est: *in aciem se consistere, sich aufstellen.*" Vide, quae dixi ad Plutarch. Alcibiad. 30 (ubi: ἐναντία ὅπλα τίθεσθαι) pag. 226 et add. Krüger. in Indic. ad Xenophont. Anabas. pag. 510.

θείῃ πομπῇ χρεώμενος] i. e. *divinitus missus, divino instinctu usus.* Est enim πομπὴ tum *missio*, tum *impulsus instinctus.* Cr. laudat Aristid. Panathen. I.

Ἀμφίλυτος ὁ Ἀκαρνὰν] Ita omnes libri. Cum vero *Acarnanis* mentio hic mira videatur, Valckenarius reponi mavult ὁ Ἀκαρνεὺς s. Ἀχαρνεὺς, ut *Acharnensis* intelligatur vates, oriundus Acharnensium pago in ipsa terra Attica; quem eundem hinc Socrates (in Platonis qui fertur Theag. pag. 124, D) vocat χρησμῳδὸν τὸν ἡμεδαπόν, et diserte *Atheniensem* dicit Clemens Alexandr. Stromatt. I pag. 398, 21. Quae utrum sufficiant ad Herodoteorum librorum lectionem mutandam, alii diiudicent. Equidem a codd. scriptura recedere nolui, quam ita tueri studuit

Ἀκαρνὰν, χρησμολόγος ἀνὴρ, ὅς οἱ προσιὼν χρᾷ ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ, τάδε λέγων·

Ἔῤῥιπται δ' ὁ βόλος, τὸ δὲ δίκτυον ἐκπεπέτασται·
θύννοι δ' οἰμήσουσι σεληναίης διὰ νυκτός.

Gronovius, ut Ἀχαρνὰν s. Ἀκαρνὰν idem valere diceret atque Ἀχαρνεὺς, quo Acharnensis pagi cives ille perhibeatur. Alia de hoc vate suppeditabit Meursius in Pisistrat. cap. 5.

χρησμολόγος] Ita vocatur is, *qui oracula edit*, Apollinis numine afflatus. Alibi *oraculorum est interpres*, ut VII, 6. 142 et apud Pausaniam I, 34 §. 3, ubi vid. Siebel.

Ἐῤῥιπται δ' ὁ βόλος] βόλος ut Latinorum *iaculum*, hic brevius retis genus (ein kleines Zugnetz) indicat indeque distinguitur ab eo, quod δίκτυον dicitur. Praeter ea, quae Lexica offerunt, *Cr.* confert Böttiger. in Amalthea II pag. 307 not. Alias ὁ βόλος de piscibus ipsis uno retis iactu captis dicitur; ut in Aeschyl. Pers. 430, ubi vid. Blomfield. in Glossar.; cui *Cr.* addit Wyttenbach. ad Plutarch. Morall. Vol. II p. 633. Hinc in Theocrit. I, 40 a scholiis explicatur ἄγρα, et Latinus scriptor Varro vocabulo Graeco lucri sensu utitur in his: „sed ut hunc *bolum* pervenias." (De Re rustic. III, 2, 16 p. 278 Schneid.) Respicitur autem in oraculo, quod h. l. legitur, ea piscatio, quae quia nocte fiebat, νυκτερευτικὴ dicebatur, de qua *Cr.* citat Plat. in Sophist. pag. 220, D, ubi vid. Heindorf. pag. 287. Alias thynnorum piscationis crebra mentio; quae plerumque ita fiebat, ut quis in altum locum adscenderet, unde thynnorum gregem specularetur, quo viso, signum piscatoribus daret, qui retibus totum gregem includerent. Quod post Philostratum in Icon. I, 13 copiose rem describentem apte monuit Blomfield. l. l., multa alia colligens, unde certe hoc probatur id piscandi genus frequentissimum fuisse valdeque ei indulsisse veteres, inprimis Atticos homines. Unde imaginem, qua oraculum utitur, non longe repetitam et quaesitam, sed ex solemni hominum Atticorum occupatione desumtam esse quivis perspiciet. Simile tamen effatum Helveti comitis ad Turicenses ex I. Mülleri Hist. Helvet. I p. 492 affert *Cr.*, ubi potissimum attende haec verba: „Zürich ist von meinen Herrschaften *wie ein Fisch vom Garn umgeben.*"

θύννοι δ' οἰμήσουσι] θύννοι ex Schellershemiano libro cum Gaisfordio praetulimus; vulgo θῦνοι, alii θύνοι. Et Blomfieldius quoque, ubi nostrum locum attigit in annotatione laudata, iure scribit θύννοι; quippe quae est legitima vocis scriptura. Indicatur vero *thunnus scomber* Linnaei, qui

63 Ὁ μὲν δή οἱ ἐνθεάζων χρᾷ τάδε· Πεισίστρατος δὲ, συλλαβὼν τὸ χρηστήριον, καὶ φὰς δέκεσθαι τὸ
2 χρησθὲν, ἐπῆγε τὴν στρατιήν. Ἀθηναῖοι δὲ οἱ ἐκ ἄστεος πρὸς ἄριστον τετραμμένοι ἦσαν δὴ τηνικαῦτα· καὶ μετὰ τὸ ἄριστον μετεξέτεροι αὐτῶν, οἱ μὲν, πρὸς κύβους, οἱ δὲ, πρὸς ὕπνον. οἱ δὲ ἀμφὶ Πεισίστρατον ἐσπεσόντες, τοὺς Ἀθηναίους τρέπουσι.
3 φευγόντων δὲ τούτων, βουλὴν ἐνθαῦτα σοφωτάτην

Inde adortus Athenienses, urbem tertio recipit.

---

per Gaditanas angustias in mare mediterraneum intrans, tum litora Europaea radens per Aegaeum mare in Pontum usque permeat indeque regreditur in mare Aegaeum ac mediterraneum. Multum ad eius piscationem incubuerunt veteres, in quibus Phoenices, Byzantini, alii praecipuum obtinent locum, nec minus nostra aetate in Galliae atque Italiae orâ huic rei incolae student, quae hic exponere longum est, cum quae diximus, ad Herodotum illustrandum sufficere queant. Primarios tamen veterum scriptorum locos indicasse haud abs re esse videtur. Qui sunt Athenaei VII, 63 seqq. p. 301, E seqq. Aeliani Hist. Animal. IX, 42. XV, 5. Aristotelis Hist. Animal. VIII, 15, ubi conferatur Schneideri annotatio et supra laudata Böttigeri disputatio in Amalthea II p. 303.

οἰμήσουσι a verbo οἰμᾶν *impetu ferri.* „De accipitre in columbam celeri volatu irruente usurpat Homerus Il. XXII, 140. 308 coll. 311. Odyss. XXIV, 537. Conf. Apollon. Lex. Homeric. pag. 494, ubi explicatur per ὁρμᾶν.“ Cr.

Cap. LXIII.

ὁ μὲν δή οἱ ἐνθεάζων χρᾷ τάδε] Verbum ἐνθεάζειν eorum esse, *qui deo, ut videri volebant, pleni, futura canant*, monet hoc loco laudato Wesseling. ad Diodor. Sicul. IV, 66 T. I p. 311.

συλλαβὼν τὸ χρηστήριον] i. e. *percepto, intellecto carmine.* Recurrit III, 64. Hinc minime emendandum συμβαλών, ut quidam voluit. Plura de significatione verbi atque confusione Creuzerus in Commentt. Herodott. p. 303 not. Tu conf. I, 91. — Quod ad sequentia attinet, ubi victoria narratur Pisistrati, mirum est Andocidem loqui de victoriâ ab Atheniensibus reportata contra Periclem; vid. orat. de myster. p. 14 lin. 21 seqq.

ἐπῆγε τὴν στρατιήν] Imitatus est Pausanias aliquot locis, indicante Siebel. ad IV, 20 §. 3 pag. 135. Ἐπάγειν enim plerumque de *malis immissis* s. *illatis.* Conf. tamen ibid. III, 6 §. 2. pag. 15 Commentt.

Πεισίστρατος ἐπιτεχνᾶται, ὅκως μήτε ἁλισθεῖεν ἔτι
4 *οἱ Ἀθηναῖοι, διεσκεδασμένοι τε εἶεν. ἀναβιβάσας* 95
τοὺς παῖδας ἐπὶ ἵππους, προέπεμπε· οἱ δὲ κατα-
λαμβάνοντες τοὺς φεύγοντας, ἔλεγον τὰ ἐντεταλμέ-
να ὑπὸ Πεισιστράτου, θαρσέειν τε κελεύοντες, καὶ
64 *ἀπιέναι ἕκαστος ἐπὶ τὰ ἑωυτοῦ. Πειθομένων δὲ*
τῶν Ἀθηναίων, οὕτω δὴ Πεισίστρατος τὸ τρίτον
σχὼν Ἀθήνας, ἐῤῥίζωσε τὴν τυραννίδα ἐπικούροισί 1
τε πολλοῖσι, καὶ χρημάτων συνόδοισι, τῶν μὲν, αὐ-
τόθεν, τῶν δὲ, ἀπὸ Στρυμόνος ποταμοῦ συνιόν-
2 *των· ὁμήρους τε τῶν παραμεινάντων Ἀθηναίων*

Obsides capti, et missi Naxum bello domitam: Delus expiata: Megacles et alii profugi.

ὅκως μήτε ἁλισθεῖεν ἔτι κ. τ. λ.] *μήτε — τε* hoc loco est: *nec* (*non solum non*) — *et* (sed etiam). Particulam *ὅκως* Optativus excipit propter praesens historicum opinor, quod antecedit. Conf. Matth. §. 518, 1—3.

ἀναβιβάσας τοὺς παῖδας ἐπὶ ἵππους] i. e. „*filios* (*suos*) *impositos equis praemisit.*" De locutione conf. I, 60, ubi de Phya: *ἐς ἅρμα ἐσβιβάσαντες* ibiq. not. *τοὺς παῖδας* hic de filiis ipsis Pisistrati, nec de aliis, v. c. servis, intelligendum vel inde sequi videtur quod I, 61 legimus de Pisistrato: *ἐβουλεύετο ἅμα τοῖσι παισὶν* etc. Nec ratio ipsa abhorret.

καὶ ἀπιέναι ἕκαστος ἐπὶ τὰ ἑωυτοῦ] Qui *ἀπιέναι* infinitivum pro imperativo hic accipi volunt, non minus mihi a sensu loci aberrasse videntur, quam ii, qui cum Stephano scribere malint *ἕκαστον*. Est enim nominativus ex anacoluthiae quodam genere explicandus, apud Herodotum haud insolito, de quo conf. ad I, 27 nott.

Cap. LXIV.

καὶ χρημάτων συνόδοισι, τῶν μὲν, αὐτόθεν, τῶν δὲ ἀπὸ Στρυμόνος ποταμοῦ συνιόντων] In pecuniarum reditibus, qui ex ipsa Attica regione (*αὐτόθεν*) cogebantur, respexisse puto Herodotum metalla Lauria, unde argentum proveniebat. Quae quidem illo tempore plus protulisse videntur, quam posthac; ita ut fodinae Strabonis tempore neglectae fere iacerent. De his copiose disseruit, monente Cr., Boeckh. tum in Oeconom. Atheniens. I p. 331 tum in peculiari scriptione inserta commentatt. Academ. reg. Berolinensis ann. 1815. Deinde ubi reditus Noster dicit a Strymone fluvio provenientes, intelligit metalla Thracia, eaque aurea, de quibus postmodo Athenien-

καὶ μὴ αὐτίκα φυγόντων παῖδας λαβών, καὶ καταστήσας ἐς Νάξον· καὶ γὰρ ταύτην ὁ Πεισίστρατος κατεστρέψατο πολέμῳ, καὶ ἐπέτρεψε Λυγδάμι· πρός γε ἔτι τούτοισι, τὴν νῆσον Δῆλον καθήρας
3 ἐκ τῶν λογίων. καθήρας δὲ ὧδε. ἐπ᾽ ὅσον ἔποψις

---

ses disceptabant, auctore Thucydide I, 100. Plura idem Boeckhius l. l. pag. 334 seq. — Ad universam sententiam conf. Polyaeni Strateg. I, 21 §. 2 de dolo narrantem, quo Athenienses Pisistratus ceperit. Laudat praeterea hanc in rem Larcherus Maxim. Tyr. Diss. XXIX (XIII) §. 3 p. 349 et alia quaedam.

καὶ γὰρ ταύτην ὁ Πεισίστρατος κατεστρέψατο κ. τ. λ.] Sustuli parentheseos signa, quibus verba *καὶ γὰρ* — *Λυγδάμι* vulgo inclusa tenentur, praecipue motus iis, quae sequuntur: *πρός γε ἔτι τούτοισι τὴν νῆσον Δῆλον καθήρας*, ita ut participium *καθήρας* non annectendum sit sententiae nimis remotae, *ἐῤῥίζωσε τὴν τυραννίδα*, sed magis coniungendum vel potius addendum ad ea, quae de Naxo proxime ante enarrantur, quae nimirum cum referret auctor, in mentem quoque venit Deli insulae a Pisistrato itidem captae et lustratae. Quam rem scitu memorabilem ne praetermitteret, statim addit: *πρός γε ἔτι τούτοισι τὴν νῆσον Δῆλον* hoc fere sensu: „*iamque ille* (non solum Naxum cepit, verum etiam) *praeterea Delum insulam cepit eamque lustravit secundum oracula, hoc modo istud faciens.*“ In quo quum *lustrandi* negotium primarium videretur, omisit occupatae insulae mentionem facere, praesertim cum hoc ipsum ex antecedentibus facile intelligi possit ac debeat. Quae si bene disputavi, distinctio post *τούτοισι* vulga posita, tollenda est, ut accusativus *Δῆλον* non minus ad *καθήρας* pertineat, quam mente quoque referatur ad id, quod quamvis omissum, subaudiri tamen debeat *κατεστρέψατο.* — *πρός γε* ut mutemus cum Schaefero in *πρὸς δὲ*, invitis libris minime opus. — *Λυγδάμι* bene retinent boni libri. De quo dativo conf. ad I, 41. Mox in verbis *καθήρας δὲ ὧδε* similem agnosco orationis abundantiam atque supra I, 8 init. in verbis *ὥστε δὲ ταῦτα νομίζων*.

καθήρας δὲ ὧδε] Memorat huius rei praeter Ammian. Marcellin. XXII, 12 fin. Thucydides III, 104. Cum enim Pisistratus haud totam insulam purgasset, sed quantum dumtaxat a templo quaqua versus prospici poterat, rursus eam Athenienses Olymp. 88, 3 lustrarunt iussu oraculi, et iis quidem ipsis ritibus, qui etiam h. l. memorantur. Vid. Thucy-

τοῦ ἱροῦ εἶχε, ἐκ τούτου τοῦ χώρου παντὸς ἐξορύξας τοὺς νεκροὺς, μετεφόρεε ἐς ἄλλον χῶρον τῆς
4 Δήλου. καὶ Πεισίστρατος μὲν ἐτυράννευε Ἀθηναίων·
Ἀθηναίων δὲ οἱ μὲν ἐν τῇ μάχῃ ἐπεπτώκεσαν, οἱ 31
δὲ αὐτῶν μετὰ Ἀλκμαιωνίδεω ἔφευγον ἐκ τῆς οἰκηΐης.

65 Lacedaemoniis post pessimas leges, quibus usi erant, optimae a Lycurgo datae a. 884.

Τοὺς μέν νυν Ἀθηναίους τοιαῦτα τὸν χρόνον τοῦτον ἐπυνθάνετο ὁ Κροῖσος κατέχοντα· τοὺς δὲ Λακεδαιμονίους ἐκ κακῶν τε μεγάλων πεφευγότας, καὶ ἐόντας ἤδη τῷ πολέμῳ κατυπερτέρους Τεγεη-
2 τέων. ἐπὶ γὰρ Λέοντος βασιλεύοντος καὶ Ἡγησικλέος ἐν Σπάρτῃ, τοὺς ἄλλους πολέμους εὐτυχέοντες οἱ Λακεδαιμόνιοι, πρὸς Τεγεήτας μούνους προσ-
3 έπταιον. τὸ δὲ ἔτι πρότερον τούτων, καὶ κακονομώτατοι ἦσαν σχεδὸν πάντων Ἑλλήνων, κατά τε

---

did. l. l. ibique Dukeri not. In quibus mortuorum cadaverum efossio non ultimum obtinet locum, cum mortuorum sepulturâ terram sacram pollui vetus esset superstitio, cuius testimonia offert Diodorus Sic. XII, 58. Aeschin. Epist. 1.

Ἀθηναίων δὲ οἱ μὲν ἐν τῇ κ. τ. λ.] Intelligit, credo, non omnes Athenienses generatim, verum τοὺς ἐκ τοῦ ἄστεος, ut locutus erat I, 62. 63, i. e. adversarios, alius factionis Athenienses, oppidanos potissimum. — Mox: μετὰ Ἀλκμαιωνίδεω intelligo de Megacle Alcmaeonida i. e. Alcmaeonis filio, huius factionis duce; cf. I, 59. Unde minime necessaria videtur lectio Ἀλκμαιωνιδέων, ad quam a vetere interprete inductus erat Wesselingius quamque etiam probatam habebat Plutarchi verbis in Solon. fin. ὁ μὲν Μεγακλῆς εὐθὺς ἔφυγε μετὰ τῶν ἄλλων Ἀλκμαιωνιδῶν.

Cap. LXV.

καὶ Ἡγησικλέος] Apud Pausaniam III, 7 dicitur Ἀγασικλῆς, Aristonis pater, de quo I, 67 init. Add. Pausan. III, 3.

πρὸς Τεγεήτας μούνους προσέπταιον] i. e. *adversus Tegeatas solos infelices in pugna erant.* προσπταίειν et περιπταίειν frequens hoc sensu (*offendere* i. e. *cladem accipere*) tum apud Herodotum (I, 16. II, 161. VI, 45 etc.), tum apud alios. Vid. notatt. ad Plutarch. Pyrrh. pag. 166.

κατά τε σφέας αὐτοὺς κ. τ. λ.] Vult Herodotus: *Lacedaemonios omnium fere Graeco-*

σφέας αὐτοὺς, καὶ ξείνοισι ἀπρόσμικτοι. μετέβαλον
4 δὲ ὧδε ἐς εὐνομίην. Λυκούργου, τῶν Σπαρτιητέων δοκίμου ἀνδρὸς, ἐλθόντος ἐς Δελφοὺς ἐπὶ τὸ χρηστήριον, ὡς ἐσήϊε ἐς τὸ μέγαρον, εὐθὺς ἡ Πυθίη λέγει τάδε·

---

rum pessimis legibus fuisse usos, tum, *quod ad se ipsos ipsorumque mutuum inter se commercium attinet*, tum vero etiam, *in eorum cum exteris commercio*, quod scilicet omnem cum his recusabant consociationem omneque commercium.“ Unde apparet vis particularum *τε* — *καί*.

ξείνοισι ἀπρόσμικτοι] Sic dicuntur, qui nullam cum exteris ineunt aut permittunt consuetudinem, qui omne cum peregrinis excludunt commercium. Vid. quae laudantur in nott. Wesselingii et Schweigh. De ipsa re longior ad h. l. exstat Bellangeri disputatio in Larcheri notis. Quaerit enim ille, quo fine Spartanis omne fuerit interdictum cum peregrinis gentibus commercium, quo illud omnino spectarit, quid inde secutum fuerit. Sed Herodoti hoc ex loco minime colligi poterit, ut nonnullis visum est, *ξενηλασίας* quod vocatur institutum iam ante Lycurgum invaluisse, quem vulgo istius instituti auctorem perhibent. Neque vero omne hospitium omneque cum exteris gentibus commercium Spartanis interdictum fuisse credam, cum haud pauca reperiantur vestigia hospitii Spartanorum cum exteris initi, quos ipsos festis Spartae celebratis haud raro interfuisse legimus. Peregrinae stirpis incolas potius Spartâ remotos voluisse videntur, qui cum alius essent generis, ipsumque vitae genus sectarentur mollius, periculum erat ne civium Spartanorum mores frequenti cum illis commercio depravarentur. Ac prisca instituta, priscos mores quantopere conservare studuerint Dores, nemo nescit. Ad Herodotum ut revertar, nihil ex hoc scriptore colligi poterit, quod communem de Lycurgo *ξενηλασίας* institutore sententiam evertat, immo ante Lycurgum vel magis alienos ab ullo cum alienigenis commercio Lacedaemonios dixeris. De ipsa *ξενηλασίᾳ* Cr. confert C. O. Müller. Dorr. II pag. 8 not. pag. 411 coll. 157. 229. — Quod vero ante Lycurgum Spartanos Noster fuisse scribit *κακονομωτάτους* i. e. *pessimis legibus utentes*, id idem Müller. (l. l. II p. 15. 16) refert ad priora Dorum instituta, temporis decursu labefactata, turbata et in deterius lapsa. Quae eadem Lycurgus ex illius viri docti sententia, integra restituisse ac revocasse erit censendus, minime vero recens induxisse.

ἐς τὸ μέγαρον] *μέγαρον* est interius templi sacellum, ubi

5 Ἥκεις, ὦ Λυκόοργε, ἐμὸν ποτὶ πίονα νηόν,
Ζηνὶ φίλος, καὶ πᾶσιν Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσι.
διζῶ ἤ σε θεὸν μαντεύσομαι, ἢ ἄνθρωπον.
ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον θεὸν ἔλπομαι, ὦ Λυκόοργε.

6 Οἱ μὲν δή τινες πρὸς τούτοισι λέγουσι καὶ φράσαι

Pythia sciscitantibus oracula edit. Conf. nott. ad I, 47.

ὦ Λυκόοργε] Vulgo Λυκόεργε, quod e Schellersh. et Mediceo libro nunc mutatum est in Λυκόοργε, et probatur, monente Cr., Apollon. Rhod. I, 162. Homer. Il. VI, 130, ubi vid. Heyne. Est autem utraque forma usitata, ut scribit Boeckh. in Corp. Inscript. I, 1 p. 78. — Λυκόεργε praebet Aristidis Schol. pag. 108 Frommel., ubi oraculi versus leguntur, itemque paulo post ποτὶ ναὸν ἀνιών. Exhibentur iidem versus in Diodori Excerptt. a Maio detectis (Nov. script. coll. II p. 1) additique leguntur hi duo:

ἥκεις δ' εὐνομίαν αἰτεύμενος· αὐτὰρ ἔγωγε
δώσω τὴν οὐκ ἄλλη ἐπιχθονίη πόλις ἕξει.

Ipsum oraculum celeberrimum Spartanis fuisse videtur, insertumque ταῖς παλαιοτάταις ἀναγραφαῖς, ut refert Plutarch. advs. Colot. p. 1156, F. De quibus ἀναγραφαῖς Cr. confert C. O. Müller. l. l. II pag. 131. Nec improbabile videbitur, ex his ipsis oraculi verba Herodotum sumsisse.

διζῶ] Vulgo δίζω. Sed praestat alterum, ut magis Ionicum. Conf. I, 94 et Buttmann. ausführl. Gramm. II p. 111. Ipsum verbum *ambigendi* notione invenitur in Homer. Il. XVI, 713. In Diodori Excerptis itidem exstat διζῶ. — μαντεύσομαι eo sensu accipiendum, quo futurum poni vult Werfer. in Actt. phill. Monacc. I pag. 232 — 234, ubi coniunctivo deliberativo non opus, ut I, 55. 97 etc. coll. nott. ad I, 11. Hinc vertas: *dicturus sim, ob ich — soll.* Censor in Ephemerid. Ienenss. 1817 nro. 162 pag. 359 scribi posse suspicatur:

δίζομαι εἴ σε θεὸν μαντεύσομαι ἢ ἄνθρωπον.

ἢ ἄνθρωπον] Ita meliores libri. Alii ἠὲ καὶ ἄνδρα. Apud Aristidem l. l. exstat ἠὲ βροτόν τε; quod Werferus olim defendit eo quod apud poetas subinde ἢ — τε in altero orationis membro ponatur, ubi simplex antecedat ἤ. Nec tamen ideo meliorem librorum lectionem deserere visum est.

ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον] In Diodori Excerptt. legitur: ἀλλὰ θεὸν καὶ μᾶλλον ἔτ' οἴομαι —. De usu particulae καὶ (καὶ μᾶλλον) non copulativa sed intensiva Cr. laudat Schaefer. ad Dionys. Halic. de compos. verbb. p. 333.

οἱ μὲν δή τινες πρὸς τούτοισι λέγουσι] Refert Strabo

αὐτῷ τὴν Πυθίην τὸν νῦν κατεστεῶτα κόσμον Σπαρτιήτῃσι. ὡς δ' αὐτοὶ Λακεδαιμόνιοι λέγουσι, Λυκοῦργον ἐπιτροπεύσαντα Λεωβώτεω, ἀδελφιδέου μὲν ἑωυτοῦ, βασιλεύοντος δὲ Σπαρτιητέων, ἐκ

XVI pag. 762 s. pag. 1105, C. D. eam famam, qua Lycurgus a Pythia acceperit, quae dein Lacedaemoniis edixerit, Minois Cretensium regis ille quidem aemulus. Unde alii dicebant, ex ipsa Creta insula leges Lacedaemoniis attulisse Lycurgum; in quam sententiam idem disputat Strabo et qui ab eo citatur Ephorus X p. 735 (Ephori fragmm. p. 165 seqq. 173 seq. ed. Marx. coll. C. O. Müller. *Dorr.* II pag. 16 seqq.). Namque Ephorus hoc sibi proposuerat, ut plurima Lacedaemoniorum instituta a Cretensibus repetenda esse evinceret. Utut est, multum videntur in eo sibi indulsisse Lacedaemonii, quod ipsorum leges ex Pythico oraculo profectae essent, in hanc adeo modum descriptae, ut oraculorum formam retinuerint. Quin commemoratur magistratus *Pythiorum quatuor*, qui a rege designati oracula Pythica Spartam integra referrent. Unde probare conatur C. O. Müller. (p. 17 seq. l. l.) hoc oraculum universae Spartanorum rei publicae tuendae legibusque servandis quasi praefuisse. — „De Lycurgo tanquam viro prudente et cui Scipio Africanus maior similis fuerit in callide usurpandis oraculis, somniis, id genus aliis, iudicium facit Polybius X, 2 pag. 189 ed. Schwg. coll. X, 5 pag. 196." *Cr.*

τὸν νῦν κατεστεῶτα κόσμον] Eodem sensu *πολιτείας κόσμον* dicit Plato Legg. VI init., nec aliter Pythagorei homines *κόσμον* de rei publicae forma praesertim ea quae bene constituta est aut constitui debet, usurpant. Cicero Latine reddidit *ornatum* in libro de Re publ. I, 28, ubi vid. Creuzeri et Moseri annotat. p. 115.

ὡς δ' αὐτοὶ Λακεδαιμόνιοι λέγουσι κ. τ. λ.] De constructione monitum ad I, 58.

Λυκοῦργον ἐπιτροπεύσαντα Λεωβώτεω, ἀδελφιδέου μὲν ἑωυτοῦ, βασιλεύοντος δὲ Σπαρτιητέων, ἐκ Κρήτης ἀγαγέσθαι ταῦτα] In his nihil libri variant, nisi quod pro *Λεωβώτεω* plures exhibent *Λεωβάτεω*. Eo maior in re ipsa difficultas. Plerique enim alii scriptores, de quibus vid. Meursium in Regn. Lacon. 9. Miscell. Lacon. II, 5, *Charillum* nominant, cuius tutelam, ut fratris Polydectae filii, Lycurgus administraverit. Accedit quod Leobotes e regia Eurystenidarum stirpe, Lycurgus vero, Eunomi filius (cuius stemma vid. apud Marx. ad Ephori fragm. p. 174), Proclida fuit. Nec convenit denique temporum ratio, quum centum fere anni inter Leobotae obitum

Κρήτης ἀγαγέσθαι ταῦτα. ὡς γὰρ ἐπιτροπεῦσαι τά-

---

et Lycurgi legislationem intercedere dicantur; ita ut, Leobotâ adeoque eius filio Dorysso regnante ne natus quidem esse potuerit Lycurgus. Marshamus, quo Herodotum quodammodo conciliaret cum reliquorum scriptorum testimoniis, mutata vocum Herodotearum sede legi vult: ἐπιτροπεύσαντα ἀδελφιδέου μὲν ἑωυτοῦ, βασιλεύοντος δὲ Σπαρτιητέων Λεωβώτεω, ut Lycurgus fuerit tutor filii fratris sui, Leobota Spartanis rege imperante. Quae ratio si placeat, novae difficultates exorientur e temporum ratione vix conciliandae, quae Lycurgum tempore Leobotae vixisse tutelamque exercuisse minime patiuntur. Nam Larcherum si sequamur, Labotas ex Eurysthenidarum progenie regnavit inde ab anno 1035 a. Chr. per quadraginta annos eumque secutus Doryssus quadraginta duo usque ad 953, quo ipso anno Agesilaus I ad regnum evectus est. Lycurgus vero natus est 924 a. Chr., et frater Polydectes 954, qui patre Eunomo interfecto, regnum 912 susceptum per viginti quatuor annos tenuit. Successit filius Charillus anno 888, ac regnum tenuit Lycurgo tutore per sexaginta quatuor annos. Ipsa vero Lycurgi legislatio incidit in annum 866; tribus post annis, 863, Charillus tutela dimittitur. Haec Larcherus, qui nihil cunctatus in Herodoteo textu pro Λεωβώτεω mutatum vult Χαρίλλου (prout iam dudum placuerat Buherio) idque ipsum in altera versionis editione expressit, quum in priori Marshami sententiam, quae etiam Wesselingio non prorsus displicuerat, secutus esset. Vid. not. Larcher. ad h. l. et plura in Tabul. Chronolog. T. VII p. 489 seqq. Sed testis vulgatae apud Herodotum lectionis existit Pausanias III, 2 §. 3: ἔτεσι δὲ ὕστερον οὐ πολλοῖς Λαβώτας ὁ Ἐχεστράτου τὴν ἀρχὴν ἔσχεν ἐν Σπάρτῃ· τοῦτον τὸν Λαβώταν Ἡρόδοτος ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐς Κροῖσον ὑπὸ Λυκούργου τοῦ θεμένου τοὺς νόμους φησὶν ἐπιτροπευθῆναι παῖδα ὄντα, Λεωβώτην δέ οἱ τίθεται τὸ ὄνομα καὶ οὐ Λαβώταν κ. τ. λ. Cuius scriptoris tempore nisi Herodoti exemplaria iam depravata esse dixeris, vix inde expedies. Et narrat Philemon ap. Porphyr. Quaestt. Homerr. sect. VIII init. πολλὰ φέρεσθαι μέχρι νῦν ἁμαρτήματα κατὰ τὴν Ἡροδότου συγγραφήν. Quod si hoc loco valeat, idem aliis quoque locis, quorum iam aliquot attigimus, ubi corruptela nostros libros manu scriptos antecedere videtur, erit statuendum. Equidem tamen ἐπέχω, nec in tanto librorum consensu quidquam mutare audeam, praesertim cum etiam de ipsa Lycurgi stirpe diversas in partes abire videam veteres scriptores, quorum sunt, qui Prytanem eius patrem narrent, ali-

χιστα, μετέστησε τὰ νόμιμα πάντα, καὶ ἐφύλαξε
7 ταῦτα μὴ παραβαίνειν. μετὰ δὲ, τὰ ἐς πόλεμον ἔχοντα, ἐνωμοτίας καὶ τριηκάδας καὶ συσσίτια, πρός

---

ter atque vulgo, ubi Eunomum patrem statuunt. Nec minor in aetate Lycurgi definienda dissensus, quem Eratosthenes centum octo annos ante Olympiadem primam posuerat, non prorsus refragante Apollodoro. Cr. hanc in rem laudat C. O. Müller. Dorer I p. 132 seqq. 137 seqq.

μετέστησε τὰ νόμιμα] Duo libri *ν ό μ ι α*, quod si in *νόμαια* mutaretur, haud displicet Wesselingio. Ad argumentum facit Dionysii narratio (Antiqq. Romm. II, 49), eos Spartanos, qui nimis duras et severas Lycurgi leges ferre non potuissent, in Italiam ad Sabinos commigrasse; unde ad Romanos instituta quaedam Laconica pervenerint. Quam in rem Cr. conferri iubet Ciceron. de legg. III, 7 §. 16 ibiq. nott. et Heinecc. Syntagm. Antiqq. Romann. pag. 4 seq. ed. Haubold.

ἐνωμοτίας καὶ τριηκάδας καὶ συσσίτια] Proxime huc spectat Polyaeni locus in Strategg. II, 3, 11. *Λακεδαιμόνιοι μὲν δὴ κατὰ λόχους καὶ μοίρας, ἐ ν ω μ ο τ ί α ς κ α ὶ σ υ σ σ ί τ ι α στρατόπεδεύοντες, ἔμαθον κ. τ. λ.* De *Enomotia* varia traduntur a veteribus. Timaeus, a Cr. laudatus, in Lexico Platon. p. 106 *τάγμα πεζὸν* dicit nomenque ducit *ἀπὸ τοῦ ὀμνύναι αὐτοὺς μὴ λείψειν τὴν τάξιν*, ubi conf. Ruhnken. Apud Hesych. s. v. explicatur *τάξις τις διὰ σφαγίων ἐνώμοτος*; quocum conf. Zonarae Lexic. pag. 720. 722. Thucydidem V, 68 si audies, enomotiae quatuor ad pentecostyn pertinebant, quae ipsa quinquaginta erat hominum, et quae quater aucta conficiebat lochum sive ducentorum hominum cohortem. Alia Xenophon de Re p. Lacedaem. XI §. 4; qui moram constitisse dicit quatuor lochis, octo pentecostybus et sedecim enomotiis; unde enomotiam ipsam quinquaginta hominum fuisse credibile est, cum mora octingentorum esset. Cum vero morae numerus haud satis sibi semper constitisse videatur, nec enomotiae numerus certo definiri poterit. Nam Xenophontis aetate, ubi sexcentis hominibus constabat mora, ter duodecim sive triginta sex hominum fuisse enomotiam idem Xenophon testis est Hellen. VI, 4, 12 coll. IV, 5, 11. 12. Utut est, hoc certum videtur, enomotiam primam eamque simplicissimam Laconici exercitus atque aciei fuisse divisionem ordinemque. Plura Müllerus: Dorer II pag. 234 seqq.

Triacadae quales fuerint, vix certo dixeris. Nec proficitur quidquam iis, quae apud Gregor. Cor. de dialect. Ion. §. 93 pag. 502 Schaef. leguntur. Videntur illae pertinuisse ad triginta Spartanorum obas sive phratrias, ipsas denuo divisas

τε τούτοισι τοὺς ἐφόρους καὶ γέροντας ἔστησε Λυκοῦργος.
66 *Οὕτω μὲν μεταβαλόντες εὐνομήθησαν. τῷ δὲ Λυκούργῳ τελευτήσαντι ἱρὸν εἱσάμενοι, σέ-*

Lycurgus a Lacedaemoniis relatus inter Heroas. Illorum prima clades in bello Tegeatico primo.

---

in triacadas, sive hae reapse triginta fuerint civium sive minus (ut in Romanorum centuriis idem accidisse videmus), quippe quum in bello non seiunctim, sed iunctis inter se singulis gentibus ac tribubus, stipendia facerent. Vid. Müller. Dorer II p. 82 seq. Nec alia *Syssitiorum*, quae tertio loco dicuntur, ratio. Quae cum proprie communium epularum instituta per singulas gentes familiasque fuerint omnibusque fere Doricae stirpis gentibus communia, inde ad rem militarem ita traducta videntur, ut qui unius gentis familiaeque essent, iisdemque epulis victusque genere uterentur, ii in bello etiam peculiarem cohortem sive ordinem conficerent, ipseque exercitus per syssitia aeque divisus esset atque universa Spartanorum civitas. Conf. C. O. Müller. l. l. II p. 82. 201 seqq. 237. 273 seq. Nec ab his quodammodo abhorrent Romanorum centuriae tum ad rem militarem, tum ad civitatem eiusque formam pertinentes.

τοὺς ἐφόρους καὶ γέροντας ἔστησε Λυκοῦργος] De Ephoris uberius exponere, huius certe loci non est. De quibus, alios ut taceam, nostra aetate disputarunt Manso Sparta I, 1 p. 243 et C. O. Müller. Dor. II p. 111 seqq. Hic unum illud monuisse satis erit, hos magistratus, qui quotannis quinque numero eligebantur, institutos videri, ut regum potestatem continerent eorumque vim nimiam coercerent, indeque ad ea instituta referri debere, quae in iis civitatibus inveniuntur, ubi optimatium potestas praecipue viget ac floret. Nec magis hic attinet de dissensu veterum disquirere, quorum nonnulli a Lycurgo ephoros institutos volunt, alii Theopompo regi hoc tribuunt. Ab Herodoto stant Xenophon et, quem Cr. laudat, auctor Platonicae epist. VIII, alii. Contrariam sententiam tuetur Aristoteles Polit. V, 11; quocum compara Ciceronis locos de Legg. III, 7. De Re publ. II, 33 ibiq. notat. — De *γερουσίᾳ* sive viginti octo senum consilio, quod regibus adesset in omnibus rebus gravioribus, infra VI, 57. Plutarch. Lycurg. 5 ne plura. Alios laudat Neumann. ad Aristot. fragm. Politicc. p. 134 coll. C. O. Müller. Dorer II p. 91 seqq.

Cap. LXVI.

τῷ δὲ Λυκούργῳ τελευτήσαντι ἱρὸν εἱσάμενοι, σέβονται μεγάλως] Varia traduntur de Lycurgi morte, qui, cum antea Spartanos iureiurando obstrinxisset, ne ipso absente leges ab ipso latas abrogarent, noluit regredi in patriam, sed inediâ, ut tradunt, vitam finiit. Auctor est Plutarchus Vit. Lycurg. 31 alias quoque alio-

βουται μεγάλως. οἷα δὲ ἔν τε χώρῃ ἀγαθῇ, καὶ 32
πλήθεϊ οὐκ ὀλίγων ἀνδρῶν, ἀνά τε ἔδραμον αὐτίκα,
2 καὶ εὐθηνήθησαν. καὶ δή σφι οὐκέτι ἀπέχρα ἡσυ-
χίην ἄγειν, ἀλλὰ καταφρονήσαντες Ἀρκάδων κρέσ-

---

rum sententias commemorans. Qui idem de honoribus Lycurgo tributis haec: ἱερόν τι ἔστιν αὐτοῦ καὶ θύουσι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ὡς θεῷ; quod affirmant Pausan. III, 16 §. 6, alii scriptores a Leopoldo ad h. l. laudati. De forma εἰσάμενοι (ab ἴω, εἶσα etc.) conf. Matth. §. 235 p. 462.

οἷα δὲ ἔν τε χώρῃ ἀγαθῇ, καὶ πλήθεϊ οὐκ ὀλίγων ἀνδρῶν, ἀνά τε ἔδραμον αὐτίκα, καὶ εὐθηνήθησαν] „*quum vero terra esset bona nec paucorum incolarum frequentia laboraret, statim evecti sunt opibusque aucti.*" Herodoti oratio si cui abrupta et impedita videatur, is suppleat: οἷα δὲ ὄντες (s. οἰκοῦντες) ἔν τε χώρῃ καὶ ἐν πλήθεϊ οὐκ ὀλίγων κ. τ. λ. Nam praepositio ἐν quo minus etiam ad πλήθεϊ referatur, nihil obstat. Vide quae diximus ad Plutarch. Pyrrh. p. 178 seq. et quae nuperrime monuit C. Beier. in censura inserta annalibus philologicis Iahnii 1827, II, 1 p. 22. De οἷα δὲ subsequentibus genitivis consequentiae notavimus ad Pyrrh. p. 176. Orationis abundantià in verbis πλήθεϊ οὐκ ὀλίγων ἀνδρῶν nemo apud Herodotum offendetur, nec opus est statuere transpositionem, qualem a Stegero propositam video: καὶ οὐκ ὀλίγον πλῆθος ἀνδρῶν ἔχοντες. Immo πλῆθος explicatur genitivis adiectis. — Verbum ἀναδραμεῖν de plantis herbisque proprie locum habet, ut infra VIII, 55 ὥρων βλαστὸν ἐκ τοῦ στελέχεος ὅσον τε πηχυαῖον ἀναδεδραμηκότα. Hinc transfertur ad gentes, quae plantarum ad instar, opibus crescunt et augentur. Infra VII, 156 de Syracusanis: αἱ δὲ παραυτίκα ἀνά τ' ἔδραμον καὶ ἔβλαστον. Diodor. Sicul. V, 12 ibiq. Wessel. *Cr.* addit Eustath. ad Odyss. VI, 167 p. 256, 35 Basil. Ad verbum εὐθηνεῖν, in quo maxime florendi ac vigendi inest vis, conf. II, 91, ubi itidem de terrae Aegyptiacae foecunditate et fertilitate dicitur. *Cr.* adscripsit locum Dion. Chrysost. Orat. XLIV p. 197.

καὶ δή σφιν οὐκέτι ἀπέχρα] Huc, credo, faciunt, quae in Bekkeri Anecdd. I p. 439, 20 leguntur: ἀποχρᾷν· ἐξαρκεῖν· Ἡρόδοτος; et: ἀπόχρη· ἐξαρκεῖ. coll. p. 81, 31: ἀποχρᾷν· οὐκ ἀποχρῆναι· Ἡρόδοτος πρώτῳ. Tu conf. etiam Nostrum VI, 137. IX, 79 et Pausan. IV, 25 §. 1.

ἀλλὰ καταφρονήσαντες Ἀρκάδων κρέσσονες εἶναι] Conf. nott. ad I, 59, ubi iam hoc exemplo verbi καταφρονεῖν usi sumus, ut in quo *existimandi*

σονες εἶναι, ἐχρηστηριάζοντο ἐν Δελφοῖσι ἐπὶ πάσῃ τῇ Ἀρκάδων χώρῃ. ἡ δὲ Πυθίη σφι χρᾷ τάδε·

3 Ἀρκαδίην μ' αἰτεῖς; μέγα μ' αἰτεῖς· οὔ τοι δώσω.
πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίῃ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασι,
οἵ σ' ἀποκωλύσουσιν. ἐγὼ δέ τοι οὔ τι μεγαίρω·
δώσω τοι Τεγέην ποσσίκροτον ὀρχήσασθαι,
καὶ καλὸν πεδίον σχοίνῳ διαμετρήσασθαι.

4 Ταῦτα ὡς ἀπενειχθέντα ἤκουσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι, Ἀρκάδων μὲν τῶν ἄλλων ἀπείχοντο· οἱ δὲ, πέδας

---

notio non prorsus vacare videatur *contemtus* significatione. Proxima verba ἐπὶ πάσῃ Ἀρκάδων χώρῃ bene exponit Matth. §. 585 fin. p. 1166. Est enim ἐπὶ *propter*, *ob*, *de*, accuratius tamen locum inspicienti est: „*in der Absicht*, *ganz Arkadien zu erobern*.“ Oraculum, quod sequitur, citant Pausanias VIII, 1 aliique a Wesselingio ad h. l. laudati; quibus add. Diod. in Excerptt. §. 32 (T. II p. 27 nov. scriptt. coll. ed. Mai.), ubi exstat Ἀρκαδίᾳ et δώσω σοι Τεγέαν (pro τοι Τεγέην).

πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίῃ βαλανηφάγοι ἄνδρες] βαλανηφάγοι sunt, *qui glandibus vescuntur*. Nam ante inventam frugem prisco aevo homines glandibus panis loco vitam sustentasse antiqua fert fama; unde quoque ipsa quercus, quae victum necessarium suppeditat, in sacris arboribus est habita, quippe altrix ac nutrix quasi hominum infirmorum rudiumque, omnis generis inopià laborantium. Hinc vocabulum βαλανηφάγοι ad antiquum aevum debet referri priscosque homines rudes, qui primi omnium Graeciae Arcadiam tenuerint ibique permanserint. *Cr.* confert Boettiger. in foliis illis, quibus Iovis Mythologiam persecutus est, pag. 62 ibiq. laudatum Gesner. ad Claudian. p. 578.

ποσσίκροτον ὀρχήσασθαι] „Rarius vocabulum ποσσίκροτον Curetis tribuitur in Orphic. hymn. XXXI (30) vs. 2.“ *Cr.*

οἱ δὲ, πέδας φερόμενοι κ. τ. λ.] Ad grammaticam loci structuram id tenendum, poni hic οἱ δὲ, quod non aliam ad personam, ut vulgo, sit referendum, sed ad ipsos Lacedaemonios. Vid. Matth. §. 289 not. 9 p. 582. Ubi enim ἀλλὰ exspectabas, ponitur pronomen cum particula δέ. Quod frequens Herodoto esse multi contendunt loci a Kruegero congesti in Commentt. critt. de Thucydid. p. 264 (ad calc. edit. Dionys.), v. c. I, 107. 123. 163 etc. — Suscepta fuit haec expeditio rege Charillo nec vero prospero successu. Rex enim ipse clade accepta captus, plerique Spartanorum vel capti vel fusi. Interfuerant certamini vel feminae Tegeatarum; cuius rei in memoriam Martis statua in

φερόμενοι, ἐπὶ Τεγεήτας ἐστρατεύοντο, χρησμῷ κιβδήλῳ πίσυνοι, ὡς δὴ ἐξανδραποδιούμενοι τοὺς Τε-
5 γεήτας. ἑσσωθέντες δὲ τῇ συμβολῇ, ὅσοι αὐτῶν ἐζωγρήθησαν, πέδας τε ἔχοντες τὰς ἐφέροντο αὐτοί, καὶ σχοίνῳ διαμετρησάμενοι τὸ πεδίον τὸ Τεγεητέ-
6 ων, ἐργάζοντο. αἱ δὲ πέδαι αὗται, ἐν τῇσι ἐδεδέατο, ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν σῶαι ἐν Τεγέῃ, περὶ τὸν νηὸν τῆς Ἀλέης Ἀθηναίης κρεμάμεναι.

Tegeatarum foro erecta. Plura Pausan. Lacon. III, 7. Arcad. VIII, 5. 48, quocum conf. Polyaen. Strateg. I, 8.

χρησμῷ κιβδήλῳ] κίβδηλος eodem sensu de oraculo ancipiti ac fallaci V, 91. Vulgo ac proprie de numis dicitur adulterinis; conf. Aristoph. Av. 158 ibiq. Schol.

ὅσοι αὐτῶν ἐζωγρήθησαν] Vulgo αὐτέων, cuius loco cum Gaisfordio reposuimus αὐτῶν, plerisque libris adstipulantibus. Conf. I, 26. — Mox ἐργάζεσθαι intelligo potissimum de opere rustico, quod captis Spartanis, ut servis, impositum erat. Eodem sensu ἔργον, de quo supra ad I, 36. Hinc Libanius Prosphon. ad Iulian. p. 179, A Herodoti narrationem respiciens: ὥσπερ γὰρ ἥν ἔτεμον Σπαρτιᾶται γῆν Τεγεατῶν, ταύτην εἰργάζοντο τοῖς νενικηκόσι, χοίνικας ἔχοντες. — In verbis ἐν τῇσι ἐδεδέατο nota usum praepositionis ἐν de *instrumento*; de qua, ut Cr. monet, Heindorf. ad Cratyl. p. 71. Porson. ad Aristoph. Eqq. 1018 p. 100. Infra I, 86.

ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν σῶαι ἐν Τεγέῃ] Non solum ad Herodoti usque aetatem servatae fuerunt compedes, sed Pausaniae i. e. Antoninorum aetate, altero post Chr. n. saeculo, compedum istarum pars in Minervae Aleae templo conspiciebatur. Vid. Pausan. VIII, 47. — De σῶαι conf. Matth. §. 124 pag. 246 seq. et infra II, 181.

περὶ τὸν νηὸν τῆς Ἀλέης Ἀθηναίης κρεμάμεναι] Invenitur Minerva Alea pluribus Peloponnesi locis, Mantineâ, Tegeâ, Manthyreâ, Aleâ vico; in quibus tamen ea Minerva Alea, quae Tegeae templum habebat, primum locum obtinuisse videtur. Nam antiquum illic fuit Minervae signum, Endii opus, ex ebore confectum, Romam postmodo advectum ab Augusto, cum Antonium vicisset. Cuius loco aliud Minervae signum ex Manthyrea Tegeam allatum est, quod Pausanias vidit. Qui idem templum ipsum describit luculentissimum et splendidissimum a Scopa exornatum statuis opereque caelato. Deam ipsam olim Hippiam vocatam refert; postmodo Aleae

67 Κατὰ μὲν δὴ τὸν πρότερον πόλεμον συνεχέως αἰεὶ κακῶς ἀέθλεον πρὸς τοὺς Τεγεήτας. κατὰ δὲ τὸν κατὰ Κροῖσον χρόνον, καὶ τὴν Ἀναξανδρίδεώ τε καὶ Ἀρίστωνος βασιληΐην ἐν Λακεδαίμονι, ἤδη οἱ Σπαρτιῆται κατυπέρτεροι τῷ πολέμῳ ἐγεγόνεσαν,
2 τρόπῳ τοιῷδε γενόμενοι. ἐπειδὴ αἰεὶ τῷ πολέμῳ ἑσσοῦντο ὑπὸ Τεγεητέων, πέμψαντες θεοπρόπους ἐς Δελφοὺς, ἐπειρώτεον, τίνα ἂν θεῶν ἱλασάμενοι

Id totum infelix. Pythiae responsa. Qui sint Agathoergi Spartae.

---

cognominationem magis magisque invaluisse; cuius in honorem ludos Tegeae institutos, Ἀλαῖα et Ἁλώτια, haec in memoriam Spartanorum a Tegeatis olim captorum. Ipsum nomen *Aleae* cur deae inditum, varie disputant. Ut enim taceam *Alei* regis nomen, qui Tegeae istud templum condidisse fertur, sunt qui ab ἀλέη (i. e. ἔκκλισις, ὑπάλυξις cf. Il. XXII, 301) deducant, ut dea intelligatur quae fugientibus salutem praebeat, quae pugnantes servet incolumes. Sed haud scio an altius quid magisque reconditum in hoc deae cognomine spectarint veteres. Pertinet enim Minerva ad ea numina, quibus naturae vires eaeque interiores significentur, solares inprimis rationes, cum omnino luci favere dicatur haec dea rerumque ordini, qui e luce ipsa quasi oriatur aut certe efficitur in rebus terrestribus ac mundanis. Qui ordo ne intereat, neve ullo modo turbetur, huius deae est munus. Sunt classici Pausaniae loci VIII, 46. 47 coll. 45 et Herodot. IX, 70; quibuscum conf. quae pluribus exposuit Creuzer. in Symbol. II pag. 778 seq.

Cap. LXVII.

καὶ τὴν Ἀναξανδρίδεώ τε καὶ Ἀρίστωνος βασιληΐην ἐν Λακεδαίμονι] De *Anaxandride* conf. V, 39 seqq. Regium imperium accepisse videtur 570 a. Chr., ut Larchero placet atque Schultzio (in Apparat. etc. pag. 22); ita ut Croesi ad Lacedaemonios legatio incidat in ann. 561 a Chr. *Aristo*, de quo plura Noster VI, 61 seqq., regnum anno 574 accepit tenuitque per quinquaginta quatuor annos. Conf. Schultz. l. l. pag. 15. — In seqq. ad verba: κατὰ δὲ τὸν κατὰ Κροῖσον χρόνον consul. Matth. §. 581 pag. 1154. Ad reliqua conf. Creuzer. Commentt. Herodd. pag. 298 seqq., unde nonnulla huc transtuli.

πέμψαντες θεοπρόπους ἐς Δελφοὺς] θεοπρόπους Noster eos vocat, qui oraculum sciscitatum mittuntur, ut I, 48. V, 79. VI, 57 etc. Aliis dicuntur θεωροί.

τίνα ἂν θεῶν ἱλασάμενοι — γενοίατο] Werferus in Actt.

κατύπερθε τῷ πολέμῳ Τεγεητέων γενοίατο. ἡ δὲ Πυθίη σφι ἔχρησε, τὰ Ὀρέστεω τοῦ Ἀγαμέμνονος ὀστέα ἐπαγαγομένους. ὡς δὲ ἀνευρεῖν οὐκ οἷοί τε ἐγινέατο τὴν θήκην τοῦ Ὀρέστεω, ἔπεμπον αὖτις τὴν ἐς θεὸν ἐπειρησομένους τὸν χῶρον ἐν τῷ κέοιτο ὁ Ὀρέστης. εἰρωτῶσι δὲ ταῦτα τοῖσι θεοπρόποισι λέγει ἡ Πυθίη τάδε·

Ἔστι τις Ἀρκαδίης Τεγέη λευρῷ ἐνὶ χώρῳ,
ἔνθ' ἄνεμοι πνείουσι δύο κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης,
καὶ τύπος ἀντίτυπος, καὶ πῆμ' ἐπὶ πήματι κεῖται.

---

phill. Monacc. I pag. 255 scribi vult γενοίατ' ἄν. Qua tamen particula iterata neque hic, neque infra V, 92, 6 (ubi pro κάλλιστα proponit κάλλιστ' ἄν) nobis opus esse videtur. — Ad formam ἱλασάμενοι conf. Matth. §. 238 pag. 465.

ὀστέα ἐπαγαγομένους] scil. κατυπερτέρους γενέσθαι. Ubi accusativus non offendit, quamvis praecedat dativus σφιν. Conf. not. ad I, 3. — θήκη *loculum* indicat. Vid. nott. ad II, 67.

ἔπεμπον αὖτις τὴν ἐς θεὸν] τὴν ἐς θεὸν merito revocarunt Gronov. et Schweighaeuser. Nam deleverat articulum τὴν Wesselingius. Aldina ἐς τὸν θεόν; perperam. Tu vid. I, 109 ibiq. not. Lambert. Bos. de Ellipss. L. Gr. p. 331 seq. 335 et inprimis quae ad receptam lectionem firmandam contulit Werfer. l. l. pag. 75. Supplent autem vulgo ὁδόν. — Ante Ὀρέστης quidam libri omittunt articulum ὁ. Male.

λευρῷ ἐνὶ χώρῳ] Eadem locutio in Homeri Odyss. VII, 121, ubi λευρῷ interpretantur λείῳ, ὁμαλῷ ἢ πλατεῖ i. e. *in patente, aequo campo.* Ipsum oraculum afferunt Aristid. Schol. pag. 213 seq. ed. Frommel. et Diodor. in Excerptt. §. 32 (T. II p. 28 nov. coll. Mai.), ubi tamen in primo versu scriptum legitur Τεγέης, in altero δύω. Et conf. praeterea Pausan. III, 3 §. 5 Stephan. Byzant. s. v. Τεγέα.

καὶ τύπος ἀντίτυπος, καὶ πῆμ' ἐπὶ πήματι κεῖται] Exponit Noster ipse (itemque Pausanias l. l.) I, 68 obscurum oraculi dictum; τὸν ἄκμονα καὶ τὴν σφῦραν (*incudem* et *malleum*) esse ait τὸν τύπον καὶ τὸν ἀντίτυπον, quod malleus incudem feriat et incus vicissim malleum (s. mallei ictum) repellat; itaque πῆμ' ἐπὶ πήματι κεῖται de *ferro*, quod malleo super incude tunditur. Ad ἀντίτυπος plura Creuzerus l. l. excitavit; tu vide potissimum Ruhnken. ad Timaei Lex. Platon. pag. 157. Apud Sophocl. Philoctet. 690. 1438 invenimus στόνον ἀντίτυπον;

ἔνθ' Ἀγαμεμνονίδην κατέχει φυσίζοος αἶα·
τὸν σὺ κομισσάμενος, Τεγέης ἐπιτάῤῥοθος ἔσσῃ.

5 Ὡς δὲ καὶ ταῦτα ἤκουσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἀπεῖχον τῆς ἐξευρέσιος οὐδὲν ἔλασσον, πάντα διζήμενοι· ἐς οὗ δὴ Λίχης, τῶν ἀγαθοεργῶν καλεομένων 33
6 Σπαρτιητέων, ἀνεῦρε. οἱ δὲ ἀγαθοεργοὶ εἰσὶ τῶν

---

coll. Antigon. 134 et 590 (ubi πήματα ἐπὶ πήμασι plane ut h. l.) et Aelian. V. H. III, 43.

Τεγέης ἐπιτάῤῥοθος ἔσσῃ] ἐπιταῤῥοθος, ut ἐπίῤῥοθος, poetarum potissimum est ubi explicatur: *adiutor*. Quod tamen huic loco non convenire nemo non videt, in quo *victorem* vulgo reddunt. Est enim mediae significationis vocula, ut verbum ipsum, unde deductum est ἐπιῤῥοθεῖν, quod quum omnino sit: *cum strepitu accedere*, non minus de amico quam de hoste adstrepente dici poterit. Hoc loco de hoste accipias, ad Tegeam accedente eamque impetu suo obruente i. e. superante. Est locus Aeschyli in S. c. Th. 364, ubi Chorus sperat mortem adventuram, παγκλαύτων ἀλγέων ἐπίῤῥοθον, quae scilicet malis liberet; ubi Blomfieldius, cui merito displicuit vulgaris *adiutricis* significatio, quam huic voci tribuunt, mavult explicare: „*obruens*, velut aqua." Conf. eundem ad vs. 7 ibid. Neque vero ista interpretatione opus erit, si vocis notionem bene perceperis. Nec etiam in Herodoteo loco quidquam mutandum, ubi Schwgh. magis placet Τεγέῃς in dativo, praesertim cum apud Stephanum Byz. l. l. exstet Τεγέαις. Diodorus nihil mutat.

ἀπεῖχον τῆς ἐξευρέσιος οὐδὲν ἔλασσον, πάντα διζήμενοι] i. e. „*nihilo magis reperire potuerunt omnia quamvis disquirentes*" s. ad verbum magis: „*ab inventione nihilo magis aberant*, omnia *quamvis disquirentes*." Videntur priores interpretes non satis recte locum intellexisse.

ἐς οὗ δὴ Λίχης — ἀνεῦρε] ἐς οὗ *donec*, *dum* (pro ἕως οὗ) probatur constanti Nostri scriptoris usu; conf. III, 31. IV, 12. 160. 166. V, 51. 86 etc. Unde nihil sollicitandum, quamquam aliter crebro reperitur ἐς ὅ idque ipsum pro ἕως οὗ poni ab Ionibus monet Gregor. Cor. de dial. Ion. §. 63, ubi vid. Koen. p. 472 Schaef. Matth. §. 578, e pag. 1146. Sed quaesiverunt nonnulli, num omnino apud Herodotum ferendum sit ἐς οὗ, ut qui alias semper scripserit ἐς ὅ, quod idem aliquot locis libri scripti nonnulli substituunt. Conf. Struve Quaest. Herod. Specim. p. 43. — De *Agathoergis* loco classico, qui subsequitur, adde veterum grammaticorum glossas apud Timaeum (Lex. Plat. p. 4: ἀγαθοεργοί· αἱρετοὶ κατ'

ἀστῶν, ἐξιόντες ἐκ τῶν ἱππέων αἰεὶ οἱ πρεσβύτατοι, πέντε ἔτεος ἑκάστου· τοὺς δεῖ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν, τὸν ἂν ἐξίωσι ἐκ τῶν ἱππέων, Σπαρτιητέων τῷ κοινῷ διαπεμπομένους μὴ ἐλινύειν ἄλλους ἄλλῃ.

68 Τούτων ὦν τῶν ἀνδρῶν Λίχης ἀνεῦρε ἐν Τεγέῃ, καὶ συντυχίῃ χρησάμενος καὶ σοφίῃ. ἐούσης γὰρ τοῦτον τὸν χρόνον ἐπιμιξίης πρὸς τοὺς Τεγεήτας, ἐλθὼν ἐς χαλκήϊον, ἐθηεῖτο σίδηρον ἐξελαυ-

Orestis ossa Tegeae sepulta cubitorum septem, inventa per Licham. Bello superiores facti Lacedaemonii, et Peloponnesus ex magna parte ab iis devicta.

ἀνδραγαθίαν), Hesychium (s. v.) et in Lexico Sangermanensi (Ἀγαθοεργοὶ — ἔστι δὲ καὶ ἀρχή τις ἐν Λακεδαίμονι οἱ Ἀγαθοεργοί· ἄρχουσι δὲ τῶν ἐν τῇ πόλει καὶ τῶν ἔξω τῆς πόλεως παρανομησάντων; vid. Ruhnken. ad Timaei l. l. et Bekkeri Anecdd. Graecc. I. p. 209, ubi pleniora haec leguntur). Eligebantur illi magistratus e trecentis equitibus, in quibus flos iuventutis ac robur civitatis constabat. Conf. Manso Spart. I, 1 p. 153 et quae addit C. O. Müller. Dorer II p. 241.—Pro Λίχης, alibi occurrit Λίχας, Laconicum seu Doricum nomen, indeque etiam Λείχας. Vid. Siebelis. ad Pausan. III, 3 §. 5.

— τῷ κοινῷ διαπεμπομένους μὴ ἐλινύειν ἄλλους ἄλλῃ] i. e. „*iis non licet otium agere, quippe qui rei publicae causa alius alio dimittuntur.*" ἐλινύειν recte praebet Schellershemianus. Alii ἐλι ν ν ύειν, quae eadem aliis quoque locis cum frequens occurrat scriptura (conf. VII, 56. VIII, 71 et Apollon. Rhod. I, 689 etc.) varias in partes abeunt viri docti, ita ut quid praeferendum sit, vix certo indicari queat. Nos cum plerisque, meliorum codicum auctoritatem secuti, simplici cum litera ν verbum scripsimus, quod Glossae vulgo interpretantur ἡσυχάζειν. Collegerunt omnia, quae huc spectant, viri docti ad Gregor. Corinth. de dial. Ion. §. 92 pag. 502 Schaef.

Cap. LXVIII.

τούτων ὦν τῶν ἀνδρῶν Λίχης ἀνεῦρε] τούτων Mediceus, Schellershem. alii; quare cum Gaisf. recipiendum putavimus. Vulgo τουτέων; conf. I, 66.

ἐούσης γὰρ τοῦτον τὸν χρόνον ἐπιμιξίης κ. τ. λ.] ἐπιμιξίη (*commercium*) quid sit, manifestum erit ex iis, quae ad I, 65 notata sunt. Conf. modo Thucydid. V, 78. Atque Pausanias III, 3, loco gemino, inducias inter Lacedaemonios atque Tegeatas tunc temporis fuisse narrat. Quas inducias Larcherus refert ad an. 568 a. Chr. calculo quamquam non prorsus certo, vix tamen improbabili, ut monet Schultz. in apparat. etc. pag. 29.

ἐλθὼν ἐς χ α λ κ ή ϊ ο ν, ἐθηεῖτο σίδηρον ἐξελαυνόμε-

νόμενον· καὶ ἐν θώυματι ἦν, ὁρέων τὸ ποιεύμενον.
2 μαθὼν δέ μιν ὁ χαλκεὺς ἀποθωυμάζοντα, εἶπε παυσάμενος τοῦ ἔργου· „Ἦ κου ἄν, ὦ ξεῖνε Λάκων, „εἴ περ εἶδες τό περ ἐγώ, κάρτα ἂν ἐθώυμαζες. „ὅκου νῦν οὕτω τυγχάνεις θῶυμα ποιεύμενος τὴν
3 „ἐργασίην τοῦ σιδήρου. ἐγὼ γὰρ ἐν τῇδε θέλων „τῇ αὐλῇ φρέαρ ποιήσασθαι, ὀρύσσων ἐπέτυχον „σορῷ ἑπταπήχεϊ· ὑπὸ δὲ ἀπιστίης μὴ μὲν γενέσθαι

νον] Eodem modo paulo post ὁ χαλκεὺς, quamquam *ferrarium* fuisse ipsamque officinam *ferrariam*, satis tum ex hoc ipso loco tum ex Pausaniae l. l. intelligitur. Sed apte iam inter alia Pollucis locum attulit Wesselingius, in Onomastic. VII, 106 χαλκεύειν δὲ καὶ τὸ σιδηρεύειν ἔλεγον, καὶ χαλκέας τοὺς τὸν σίδηρον ἐργαζομένους. Namque aes cognitum Graecis ante ferrum; indeque communis remansit appellatio, ut is, qui ferrum elaboraret, eodem nomine diceretur, quam qui in aere elaboraverat. Probat Hesiodi locus in Opp. et D. vs. 151 ed. Br. et Lucretii (V, 1292) ita canentis:

Prior aeris erat quam ferri cognitus usus.

Pariter, ut monet *Cr.*, τὰ χαλκεῖα et τὰ σιδήρια iunguntur in Platonis Euthydem. p. 300 pag. 449 Bekk. — De ἐθηεῖτο formâ monuimus ad I, 10; item ad I, 50 de eo, quod in metallis tractandis sit ἐξελαύνειν. Unde vero Larcherus in annotatione ad I, 25 colligat, hunc loculum, quo Orestis ossa continebantur, et ipsum ferreum fuisse, quippe hoc metalli genere tunc temporis pretiosissimo, quo carissima quaeque inclusa fuerint, id equidem ignoro, recteque alios ei oblocutos esse censeo.

ὅκου νῦν οὕτω τυγχάνεις] ὅκου causalis hic est particula, *quum*, *da*. Plura Werfer. in Actt. philoll. Monacc. I, 1 p. 118. — De structura verbi ποιεῖσθαι in seqq. cum duplici accusativo conf. Matth. Gr. Gr. §. 421 not. 4 pag. 775.

ὑπὸ δὲ ἀπιστίης μὴ μὲν γενέσθαι μηδαμὰ κ. τ. λ.] i. e. „*quoniam diffidebam* (s. persuadere mihi non poteram) *fuisse unquam maiores homines, quam qui nunc sunt.*“ Ubi Valckenarii emendatione: μηδαμοὺς γενέσθαι μηδαμὰ μέζονας ἀνθρώπους τῶν νῦν (i. e. *nullos uspiam fuisse*), minime opus. Nam μὴ μὲν positum pro μή μὴν, quae formula est in iurando omnino usitata, prouti ἦ μήν. Conf. Koen. ad Gregor. Corinth. p. 471 seq. ed. Schaef. et Herodot. II, 118 ibiq. not. De negatione post vocabulum negativum (ἀπι-

„μηδαμὰ μέζονας ἀνθρώπους τῶν νῦν, ἀνῷξα αὐ-
„τὴν, καὶ εἶδον τὸν νεκρὸν μήκεϊ ἴσον ἐόντα τῇ
4 „σορῷ. μετρήσας δὲ, συνέχωσα ὀπίσω." Ὁ μὲν

στίης) monet Matth. §. 534, 4, 6 p. 1048.

μηδαμὰ scripsi cum Gaisf. pro vulgato μηδημᾶ. Conf. I, 56. Mox ἀνῷξα Ionicum est, cum in communi dialecto sonet ἀνέῳξα, observante Matth. §. 168 not. 1 p. 305.

καὶ εἶδον τὸν νεκρὸν μήκεϊ ἴσον ἐόντα τῇ σορῷ] Idem de Orestis cadavere septem cubitorum referunt Solinus Polyhistor. I, 7 p. 31 (qui quo probet, duo exempla profert hominum duodecim pedum) et *Philostrat.* in Heroicc. I, 2 p. 668 Ol. p. 28 Boiss. hic etiam addens Aiacis cadaver undecim cubitorum. Nec alia desunt exempla, quibus veteres heroas maiores perhiberi staturâ ac vastiore corpore praeditos manifestum fit. Vid. modo Arnob. advs. gent. II, 75 p. 105 ibiq. adnot. Vol. II p. 113 et quae ad Philostrati locum protulerunt viri docti, laudante Cr. in Commentt. Herod. p. 301. Atque communem veterum Graecorum fuisse superstitionem, qua prioris aevi homines maiori et robustiori corpore fuisse crederent, ex hac Herodotea narratione potissimum collegit Bredow.: Untersuchung über einzelne Gegenstände der alten Geschicht. u. Geograph. p. 64. Herodotum tamen vix erit, quod cum Gellio Noctt. Att. III, 10 idcirco hominem dicas confabulatorem, praesertim qui retulerit ea, quae ipse sic tradita invenerat aut ab aliis acceperat. Ac vel recentiori aetate reperiri, quae fidem conciliari queant Herodoteis dictis, merito admonet Larcherus. Pluribus quoque ad hunc locum disputat Italus Herodoti interpres, tum communem antiquitatis opinionem commonstraturus, quâ veteres heroas veneretur, maiorem quam humanam illis tribuendo staturam, tum Herodotum ab omni accusatione liberaturus, quippe qui scriptor fabulam multum abest ut ipse invenerit, ut Lacedaemoniorum narrationem retulerit, ipsum ferrarium in scenam quasi loquentem inducens, omnemque narrationis partem mirifice quasi mitigans verbis hisce ferrario tributis: ὑπὸ δὲ ἀπιστίης μὴ μὲν [illegible]σθαι μηδαμὰ μέζονας ἀ[illegible]ώπους τῶν νῦν. His equidem nihil addere habeo, nisi illud, in narratione, quae apud Schol. Aristid. l. l. legitur, novem cubita Orestis tribui cadaveri. Infra II, 91 simile quoddam de Persei vestigio pedis nimio prae humana statura legimus. „Similia de „Sigurdo, Siegefrido aliisque „in Germanorum aliorumque „carminibus priscis prodita „comparat cum hisce Herodo„teis Editor novae editionis „operis: The history of the

δή οἱ ἔλεγε τά περ ὀπώπεε· ὁ δὲ, ἐννώσας τὰ λε- 1 γόμενα, συνεβάλλετο τὸν Ὀρέστεα κατὰ τὸ θεοπρόπιον τοῦτον εἶναι, τῇδε συμβαλλεόμενος· τοῦ χαλκέος δύο ὁρέων φύσας, τοὺς ἀνέμους εὕρισκε ἐόν-

---

„English poetry by Thom. „Warton, London 1814, Pre- „fac. p. 32." Cr.

τά περ ὀπώπεε] ὄπωπα perfecti forma Ionibus ac poetis solum frequentata. Vid. Matth. §. 245 p. 478.

ὁ δὲ, ἐννώσας τὰ λεγόμενα] ἐννώσας suo more dixit Herodotus pro ἐννοήσας, quod ipsum hic unus liber perperam offert. Infra I, 68: ἐνένωτο. I, 86. VII, 206. IX, 53, ubi plura interpretes Batavi, coll. Gregor. Cor. de dial. Ionic. §. 94 p. 503 Schaef. Pertinet huc quoque ἀνέβωσεν, de quo diximus ad I, 10. — Ὀρέστεα accusativum tertiae formavit declinationis, cum supra I, 67 scripsisset Ὀρέστεω in genitivo primae declinationis. De quo more I...um multa vocabula secundu... primam et tertiam declinationem flectendi plurima notavit Matth. §. 91, 1 p. 195.

συνεβάλλετο τὸν Ὀρέστεα — τοῦτον εἶναι, τῇδε συμβαλλεόμενος] Similis orationis abundantia, quae I, 64: τὴν νῆσον Δῆλον καθήρας ἐκ τῶν λογίων· καθήρας δὲ ὧδε et I, 7: ἐνόμιζέ οἱ γυναῖκα πολλὸν πασέων καλλίστην· ὥστε δὲ ταῦτα νομίζων. συμβάλλεσθαι in medio potissimum adhibetur coniectandi notione, indeque discernendum ab eo, quocum saepe confunditur (cf. I, 63) συλλαμβάνειν, in quo *intelligendi* potius ac *percipiendi* vis inest. Quamquam subinde quoque συμβάλλειν videtur esse: *assequi* sensum alicuius rei, *intelligere* aliquid, si nimirum hoc ex diligenti rerum inter se comparatione et consideratione ortum fuerit. De his accuratius disputavit Creuz. in Commentt. Herodd. p. 303. 304 not. Ad eandem *coniectandi* notionem pertinet verbum εἰκάζειν, quo et ipso in seqq. usus est Herodotus. Forma συμβαλλεόμενος Nostro familiaris, ut vel exempla probant a Schaefero ad Dionys. Halic. de compos. verbb. p. 199 significationis potius, quam ipsius formae causa allata. Flectuntur enim ab Ionibus quaedam verba in εω, quae vulgo apud Atticos simplici ῶ formantur. Vid. Buttmann. Gramm. maior. II p. 31. 32. Matth. §. 181 not. 3 p. 325. Quum tamen hoc in loco complures manu scripti, Mediceus, Schellershemianus, alii, formam vulgarem συμβαλλόμενος exhibeant, dubitatio orta est Matth., an altera forma forsan debeatur Grammatico ὑπεριωνίζοντι. Quae tamen nobis vix iusta videtur suspicio.

τας· τὸν δὲ ἄκμονα καὶ τὴν σφύραν, τόν τε τύπον
καὶ τὸν ἀντίτυπον· τὸν δὲ ἐξελαυνόμενον σίδηρον,
τὸ πῆμα ἐπὶ πήματι κείμενον· κατὰ τοιόνδε τι εἰ-
κάζων, ὡς ἐπὶ κακῷ ἀνθρώπου σίδηρος ἀνεύρηται.
5 Συμβαλλεόμενος δὲ ταῦτα, καὶ ἀπελθὼν ἐς Σπάρ-
την, ἔφραζε Λακεδαιμονίοισι πᾶν τὸ πρῆγμα. οἱ
δὲ, ἐκ λόγου πλαστοῦ ἐπενείκαντές οἱ αἰτίην, ἐδί-
6 ωξαν. ὁ δὲ, ἀπικόμενος ἐς Τεγέην, καὶ φράζων
τὴν ἑωυτοῦ συμφορὴν πρὸς τὸν χαλκέα, ἐμισθοῦτο
παρ' οὐκ ἐκδιδόντος τὴν αὐλήν. χρόνῳ δὲ ὡς ἀνέ- 34
7 γνωσε, ἐνοικίσθη. ἀνορύξας δὲ τὸν τάφον, καὶ τὰ
ὀστέα συλλέξας, οἴχετο φέρων ἐς Σπάρτην. καὶ ἀπὸ

καὶ τὴν σφύραν] Malim scribere σφῦραν. Vid. Siebelis. ad Pausan. III, 3 §. 6.

ἐκ λόγου πλαστοῦ ἐπενείκαντές οἱ αἰτίην] ἐπιφέρειν αἰτίαν τινὶ valet: *crimen inferre alicui*, *exprobrare*, *accusare aliquem*. Conf. I, 26. Cr. addit Iacobs. in Lectt. Stobb. p. 69. λόγος πλαστὸς est *causa ficta*. Quod sequitur: ἐδίωξαν, vulgo reddunt „*exsilio eundem mulctarunt*," minus opinor accurate, cum potius reddendum sit: *iudicio eum persecuti sunt*; quod quidem iudicium exsilium secutum esse credibile fit, quia Liches statim Lacedaemone cessisse indeque exulans Tegeam venisse videtur. Sed nil impedit, quo minus aliam quis statuat Lichae mulctam indictam esse.

ἐμισθοῦτο παρ' οὐκ ἐκδιδόντος τὴν αὐλήν] ἐμισθοῦτο: *conducere cupiebat et conabatur*. Nam imperfecto non ipsa actio, verum conatus, voluntas, studiumve indicatur, cerniturque eius usus potissimum in re nondum absoluta ac perfecta. Exempla suppeditat Wesseling., cui alios adde viros doctos a me excitatos ad Plutarch. Pyrrh. p. 203 coll. Matth. §. 497, c p. 938.

χρόνῳ δὲ ὡς ἀνέγνωσε] „*Post vero cum ei persuasisset.*" χρόνῳ reddunt *postea*; accuratius forsan: *temporis spatio longiori interiecto*, *sero*, *tandem ei* (diutius reluctanti) *cum persuasisset*. Sic Fischer. ad Weller. III, a p. 222, ne plura. Ipsum ἀναγνῶσαι Herodoto idem valere atque vulgo ἀναπεῖσαι, iam veteres Grammatici annotarunt. Conf., ne plura, Bekkeri Anecdd. II p. 743, 16. De forma aoristi primi ἀνέγνωσα Herodoto perquam usitata conf. Matth. §. 228 p. 443.

ἀνορύξας δὲ τὸν τάφον — οἴχετο φέρων ἐς Σπάρτην]

τούτου τοῦ χρόνου, ὅκως πειρῴατο ἀλλήλων, πολλῷ κατυπέρτεροι τῷ πολέμῳ ἐγίνοντο οἱ Λακεδαιμόνιοι· ἤδη δέ σφι καὶ ἡ πολλὴ τῆς Πελοποννήσου ἦν κατεστραμμένη.

Foedus inter Croesum et Lacedaemonios initum.

69 Ταῦτα δὴ ὦν πάντα πυνθανόμενος ὁ Κροῖσος, ἔπεμπε ἐς Σπάρτην ἀγγέλους δῶρά τε φέροντας,

---

Quod Orestis ossibus recuperandis tantam operam impenderint Spartani, declarat Pausaniae locus III, 16 §. 6, ubi legimus, Orestem olim Spartae regem fuisse. Quem eundem in Arcadia mortuum esse, cum coloniam in Aeolidem duceret, et quidem prope Tegeam, eo loco, cui nomen Ὀρεστεῖον (Herod. IX, 11), alii quoque testantur scriptores. Unde Tegeam ossa translata esse eo magis consentaneum est, quo Aerope, Orestis avia, Agamemnonisque mater, genus ducebat a Tegeata avo, qui ipse Tegeam condidisse ferebatur. cf. Strab. XIII p. 872, C. Stephan. Byz. s. v. Ὀρέσται. Pausan. VIII, 8 coll. VIII, 54, 3. De Orestis coloniis vid. Hellanici fragmm. p. 46 ed. Sturz. coll. Pherecyd. fragmm. p. 210 Sturz. Ac denique omnino si quaeras, quo tota ista de Orestis cadavere narratio spectet deque illius vi mirifica, unde Spartanorum salus suspensa, iam a Cr. monitum est (Comm. Herodd. I p. 306), spectare haec ad Manium Larumque religiones, quibus Lacones non minus, quam aliae Doricae gentes, dediti fuerint. Namque mortuos, praeclaros inprimis viros, eam ipsam, sub quâ iaceant, terram conservare, custodesque hominum ac depulsores malorum fieri, vetus erat superstitio.

ὅκως πειρῴατο] Vulgo ἐπειρῴατο, quod Schwgh. mutavit in ἐπιπειρῴατο, Gaisf. in πειρῴατο; quod quum magis ex usu Herodoteo esse videretur, adscivimus. Vulgatam ἐπειρῴατο propter Ionicam formam (pro ἐπειρῶντο) laudat Matth. §. 204, 7, b p. 378.

ἤδη δέ σφι καὶ ἡ πολλὴ τῆς Πελοποννήσου ἦν κατεστραμμένη] Quod verissime dici a Nostro observat Schlosserus (Universalgesch. I, 1 p. 333). Nam reliquae Peloponnesi civitates ea aetate parum validae, nec ullo modo pares, quae Lacedaemoniis resisterent.

Cap. LXIX.

ἔπεμπε ἐς Σπάρτην κ. τ. λ.] Laudant Pausaniam IV, 5, ubi Messenii Lacedaemoniis exprobrant, quod omnium primi cum barbaris foedus inierint Croesi donis illecti. Addunt quoque, Eurybatum a Croeso missum post cum pecunia ad Cyrum transiisse omniaque Croesi consilia perfide ei detexisse. Cr. citat locos a Marxio congestos

καὶ δεησομένους συμμαχίης, ἐντειλάμενός τε τὰ λέ-
2γειν χρῆν. οἱ δὲ, ἐλθόντες ἔλεγον· „Ἔπεμψε ἡ-
„μέας Κροῖσος ὁ Λυδῶν τε καὶ ἄλλων ἐθνέων βα-
„σιλεὺς, λέγων τάδε· Ὦ Λακεδαιμόνιοι, χρήσαντος
„τοῦ θεοῦ τὸν Ἕλληνα φίλον προσθέσθαι, ὑμέας
„γὰρ πυνθάνομαι προεστάναι τῆς Ἑλλάδος, ὑμέας
„ὦν κατὰ τὸ χρηστήριον προσκαλέομαι, φίλος τε
„θέλων γενέσθαι καὶ σύμμαχος ἄνευ τε δόλου καὶ
3„ἀπάτης.“ Κροῖσος μὲν δὴ ταῦτα δι᾽ ἀγγέλων ἐπε-
κηρυκεύετο. Λακεδαιμόνιοι δὲ, ἀκηκοότες καὶ αὐ-
τοὶ τὸ θεοπρόπιον τὸ Κροίσῳ γενόμενον, ἥσθη-
σάν τε τῇ ἀφίξει τῶν Λυδῶν, καὶ ἐποιήσαντο ὅρκια
ξεινίης πέρι καὶ ξυμμαχίης· καὶ γάρ τινες αὐτοὺς
εὐεργεσίαι εἶχον ἐκ Κροίσου πρότερον ἔτι γεγονυῖαι.
4πέμψαντες γὰρ οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐς Σάρδις, χρυ-
σὸν ὠνέοντο, ἐς ἄγαλμα βουλόμενοι χρήσασθαι τού-

---

ad Euphori fragmm. p. 207. et Eustath. ad Homer. Odyss. XIX, 247 p. 694, 43 Basil.

χρήσαντος τοῦ θεοῦ τὸν Ἕλληνα φίλον προσθέσθαι] Insignis numeri singularis usus loco pluralis (τοὺς Ἕλληνας); quod tamen subinde fieri notat Matth. §. 293 p. 687.

δι᾽ ἀγγέλων ἐπεκηρυκεύετο] Locutionem tuentur aliquot exempla a Wessel. allata. Nam aliquot libri coniunctim scriptum praebent: διαγγέλων. Est autem διὰ h. l. *per, ope, durch, vermittelst, mit Hülfe*, monente Matth. §. 680, d p. 1150. Sic δι᾽ ἀγγέλων I, 99. 141. VII, 203. Sed videtur in Herodotea locutione inesse quaedam abundantia, Nostro scriptori tamen non in-usitata. Nam ἐπικηρυκεύεσθαι Thucydidis scholiasta ad VII, 48 exponit: διὰ κηρύκων μηνύειν, ubi aliorum grammaticorum locos attulit Duker. coll. VIII, 44. 80. Dicitur potissimum de regibus aut civitatibus legatos induciarum aut foederum causa publice mittentibus.

καὶ γάρ τινες αὐτοὺς εὐεργεσίαι εἶχον] Steger. Praefat. ad Herod. p. X legendum putat ἐς αὐτοὺς, cum ἔχειν intransitivo sensu sit accipiendum (*exstare*) ut I, 180. 181. III, 48 cet. Nec tamen mihi ille persuasit.

χρυσὸν ὠνέοντο] ὠνέοντο *emere volebant, in animo habebant*; de quo imperfecti usu diximus ad I, 68. — In seqq.

τῳ, τὸ νῦν τῆς Λακωνικῆς ἐν Θόρνακι ἵδρυται Ἀπόλλωνος· Κροῖσος δὲ σφι ὠνεομένοισι ἔδωκε
70 δωτίνην. Τούτων τε ὦν εἵνεκεν οἱ Λακεδαιμόνιοι

Crater a Lacedaemoniis Croeso missus, interceptus.

---

pro: τούτῳ, τὸ Schwgh. e libris nonnullis edidit τοῦτο τὸ, distinctionis signo ante τοῦτο posito. Nos Gaisf. secuti sumus.

τὸ νῦν τῆς Λακωνικῆς ἐν Θόρνακι ἵδρυται Ἀπόλλωνος] Herodotus nihil dicit, num aurum a Croeso acceptum reapse ad hancce Apollinis statuam collatum fuerit; sed Pausan. III, 10 §. 10 adhibitum esse vult a Lacedaemoniis ἐς κόσμον τοῦ ἐν Ἀμύκλαις ἀγάλματος s. ad ornandam Apollinis Amyclaei statuam. Unde nihil utrumque scriptorem dissentire contendit Siebelis. in adnotat. ad Pausaniae locum p. 28. Quocum coniungi poterit Athenaei locus (VI, 4 p. 232, A) unde patet auro usos esse Lacedaemonios ad vultum Apollinis eo inducendum (χρυσῶσαι βουλόμενοι τὸ πρόσωπον). Quod ipsum minus probabile videtur viro Gallo docto, Quatremère de Quincy, qui ad talem usum vix tanto auro opus fuisse censet, ut extrinsecus id petendum fuerit. Inde ad Pausaniam magis sese applicat, aurumque contendit, non ad imaginem ipsam, verum ad thronum qui ornamenti causa multo post a Bathycle statuae sanequam multo antiquiori fuerit additus (i. e. ἐς κόσμον τοῦ ἀγάλματος), adhibitum fuisse. Unde simul tempus definiri posse putat, quo Bathycles floruerit thronumque illum elaboraverit, nimirum inde ab Olymp. L usque ad Olymp. LX, ita ut thronus Apollinis Amyclaei non ante bellum Croesi cum Cyro inceptus fuerit. Vide: Le Iupiter Olympien p. 137. 200 seq. Aliter tamen sensisse videtur C. O. Müller. (Dorer I p. 358), qui Pausaniam secutus, ubi Apollinis imaginem in Thornace eodem modo, quo Apollinis Amyclaei elaboratam esse refert, Apollinis huius faciem a Lacedaemoniis inauratam fuisse scribit. Utut est, Apollinis statua in Thornace condita, simillima Amyclaeo Apollini, ad antiquissimam aetatem aeque pertinere videtur, cultumque referre antiquissimum Apollinis apud Spartanos, stirpis Doricae gentem. Conf. C. O. Müller. I p. 249, atque Heyne in Opuscc. Acadd. V p. 350 seq., qui etiam Herodoteo loco usus est ad metalli pretiosioris in Graecia penuriam illis certe temporibus commonstrandam.

Cap. LXX.

τούτων τε ὦν εἵνεκεν] τούτων cum Gaisford. ex optimis libris dedimus. Vulgo τουτέων. Sed conf. I, 66. 68. Cum eodem Gaisf. revocavimus ἦσαν et retinuimus ἦγον pro vulg. ἄγον. Cum enim in augmento adiiciendo vel abiiciendo non

τὴν συμμαχίην ἐδέξαντο, καὶ ὅτι ἐκ πάντων σφέας
2 προκρίνας Ἑλλήνων, αἱρέετο φίλους. καὶ τοῦτο
μὲν, αὐτοὶ ἦσαν ἑτοῖμοι ἐπαγγείλαντι· τοῦτο δὲ,
ποιησάμενοι κρητῆρα χάλκεον, ζωδίων τε ἔξωθεν
πλήσαντες περὶ τὸ χεῖλος, καὶ μεγάθεϊ τριηκοσίους
ἀμφορέας χωρέοντα ἦγον, δῶρον βουλόμενοι ἀντι-
3 δοῦναι Κροίσῳ. οὗτος ὁ κρητὴρ οὐκ ἀπίκετο ἐς
Σάρδις, δι' αἰτίας διφασίας λεγομένας τάσδε· οἱ μὲν
Λακεδαιμόνιοι λέγουσι, ὡς ἐπεί τε ἀγόμενος ἐς τὰς
Σάρδις ὁ κρητὴρ ἐγίνετο κατὰ τὴν Σαμίην, πυθό-
μενοι Σάμιοι ἀπελοίατο αὐτὸν, νηυσὶ μακρῇσι ἐπι-
4 πλώσαντες. αὐτοὶ δὲ Σάμιοι λέγουσι, ως ἐπεί τε
ὑστέρησαν οἱ ἄγοντες τῶν Λακεδαιμονίων τὸν κρη-
τῆρα, ἐπυνθάνοντο δὲ Σάρδις τε καὶ Κροῖσον ἡ-
λωκέναι, ἀπέδοντο τὸν κρητῆρα ἐν Σάμῳ, ἰδιώτας
δὲ ἄνδρας πριαμένους ἀναθεῖναί μιν ἐς τὸ Ἡραῖον·
τάχα δὲ ἂν καὶ οἱ ἀποδόμενοι λέγοιεν, ἀπικόμενοι
ἐς Σπάρτην, ὡς ἀπαιρεθείησαν ὑπὸ Σαμίων. κατὰ
μέν νυν τὸν κρητῆρα οὕτως ἔσχε.

---

satis sibi constet Herodotus (qualis certe ad nos pervenit), optimos quosque libros scriptos secuti sumus. Conf. caeterum Matth. Gr. Gr. pag. 292.

ζωδίων τε ἔξωθεν πλήσαντες] ζώδια, ut bene monet Schweigh., non animalia dicuntur, verum cuiuslibet generis figurae, animalium, frugum, florum, etc. Hoc sensu ζῶα inveniuntur I, 203. II, 4, ubi vid. nott. Ad meliorem loci intelligentiam, sic tibi fingas Nostrum scripsisse: ζωδίων τε — πλήσαντες καὶ — χωρέοντα (κρητῆρα ποιησάμενοι) ἦγον (τῷ Κροίσῳ).

ἀναθεῖναί μιν ἐς τὸ Ἡραῖον] De hoc templo laudant Herod. IV, 19. VI, 81. IX, 52, ubi vid. et Apulei. Florid. pag. 350. — Qui in his verbis reperitur subitus orationis transitus in infinitivi structuram, cum antecesserit ὡς cum verbo finito, ab optimorum scriptorum usu haud abhorret. Conf. quae dixi in Creuzeri Melett. III p. 12 seq.

τάχα δὲ ἂν καὶ οἱ ἀποδόμενοι κ. τ. λ.] Sunt ipsius Herodoti verba, iudicium suum adiicientis, quo diversas eadem

Sandanis Lydius Croeso dissuadet bellum cum Persis, ab eorum victus paupertate.

71 *Κροῖσος δὲ ἁμαρτὼν τοῦ χρησμοῦ, ἐποιέετο στρατηΐην ἐς Καππαδοκίην, ἐλπίσας καταιρήσειν*
2 *Κῦρόν τε καὶ τὴν Περσέων δύναμιν. παρασκευαζομένου δὲ Κροίσου στρατεύεσθαι ἐπὶ Πέρσας, τῶν τις Λυδῶν, νομιζόμενος καὶ πρόσθεν εἶναι σοφὸς, ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς γνώμης καὶ τὸ κάρτα οὔνομα ἐν Λυδοῖσι ἔχων, συνεβούλευσε Κροίσῳ τάδε· (οὔ-*
3 *νομά οἱ ἦν Σάνδανις·) „Ὦ βασιλεῦ, ἐπ᾽ ἄνδρας „τοιούτους στρατεύεσθαι παρασκευάζεαι, οἳ σκυτίνας μὲν ἀναξυρίδας, σκυτίνην δὲ τὴν ἄλλην ἐσθῆτα „φορέουσι· σιτέονται δὲ οὐκ ὅσα ἐθέλουσι, ἀλλ᾽ „ὅσα ἔχουσι, χώρην ἔχοντες τρηχείην· πρὸς δὲ, οὐκ*

---

de re narrationes explicet aut secum conciliet. De optativo (*τάχα δὲ ἂν — λέγοιεν*) conf. nott. ad I, 2.

Cap. LXXI.

Κροῖσος δὲ ἁμαρτὼν τοῦ χρησμοῦ] i. e. cum a vero oraculi sensu aberrasset aliumque eum ratus, quam re vera erat, ita deceptus esset.

ὦ βασιλεῦ, ἐπ᾽ ἄνδρας τοιούτους στρατεύεσθαι παρασκευάζεαι] Ex Athen. III p. 78 Valckenarius restitui vult: *ὦ βασιλεῦ, σὺ δὲ ἐπ᾽ ἄνδρας κ. τ. λ.* Quae cum valde nobis arrideant, libris scriptis haud probari dolemus.

οἳ σκυτίνας μὲν ἀναξυρίδας, σκυτίνην δὲ τὴν ἄλλην ἐσθῆτα φορέουσι] *ἀναξυρίδες* sunt braccae eaeque arctiores angustioresve ex corio confectae, quale omnino deprehenditur vestimenti genus apud gentes Asiae in regionibus montanis indeque frigidioribus habitantes. Itaque non mirum Persis hocce placuisse vestimentum, cum Medi uterentur vestimentis laxioribus ac remissioribus. Adhuc in ruderibus Persepolitanis conspiciuntur viri utroque vestium genere induti eoque ipso bene inter se distinguendi. Monuit Heeren. Ideen etc. I, 1 pag. 215, cui add. Ritter. Erdkunde II p. 784. Nec recentiores Persae huiuscemodi braccis caeruleis vel rubris abstinent; illae dicuntur apud Turcos *Schalwar* (*σαρβαρίδες*), hae *Tschakschir* (*ἀναξυρίδες*). Conf. Hammer. in: Wiener Jahrbüch. VIII p. 385.

χώρην ἔχοντες τρηχείην] Idem praedicant Persae IX, 121 idemque alii testantur scriptores, Persarum terram fuisse asperam cultuque difficillimam ob montes, saxa, alia id genus, indeque gentem ipsam duram,

„οἴνῳ διαχρέονται, ἀλλὰ ὑδροποτέουσι· οὐ σῦκα 4 „δὲ ἔχουσι τρώγειν, οὐκ ἄλλο ἀγαθὸν οὐδέν. τοῦτο „μὲν δή, εἰ νικήσεις, τί σφεας ἀπαιρήσεαι, τοῖσί „γε μή ἐστι μηδέν; τοῦτο δέ, ἢν νικηθῇς, μάθε „ὅσα ἀγαθὰ ἀποβαλέεις. γευσάμενοι γὰρ τῶν ἡμε- „τέρων ἀγαθῶν, περιέξονται, οὐδὲ ἀπωστοὶ ἔσον- 5 „ται. ἐγὼ μέν νυν θεοῖσι ἔχω χάριν, οἳ οὐκ ἐπὶ „νόον ποιέουσι Πέρσῃσι στρατεύεσθαι ἐπὶ Λυδούς.“ Ταῦτα λέγων, οὐκ ἔπειθε τὸν Κροῖσον. Πέρσῃσι γάρ, πρὶν Λυδοὺς καταστρέψασθαι, ἦν οὔτε ἁβρὸν, οὔτε ἀγαθὸν οὐδέν.

72 Οἱ δὲ Καππαδόκαι ὑπὸ Ἑλλή-

Cappadoces a Graecis dicti Syrii. Halys fluvius imperii Medici ac Lydii fines terminans, quo cursu feratur.

---

paucis contentam et tenui victus generi adstrictam. Conf. modo Xenoph. Cyrop. I, 3, 2. VII, 5, 67. V, 2, 16. Posthac in omne deliciarum et luxuriei genus Persas prolapsos esse, satis notum, ut adeo vino, quo hic et apud Xenophontem (Cyrop. I, 2, 8.) carere dicuntur, valde indulserint. Vid. Infra I, 133. — διαχρέονται cum recentt. edd. retinui pro διαχρέωνται. Conf. I, 34.

οὐ σῦκα δὲ ἔχουσι τρώγειν, οὐκ ἄλλο ἀγαθὸν] Disputat de hoc loco ac sententia Herodotea Iulianus Imperat. Ep. XXIV p. 390 seq. Namque ficus in frugibus suavissimis, arborque ipsa in praestantissimis habetur apud veteres, quippe qua quidquid natura suave ac dulce proferre queat, omnino indicatum existimemus. Quocirca Cr. confert Homeri Odyss. VII, 116 seqq.

τοῦτο μὲν δή, εἰ νικήσεις κ. τ. λ.] Quibus continuo opponuntur: τοῦτο δὲ ἢν νικηθῇς. Nec tamen raro sic opponi εἰ et ἢν, exemplis commonstravit Werfer. in Actt. phill. Monacc. I, 1 pag. 101.

ἦν οὔτε ἁβρὸν, οὔτε ἀγαθὸν οὐδὲν] i. e. nihil Persae deliciis (ut postea) indulgebant nec quidquam eorum erat illis bonorum, quae ad mollem vitam delicatamque perducant.

Cap. LXXII.

οἱ δὲ Καππαδόκαι ὑπὸ Ἑλλήνων Σύριοι ὀνομάζονται] Hisce iungenda, quae I, 71 init. exstant: Κροῖσος δὲ — ἐποιέετο στρατηΐην ἐς Καππαδοκίαν, ita ut quae hoc cap. 71 narrantur, interposita reliquae narrationi quodammodo videantur. Est vero illud tenendum Syriae nomen antiquitus multo latius patuisse a Babylonia usque ad Aegyptum, Ciliciam oramque illam maris mediterranei indeque rursus ad Pontum Euxinum usque. Testis

νων Σύριοι ὀνομάζονται· ἦσαν δὲ οἱ Σύριοι οὗτοι, τὸ μὲν πρότερον ἢ Πέρσας ἄρξαι, Μήδων κατήκοοι, τότε δὲ Κύρου. ὁ γὰρ οὖρος ἦν τῆς τε Μηδικῆς ἀρχῆς καὶ τῆς Λυδικῆς ὁ Ἅλυς ποταμός· ὃς ῥέει ἐξ Ἀρμενίου οὔρεος διὰ Κιλίκων· μετὰ δὲ, Μα-

---

est Strabo XIV p. 737 s. 1071, A: δοκεῖ δὲ τὸ τῶν Σύρων ὄνομα διατεῖναι ἀπὸ μὲν τῆς Βαβυλωνίας μέχρι τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου· ἀπὸ δὲ τούτου μέχρι τοῦ Εὐξείνου τὸ παλαιόν. Quare Cappadoces idem addit Leucosyros, i. e. albos Syros vocari, aliaque monet de Syris, qui Babylone ac Nini regnum constituerint. Namque omnes, quotquot Aramaicae stirpis habentur gentes, hoc nomine designatae esse videntur. Cappadoces, qui ad Armenicam, quae non alia est atque Aramaica, stirpem pertinent, haud aliter inde Syrii appellantur atque ii Syrii, qui ad Thermodontem habitabant, aut ii, qui Palaestinam habitabant, alii populi intra fines modo indicatos. Conf. Billerbeck. De Asiae Herodot. difficilioribb. Gotting. 1794, pag. 4. Szabo Descript. Persic. imper. (Heidelberg. 1816) pag. 104. Herodotum autem de Armenia hic loqui atque incolis huius terrae antiquissimis, qui Graeco nomine dicantur Syrii, satis patet. Plura Rennel. Geogr. d. Herod. p. 484. Ritter. Erdkunde II pag. 783.

Σύριοι] Ita constanter hic omnes libri, qui alibi (ut I, 6. VII, 72) in lectione Σύροι conspirant. Quare nihil mutare ausus sum.

ἦσαν δὲ οἱ Σύριοι] ἦσαν ob librorum scriptorum consensum praetulimus vulgatae lectioni ἔσαν, quae Aldina propagata erat.

ῥέει ἐξ Ἀρμενίου οὔρεος διὰ Κιλίκων] Montis *Armenii* nulla alibi mentio, nisi apud unum Dionys. Perieget. 694, ubi Phasis inde profluere dicitur. Quare suspicatur Larcherus, indicari Tauri aliquem montem in Cilicia, intelligendosque esse omnino Armeniae quae nunc vocatur terrae montes (cf. Tom. VIII pag 50). Multo accuratius in haec inquisivit Ritter. Erdkunde T. II pag. 716. Qui οὖρος h. l. non de uno monte, sed de montium tractu intelligendum esse monet, neque alium hic indicari montem, nisi *Paryadrem*, (unde alter profluat Halyos fons septentrionalis praeter Sebasten s. Siwas) vel *Argaeum* montem, qui altissimus omnium illic dicatur montium, ex quó in utrumque mare pateat prospectus, et ex quo alter Halyos fons meridionalis proveniens Caesaream Mazacam praeterlabatur. Utrumque montem ad eum pertinere tractum, quem posteriores geographi appella-

τιηνοὺς μὲν ἐν δεξιῇ ἔχει ῥέων, ἐκ δὲ τοῦ ἑτέρου Φρύγας· παραμειβόμενος δὲ τούτους, καὶ ῥέων ἄνω πρὸς βορέην ἄνεμον, ἔνθεν μὲν Συρίους Καππαδόκας ἀπέργει, ἐξ εὐωνύμου δὲ Παφλαγόνας. οὕτω ὁ Ἅλυς ποταμὸς ἀποτάμνει σχεδὸν πάντα τῆς Ἀσίης τὰ κάτω ἐκ θαλάσσης τῆς ἀντίον Κύπρου ἐς τὸν

---

tione minus accurata ac definita designarint *Antitaurum*; utrumque in occidentalibus eius terrae esse finibus, quae serius *Armeniae minoris* nomen acceperit, aut potius in ipsa Cappadocia, ad quam usque Herodoti Armenia pertineat. — In proxime antecedentibus ad verba ὁ Ἅλυς ποταμὸς conf., articuli causa, Matth. Gr. Gr. p. 559 coll. 543.

Ματιηνοὺς μὲν ἐν δεξιῇ ἔχει ῥέων] *Matieni* commemorantur IV, 94. V, 49, partemque Mediae tenuisse dicuntur, Strabone teste II p. 73 s. 124. XI p. 509 s. 776. Qui iidem quod in Asia minori inveniuntur, ubi Larchero auctore (T. VIII p. 324) eam Cappadociae partem tenent, quae *Morimene* a Strabone (XII p. 808, B. 811, B. 814, A) et Plinio (Hist. Nat. VI, 3 Tom. I p. 303 ed. Hard.) appellatur, id in gente opinor pastoritia multumque palante nec certas sedes tenente eo minus offendere debet, quo magis qui nunc Matienorum in loca successerunt *Kurdi*, eodem modo vagantur nec ulla habent certa domicilia. Unde Herodoto, errorum atque inscitiae propter haec incusato patrocinandum putat Ritter. Erdkunde II p. 781.

ἀποτάμνει σχεδὸν πάντα τῆς Ἀσίης τὰ κάτω κ. τ. λ.] τῆς Ἀσίης τὰ κάτω est ea fere Asiae pars, quam nos *Asiam minorem* dicere solemus, cuius finis ex Herodoti mente, orientem versus est Halys fluvius, qui, cum e Ciliciae montibus non procul ab ipso mediterraneo mari profluens septentrionem versus inde in Pontum Euxinum exeat, omnem fere Asiam minorem hancce a reliqua Asia, inprimis ab Armenia (a Syriis Cappadocibus) separare iure dici potest. Mare, quod e regione Cypri est, mediterraneum est, quod Ciliciam alluit, in cuius montibus Halyn originem capere antea dixerat Noster. Hanc vero terram inter utrumque mare, mediterraneum dico atque Pontum Euxinum, vocat αὐχένα *cervicem*, id est angustum meatum, angustiorem terrae tractum, cervicis instar porrectum, ut iam non de termino Asiaticae istius regionis agatur, sed quo illa situ fuerit, ubi ab Halye amne radatur, quamque anguste a Ciliciae finibus in Pontum sit extensa. Monuit Wesselingius laudans IV, 85. 89. VI, 36. VII, 223 alia. Cum

Εὔξεινον πόντον. ἔστι δὲ αὐχὴν οὗτος τῆς χώρης ταύτης ἁπάσης· μῆκος ὁδοῦ, εὐζώνῳ ἀνδρὶ πέντε ἡμέραι ἀναισιμοῦνται.

---

vero tractus ille a Ciliciae finibus usque ad Pontum angustior Nostro videatur, non mirum, quod *quinque diebus* illum a pedite expedito permeari posse prodit et hoc loco et infra II, 34; nec latuit hoc Scymnum Chium, qui tamen ipse *septem* ponit dies (vid. eius fragmm. p. 380. 382). Quodsi autem diurno itineri vel centum quinquaginta vel ducenta stadia (V, 53. IV, 101) contribuuntur, longitudo huius tractus erit mille stadiorum. A quo abhorrent et Eratosthenes (Strab. II p. 68), qui tria millia numerat stadia, et Plinius (H. N. VI, 2) ducenta M. P. indicans; consentit cum Herodoto Scylax in Peripl. p. 97 ed. Gronov. Sed recentiorum investigationibus exploratum habemus, tractum illum rectâ viâ sexaginta milliaria geographica longum esse, ita ut in unum diem duodecim milliaria pediti forent conficienda, vel omissis omnibus ambagibus ac deviis locis. Unde non defuere, qui Herodotum erroris incusarent, quod dimidium tantum longitudinis huius tractus indicaverit. Conf. Rennel. l. l. pag. 457. Defendit Herodotum ab erroris crimine Dahlmann. (Herodot. p. 96. 97). Neque enim hic cogitandum de ducentis stadiis, quae plerumque pedes expeditus ex Herodoti mente perficere queat, sed videri sermonem esse de eo, quod semel forsan expertum fuerit a quopiam pedite insigni. Testimonium petit ex iis, quae VI, 106 (coll. VI, 120) legimus, Philippidem Athenis Spartam advenisse altero die, cum iter certe viginti sex fuerit milliarium geographicorum. Quare haud prorsus fidem excedere putat, si tractus ille Asiae a pedite probato quinque dierum itinere permeari dicatur. At nihil hoc loco de insigni peditis alicuius conamine proditur, qui tantum iter tam brevi aliquando confecerit, sed sententiam suam omnino aperit auctor de tractus illius longitudine, in qua si ea non vidit, quae nos multorum saeculorum investigationibus, mathematicorumque ac geographorum dimensionibus edocti sumus, profecto ille erit excusatione dignus.

μῆκος ὁδοῦ] i. e. *quod ad itineris longitudinem attinet.* Absentia particulae δὲ, quam quis forsan hic requirat, itemque omissione voculae ὡς, quam antecedentia (αὐχὴν οὗτος) postulare videantur, maiore quaedam efficitur orationis vis, uti monuit Werfer. in Actt. phill. Monacc. I p. 579, ubi h. l. sic vertit: „*Est autem omnis huius terrae quasi cervix ea itineris longitudine, ut ab expedito quinque dies insumantur.*"

εὐζώνῳ ἀνδρὶ] εὔζωνος ἀ-

73 Ἐστρατεύετο δὲ ὁ Κροῖσος ἐπὶ τὴν Καππαδοκίην τῶνδε εἵνεκα· καὶ γῆς ἱμέρῳ, προσκτήσασθαι πρὸς τὴν ἑωυτοῦ μοῖραν βουλόμενος· καὶ μάλιστα, τῷ χρηστηρίῳ πίσυνος ἐὼν, καὶ τίσασθαι θέλων ὑπὲρ Ἀστυάγεος Κῦρον. Ἀστυάγεα γὰρ, τὸν Κυ- 36
αξάρεω, ἐόντα Κροίσου μὲν γαμβρὸν, Μήδων δὲ βασιλέα, Κῦρος ὁ Καμβύσεω καταστρεψάμενος εἶχε, γενόμενον γαμβρὸν Κροίσῳ ὧδε. Σκυθέων τῶν νομάδων εἴλη ἀνδρῶν στασιάσασα, ὑπεξῆλθε ἐς γῆν τὴν Μηδικήν. ἐτυράννευε δὲ τὸν χρόνον τοῦτον Μήδων Κυαξάρης, ὁ Φραόρτεω, τοῦ Δηϊόκεω· ὃς τοὺς Σκύθας τούτους τὸ μὲν πρῶτον περιεῖπε εὖ, ὡς ἐόντας ἱκέτας· ὥστε δὲ περὶ πολλοῦ ποιεόμενος αὐτοὺς, παῖδάς σφι παρέδωκε τὴν γλῶσ-

Croesus vult Cappadociam subigere, ac poenas de Cyro sumere. Illius cum Astyage affinitas.

νὴρ est pedes expeditus, bene cinctus, nec ulla re s. onere impeditus. Conf. I, 104 et Hesych. s. v.

Cap. LXXIII.

πρὸς τὴν ἑωυτοῦ μοῖραν βουλόμενος] Vulgo μοίρην. Sed plerique et optimi libri μοῖραν, quod iure recepit Gaisf. In antecedentibus verba τῶνδε εἵνεκα refer ad ternas, quae deinceps proferuntur, caussas. In seqq. βασιλέα iterum cum Gaisf. ex iisdem libris rescripsimus. Vulgo βασιλῆα.

Σκυθέων τῶν νομάδων εἴλη ἀνδρῶν στασιάσασα] εἴλη a melioribus libris allatum praetulimus lectioni ἴλη. Ac frequens haec confusio, de qua Wesseling. ad Diodor. Sicul. XVII, 33. — ἀνδρῶν cum Wesselingio placet adiungere genitivo τῶν νομάδων, ut eadem locutio sit, quae apud Arrian. Ind. 29: ἄνθρωποι νομάδες, aliaeque huius generis haud rara occurrunt locutiones, ubi ἀνήρ, ἄνθρωπος hoc modo additum videmus. Magis quaesita videtur Schweigh. ratio „εἴλη ἀνδρῶν, quae εἴλη ἀνδρῶν fuit (ἐκ) Σκυθέων τῶν νομάδων." Ad argumentum conf. I, 103 seqq. Statuit Volneius (Suppl. à l'Herodot. p. 8 seqq. 15 seqq.) accidisse hoc, quod de Scythis advenientibus legimus, exeunte anno 682 a. Chr. n. Atque Cyaxares, ex eiusdem Volneii calculis, quibuscum Larcheri computus congruit, ad regnum est evectus anno 684 a. Chr. n. — In seqq. ad εὖ περιέπειν, *bene tractare*, vid. laudd. ad Plutarch. Flamin. p. 79 et ad Pyrrh. p. 200. Verba ὡς ἐόν-

4 σάν τε ἐκμαθέειν, καὶ τὴν τέχνην τῶν τόξων. χρόνου δὲ γενομένου, καὶ αἰεὶ φοιτεόντων τῶν Σκυθέων ἐπ᾽ ἄγρην, καὶ αἰεί τι φερόντων, καί κοτε συνήνεικε ἑλεῖν σφεας μηδέν· νοστήσαντας δὲ αὐτοὺς κεινῇσι χερσὶ, ὁ Κυαξάρης (ἦν γὰρ, ὡς διέδεξε, ὀργὴν ἄκρος) τρηχέως κάρτα περιέσπε ἀεικείῃ.
5 οἱ δὲ, ταῦτα πρὸς Κυαξάρεω παθόντες, ὥστε ἀνάξια σφέων αὐτῶν πεπονθότες, ἐβούλευσαν τῶν παρὰ σφίσι διδασκομένων παίδων ἕνα κατακόψαι·

τας ἱκέτας illustrantur iis, quae ad I, 35 seqq. notata sunt.

καὶ τὴν τέχνην τῶν τόξων] Et Scythae et Persae (quam utramque nomadum primitus fuisse Asiae gentem constat) per totam antiquitatem celebres arte arcuum tractandorum. Qua de re sufficiat indicasse primarios Nostri locos, unde huius artis vis ac notio apud utramque gentem eluceat: III, 21. 22 coll. IV, 131. 132. Ctesiae Excerpt. Pers. 17. De tesseraria arcus notione alibi dicemus.

ἦν γὰρ — ὀργὴν ἄκρος] i. e. *erat enim animo iracundo* sive *ad iram pronior*. Ita Wesselingius, qui dicendi formulam aliis exemplis Appiani, aemuli Herodotei, illustrat. Et pugnant tres libri Parisini pro hac lectione ipsaque denique ratio. Vulgo ὀργὴν οὐκ ἄκρος, quod tuetur Coraes, vocem ὀργὴν explicans ψυχὴν, hominemque intelligens *pusilli ingenii;* cui suffragatur Werferus in Actt. phill. Monacc. I p. 77 seq. exponens: *non bona et generosa indole*, cum ὀργὴ inprimis apud Ionicos et poetas frequens sit: *ingenium*, *indoles*, et ἄκρος apud Nostrum semper *bono*, non *malo* occurrat *sensu*. Sed confiteor, huiusmodi interpretationes, vel si docte defendantur, magis quaesitas mihi videri quam veras simplicesque. Alium virum doctum, qui ὀργὴν οὐκ ἄκρος explicabat: *iram non vincens*, *irae non temperans*, satis e linguae rationibus refutavit Schwgh. Hoc enim foret Graece: ὀργῆς οὐκ ἐγκρατής. Unde cum recentt. editt., probante quoque Blomfield. in Glossar. ad Aeschyl. Pers. vs. 140, retinuimus lectionem Wesselingianam. — Ad ἀεικείῃ conf. I, 54.

ἐβούλευσαν τῶν παρὰ σφίσι κ. τ. λ.] Vulgo ἐβουλεύσαντο. Sed Medic., Schellershem., alii plerique: ἐβούλευσαν, quod ut praeferrent Schweigh. et Gaisf., suasit quoque usus Herodoteus. Nam uti frequenter dicitur βουλεύεσθαι *deliberandi* notione, ita promiscue hunc scriptorem et medio et activo verbo uten-

σκευάσαντες δὲ αὐτὸν ὥσπερ ἐώθεσαν καὶ τὰ θηρία σκευάζειν, Κυαξάρεϊ δοῦναι φέροντες, ὡς ἄγρην δῆθεν· δόντες δὲ, τὴν ταχίστην κομίζεσθαι παρὰ Ἀλυάττεα τὸν Σαδυάττεω ἐς Σάρδις. ταῦτα καὶ δὴ 6 ἐγένετο. καὶ γὰρ Κυαξάρης καὶ οἱ παρεόντες δαιτυμόνες τῶν κρεῶν τούτων ἐπάσαντο· καὶ οἱ Σκύθαι ταῦτα ποιήσαντες, Ἀλυάττεω ἱκέται ἐγένοντο.

74 Μετὰ δὲ ταῦτα (οὐ γὰρ δὴ ὁ Ἀλυάττης ἐξεδίδου τοὺς Σκύθας ἐξαιτέοντι Κυαξάρεϊ) πόλεμος τοῖσι Λυδοῖσι καὶ τοῖσι Μήδοισι ἐγεγόνεε ἐπ' ἔτεα πέντε·

Bellum propter Scythas inter Cyaxarem et Alyattem ab a. 590 ad 585, quo ultimo anno die 28

---

tem videmus (I, 120), hoc potissimum, ubi indicat: *re deliberata decernere*, ut III, 84, alibi. Hinc non erat, quod lectioni ἐβουλεύσαντο patrocinaretur Wesselingius.

σκευάσαντες δὲ αὐτὸν κ. τ. λ.] Pertinent haec participia σκευάσαντες et δόντες cum sequentibus infinitivis ad verbum ἐβούλευσαν, ita ut nominativus neminem offendere debeat. — Ad verba ὡς ἄγρην δῆθεν („*ut feram scilicet ab ipsis captam*") conf. supra I, 59: *οἵ μιν ἐλαύνοντα ἐς ἀγρὸν ἠθέλεσαν ἀπολέσαι δῆθεν*. VI, 1. — Mox dedi cum Gaisf. τούτων pro τουτέων, ut vulgo.

Cap. LXXIV.

πόλεμος — ἐγεγόνεε ἐπ' ἔτεα πέντε] Ex Volneii rationibus bellum ortum est 630 a. Chr., finitum anno 625 a. Chr.; ex Larcheri sententiâ inceptum 602 a. Chr., finitum 597 a. Chr.; ita ut illum si sequamur, solis defectio, de qua Herodotus scribit, acciderit anno 625 a. Chr. n. et quidem tertio die Februarii, hunc si audiamus, eadem incidat in annum 597 diemque undetricesimum Iulii mensis. Quam sententiam eandem amplexi erant Petavius, Bouherius; a quibus ita discedunt Des Vignoles (Chronolog. de l'hist. saint. II p. 247) et Des Brosses (Mém. de l'Acad. des Inscript. XXI, 33); ut annum 585 a. Chr. n. diemque duodetricesimum Maii ponant. Alii ad Plinium sese applicant, qui hanc defectionem Olymp. XLVIII, 4 s. 585 a. Chr. accidisse scribat Hist. Nat. II, 12 sect. 9. Astronomicis denique rationibus potissimum commoti, nostrae aetatis docti viri, in quibus unum nomino Oltmannum, defectionem tricesimo Septembris die anni 609 vel potius 610 contigisse volunt. Tu vid. Schultz. in Appar. crit. etc. pag. 20 seq. Adstipulatur quoque Halma, vir harum rerum peritissimus, in nott. ad chronolog. de Ptolemée troisième

Mali facta est solis defectio, a Thalete Ionibus praedicta. Pax quibus auctoribus, qua lege, quo ritu facta.

ἐν τοῖσι πολλάκις μὲν οἱ Μῆδοι τοὺς Λυδοὺς ἐνίκησαν, πολλάκις δὲ οἱ Λυδοὶ τοὺς Μήδους· ἐν δὲ,
2 καὶ νυκτομαχίην τινὰ ἐποιήσαντο. διαφέρουσι δέ σφι ἐπὶ ἴσης τὸν πόλεμον, τῷ ἕκτῳ ἔτεϊ συμβολῆς γενομένης, συνήνεικε ὥστε τῆς μάχης συνεστεώσης

---

part. (T. I.) pag. 62. Equidem quidquam pronunciare nolim; sat habui varias indicasse virorum doctorum sententias; ob astronomicas tamen rationes maxime arridet illa, quam postremo loco posuimus.

ἐν δὲ, καὶ νυκτομαχίην τινὰ ἐποιήσαντο] *ἐν δὲ* scil. *τοῖς πέντε ἔτεσι τούτοις*, ut monet Wyttenbach. in selectt. hist. p. 350. Schweigh. supplet *ταύταις ταῖς μάχαις*. Sed mihi non dubium, quin Herodotus quinquennii istius antea memorati spatium indicare voluerit, cum *νυκτομαχίη* ea sit pugna, quae post accidisse narratur, sexto belli anno, ubi sol defecit. De usu locutionis *ἐν δὲ* conf. Hermann. ad Viger. pag. 854. — Ad verba *ἐπὶ ἴσης* (quae de *aequa fortuna* intelligenda sunt, ubi aequo Marte utrimque certatur) conf. Lambert. Bos. de Ellipss. L. Gr. pag. 499. Vulgo supplent *τύχης* s. *μοίρας*.

συνήνεικε ὥστε — τὴν ἡμέρην ἐξαπίνης νύκτα γενέσθαι] Attende dicendi rationem Herodoteam, popularem magis, ut ita dicam, vulgique opinionibus accommodatam (ut I, 103. IX, 10 coll. VIII, 37); unde nec inscitiae nec erroris litem scriptori intendam, quod ita nimirum sit locutus speciem magis secutus, quam id, quod re vera est; cum quae vera esset causa aeque ignoraret atque plerique omnes illius aetatis. Sed Thaletis defectionem ipsam praedicentis eoque maiorem harum rerum cognitionem declarantis mentio haud erat praetermittenda, quo magis ille hac re supra vulgus eminuit. Quem ipsum eximia astronomiae scientia valuisse quod inde colligunt, id quodammodo restringendum videtur, cum vix credibile sit, hanc defectionem solis ita fuisse praedictam, ut dies atque hora accurate indicata fuerit, sed in ipso anno indicando astronomum se continuisse probabile fiat ex ipsis Nostri scriptoris verbis: *οὖρον προθέμενος ἐνιαυτὸν τοῦτον, ἐν ᾧ δὴ καὶ ἐγένετο ἡ μεταβολή*. Inde quoque vel seriore aetate sedulo adnotatum fuisse videmus, quando quae praedicta fuit defectio, ipsa acciderit; id quod vix factum fuisset, si de his tam certo persuasum fuisset veteribus. Tu vid. Bredowii Uranolog. Herodot. p. XXXIX seqq. et Uckert. Geograph. I, 1 pag. 52. Quorum ille Thaleti veram defectionis causam cognitam fuisse negat; nec quisquam sane dixerit, unde istiusmodi notitiam omnino acceperit

3 τὴν ἡμέρην ἐξαπίνης νύκτα γενέσθαι. την δὲ με-
ταλλαγὴν ταύτην τῆς ἡμέρης Θαλῆς ὁ Μιλήσιος
τοῖσι Ἴωσι προηγόρευσε ἔσεσθαι, οὖρον προθέμενος
ἐνιαυτὸν τοῦτον, ἐν ᾧ δὴ καὶ ἐγένετο ἡ μεταβολή.
4 οἱ δὲ Λυδοί τε καὶ οἱ Μῆδοι ἐπεί τε εἶδον νύκτα 37
ἀντὶ ἡμέρης γινομένην, τῆς μάχης τε ἐπαύσαντο,
καὶ μᾶλλόν τι ἔσπευσαν καὶ ἀμφότεροι εἰρήνην ἑωυ-
5 τοῖσι γενέσθαι. οἱ δὲ συμβιβάσαντες αὐτούς, ἦσαν
οἵδε, Συέννεσίς τε ὁ Κίλιξ, καὶ Λαβύνητος ὁ Βα-
βυλώνιος· οὗτοί σφι καὶ τὸ ὅρκιον οἱ σπεύσαντες
γενέσθαι ἦσαν, καὶ γάμων ἐπαλλαγὴν ἐποίησαν·

Thales. Iam de ea superstitione veterum, qua mali quid defectionibus portendi opinabantur, monere non opus.

συνήνεικε ὥστε — τὴν ἡμέρην — γενέσθαι] In his notant viri docti abundantiam particulae ὥστε, cum simplex infinitivus plerumque hac in locutione inveniatur. Sed additae particulae exempla dabit Schaefer. ad Lamb. Bos. de Ellipss. p. 784 coll. Hermann. in Diss. de Pleonasm. et Ellips. in Wolfii Mus. stud. Antiqq. I pag. 195. — De forma συνεστεώσης, cum alias in huius perfecti participio foeminino semper occurrat forma contracta in ῶσα cons. Matth. §. 198, 3, f pag. 359.

ἦσαν οἵδε, Συέννεσίς τε ὁ Κίλιξ, καὶ Λαβύνητος ὁ Βαβυλώνιος] ἦσαν scripsimus propter libros, quorum unus tantum vulgatam lectionem ab Aldo propagatam tenet ἔσαν. — *Syennesis* nomen dignitatis titulumque antiquissimum Ciliciae regum videri, quo etiam posteriores huius terrae reges, Persis tributarii facti, usi sunt, nunc fere nemo dubitat. Conf. Aeschyl. Pers. 324. Xenoph. Anab. I, 2, 12 et ad utrumque locum interpretes. *Labyneti* nomen itidem frequens in Babylonis regibus; cf. I, 77. 118. Qui hoc loco memoratur, eum Nabuchodonosorum, qui et Nebucadnezar est, fuisse notat Wesselingius, quippe congruentibus temporum rationibus.

καὶ γάμων ἐπαλλαγὴν ἐποίησαν] i. e. *mutua instituerunt connubia.* Cr. confert de voce consimili ἐπάλλαξις Wyttenbach. ad Plut. Moral. I, 2 pag. 885, ubi explicatur „*quasi mutatio per vices vinculorum* (connubii) *et mutuo facta.*" ἀναγκαίη exponitur a Matthiae ad Euripid. Hecub. 830 pag. 97 *necessitas, vis graviter cogens.* — Ad formam Ionicam συμβάσιες vid. eundem in Gr. Gr. §. 80 not. 6 pag. 179.

'Αλυάττεα γὰρ ἔγνωσαν δοῦναι τὴν θυγατέρα 'Αρύ-
ηνιν 'Αστυάγεϊ τῷ Κυαξάρεω παιδί. ἄνευ γὰρ ἀ-
ναγκαίης ἰσχυρῆς συμβάσιες ἰσχυραὶ οὐκ ἐθέλουσι
6 συμμένειν. Ὅρκια δὲ ποιέεται ταῦτα τὰ ἔθνεα τά
περ τε Ἕλληνες· καὶ πρὸς τούτοισι, ἐπεὰν τοὺς
βραχίονας ἐπιτάμωνται ἐς τὴν ὁμοχροΐην, τὸ αἷμα
ἀναλείχουσι ἀλλήλων.

75 Τοῦτον δὴ ὦν τὸν 'Αστυάγεα Κῦρος, ἐόντα
ἑωυτοῦ μητροπάτορα, καταστρεψάμενος ἔσχε δι' αἰ-
2 τίην τὴν ἐγὼ ἐν τοῖσι ὀπίσω λόγοισι σημανέω. τὰ
Κροῖσος ἐπιμεμφόμενος τῷ Κύρῳ, ἔς τε τὰ χρηστή-
ρια ἔπεμπε, εἰ στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας, καὶ δὴ καὶ
ἀπικομένου χρησμοῦ κιβδήλου, ἐλπίσας πρὸς ἑωυ-
τοῦ τὸν χρησμὸν εἶναι, ἐστρατεύετο ἐς τὴν Περσέ-
3 ων μοῖραν. Ὡς δὲ ἀπίκετο ἐπὶ τὸν Ἅλυν ποταμὸν

Croesus Halym penetrat.

οὐκ ἐθέλουσι συμμένειν] i. e. *non solent firma manere* (pacta). Nam ἐθέλειν non de personis solum, verum de rebus quoque usurpatur, ubi est *posse, solere*. De quo Cr. confert Ast. ad Platon. Rem publ. pag. 423. 548. Wyttenbach. ad Platon. Phaedon. pag. 272. — In seqq. ad verba τάπερ τε Ἕλληνες consul. Matth. Gr. Gr. §. 626 pag. 1279 ob usum particulae τε post relativa, ex Homero qui ad Herodotum transiit.

ἐς τὴν ὁμοχροΐην] ὁμοχροΐη, explicante Wesselingio, est *cutis superficies, cutis summa*. Idem Tacitum confert simili in ritu scribentem (Anall. XII, 47): „levi ictu cruorem eliciunt." Add. Herodot. IV, 70.

Cap. LXXV.

τὴν ἐγὼ ἐν τοῖσι ὀπίσω λόγοισι σημανέω] τοὺς ὀπίσω λόγους solemni apud Herodotum citandi ratione, intellige de iis, quae infra narrantur, hoc ipso libro cap. 107 seqq.

εἰ στρατεύηται] Conf. nott. ad I, 53. Ex quo patet, male post Πέρσας a quibusdam addi εἰρωτέων. — De voce κίβδηλος conf. nott. ad I, 66.

ἐλπίσας πρὸς ἑωυτοῦ τὸν χρησμὸν εἶναι] i. e. *ratus sibi favere oraculum*. Nam εἶναι πρός τινος est ab *alicuius partibus stare, alicui favere eiusque commodis consulere*. Conf. ne plura Matth. Gr. Gr. p. 1178. — In seqq. cum Gaisf. e melioribus libris reposui μοῖραν pro μοίρην.

ὁ Κροῖσος, τὸ ἐνθεῦτεν, ὡς μὲν ἐγὼ λέγω, κατὰ τὰς ἐούσας γεφύρας διεβίβασε τὸν στρατόν· ὡς δὲ ὁ πολλὸς λόγος Ἑλλήνων, Θαλῆς οἱ ὁ Μιλήσιος
4 διεβίβασε. ἀπορέοντος γὰρ Κροίσου ὅκως οἱ διαβήσεται τὸν ποταμὸν ὁ στρατὸς, (οὐ γὰρ δὴ εἶναί κω τοῦτον τὸν χρόνον τὰς γεφύρας ταύτας,) λέγεται παρεόντα τὸν Θαλῆν ἐν τῷ στρατοπέδῳ, ποιῆσαι αὐτῷ τὸν ποταμὸν, ἐξ ἀριστερῆς χειρὸς ῥέοντα τοῦ
5 στρατοῦ, καὶ ἐκ δεξιῆς ῥέειν· ποιῆσαι δὲ ὧδε. ἄνωθεν τοῦ στρατοπέδου ἀρξάμενον, διώρυχα βαθέην ὀρύσσειν, ἄγοντα μηνοειδέα, ὅκως ἂν τὸ στρατόπε-

---

κατὰ τὰς ἐούσας γεφύρας] i. e. *ad eos, qui nunc ibi sunt, pontes.*

Θαλῆς οἱ ὁ Μιλήσιος διεβίβασε] scil. *τὸν στρατόν*. Pronomen *οἱ* ad Croesum refero, cui exercitum (s. cuius exercitum) Thales trans Halyn duxerat. Caeterum de Thalete *Cr.* conferri vult Gesner. ad Lucian. Hipp. Tom. VII pag. 557 ed. Bip. Quem enim Milesium Noster dicit, eum Phoenicem alii vocant ea forsitan ex causa, quod Thaletem Phoenicibus maioribus oriundum ipse Herodotus dicit I, 170.

οὐ γὰρ δὴ εἶναί κ. τ. λ.] Pendent haec ab omisso *λέγεται* vel referenda sunt ad antecedentia *ὡς ὁ πολλὸς λόγος Ἑλλήνων.*

τὸν ποταμὸν, ἐξ ἀριστερῆς χειρὸς ῥέοντα κ. τ. λ.] Croesi exercitus in laeva fluvii ripa collocatus erat ex Herodoti mente, qui ita scribit, fluvii cursum a fontibus inde persequens. Ut igitur exercitus dextrâ esset in ripâ fluviumque pone se haberet, fluvii cursum, fossa supra exercitus castra ducta circum ipsa castra a parte laevâ, ita mutavit Thales, ut qui ante a dextra castra praeterflueret amnis, nunc a laeva i. e. pone castra praeterlaberetur.

ἄνωθεν τοῦ στρατοπέδου κ. τ. λ.] Nihil in his, ne distinctionem quidem singularum vocum, mutavimus, quia sententia plane opinor sic procedit: A superiore parte castrorum (i. e. ab ea parte, unde fluvius venit) incepit fossam fodere eamque ducere in speciem lunae dimidiatae, ut fluvius a tergo sumeret castra eodem loco manentia, huc scilicet (ut in exercitus tergo esset) in canalem se convertens ex vetere alveo, et dein rursus praeterlapsus castra in veterem alveum influeret. Quae, ipsis Wyttenbachii verbis ex parte prolata, tam clara videntur, ut nulla opus nec distinctionis nec verborum mutatione.

ὅκως ἂν — λάβοι] Unus

δον ἱδρυμένον κατὰ νώτου λάβοι, ταύτῃ κατὰ τὴν
διώρυχα ἐκτραπόμενος ἐκ τῶν ἀρχαίων ῥεέθρων,
καὶ αὖτις παραμειβόμενος τὸ στρατόπεδον, ἐς τὰ
6 ἀρχαῖα ἐσβάλλοι. ὥστε, ἐπεί τε καὶ ἐσχίσθη τάχιστα
ὁ ποταμὸς, ἀμφοτέρῃ διαβατὸς ἐγένετο. οἱ δὲ καὶ
τὸ παράπαν λέγουσι καὶ τὸ ἀρχαῖον ῥέεθρον ἀπο-
ξηρανθῆναι. ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐ προσίεμαι· κῶς 38
76 γὰρ ὀπίσω πορευόμενοι διέβησαν αὐτόν; Κροῖσος
δὲ, ἐπεί τε διαβὰς σὺν τῷ στρατῷ ἀπίκετο τῆς
Καππαδοκίης ἐς τὴν Πτερίην καλεομένην· ἡ δὲ
Πτερίη ἐστὶ τῆς χώρης ταύτης τὸ ἰσχυρότατον, κα-
τὰ Σινώπην πόλιν τὴν ἐν Εὐξείνῳ πόντῳ μάλιστά

Pteriorum urbem, et alias quae circa erant, expugnatas diripit. Praelium in agro Pterio commissum aequo Marte inter Croesum et Cyrum a. 546.

---

liber hic *λάβῃ*. Male. Cum enim in hac structura legitimus sit optativus post particulam *ὅκως*, omissa particula *ἂν*, haud raro tamen apud Nostrum hanc particulam in hac structura additam videmus, eo opinor consilio, ut res ipsa magis incerta, ut quae fieri tantum *posset*, significaretur. Inde *ὅκως ἂν — λάβοι* mihi h. l. est: „*ut — sumere posset.*“ Conf. Matth. §. 520 Not. 2 p. 1002 h. l. bene laudantem, et infra I, 91. 99.

κῶς γὰρ ὀπίσω πορευόμενοι διέβησαν αὐτόν] Vulgo vertunt: „*quo enim modo, quum reversi sunt, flumen transierunt?*“ cum vertendum esset: „*quo enim modo revertentes flumen transire potuissent.*“ Qua tamen in sententia cum aegre mihi deesse videretur particula *ἂν* verbo *διέβησαν* adiicienda, bene monentem inveni Matthiae §. 508 not. p. 968. Nam de consilio particulam omisisse videtur Noster, quo vel magis indicaret fortiusque in eo insisteret, hoc utique fieri non potuisse. Et alia quoque a viro docto allata exempla monstrant *ἂν* hac in structurâ omitti, ubi certum quid, nulla ab alia re sive cogitatione pendens declarandum est.

Cap. LXXVI.

ἡ δὲ Πτερίη — κατὰ Σινώπην — κειμένη] *κειμένη* e Wesselingii emendatione cum editt. recentt. dedimus pro vulg. *κεομένη*. Dicitur autem Pteria *e regione* Sinopes, quae ipsa ad Pontum Euxinum est urbs, sita. Notat enim hic *κατὰ ex adverso*, *ex opposito* s. *e regione*. Conf. II, 148. Fischer. ad Weller. III, b pag. 177. Pausan. X, 34 §. 1 ibique Siebelis. Ad ipsum argumentum notamus, quod in Diodori Excerptt. ab Ang. Maio nuper detectis §. 29,

κη κειμένη· ἐνθαῦτα ἐστρατοπεδεύετο, φθείρων τῶν
2 Συρίων τοὺς κλήρους. καὶ εἷλε μὲν τῶν Πτερίων
τὴν πόλιν, καὶ ἠνδραποδίσατο· εἷλε δὲ τὰς περιοι-
κίδας αὐτῆς πάσας. Συρίους τε, οὐδὲν ἐόντας αἰ-
3 τίους, ἀναστάτους ἐποίησε. Κῦρος δὲ ἀγείρας τὸν
ἑωυτοῦ στρατὸν, καὶ παραλαβὼν τοὺς μεταξὺ οἰκέ-
οντας πάντας, ἠντιοῦτο Κροίσῳ. πρὶν δὲ ἐξελαύ-
νειν ὁρμῆσαι τὸν στρατὸν, πέμψας κήρυκας ἐς τοὺς
Ἴωνας, ἐπειρᾶτο σφέας ἀπὸ Κροίσου ἀπιστάμεναι.
4 Ἴωνες μέν νυν οὐκ ἐπείθοντο. Κῦρος δὲ ὡς ἀπί-
κετο, καὶ ἀντεστρατοπεδεύσατο Κροίσῳ, ἐνθαῦτα

T. II p. 25 relatum invenimus: Cyrum cum exercitu suo ad angusta Cappadociae loca delatum legatos misisse, qui Croesum certiorem facerent, velle se illi (Croeso) priorum culparum remissionem facere, Lydiaeque satrapen illum constituere, si ipsius ad aulam (ἐπὶ θύρας) venire subditumque se ipsi praebere vellet. Quod vero Croesum recusasse, Persae ut sibi servirent, potius respondentem ac poscentem.

φθείρων τῶν Συρίων τοὺς κλήρους] i. e. „*populans Syriorum praedia.*" Syrios dicit Herodotus incolas Ponti Euxini a Parthenio usque ad Thermodontem, docente Rennel. Geograph. Syst. d. Her. p. 484; quos tamen colonos ex interiori Syria (i. e. Armenia) huc profectos crediderim; quo forsitan ducit vocula κλῆρος Herodoto hic usurpata. Tu vid. notat. ad I, 72.

ἀναστάτους ἐποίησε] i. e. „*funditus evertit.*" Locutio satis frequens in Herodoteis libris. Conf. I, 97. 155. 178 etc. Wesseling. ad IV, 204 et ad Diodor. Sicul. XI, 1. Vömel. ad Demosth. Philipp. pag. 220 seq.

Κῦρος δὲ ἀγείρας τὸν ἑωυτοῦ στρατὸν — ἠντιοῦτο Κροίσῳ] Mira fabula hac de re apud Suidam legitur. Cyrum enim ille refert, perterritum Croesi minis, ad Indiam confugere voluisse; verum ab uxore animo confirmatum, sciscitatum esse Danielem vatem. A quo cum accepisset se victorem fore, ad bellum sese parasse!

πρὶν δὲ ἐξελαύνειν ὁρμῆσαι τὸν στρατὸν] i. e. „*priusquam exercitum educere instituisset.*" ubi ἐξελαύνειν minime glossatoris esse, bene iam monuit Wesselingius, amandans ad VII, 105 coll. VIII, 106. Cum eodem Wesselingio aliisque mox scripsimus κήρυκας pro κήρυκα, sensu postulante, et paulo post ἀπιστάμεναι (pro ἀπιστάναι), libris iubentibus.

ἐν τῇ Πτερίῃ χώρῃ ἐπειρώατο κατὰ τὸ ἰσχυρὸν 5ἀλλήλων. μάχης δὲ καρτερῆς γενομένης, καὶ πεσόντων ἀμφοτέρων πολλῶν, τέλος οὐδέτεροι νικήσαντες διέστησαν, νυκτὸς ἐπελθούσης. καὶ τὰ μὲν στρατόπεδα ἀμφότερα οὕτως ἠγωνίσατο.

77 Quo consilio redierit Sardes Croesus. Miles conductitius dimissus.

Κροῖσος δὲ, μεμφθεὶς κατὰ τὸ πλῆθος τὸ ἑωυτοῦ στράτευμα· ἦν γάρ οἱ ὁ συμβαλὼν στρατὸς πολλὸν ἐλάσσων ἢ ὁ Κύρου· τοῦτο μεμφθεὶς, ὡς τῇ ὑστεραίῃ οὐκ ἐπειρᾶτο ἐπιὼν ὁ Κῦρος, ἀπήλαυνε ἐς τὰς Σάρδις, ἐν νόῳ ἔχων, παρακαλέσας 2μὲν Αἰγυπτίους κατὰ τὸ ὅρκιον, (ἐποιήσατο γὰρ καὶ πρὸς Ἄμασιν βασιλεύοντα Αἰγύπτου συμμαχίην πρότερον ἤπερ πρὸς Λακεδαιμονίους,) μεταπεμψάμενος δὲ καὶ Βαβυλωνίους, (καὶ γὰρ πρὸς τούτους αὐτῷ ἐπεποίητο συμμαχίη· ἐτυράννευε δὲ τῶν Βαβυλωνίων τὸν χρόνον τοῦτον Λαβύνητος·) ἐπαγγεί-

---

ἐπειρώατο κατὰ τὸ ἰσχυρὸν ἀλλήλων] i. e. *pro viribus pugnam periclitabantur*, s. ut vulgo vertunt: „*valido impetu vires invicem tentarunt.*" ἐπειρώατο cum recentt. editt. dedimus potiores libros secuti. Vulgo ἐπειρῶντο. Conf. supra I, 68. — In seqq. vocem ἀμφοτέρων male in quibusdam omitti monet Wessel. laudans quoque I, 82. III, 11.

Cap. LXXVII.

Κροῖσος δὲ, μεμφθεὶς κατὰ τὸ πλῆθος τὸ ἑωυτοῦ στράτευμα] i. e. *Croesus caussatus exercitus sui paucitatem* s. *damnans exercitum suum propter paucitatem*; id est (ut Schwgh. utar verbis), conquestus est de suo exercitu, non quod minus fortiter pugnasset, sed quod numero longe inferior fuisset hostibus. Federus in comment. in Aeschyl. Agamemn. (Heidelb. 1819) pag. 17 not. participium μεμφθεὶς passive aut saltem reflexive accipiendum existimat. — In seqq. notat Wesselingius verbum ἐπειρᾶτο cum participio (ἐπιὼν, κατιὼν, id genus aliis) iunctum, orationis quadam abundantia, ex qua nihil fere amplius sit quam ipsum ἐπιέναι. Conf. VII, 5. 50. 172. IX, 52. I, 84. Plura exempla huius usus suppeditabit Matthiae §. 555 not. 2 pag. 1091.

ἐτυράννευε δὲ τῶν Βαβυλωνίων τὸν χρόνον τοῦτον Λαβύνητος] De τυραννεύειν conf. ad I, 6. — Labynetus alius atque ille, de quo I, 74.

λας δὲ καὶ Λακεδαιμονίους παρεῖναι ἐς χρόνον ῥη-
τόν· ἀλίσας τε δὴ τούτους, καὶ τὴν ἑαυτοῦ συλ-
λέξας στρατιὴν, ἐνένωτο, τὸν χειμῶνα παρεὶς, ἅμα
3 τῷ ἦρι στρατεύειν ἐπὶ τοὺς Πέρσας. καὶ ὁ μὲν,
ταῦτα φρονέων, ὡς ἀπίκετο ἐς τὰς Σάρδις, ἔπεμπε
κήρυκας κατὰ τὰς συμμαχίας, προερέοντας ἐς πέμ-
πτον μῆνα συλλέγεσθαι ἐς Σάρδις. τὸν δὲ παρεόν-
τα καὶ μαχεσάμενον στρατὸν Πέρσῃσι, ὃς ἦν αὐ-

Hic ultimus Babyloniae rex fuit, ab aliis *Nabonadius*, *Nabonidus* et quaecunque alia sunt huius generis, non valde tamen distantia ab ea nominis scriptura, quam apud Herodotum invenimus. Conf. Larcher. Videtur autem hic Babyloniae rex cum Croeso iunctus eam ipsam ob causam, ut adaugescens Cyri potentia ipsisque imminens suis finibus coerceretur; nec alia causa Amasin, Aegyptiae regem, compulisse videtur, ut ad Croesum se applicaret. Vid. Wesseling.

ἐνένωτο] Conf. ad I, 68. Caeterum observa orationis quandam anacoluthiam, cum id, quod supra iam indicatum erat verbis: ἐν νόῳ ἔχων hic propter multa participia interiecta repetatur verbo ἐνένωτο, constructione non integra servata. Nec tamen rarae apud Nostrum huiusmodi structurae, nec tales, quae offendere nos debeant. — Mox κατὰ τὰς συμμαχίας vertunt: „*ad socios*,“ quod alius hunc in modum interpretatur: „*qui socios ad auxilium ferendum adhortarentur*, *nach den Bundesgenossen*.“ Equidem verto: *secundum foedera* s. *pacta*, quae cum illis regibus inierat Croesus. Sed infra I, 81: ἔπεμπε — ἄλλους ἀγγέλους ἐς τὰς σ υ μ μ α χ ί α ς. Add. I, 82 init., ubi συμμαχίη pro σύμμαχοι positum quoque monet Matth. §. 429 p. 795.

ὃς ἦν αὐτοῦ ξεινικὸς] „*essendo mercenario*“ Italus interpres; nec male, cum satis constet, ξενικὸν στρατὸν dici de mercenariis militibus, de copiis mercede conductis. Est vero hic cogitanda orientalium exercituum ratio, quorum magna pars est militum, ex gentibus subditis mercede quidem coactorum, sed statim signa relinquentium, quando expeditio est finita. Quale hodieque apud Turcas obtinere videmus. Quis enim, ut iis potissimum utar, nescit Albaniae incolas in Turcarum exercitu stipendia hoc modo merentes? Haec igitur si cogites, iure a Schlossero (Universalgesch. I, 1 p. 250 not.) hoc positum intelliges, quod vernaculo sermone adscribere praestat: „man findet, dass des Croesus Heer aus den ver-

τοῦ ξεινικὸς, πάντα ἀφεὶς, διεσκέδασε· οὐδαμὰ ἐλπίσας μή κοτε ἄρα ἀγωνισάμενος οὕτω παραπλη-
78 σίως Κῦρος ἐλάσει ἐπὶ Σάρδις. Ταῦτα ἐπιλεγομέ- 1
νῳ Κροίσῳ τὸ προάστειον πᾶν ὀφίων ἐνεπλήσθη. φανέντων δὲ αὐτῶν, οἱ ἵπποι μετιέντες τὰς νομὰς νέμεσθαι, φοιτέοντες κατήσθιον. ἰδόντι δὲ τοῦτο

Portentum Sardibus factum: divini Telmessenses consulti.

---

einigten Heeren der *Vasallen* bestand."

πάντα ἀφεὶς] Reliquimus Gaisfordium scribentem *ἀπεὶς* cum Schaefero, addicente uno libro vetere. Scio equidem Iones in compositis verbis aspirationem negligere; nec tamen constantem in his fuisse Herodotum, alia evincunt exempla, quae notavit Matth. p. 514. Add. ad pag. 94 lin. 2. Inde librorum meliorum auctoritati nobis obtemperandum fuit. In seqq. cum Gaisf. dedimus *οὐδαμὰ* pro *οὐδαμᾶ*; conf. I, 56.

οὐδαμὰ ἐλπίσας μή κοτε ἄρα ἀγωνισάμενος οὕτω παραπλησίως Κῦρος ἐλάσει ἐπὶ Σάρδις] In verbo *ἐλπίζειν sperandi*, *existimandi*, *putandi* significatio hic transit in significationem *timendi*. De qua Viger. p. 244 consul. Add. Demosth. Olynth. I p. 13 Reisk. Eo quoque referri debet structura particulae *μὴ* sequente futuro, quod hic editores nuperrimi (excepto Matthiae, qui retinuit *ἐλάσῃ*) loco coniunctivi *ἐλάσῃ*, quem libri plerique tenent, restituerunt. Monuit de futuri indicativi usu in huiusmodi formulis Matth. §. 519, 7 pag. 998. Verba *οὕτω παραπλησίως* verte: *tam aequo Marte*, cum numero copiarum quamvis superior Cyrus, tamen haud vicerit sed aequo Marte pugnans e proelio discesserit.

Cap. LXXVIII.

φανέντων δὲ αὐτῶν] *αὐτῶν* rursus cum Gaisf. dedimus, librorum plurimorum ex auctoritate. — In proxime antecedd. *ἐπιλέγεσθαι* est *secum reputare*, *cogitare*. Conf. I, 86. II, 120, alia quae dabit Schweigh. in Lex. Herod. s. v. Significatione *legendi* invenitur I, 125 et frequentatur etiam Pausaniae, ut monuit Siebelis. ad I, 12 §. 3.

οἱ ἵπποι μετιέντες τὰς νομὰς νέμεσθαι, φοιτέοντες κατήσθιον] *φοιτέοντες* iure in magna librorum discrepantia reliquimus intactum, ut Ionicae atque Herodoteae dialecto maxime consentaneum. Nec opus erat cum Valckenario scribere *ἐσφοιτέοντες* sc. *τὸ προάστειον*; magis placet distinctio ab illo posita ante *μετιέντες*. Quod denique vertunt: „*quos equi, ut adparuerunt, omisso consueto pabulo, frequentes deglutiebant*," minus accurate Herodoteam sententiam illi reddunt, quae talis fere est: „*equi*, *negligentes pasci pabulo consueto* (s. in locis consuetis) *adgredientes* (sc.

2 Κροίσῳ, ὥσπερ καὶ ἦν, ἔδοξε τέρας εἶναι. αὐτίκα 39
δὲ ἔπεμπε θεοπρόπους ἐς τῶν ἐξηγητέων Τελμησ- 6
σέων. ἀπικομένοισι δὲ τοῖσι θεοπρόποισι, καὶ μα-
θοῦσι πρὸς Τελμησσέων τὸ θέλει σημαίνειν τὸ τέ-
3 ρας, οὐκ ἐξεγένετο Κροίσῳ ἀπαγγεῖλαι. πρὶν γὰρ
ἢ ὀπίσω σφέας ἀναπλῶσαι ἐς τὰς Σάρδις, ἥλω ὁ
Κροῖσος. Τελμησσέες μέν τοι τάδε ἔγνωσαν, στρα- 10
τὸν ἀλλόθροον προσδόκιμον εἶναι Κροίσῳ ἐπὶ τὴν
χώρην, ἀπικόμενον δὲ τοῦτον καταστρέψεσθαι τοὺς

---

suburbana), *illos* (serpentes) *deglutiebant.*" Genitivi φανέντων δὲ αὐτῶν iis similes sunt, de quibus supra ad I, 3 diximus.

ἐς τῶν ἐξηγητέων Τελμησσέων] Aldus dederat ἐς τοὺς ἐξηγητέας, quem multi dein secuti sunt. Cum vero libri nunc collati offerant ἐς τῶν ἐξηγητέων, cum Gaisfordio reponere non dubitavi. Erit autem genitivus eodem modo explicandus, quo supra I, 35 ἐν Κροίσου. Vid. Matth. §. 380 not. 5 pag. 701, qui idem §. 91, 1 laudat ex hoc loco ἐξηγητέας, quamquam in Herodoti editione ipse edidit ἐξηγητέων. — Ἐξηγηταὶ hoc loco sunt (interprete Ruhnkenio ad Timaei Lex. Plat. pag. 110) qui monstra et prodigia procurent, ritus in sacris observari solitos doceant, piaculo obnoxios expient aliaque agant, quae ad sacrorum administrationem religionesque servandas pertineant. Unde Cicero (de Legg. II, 26) *religionum interpretes* vocat. Plura Ruhnken. l. l. *Telmessus* urbs, sive *Telmissus*, de qua Strabo XIV pag. 981. Pompon. Mela I, 15 §. 3 ibiq. Tzschuck. et Arrian. Expedit. Alex. I, 24. II, 3, Lyciae est urbs celeberrima, probe distinguenda ab ea, quae in Pisidia sita erat urbs Telmissus s. Termissus, quam memorat idem Arrianus I, 27. Illius Telmissi in ruderibus nunc oppidum *Macri* exstructum est, ubi immensi theatri ruina adhuc conspicitur, itemque sepulcra in rupibus excisa et Persepolitanis similia. De quibus multa narrant nostrae aetatis peregrinatores. Tu vid. Van der Chys in Commentar. Geograph. ad Arrian. (Lugdun. Bat. 1828) pag. 31. Apud veteres urbs excellens Haruspicum disciplina. De qua consulatur Cicero de divin. I, 41 ibiq. Davis. et Creuzer.

πρὶν γὰρ ἢ ὀπίσω σφέας ἀναπλῶσαι ἐς τὰς Σάρδις] Ex his verbis cum Larchero colligere mihi posse videor, Croesi legatos non pedestri itinere, (quale tunc temporis forsitan institui non potuit) sed mari non sine ambagibus Sardibus transvectos esse Telmessum.

ἐπιχωρίους· λέγοντες ὄφιν εἶναι γῆς παῖδα, ἵππον 4δὲ, πολέμιόν τε καὶ ἐπήλυδα. Τελμησσέες μέν νυν ταῦτα ὑπεκρίναντο Κροίσῳ ἤδη ἡλωκότι, οὐδέν κω εἰδότες τῶν ἦν περὶ Σάρδις τε καὶ αὐτὸν Κροῖσον.

79 *Cyri Croesum persequentis celeritas.*

Κῦρος δὲ, αὐτίκα ἀπελαύνοντος Κροίσου μετὰ τὴν μάχην τὴν γενομένην ἐν τῇ Πτερίῃ, μαθὼν ὡς ἀπελάσας μέλλοι Κροῖσος διασκεδᾷν τὸν στρατὸν, βουλευόμενος εὕρισκε πρῆγμά οἱ εἶναι ἐλαύνειν ὡς δύναιτο τάχιστα ἐπὶ τὰς Σάρδις, πρὶν ἢ τὸ δεύτε-2ρον ἁλισθῆναι τῶν Λυδῶν τὴν δύναμιν. ὡς δέ οἱ ταῦτα ἔδοξε, καὶ ἐποίεε κατὰ τάχος. ἐλάσας γὰρ τὸν στρατὸν ἐς τὴν Λυδίην, αὐτὸς ἄγγελος Κροίσῳ 8ἐληλύθεε. ἐνθαῦτα Κροῖσος ἐς ἀπορίην πολλὴν ἀπιγμένος, ὥς οἱ παρὰ δόξαν ἔσχε τὰ πρήγματα ἢ ὡς αὐτὸς κατεδόκεε, ὅμως τοὺς Λυδοὺς ἐξῆγε ἐς 4μάχην. ἦν δὲ τοῦτον τὸν χρόνον ἔθνος οὐδὲν ἐν

ταῦτα ὑπεκρίναντο Κροίσῳ] Citat haec Thomas Magist. pag. 874, quo usum verbi ὑποκρίνεσθαι pro ἀποκρίνεσθαι *respondendi* notione demonstret. In proxime sequentibus Matthiae deletum vult verbum ἦν, cum, quae hoc loco sit attractio (ἐκείνων, ἃ ἦν), ea ferri neutiquam possit. Sed vix idonea haec causa, ut sine librorum auctoritate voculam expungas. Et repugnant, quae idem Matthiae collegit huius attractionis exempla, Gramm. Graec. §. 473 not. 1 pag. 884, quibus iure nostrum locum adiecit. Assentitur mihi Struvius in Specim. Quaest. Herod. pag. 16 not., qui similes Nostri locos citat I, 92. II, 8. V, 92.

Cap. LXXIX.

αὐτίκα ἀπελαύνοντος Κροίσου] i. e. *statim, simulac Croesus discederet.* Consul. Matth. Gr. Gr. §. 565 not. 2 p. 1114 ob usum voculae αὐτίκα participiis adiectae.

εὕρισκε πρῆγμά οἱ εἶναι] i. e. *e re sua, ex usu suo esse.* Sic IV, 10. VII, 12. — In seqq. ad ἐληλύθεε conf. Matth. Gr. Gr. §. 505, IV p. 959. Plusquamperfectum enim pro aoristo positum. Ad reliqua conf. Pausan. VII, 16 §. 4.

ἢ ὡς αὐτὸς κατεδόκεε] Haec verba, cum antecesserit παρὰ δόξαν, abundare videntur. Nec tamen ideo eiicienda. Tu conf. VIII, 4 et alia apud Matth. Gr. Gr. §. 636 pag. 1311.

τῇ Ἀσίῃ οὔτε ἀνδρειότερον, οὔτε ἀλκιμώτερον τοῦ
Λυδίου. ἡ δὲ μάχη σφέων ἦν ἀπ' ἵππων, δούρατά
τε ἐφόρεον μεγάλα, καὶ αὐτοὶ ἦσαν ἱππεύεσθαι ἀ-
80 γαθοί. Ἐς τὸ πεδίον δὲ συνελθόντων τοῦτο τὸ πρὸ
τοῦ ἄστεός ἐστι τοῦ Σαρδιηνοῦ, ἐὸν μέγα τε καὶ
ψιλὸν, (διὰ δὲ αὐτοῦ ποταμοὶ ῥέοντες καὶ ἄλλοι

Praelium ad Sardes, eodem a. 546. Cyri calliditas, hostium equitatui camelos opponentis. Lydorum virtus, et ad extremum fuga.

ἡ δὲ μάχη σφέων ἦν ἀπ' ἵππων] *ἀπ' ἵππων* plures iique meliores. Alii *ἀφ' ἵππων*. Locutione ipsa *pugnam equestrem* indicari iam bene monuit Wesselingius, qui de Lydorum arte equitandi comparat Philostrati Iconn. I, 17 pag. 788 et Homer. Il. X, 431. Quin in ipsis anaglyphis Persicis videntur Lydi repraesentati cum equis quos tributi loco regi offerunt. Vid. Grotefend. in Böttiger. Amalth. II p. 98. Hinc non improbo quod Matthiae vertit: *zu Pferde* (proprie *von den Pferden aus* oder *herab*) *streiten*. Vid. §. 572 pag. 1128. — In seqq. *ἦσαν* e libris plurimis dedimus. Vulgo *ἴσαν*. Spectat huc forsan glossa in Bekkeri Anecdd. Gr. I pag. 100, 15: *ἱππεύεσθαι· παθητικῶς· Ἡρόδοτος πρώτῳ*.

Cap. LXXX.

ἐὸν μέγα τε καὶ ψιλὸν] *ψιλὸν* i. e. *arboribus*, *plantis non tectum*, *obsitum*. — De *Hyllo* fluvio consul. Strabon. XIII p. 626 s. pag. 928, C, qui Herodoti testimonium profert. Livio idem fluvius dicitur *Phryx*, quem tamen ab *Hyllo* distinguit Plinius Hist. Nat. V, 29. Hylli fluvii piscibus pleni mentio fit apud Homerum, Iliad. XX, 392, ubi consul. Heynii Observatt. Tom. VIII pag. 92. Quod huic versui adpositum est scholium, in eo memorantur ex Herodoto res, quas in eo ipso scriptore, qualem nunc habemus, frustra quaesieris. Refertur enim de Iphitionis ara, lapideaque statuâ antiquo more elaborata aliisque de rebus, quarum hic nulla mentio. — De *Hermo*, in quem Hyllus prope Magnesiam sese infundit, vid. I, 55 et Strabon. l. l., qui idem montis sacri *Dindymenes* meminit, unde Hermus proveniat. De quo monte longum est quaerere. Larcherus *Dindymum* fuisse suspicatur prope Cyzicum. Mater *Dindymene*, quae etiam simpliciter vocatur *Dindymene* (v. c. apud Horat. Od. I, 16, 5), est Cybele, mater Deûm, quae Phrygiae in montibus colitur. Catullo (LXX, 91) est *Dea Dindymi*, ut ab hoc Phrygiae monte cognomen repetendum videatur, cuius tamen aliae quoque rationes ab aliis proferuntur. Sed hoc a nostro loco alienum. Videat, qui quaerat, locos ab interpretibus Horatii allatos, et quae dudum iam congesserat Gyraldus in quarto syntagm. de diis gentt. p. m. 135 sq.

καὶ Ὕλλος συῤῥήγνυσι ἐς τὸν μέγιστον, καλεόμενον δὲ Ἕρμον, ὃς ἐξ οὔρεος ἱροῦ Μητρὸς Δινδυμήνης ῥέων, ἐκδιδοῖ ἐς θάλασσαν κατὰ Φωκαίην
2 πόλιν,) ἐνθαῦτα ὁ Κῦρος ὡς εἶδε τοὺς Λυδοὺς ἐς μάχην τασσομένους, καταῤῥωδήσας τὴν ἵππον, ἐποίησε, Ἁρπάγου ὑποθεμένου ἀνδρὸς Μήδου, τοιόν-
3 δε. ὅσαι τῷ στρατῷ τῷ ἑωυτοῦ ἕποντο σιτοφόροι τε καὶ σκευοφόροι κάμηλοι, ταύτας πάσας ἁλίσας, καὶ ἀπελὼν τὰ ἄχθεα, ἄνδρας ἐπ' αὐτὰς ἀνέβησε ἱππάδα στολὴν ἐνεσταλμένους. σκευάσας δὲ αὐτούς, προσέταξε τῆς ἄλλης στρατιῆς προϊέναι πρὸς τὴν Κροίσου ἵππον, τῇ δὲ καμήλῳ ἕπεσθαι τὸν πεζὸν στρατὸν ἐκέλευε· ὄπισθε δὲ τοῦ πεζοῦ ἐπέταξε τὴν
4 πᾶσαν ἵππον. ὡς δέ οἱ πάντες διετετάχατο, παραίνεσε τῶν μὲν ἄλλων Λυδῶν μὴ φειδομένους, κτείνειν πάντα τὸν ἐμποδὼν γινόμενον, Κροῖσον δὲ αὐτὸν μὴ κτείνειν, μηδὲ ἢν συλλαμβανόμενος
5 ἀμύνηται. ταῦτα μὲν παραίνεσε. τὰς δὲ καμήλους

καὶ Ὕλλος συῤῥηγνῦσι] Vulgo συῤῥήγνυσι in singulari. Sed pluralem libris addicentibus praetulimus. Itidem mox dedimus *Μητρὸς* pro vulg. *μητρὸς*, litera initiali minori. — De ἐκδιδόναι supra iam monuimus. κατὰ Φωκαίην πόλιν est: *bei*, *in der Gegend von Phocaea*. Monuit Matth. §. 581 pag. 1154.

ὅσαι τῷ στρατῷ τῷ ἑωυτοῦ ἕποντο] ἕποντο cum recentt. edd. addicente Schellershemiano libro dedimus pro vulg. εἵποντο. — In antecedd. et seqq. ἡ ἵππος est: *equitatus*, *equites*. Sed hoc, credo, lippis ac tonsoribus notum. Verba ἱππάδα στολὴν ἐνεσταλμένους (*equestri habitu s. equestri vestimento armisque indutos*) explicuit Hesych. s. v. Respexit hunc eundem locum Grammat. in Bekkeri Anecdd. I pag. 395, 16: ἀνέβησεν· ἀνεβίβασεν· οὕτως Ἡρόδοτος. Conf. Fischer. ad Weller. III, a pag. 44. 46.

κτείνειν πάντα τὸν ἐμποδὼν γινόμενον] Vulg. γενόμενον. Sed γινόμενον dabant plerique libri una cum Suidâ ac Thoma Magistro hunc locum citantibus s. v. ἐμποδών. Vid. Thom. Magist. p. 305 monentem ἐμποδὼν esse idem quod ἐν ποσίν.

ἔταξε ἀντία τῆς ἵππου, τῶνδε εἵνεκεν· κάμηλον ἵππος φοβέεται, καὶ οὐκ ἀνέχεται οὔτε τὴν ἰδέην αὐτῆς ὁρέων, οὔτε τὴν ὀδμὴν ὀσφραινόμενος. αὐτοῦ δὴ ὦν τούτου εἵνεκεν ἐσεσόφιστο, ἵνα τῷ Κροίσῳ ἄχρηστον ᾖ τὸ ἱππικὸν, τῷ δή τι καὶ ἐπεῖχε ἐλλάμψεσθαι ὁ Λυδός. ὡς δὲ καὶ συνήεσαν ἐς τὴν μάχην, ἐνθαῦτα ὡς ὄσφραντο τάχιστα τῶν καμήλων οἱ ἵπποι, καὶ εἶδον αὐτὰς, ὀπίσω ἀνέστρεφον, δι-

---

κάμηλον ἵππος φοβέεται κ. τ. λ.] Camelorum speciem atque odorem equos reformidare nec ferre potuisse, in huius ipsius proelii narratione tradunt Xenophon. Cyropaed. VII, 1, 27. Polyaenus Strateg. VII, 6, 6. Quod ne mirum videatur et a natura rerum abhorrens, monuit teste Cr. Blumenbach. (in Commentt. societ. reg. Gotting. 1804 pag. 186), cogitandos esse equos, qui primo ipsisque plane insueto camelorum occursu expavescant, quia non prius camelis assueti fuerint eosque ferre didicerint. Atque primi Arabes camelis in bello vecti esse dicuntur, eoque modo militantes in Persarum exercitu inveniuntur. Unde similis equitatus apud Bactrios, Parthos, alias Asiae gentes. De quibus Cr. amandat ad Gesen. in Commentt. ad Iesai. XXI, 7 pag. 660 seq. Tu vid. Herodot. VII, 86.

καὶ οὐκ ἀνέχεται οὔτε τὴν ἰδέην αὐτῆς ὁρέων] Structuram verbi *ἀνέχεσθαι* cum participio illustrant quae Matthiae collegit exempla plurima §. 550, b pag. 1080. *ἰδέα* est *species*; vid. quae ad Plutarch. Flamin. monuimus pag. 77. 256, b.

τῷ δή τι καὶ ἐπεῖχε ἐλλάμψεσθαι ὁ Λυδός] i. e. *quo scilicet multum etiam se illustriorem fore Lydus existimabat.* *τῷ δή τι*, plerisque libris probatum, loco non movimus; aptius enim sensui videtur, quam quod Aldus edidit: *τῷ δή τοι*. Verbum *ἐπέχειν* hoc sensu (*in animo habere*, *cogitare*, ubi accusativum *τὸν νοῦν* licet supplere) illustrant loci a Wesselingio laudati, ubi etiam infinitivum videmus hoc verbum hoc sensu excipientem: I, 153. VI, 96. VI, 49. Addit Cr. Eustath. ad Homeri Odyss. XIX, 71 p. 683 med. Basil. Polyb. XVIII, 28, 11. — Pro *ὁ Λυδὸς* nonnulli libri *ὁ αὐτὸς*, quod ex interpretamento ortum crediderim. Namque *ὁ Λυδὸς* intelligitur Croesus, igitur *idem*, cuius modo mentionem intulerat.

ἐνθαῦτα ὡς ὄσφραντο τάχιστα τῶν καμήλων οἱ ἵπποι] Structura verbi *ὀσφραίνεσθαι* cum genitivo illustratur a Matthiae §. 349 not. 3 pag. 659, qui idem de aoristi forma consulendus §. 245 pag. 478. In

7 ἐφθαρτό τε τῷ Κροίσῳ ἡ ἐλπίς. οὐ μέντοι οἵ γε
Λυδοὶ τὸ ἐνθεῦτεν δειλοὶ ἦσαν· ἀλλ', ὡς ἔμαθον τὸ
γινόμενον, ἀποθορόντες ἀπὸ τῶν ἵππων, πεζοὶ
8 τοῖσι Πέρσῃσι συνέβαλλον. χρόνῳ δὲ, πεσόντων ἀμ-
φοτέρων πολλῶν, ἐτράποντο οἱ Λυδοί. κατειληθέν-
τες δὲ ἐς τὸ τεῖχος, ἐπολιορκέοντο ὑπὸ τῶν Περ-
σέων.

81

Croesus obsessus mittit, qui sociorum auxilia propere arcessant.

Τοῖσι μὲν δὴ κατεστήκεε πολιορκίη. Κροῖσος
δὲ δοκέων οἱ χρόνον ἐπὶ μακρὸν ἔσεσθαι τὴν πολι-
ορκίην, ἔπεμπε ἐκ τοῦ τείχεος ἄλλους ἀγγέλους ἐς
2 τὰς συμμαχίας. οἱ μὲν γὰρ πρότερον διεπέμποντο,
ἐς πέμπτον μῆνα προερέοντες συλλέγεσθαι ἐς Σάρ-
δις· τούτους δὲ ἐξέπεμπε τὴν ταχίστην δέεσθαι βο-
ηθέειν, ὡς πολιορκεομένου Κροίσου.

82

Contentio Spartanorum et Argivorum de Thyrea. Othryades Laco victor. Argivi a Spartanis iterum victi. Ea de causa utrique apud se legem tulerunt, et suae ipsorum consuetudini, et alterorum legi contrariam illam: Argivi, ut comas tonderent; Spartani, ut essent comati.

Ἔς τε δὴ
ὦν τὰς ἄλλας ἔπεμπε συμμαχίας, καὶ δὴ καὶ ἐς Λα-
κεδαίμονα. τοῖσι δὲ καὶ αὐτοῖσι τοῖσι Σπαρτιήτῃσι
κατ' αὐτὸν τοῦτον τὸν χρόνον συνεπεπτώκεε ἔρις
ἐοῦσα πρὸς Ἀργείους, περὶ χώρου καλεομένου Θυ-
2 ρέης. τὰς γὰρ Θυρέας ταύτας, ἐούσας τῆς Ἀργολί-

---

seqq. *χρόνῳ δὲ* est *tandem*, *postremo*, aliquo temporis spatio interposito; vid. supra ad I, 68.

κατειληθέντες δὲ ἐς τὸ τεῖχος] i. e. intra moenia *compulsi*, *coacti*. Conf. *ἀπειληθέντα* I, 24 ibiq. nott.

Cap. LXXXI.

τὴν ταχίστην δέεσθαι βοηθέειν] Quidam *βοηθῆν*. Sed vulgatum tuetur Wesseling. ex I, 83. — De *συμμαχίη* et hoc et seq. capite pro *σύμμαχοι* conf. supra ad I, 77.

Cap. LXXXII.

συνεπεπτώκεε ἔρις ἐοῦσα πρὸς Ἀργείους] i. e. „*et ipsis* his Spartanis *praeterea* acciderat contentio cum Argivis.“ Participii (*ἐοῦσα*) usum eo refero, quod etiam post *συμβαίνει* participium reperitur loco infinitivi; de quo conf. Matth. §. 555 not. pag. 1091.

περὶ χώρου καλεομένου Θυρέης] Erat antiqua iam Argivorum cum Lacedaemoniis contentio eaque fere continua de terrae utriusque finibus. Pausaniam si sequimur, Cynuria

δος μοίρης, ἀποταμόμενοι ἔσχον οἱ Λακεδαιμόνιοι. ἦν δὲ καὶ ἡ μέχρι Μαλεῶν ἡ πρὸς ἑσπέρην Ἀργεί-

---

inprimis terra fuit, de qua inde ab antiquissima aetate utraque gens disceptabat, varioque successu certabat. Sic post Phidonem, tyrannum Argivorum, denuo pugnatum legimus Olympiade XV, Argivosque victores discessisse e pugna ad Hysias commissâ Olymp. XXVII, 4. Sequitur dein pugna illa, de qua h. l. Herodotus, commissa circa Olympiad. LVIII, cuius memoriam carmina celebrabant in Laconum Gymnopaediis recitari solita; ut vel inde hoc ipsum festum Spartae institutum fuisse velint. Nam huius tractus, quamvis exigui, possessio multum tamen valuit ad res Laconum firmandas eorumque imperium in Peloponneso stabiliendum, quum facile nunc aditus pateret ad Argolidem terram eiusque urbes. Tu vid. praeter ea, quae Wesselingius laudat, Wyttenbach. ad Plat. Phaed. p. 236, ad Plutarch. Moral. I, 2 pag. 1176. C. O. Müller. Dor. I p. 154 seqq. 158. De Gymnopaediis consulatur Ruhnken. ad Timaei Lex. Plat. p. 74 et quae ad Herod. VI, 67 dicentur. Thyream ipsam, quae in Cynuria regione sita est, nunc volunt esse *Araethyrea*, nisi error in vocabulo, monente C. O. Müllero l. l. II p. 438. Qui idem in Aeginett. pag. 46 de ipsa Cynuria disputavit terrà, exigua quidem, in confinio Argolidis, Laconiae, Arcadiae, ad Parnonem et Parthenium sita circa Panum fluvium.

ἦν δὲ καὶ ἡ μέχρι Μαλεῶν ἡ πρὸς ἑσπέρην Ἀργείων] Suppl. χώρη, ut haec sit Herodoti sententia: Argivorum fuisse oram Peloponnesi omnem inde a Thyrea usque ad Maleam promontorium (quae Ioni ac vel ipsi Argivo ad occasum sita videri potest, cum ab Argolide usque ad illud promontorium occasus versus inde tendat) et terram continentem et Cytheram insulam reliquasque insulas. Unde patet sermonem hic esse de ea Peloponnesi orà, quam orientalem nos vocamus usque ad Maleam, unde ad occidentem vergit ora; ad quam eandem pertinent urbes Prasiae Cyphanta, Epidaurus, Epidelion. Quo iure igitur de orà occidentali („die ganze *West*küste des Peloponnes bis Malea) C. O. Müllerus (Dor. I p. 154) accipiat, ipse videat. Idem antea (Aeginett. pag. 54) quaesierat, quo tempore hocce Laconiae litus in Argivorum ditionem venerit, idque inter Echestrati regis tempus et Olympiadem undesexagesimam factum sub rege Argivorum Phidone asseruerat, cum ante Phidonem summa Peloponnesi penes Spartanos fuerit et ad eosdem post Phidonem eversum quoque redierit. Quae tamen post ipsi (Dor. I pag. 154)

ων, ἥ τε ἐν τῇ ἠπείρῳ χώρη, καὶ ἡ Κυθηρίη νῆ-
3 σος, καὶ αἱ λοιπαὶ τῶν νήσων. βοηθησάντων δὲ
Ἀργείων τῇ σφετέρῃ ἀποταμνομένῃ, ἐνθαῦτα συνέ-
βησαν ἐς λόγους συνελθόντες, ὥς τε τριηκοσίους
ἑκατέρων μαχέσασθαι· ὁκότεροι δ' ἂν περιγένωνται,
τούτων εἶναι τὸν χῶρον· τὸ δὲ πλῆθος τοῦ στρα-
τοῦ ἀπαλλάσσεσθαι ἑκάτερον ἐς τὴν ἑωυτοῦ, μηδὲ
παραμένειν ἀγωνιζομένων, τῶνδε εἵνεκεν, ἵνα μὴ
παρεόντων τῶν στρατοπέδων, ὁρῶντες οἱ ἕτεροι ἑσ-
4 σουμένους τοὺς σφετέρους, ἐπαμύνοιεν. Συνθέμε-
νοι ὦν ταῦτα, ἀπαλλάσσοντο· λογάδες δὲ ἑκατέρων 41
ὑπολειφθέντες συνέβαλλον. μαχομένων δέ σφεων,
καὶ γινομένων ἰσοπαλέων, ὑπελείποντο ἐξ ἀνδρῶν

---

magis dubia videbantur, ut Argivorum imperium litoris Laconici ante Olymp. 4 fere poneret. Nos in his rebus disquirendis, quae propter testimoniorum inopiam ac tempora nimis remota incertaque nunquam ad liquidum perduci poterunt, nolumus otium perdere. Illud solum addimus, Mansoni, viro docto, hoc Argivorum imperium in Laconia e coniunctione Argorum et Spartae, Oreste rege, repetendum videri (Spart. I p. 72).

καὶ ἡ Κυθηρίη νῆσος καὶ αἱ λοιπαὶ τῶν νήσων] ἡ Κυθηρίη νῆσος cum alias inveniatur Κύθηρα nomen insulae. Vid. VII, 235 coll. I, 105. — αἱ λοιπαὶ τῶν νήσων erunt proxime sitae maris Aegaei insulae; ad quas etiam Aeginam pertinere a Phidone Argivorum ditioni olim adiectam, et omnino arcte cum Argivis coniunctam suspicatur C. O. Müllerus Aeginn. pag. 53.

τούτων εἶναι τὸν χῶρον] Dedimus cum Gaisf. τούτων pro vulg. τουτέων. Qua de re prius iam aliquoties monitum est.

παραμένειν ἀγωνιζομένων] i. e. „*nec permanerent, dum illi relicti dimicarent.*" Quod immerito Larchero displicuit, cui vertendum videbatur: „*nec adsiderent dimicantibus.*" Ad sensum recte, ad verba minus accurate. Vertit tamen eodem modo Toupius (Emendd. ad Suid. III pag. 328): *adsidere dimicantibus, eventum proelii exspectare, ita ut praesto sint suis laborantibus succurrere.* Nam παραμένειν alias in athletarum rebus idem esse vult atque παρακαθίζειν et ἐφεδρίζειν de eo athleta, qui non ipse pugnans, postmodo laboranti succurrat, ipseque ἔφεδρος dica-

ἑξακοσίων τρεῖς· Ἀργείων μὲν, Ἀλκήνωρ τε καὶ
Χρόμιος· Λακεδαιμονίων δὲ, Ὀθρυάδης. ὑπελεί-
5 φθησαν δὲ οὗτοι νυκτὸς ἐπελθούσης. οἱ μὲν δὴ
δύο τῶν Ἀργείων, ὡς νενικηκότες, ἔθεον ἐς τὸ Ἄρ-
γος· ὁ δὲ τῶν Λακεδαιμονίων Ὀθρυάδης, σκυλεύ-
σας τοὺς Ἀργείων νεκροὺς, καὶ προσφορήσας τὰ
ὅπλα πρὸς τὸ ἑωυτοῦ στρατόπεδον, ἐν τῇ τάξει
6 εἶχε ἑωυτόν. ἡμέρῃ δὲ δευτέρῃ παρῆσαν πυνθανόμε-
νοι ἀμφότεροι. τέως μὲν δὴ αὐτοὶ ἑκάτεροι ἔφα-
σαν νικᾶν· λέγοντες, οἱ μὲν, ὡς ἑωυτῶν πλεῦνες
περιγεγόνασι· οἱ δὲ, τοὺς μὲν ἀποφαίνοντες πεφευ-
γότας, τὸν δὲ σφέτερον παραμείναντα, καὶ σκυλεύ-
σαντα τοὺς ἐκείνων νεκρούς. τέλος δὲ, ἐκ τῆς ἔρι-

---

tur. — In seqq. librorum plurium auctoritatem secuti cum Gaisf. scripsimus ὑπελείποντο pro vulg. ὑπελίποντο.

Ἀλκήνωρ τε καὶ Χρόμιος — Ὀθρυάδης] Ad argumentum conf. Pausan. II, 20 §. 4. — Ἀλκήνωρ plerique libri praebent, idemque nunc restitutum Stobaeo VII, 67. — Othryadae victoris facinus multi deinceps celebrarunt, quem Laconum tropaeum suo sanguine scripsisse perhibent. Quorum locos collegit Tib. Hemsterhus. ad Lucian. Contemplant. fin. Tom. III p. 412 seq. ed. Bip. Ex Herodoteis verbis vix hoc colligi potest, Othryadem tropaeum erexisse adeoque illud inscripsisse; quod forsan posterioris aetatis ferebat mos, sed illud unum, Othryadem collectis hostium armis, quae cadaveribus detraxerat, ad suos revertisse, hostium spolia ut documentum victoriae reportatae secum ferentem. In qua Herodotea narratione simplici utique nec improbabili nolumus illud premere, verisimile non esse, quod unus homo tot caesorum hostium cadavera spoliarit omniumque arma exuta ad suos contulerit. Tale enim quid Herodotus vix cogitasse putandus est. Et quid opus omnibus hostium caesorum armis? Nonne nonnullorum spolia satis iam victorem commonstrare poterant? Nec alio ducit Thesei apud Stobaeum l. l. oratio, narrationem credo ampliantis adeo et exornantis, ubi dicit, Othryadem *multis* spoliatis hostium tropaeum erexisse.

ὡς ἑωυτῶν πλεῦνες περιγεγόνασι] πλεῦνες Ionum more pro Atticorum πλέονες atque etiam πλείους, notat Matth. §. 135 pag. 259.

τέλος δὲ, ἐκ τῆς ἔριδος συμ-

δος συμπεσόντες ἐμάχοντο· πεσόντων δὲ καὶ ἀμφο-
7 τέρων πολλῶν, ἐνίκων Λακεδαιμόνιοι. Ἀργεῖοι 1
μέν νυν ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου κατακειράμενοι
τὰς κεφαλὰς, πρότερον ἐπάναγκες κομῶντες, ἐποιή-
σαντο νόμον τε καὶ κατάρην, μὴ πρότερον θρέψειν
κόμην Ἀργείων μηδένα, μηδὲ τὰς γυναῖκάς σφι 5
8 χρυσοφορήσειν, πρὶν ἂν Θυρέας ἀνασώσωνται. Λα-
κεδαιμόνιοι δὲ τὰ ἐναντία τούτων ἔθεντο νόμον,
οὐ γὰρ κομῶντες πρὸ τούτου, ἀπὸ τούτου κομᾶν.

πεσόντες ἐμάχοντο] Alia Plutarchi Chrysermum Peloponnesiacorum libro tertio citantis narratio (Morall. II p. 306, A. B), Amphictyones de Othryadae victoriâ persuasos, ut arbitror, victoriam Spartanis detulisse. Nec quidquam de altero proelio posthac orto. Apud Pausaniam (X, 9) Argivos legimus victoriam sibi adscripsisse adeoque Delphos equi aenei donarium misisse. Quorum illud non satis convenit, Lacedaemonios in Gymnopaediorum festo coronas gestasse, quas Thyreaticas appellarent. Auctor est Athenaeus XV, 6 p. 678, B.

μὴ πρότερον θρέψειν κόμην Ἀργείων μηδένα κ. τ. λ.] Meminit rei Plat. in Phaedon. p. 89, C, ubi vid. Wyttenbach. p. 236. — In seqq. πρὶν ἂν Θυρέας ἀνασώσωνται male particulam ἂν a quibusdam libris abesse video. Iure illa exstat in Platonis l. l. gemino. Tu conf. disputata Matth. §. 522, 2 pag. 1011 seq. In verbo ἀνασώζειν similem notamus vim praepositionis ἀνὰ, quam in verbo ἀναμάχεσθαι animadverterunt Platonici interpretes l. l. Est autem Latinorum *re* inseparabile vel etiam *denuo*, *de integro*. Conf. Fischer. ad Well. III, b p. 164.

οὐ γὰρ κομῶντες πρὸ τούτου, ἀπὸ τούτου κομᾶν] Expeditior erit structura, si ex antecedentibus suppleveris ἔθεντο νόμον. Vid. Matth. §. 535 not. 4 p. 1052 et §. 556 not. 1 pag. 1093. Iam hic erit sensus: „*nec enim antehac cum comam alerent, inde ab hoc tempore ut alerent, lege sanxerunt.*" Quod ad ipsam rem attinet, alii morem Laconum, ex quo comas alerent antiquioribus temporibus ab ipso Lycurgo iam institutum esse volunt. Conf. Xenoph. Laced. Polit. XI §. 3 coll. Plutarch. Lysand. p. 433, F et Philostrat. Vit. Apollon. III, 15 p. 106. VIII, 6 p. 335, ubi Leonidam comam alere invenimus fortitudinis causa, quo amicis magis venerandus et hostibus terribilior videretur. Add. Philostrat. Heroic. p. 132. 511

τὸν δὲ ἕνα λέγουσι τὸν περιλειφθέντα τῶν τριηκοσίων, Ὀθρυάδην, αἰσχυνόμενον ἀπονοστέειν ἐς Σπάρτην, τῶν οἱ συλλοχιτέων διεφθαρμένων, αὐτοῦ μιν ἐν τῇσι Θυρέῃσι καταχρήσασθαι ἑωυτόν.

83 Τοιούτων δὲ τοῖσι Σπαρτιήτῃσι ἐνεστεώτων πρηγμάτων, ἦκε ὁ Σαρδιηνὸς κήρυξ, δεόμενος Κροίσῳ βοηθέειν πολιορκεομένῳ. οἱ δὲ ὅμως, ἐπεί τε ἐπύθοντο τοῦ κήρυκος, ὁρμέατο βοηθέειν. καί σφι ἤδη

Spartanis abituris opem latum Croeso, nuntius venit, eum iam captum esse: anno eodem bis extremo.

Boissonad. Contra de Laconica lege, quae mystacem alere vetabat, Plutarch. de Ser. N. Vind. p. 550, B, ubi consul. Wyttenbach. pag. 25.

τὸν δὲ ἕνα λέγουσι τὸν περιλειφθέντα τῶν τριηκοσίων] De Othryadae exitu diversa narrantur. Suidas s. v. Othryadem sub mortuis latentem, cum Argivi se recepissent, scribit provenisse ac dein erecto tropaeo, obiisse eo ipso in loco. Eum sequi videtur Theseus apud Stobaeum l. l. in reliquis cum Herodoto quamvis consentiens. Quocum etiam convenit Epigramma Nicandri in Brunckii Analectt. T. II p. 2 coll. alio Epigrammate Simonidis, ut ferunt, ibid. I p. 130. In omnia alia abit Pausanias II, 20. Argis conspici narrat statuam huius ipsius Othryadae, a Perilao Alcenoris (istius Argivi, qui e pugna salvus evaserat) filio interfecti. Müllerus (Dor. t. I p. 158 not. 5) in hac Pausaniae narratione fabulae continuatae vestigia deprehendit.

τῶν οἱ συλλοχιτέων διεφθαρμένων] συλλοχῖται sunt qui ad eundem λόχον pertinent. Quorum interitus eo gravior videri debebat Othryadae, quum λόχοι Spartanorum non unice ad bellum pertinuisse videantur, verum etiam ad vitam privatam, ut qui in eadem acie simul pugnarent, etiam domi arctiori vinculo coniuncti simul ederent ac viverent. Conf. eundem Müllerum Dor. II p. 237 seq. et supra ad Herodot. I, 65.

αὐτοῦ μιν ἐν τῇσι Θυρέῃσι καταχρήσασθαι ἑωυτόν] De αὐτοῦ adverbio, quod ponitur, quamvis ipse locus post indicetur, ad orationem augendam opinor et firmandam, dixi ad Pyrrh. pag. 144 seq. Caeterum *Thyream* dici et *Thyreas* satis constat, quamquam frequens in hac voce lectionis varietas adeoque confusio. Conf. Duker. ad Thucydid. IV, 56 aliosque viros doctos laudatos a Müllero in Aeginett. p. 46 not. 9. — καταχρῶμαι Herodoto esse, quod φονεύω aliis, aut etiam διαχρῶμαι, notat hoc ex loco Thomas Mag. pag. 224.

Cap. LXXXIII.

ὁρμέατο βοηθέειν] ὁρμέατο plusquamperfectum, ut paulo

παρεσκευασμένοισι, καὶ νεῶν ἐουσέων ἑτοίμων, ἦλθε ἄλλη ἀγγελίη, ὡς ἡλώκοι τὸ τεῖχος τῶν Λυδῶν, καὶ ἔχοιτο Κροῖσος ζωγρηθείς. οὕτω δὴ οὗτοι μὲν, συμφορὴν ποιησάμενοι μεγάλην, ἐπέπαυντο.

84 Σάρδιες δὲ ἥλωσαν ὧδε. ἐπειδὴ τεσσερεσκαιδε-
κάτη ἐγένετο ἡμέρη πολιορκεομένῳ Κροίσῳ, Κῦρος
τῇ στρατιῇ τῇ ἑωυτοῦ, διαπέμψας ἱππέας, προεῖπε,
2 τῷ πρώτῳ ἐπιβάντι τοῦ τείχεος δῶρα δώσειν. μετὰ
δὲ τοῦτο, πειρησαμένης τῆς στρατιῆς, ὡς οὐ προ-
εχώρεε, ἐνθαῦτα τῶν ἄλλων πεπαυμένων, ἀνὴρ
Μάρδος ἐπειρᾶτο προσβαίνων, τῷ οὔνομα ἦν Ὑροι-
άδης, κατὰ τοῦτο τῆς ἀκροπόλιος τῇ οὐδεὶς ἐτέ- 42
τακτο φύλακος· οὐ γὰρ ἦν δεινὸν, κατὰ τοῦτο μὴ
3 ἁλῷ ποτέ. ἀπότομός τε γάρ ἐστι ταύτῃ ἡ ἀκρόπο-
λις, καὶ ἄμαχος· τῇ οὐδὲ Μήλης, ὁ πρότερον βα-

Quis murum Sardianum primus conscenderit, et eius mari quae antiqua fata. Meles, veterum Lydiae regum unus.

---

post ἐπέπαυντο pro imperfecto poui ex Herodoti usu, quem iam supra ad I, 79 attigimus, observat Matth. §. 505. IV pag. 959.

Cap. LXXXIV.

τῷ πρώτῳ ἐπιβάντι τοῦ τείχεος] i. e. *ei qui primus moenia adscenderit.* Genitivi usum post verbum *ἐπιβαίνειν* in hisce exemplis illustravimus ad Pyrrh. p. 214. In proxime praegressis nota usum participii (*πολιορκεομένῳ*) ad tempus indicandum, de quo Matthiae §. 388, c pag. 711 seq. — Paulo post: *ὡς οὐ προεχώρεε* („*ubi res non successit*") bene editum, et probatum V, 62. VIII, 102. Minus recte libri quidam *προσεχώρεε.*

ἀνὴρ Μάρδος — τῷ οὔνομα ἦν Ὑροιάδης] De Mardis infra ad I, 125. III, 94. Hoc loco ex Heerenii Ideen etc. I, 1 pag. 510 annotamus, Mardos, gentem Nomadum, olim Persarum et ipsius Cyri exercitus eodem modo secutos esse, quo nunc Russorum exercitum sequi videmus eas gentes, quae vel Basckirorum vel Kalmückorum vel alio quovis simili nomine occurrant.

οὐ γὰρ ἦν δεινὸν, κατὰ τοῦτο μὴ ἁλῷ ποτέ] i. e. „*non enim timebatur, ne hac parte arx caperetur.*" Attulit locum, notante Cr., Wyttenbachius in annotat. ad Phaedon. p. 223 ad illustrandam formulam *οὐδὲν δεινὸν μὴ*, *nullum est periculum, ne.* Ubi alia quoque exstant exempla.

τῇ οὐδὲ Μήλης, ὁ πρότερον βασιλεὺς Σαρδίων κ. τ. λ.] Male

σιλεὺς Σαρδίων, μούνῃ οὐ περιήνεικε τὸν λέοντα, τόν οἱ ἡ παλλακὴ ἔτεκε, Τελμησσέων δικασάντων, ὡς περιενειχθέντος τοῦ λέοντος τὸ τεῖχος, ἔσονται
4 Σάρδιες ἀνάλωτοι. ὁ δὲ Μήλης κατὰ τὸ ἄλλο τεῖχος περιενείκας, τῇ ἦν ἐπίμαχον τὸ χωρίον τῆς ἀκροπόλιος, κατηλόγησε τούτου, ὡς ἐὸν ἄμαχόν τε καὶ ἀπότομον· ἔστι δὲ πρὸς τοῦ Τμώλου τετραμ-

---

πρότερος in quibusdam, quo ipso sensus ita mutaretur, ut intelligendus esset rex Croeso prior s. Croesum proxime antecedens. Pertinet vero iste Meles ad multo antiquiora tempora; penultimus enim Lydiae rex Heraclidarum ex stirpe (conf. I, 7) fuit, si fides Eusebio in *Chronic.* pag. 60. Multo tamen antiquior est Nicolao Damascen. in fragmm. pag. 36. 186 ed. Orell. ibique Valesii not.

τὸν λέοντα, τόν οἱ ἡ παλλακὴ ἔτεκε] Leonem sacrum esse Lydis eorumque religione celebrari, quippe solis signum et palladium quasi Lydorum regum, supra iam indicavimus ad I, 50. Plura Creuzerus in Symbol. II p. 231 seq. Unde Herodotea narratio minus habebit quod offendat. Venit quoque in mentem Graecae narrationis de Periclis matre, quae gravida, antequam illum edidisset, *leonem* parere sibi in somnis videbatur. Vid. Plut. Pericl. 3 et quae ad Plutarch. Alcibiad. p. 151 notavimus.

Τελμησσέων δικασάντων] Cum Telmessenses non fuerint δικασταὶ (iudices), verum coniectores et interpretes portentorum, Valckenarius suspicatur scriptum fuisse εἰκασάντων loco δικασάντων, Reiskius praeter alia: διδαξάντων. Quorum neutrum mihi ita probatur, ut verbum δικασάντων, quod in omnibus libris exstat, loco moveam. Admonet Schwgh. verbi ἔγνωσαν quo in re simillima usus est Noster I, 78, nec video equidem cur minus valeat sententia: „*cum Telmessenses statuissent de re sibi ad respondendum adeoque dirimendum et explicandum proposita.*“ Euripid. Orest. 164: ὅτ' ἐπὶ τρίποδι Θέμιδος ἄρ' ἐδίκασεν φόνον ὁ Λοξίας ἐμᾶς ματέρος. Locum affert Schweigh. in Lex. Herodoteo.

κατηλόγησε τούτου, ὡς ἐὸν ἄμαχόν τε καὶ ἀπότομον] Reiskius in genitivo τούτου offendens, maluit scribi τοῦτο, coll. III, 121. I, 144. Nec tamen in genitivo isto offendit Matth. §. 568, 3 pag. 1123, licet sequantur accusativi. Nam alii quoque inveniuntur loci, in quibus ita genitivum et accusativum variantem videmus.

ἔστι δὲ πρὸς τοῦ Τμώλου τετραμμένον τῆς πόλιος] Ver-

μένον τῆς πόλιος. Ὁ ὦν δὴ Τροιάδης οὗτος ὁ Μάρδος, ἰδὼν τῇ προτεραίῃ τῶν τινα Λυδῶν κατὰ τοῦτο τῆς ἀκροπόλιος καταβάντα ἐπὶ κυνέην ἄνωθεν κατακυλισθεῖσαν, καὶ ἀνελόμενον, ἐφράσθη καὶ

---

tunt vulgo: „*est autem ea, quae Tmolo oppido opposita est.*" Nec aliter fere Cellarius in Notit. Orb. Antiq. II p. 112 pluribus locis comprobans, exstitisse Tmolum urbem prope montem eiusdem nominis. Quae tamen urbs an hoc quoque loco intelligenda sit, ubi iungatur πρὸς τοῦ Τμώλου τῆς πόλιος, vehementer equidem dubito, dissuadente vel ordine verborum, ne alia attingam. Namque τῆς πόλιος intelligendum de Sardibus sive ipsa urbe sive arce tantum, et genitivus referri debet ad τοῦτο τὸ χώριον, ut haec sit Nostri sententia: „*eam partem, quâ arx adscendi nequeat, neglectam a Melete, esse illam, quae Tmolum versus spectat montem.*" Hoc et rei magis consentaneum et grammaticis rationibus. In genitivo τῆς πόλιος noli haerere; tuentur eum satis alii loci a Larchero iam allati, VI, 22. VII, 176. Et probat Letronne in Iourn. d. Savans 1817 pag. 96. De praepositione πρὸς denique, cui hac notione genitivum Graeci adstruunt, consul. Matth. §. 590, γ pag. 1179 seq. Unde minime necessarium, cum Reiskio hic legere πρὸς τὸν Τμῶλον. — De ipso monte Tmolo conf. not. ad I, 93.

ὁ ὦν δὴ Τροιάδης οὗτος ὁ Μάρδος] Vulgatam αὐτὸς, quamquam hic e libris nulla citatur lectionis varietas, cum aliis mutandam censuimus in οὗτος, sensu ipso flagitante. Ac probant exempla a Schweighaeusero prolata: I, 33. 53. 85. Nec aliter exhibet editio Matthiae, qui tamen in notis monet defendi posse codicum lectionem αὐτός, si Hyroeadem Lydo illi oppositum dicas: „quum Lydum aliquem et defendere et ascendere vidisset, *ipse* etiam Hyroeades etc." Et sequi post: τότε δὲ δὴ αὐτός τε ἀναβ. Sed ea ipsa opinor monstrant, priori loco a librariis peccatum in αὐτός. In proxime sequentibus observa ordinem verborum Nostro haud inusitatum: τῶν τινα Λυδῶν. Conf. I, 85. 109. 124 alia, quae suppeditabit Matth. §. 279 not. 4 pag. 567.

ἐπὶ κυνέην] In praepositione ἐπὶ, adiuncto accusativo, notamus significationem motus, coniuncta simul consilii notione: „*ad recuperandam galeam superne devolutam.*" Conf. si tanti est, Fischer. ad Weller. III, b pag. 243 et Krüger. in Indic. ad Xenoph. Anabas. p. 487. Matth. §. 586, c p. 1169. Supra I, 37.

ἐφράσθη καὶ ἐς θυμὸν ἐβάλετο] i. e. „*animum advertit,*

ἐς θυμὸν ἐβάλετο. τότε δὲ δὴ ὁ αὐτός τε ἀναβεβήκεε, καὶ κατ' αὐτὸν ἄλλοι Περσέων ἀνέβαινον. προσβάντων δὲ συχνῶν, οὕτω δὴ Σάρδιές τε ἡλώκεσαν, καὶ πᾶν τὸ ἄστυ ἐπορθέετο.

---

secum agitavit animo s. *deliberavit.*" Utrumque verbum ex Homero ductum, qui quoties verbo medio φράζεσθαι hac advertendi, cogitandi, deliberandi notione utatur, vel lexica unumquemque docere possunt. Nec minus frequens apud illum βάλλεσθαι, additis vocalis ἐν θυμῷ s. φρενί, similibus.

καὶ κατ' αὐτὸν ἄλλοι Περσέων ἀνέβαινον] Valla cum verterit: „*et post eum alii*" in suo exemplari legisse videri potest: μετ' αὐτὸν pro κατ' αὐτόν. Gronovius tamen vertit: *ad eius exemplum*, et Schweighaeuserus sensum magis quam verba singula respiciens: „*et eius vestigia legentes plures adscendebant.*" In notis comparat Herodot. III, 4: μεταδιώκει δὲ, — — ἀποστείλας τριήρεϊ κατ' αὐτόν. Equidem non habeo, quod a Gronovii interpretatione recedam, cum κατὰ sequente accusativo haud raro sit *secundum*; nisi quis malit praepositioni tribuere *similitudinis* significationem, coniunctam quodammodo cum priori; ita ut κατ' αὐτὸν sit: *eodem modo atque ille.* Exempla suppeditabit Fischerus ad Weller. III, 6 pag. 181, quibus melius profecto nostrum locum adscripsisset, quem p. 179 laudavit unicum, ubi κατὰ valeat *post.*

οὕτω δὴ Σάρδιές τε ἡλώκεσαν] Iam, Herodoti narratione de Sardibus captis finita, in universum hoc notatum velimus, dissentientes hac in re reperiri veteres scriptores. Paulo aliter atque Herodotus retulit Xenophon. in Cyropaed. VIII, 2 §. 1 — 13, prorsus diversimode Ctesias, Oebaris consilio urbem narrans captam esse, quippe qui contis longis vestimenta indutis muroque adductis tantum oppidanis terrorem iniecerit, ut idcirco capta fuerit urbs. Vid. Persicc. Excerptt. §. 4, quae in re tantà breviora esse merito dolemus. Ctesiae narrationem retulit Polyaenus Strategg. VII, 6 §. 10, sibi ipse tamen haud constans, dum alio loco (ibid. §. 2) Cyrum ait induciis factis, regressum, nocte vero ingruente denuo Sardes aggressum scalis adpositis, cum moenia defensoribus vacarent, urbe potitum esse. Quam quidem narrationem alio ex fonte ductam videri, iam alio loco monui. Neque nunc aliter mihi statuendum videtur, si quaeras, utra verior sit narratio, Herodoti an Ctesiae, an aliorum. Relinquamus suam cuique fidem, cum neutrum sine testibus aut auctoribus ita retulisse mihi persua-

85 *Croesi filius mutus, idemque surdus [1, 34 et 38], irruente in patrem Persa, loqui coepit.*

Κατ' αὐτὸν δὲ Κροῖσον τάδε ἐγένετο. ἦν οἱ παῖς, τοῦ καὶ πρότερον ἐπεμνήσθην, τὰ μὲν ἄλλα [2]ἐπιεικής, ἄφωνος δέ. ἐν τῇ ὦν παρελθούσῃ εὐεστοῖ ὁ Κροῖσος τὸ πᾶν ἐς αὐτὸν ἐπεποιήκεε, ἄλλα τε

---

sum sit. Conf. notatt. ad Ctesiae l. l. pag. 100. Quid, quod Nanidis, quae Croesi fuerit filia, operâ, pactis Cyri nuptiis legitimis, Persis arcem proditam fuisse, poetae Graeci cecinerant, uti auctor est Parthenius Erotic. 22? Arcis vero ipsius historiolam quasi contexuit Hemsterhusius ad Lucian. Contempl. T. III p. 385, iis, quae diximus, non praetermissis, aliisque, quae ad seriora pertinent tempora, adiectis.

Cap. LXXXV.

τοῦ καὶ πρότερον ἐπεμνήσθην] Vid. I, 34. 38 et quae ad utrumque locum adnotavimus. — τὰ μὲν ἄλλα ἐπιεικής: *ad caetera quidem aptus* s. ut vulgo reddunt: *caetera quidem non ineptus*.

ἐν τῇ ὦν παρελθούσῃ εὐεστοῖ] εὐεστώ rarius quidem vocabulum, sed grammaticis aliquoties explicatum. Occurrit apud Diogen. Laert. IX, 45. Aeschyl. Agamemn. 649. 938. Sept. c. Th. 171, ubi Scholia exponunt εὐδαιμονία, εὐθηνία; quam ipsam voculam Herodoteae quoque voci explicandae olim in margine adscriptam maleque dein in ipsum librorum textum irrepsisse invenimus. Nam in Aldi editione legitur hic εὐθηνίῃ idemque in Parisinis nonnullis codicibus et in margine Schellershemiani, qui tamen in ipso textu offert veram lectionem εὐεστοῖ, quod descendit ab εὐεστώ *prosperitas*. Tu vid. Blomfield. in Glossar. ad Aesch. S. c. Th. 171, qui nec nostrum praeteriit locum, nec alios Herodoteos VI, 128 et X, 85, ubi invenimus eiusdem stirpis nomina συνεστώ (*epulae*) et ἀπεστώ (*exilium*). Cr. addit Kuster. ad Iamblich. pag. 138. Restat, ut Valckenarianae emendationis mentionem faciamus. Cum enim in Mediceo hic inveniatur εὐετοῖ, Herodoteum esse suspicabatur vir doctissimus εὐετυῖ a nomine εὐετύς, formâ, ut ipse confitetur, multum utique rariore quam εὐεστώ. Et alia in medium protulit exempla nominum in υς exeuntium, rariorum utique ac poetis magis frequentatorum. Herodotea exempla attulit IX, 96. V, 6. IV, 75. Est quidem haec annotatio bonae frugis plenissima iis, qui singulas nominum Graecorum formas pernoscere velint, ad Herodoteam vero lectionem vulgatam sollicitandam aut loco movendam nihil valere poterit.

τὸ πᾶν ἐς αὐτὸν ἐπεποιήκεε] Locutio πᾶν s. πάντα ποιεῖν, omisso plerumque articulo, e frequentissimis ipsique

ἐπιφραζόμενος, καὶ δὴ καὶ ἐς Δελφοὺς περὶ αὐτοῦ ἐπεπόμφεε χρησομένους. ἡ δὲ Πυθίη οἱ εἶπε τάδε·

3 Λυδὲ γένος, πολλῶν βασιλεῦ, μέγα νήπιε Κροῖσε,
μὴ βούλευ πολύευκτον ἰὴν ἀνὰ δώματ' ἀκούειν
παιδὸς φθεγγομένου. τόδε σοι πολὺ λώϊον ἀμφὶς
ἔμμεναι. αὐδήσει γὰρ ἐν ἤματι πρῶτον ἀνόλβῳ.

4 Ἁλισκομένου δὲ τοῦ τείχεος, ἤϊε γὰρ τῶν τις Περ-

Platoni perquam usitatis. Valet autem: *omnia facere* (quaecunque facere licet, pro viribus) *omnem lapidem movere*, ut in proverbio dicitur. Vid. Viger. Idiotism. p. 287. Heindorf. ad Phaedon. p. 249 seq. Monk. ad Euripid. Hippol. 284. — ἐς αὐτὸν plerique libri, quos ipsos citat Gaisfordius, in textu quamvis scribens ἐς αὐτόν, *nisi*, quod suspicor, operarum vitio hoc tribuendum. Bini libri perperam ἐς ἑαυτόν, unde vulgo ἐς ἑωυτόν. Caeterum ἐς αὐτὸν est: *quod attinet ad illum s. illius causa*. Exempla dabit Matth. §. 578, c p. 1144. — Mox ἐπιφράζεσθαι simili fere sensu accipiendum, quo I, 84 fin. simplex φράζεσθαι. Quare non male reddunt: *inire rationes*, *animo agitare consilia*, *deliberare*.

μὴ βούλευ πολύευκτον ἰὴν] Plerique libri βούλου, forma rariori in communem conversa. Vid. Matth. §. 205 pag. 379. — ἰὴν cum recentt. scripsimus pro ἴην. Vocem rariorem inveniri notat Larcherus in Aeschyl. Pers. 940. Eurip. Rhes. 940 (al. 922). Valet autem *vox*, *sonus*. Hinc, quod obiter moneo, vocula non videbatur inserenda indici vocum inusitatarum, quibus Rhesum Euripideum posterioris aevi foetum esse post alios nuper admodum contendit Morstadius meus in scripto peculiari super Rhes., quod prodiit Heidelbergae 1827. Conf. pag. 61. In Diodori Excerptt. §. 30 (T. II p. 26 nov. scriptt. coll. ed. Mai.), ubi quatuor hi versus exhibentur, scriptum video ἴαν (ἰὰν), haud scio an rectius. Ibidem quoque βούλου et κατὰ δῶμ'.

ἁλισκομένου δὲ τοῦ τείχεος, ἤϊε γὰρ τῶν τις Περσέων κ. τ. λ.] In interpunctione secutus sum recentt. editt., cum olim male post ἀποκτενέων maior poneretur distinctio, quam in minorem nunc mutatam vides. Nam interposita particula γὰρ, uti crebro fit, orationis structura ita mutatur, ut aliter atque erat incepta progrediatur, cum a verbis per parenthesin quasi unâ cum particula γὰρ intercalatis pendeat iisdemque annectatur. Conf. supra nott. ad I, 28 coll. I, 8. Unde factum, quod genitivi consequentiae ἁλισκομένου δὲ τοῦ τείχους minus bene cohaereant cum iis, quibuscum cohaerere debebant:

σίων ἀλλογνώσας Κροῖσον ὡς ἀποκτενέων, Κροῖσος μέν νυν ὁρέων ἐπιόντα, ὑπὸ τῆς παρεούσης συμφορῆς παρημελήκεε, οὐδέ τι οἱ διέφερε πληγέντι ἀποθανέειν· ὁ δὲ παῖς οὗτος ὁ ἄφωνος, ὡς εἶδε ἐπιόντα τὸν Πέρσην, ὑπὸ δέους τε καὶ κακοῦ ἔῤῥηξε φωνήν, εἶπε δέ· „Ὤνθρωπε, μὴ κτεῖνε Κροῖ-
5 „σον.“ Οὗτος μὲν δὴ τοῦτο πρῶτον ἐφθέγξατο· μετὰ δὲ τοῦτο ἤδη ἐφώνεε τὸν πάντα χρόνον τῆς

Κροῖσος μέν νυν ὁρέων κ. τ. λ.; quae ipsa dum scribebat auctor, eorum modo meminerat, quae proxime antecedebant, inducta per particulam *γάρ*. Solet enim causalis sententia ei, cuius causam complectitur, anteponi, observante Werfero in Actt. phill. Monacc. I, 1 pag. 79, ubi veram h. l. restituit distinctionem. Conf. Matth. Gr. Gr. §. 631, 4 p. 1300 coll. §. 615 pag. 1242 seq. Quare displicet, quod Schweigh. coniiciebat: *Κροῖσος μέν μιν* (pro *νυν*) *ὁρέων ἐπιόντα*. Neque huc quidquam facit Sancroft. libri lectio *μέν νιν*, quippe ex *μέν νυν* orta. Conf. II, 42.

ἀλλογνώσας] Hesych. I p. 242 exponit *ἀγνοήσας*, ubi vid. interprett. — *ἤϊε* — *ὡς ἀποκτενέων* haud confundendum cum eiusmodi locutionibus, quales v. c. I, 122: *ἤϊε ταύτην αἰνέων*. Nam hoc loco verbum *ἰέναι* suam retinet vim. — Ad *ὑπὸ* — *συμφορῆς* (*prae calamitate*) conf. Matth. Gr. Gr. §. 592, a pag. 1186.

οὐδέ τι οἱ διέφερε] i. e. *nec quidquam ipsius intererat*. Laudat Larcherus similem locum Demosthen. pro Coron. p. 520, A. — Quae sequuntur, partim in quaestionem vocata sunt ab iis, qui haec cum illis, quae supra I, 34. 38 narrata sunt, minus bene convenire crederent. De quibus tacere eo magis praestat, quo id, quod Herodotus tradit, a rerum natura minime abhorret. Nec fugit etiam Ciceronem de Divin. I, 53. Nam Plinii locum in H. N. XI, 50 huc non pertinere, iam dudum monuerunt viri docti. Ad locutionem *ἔῤῥηξε φωνήν*, aptissimam illam quidem, comparamus infra II, 2: *ἥντινα φωνὴν ῥήξουσι* de infantibus recens natis haud sine industria ut videtur, dictum. Conf. illic notat.

ὤνθρωπε, μὴ κτεῖνε Κροῖσον] *ὤνθρωπε* plerique libri cum Gregor. Cor. de dial. Ion. §. 29. Male alii *ἄνθρωπε*. Conf. si tanti est, Buttmann. in Gramm. maior. I p. 115. De praesentis imperativo in vetandi formulis subtiliter disseruit Hermann. ad Gregor. Corinth. p. 865 ed. Schaef.

86 ζόης. Οἱ δὲ Πέρσαι τάς τε δὴ Σάρδις ἔσχον, καὶ αὐτὸν Κροῖσον ἐζώγρησαν, ἄρξαντα ἔτεα τεσσερεσκαίδεκα, καὶ τεσσερεσκαίδεκα ἡμέρας πολιορκηθέντα, κατὰ τὸ χρηστήριόν τε καταπαύσαντα τὴν ἑωυτοῦ μεγάλην ἀρχήν· λαβόντες δὲ αὐτὸν οἱ Πέρσαι
2 ἤγαγον παρὰ Κῦρον. ὁ δὲ, συννήσας πυρὴν με-

Croesus compedibus vinctus, et rogo impositus ut combureretur, Solonis recordatus, cum ingemiscens ter nominavit. Cuius rei Cyrus causam edoctus, rogum iam ardentem extingui iubet.

Cap. LXXXVI.

ἄρξαντα ἔτεα τεσσερεσκαίδεκα, καὶ τεσσερεσκαίδεκα ἡμέρας πολιορκηθέντα] Vulgo Sardes a Cyro expugnatas ponunt Olymp. 58, 2—4 s. 546—545 a. Chr. n. Conf. Larcher. Unde efficitur, Croesum, qui quatuordecim annos regnaverit, Ol. 55, 1. 2 s. 560. 559 a. Chr. regnum accepisse. Sed multa occurrunt, quae cum hac vulgo recepta opinione pugnare videntur, accurate notata ac disquisita a Schultzio in Apparat. etc. p. 16 seqq., quo prior iam Volneius in Chronolog. d'Herodot. p. 30 seqq. 39 seqq. illam chronographorum rationem vehementer oppugnaverat, ipse probare studens Sardes ex Herodoti mente captas esse a Cyro Ol. 55¾ s. 557 a. Chr. indeque Croesum Ol. 52½ ad regnum evectum. Cuius viri sagacissimi sententiam Schultzius quoque l. l. pag. 19 vulgatae computationi anteferendam censet, quoniam, ea recepta, difficultates et repugnantiae, quas in vulgata computatione offendimus, tollantur. Conferantur de Croesi temporibus definiendis, quae ad I, 45 et I, 80 disputata sunt, cum his quodammodo coniuncta.

ὁ δὲ, συννήσας πυρὴν μεγάλην ἀνεβίβασεν κ. τ. λ.] Multum ab his differre Ctesiae narrationem Persicc. Excerptt. §. 4 multoque magis Nicolai Damasceni ampliantis et ad tragoediae rationem exornantis (vid. eius fragmm. p. 195 ed. Orell. et Supplem. p. 38 et in Creuzer. fragmm. historr. pag. 207 seqq.), iam in notis ad Ctesiae l. l. indicavi. De rogo cum nihil legatur apud Ctesiam (qui Croesum narrat in Apollinis templum perfugientem, ter vinctum ibi a Persis, ter liberatum esse divina scilicet ope, et iterum vinctum in regiis aedibus, denuo liberatum, immissis fulminibus et tonitrubus) nec apud Xenophontem, iam Wesselingio suspicio erat suborta, ex vulgi mira captantis fabellis haec profluxisse. Et eius suspicionem augent adeoque iustam comprobant, quae ad Ctesiae l. l. pag. 103 in universum disputavi. Parum enim mihi videtur probabile, igne, qui sanctissimus fuit Persis, ut ne spiritu quidem eum contaminari vellent, eosdem abusos esse ad supplicium sumendum de homi-

γάλην, ἀνεβίβασε ἐπ' αὐτὴν τὸν Κροῖσόν τε ἐν πέδῃσι δεδεμένον, καὶ δὶς ἑπτὰ Λυδῶν παρ' αὐτὸν παῖδας· ἐν νόῳ ἔχων εἴτε δὴ ἀκροθίνια ταῦτα καταγιεῖν θεῶν ὅτεῳ δὴ, εἴτε καὶ εὐχὴν ἐπιτελέσαι θέλων· εἴτε καὶ πυθόμενος τὸν Κροῖσον εἶναι θεοσεβέα, τοῦδε εἵνεκεν ἀνεβίβασε ἐπὶ τὴν πυρὴν, βουλόμενος εἰδέναι εἴ τις μιν δαιμόνων ῥύσεται
3 τοῦ μὴ ζῶντα κατακαυθῆναι. τὸν μὲν δὴ ποιέειν ταῦτα· τῷ δὲ Κροίσῳ, ἑστεῶτι ἐπὶ τῆς πυρῆς, ἐσελθεῖν, καί περ ἐν κακῷ ἐόντι τοσούτῳ, τὸ τοῦ Σόλωνος, ὥς οἱ εἴη σὺν θεῷ εἰρημένον, τὸ „Μηδένα

---

ne pravo atque damnato. Haec ipsa, quae pluribus l. l. explicui, in eam me perducunt sententiam, ut Herodoti narrationem magis Graecam dixerim, id est, Graecorum ad mores magis conformatam atque accommodatam, veriorem Ctesiae narrationem, ut rei ipsi magis convenientem nec a Persarum moribus abhorrentem. — De forma συννήσας conf. I, 50.

ἐν πέδῃσι δεδεμένον] De constanti fere in his usu praepositionis ἐν conf. supra laudata ad I, 66 fin. — In seqq. prolixitatem quandam aut perspicuitatem observamus orationis Herodoteae in verbis τοῦδε εἵνεκεν — βουλόμενος. A qua tamen nec alios scriptores alienos esse, monstrant, citante Cr., Heindorfii disputata ad Platon. Protagor. p. 605 coll. ad Phaedon. p. 199. — Mox καταγίζειν frequens in sacris faciundis de iis, quae in dei alicuius honorem incenduntur et cremantur, ut I, 183. 198. II, 47. 130 etc. — θεῶν ὅτεῳ δὴ i. e. *deo nescio cui*. Idem frequens Pausaniae, ubi notavit Siebelis. ad I, 13 §. 3.

τῷ δὲ Κροίσῳ, ἑστεῶτι ἐπὶ τῆς πυρῆς, ἐσελθεῖν, καί περ ἐν κακῷ ἐόντι τοσούτῳ, τὸ τοῦ Σόλωνος] ἐσελθεῖν eâdem structurâ supra I, 24, ubi vid. In particulâ καί περ (*quamquam, etsi*) offendit Schweigh., qui potius exspectaverat καὶ γάρ, *quippe*, *quum*, *quippe qui*, nisi καί περ sit reddendum: *cum maxime*. Nos quidem in vulgata non ita offendimus, ut eam vel mutandam vel aliter certe ac vulgo fit, explicandam putemus.

ὥς οἱ εἴη σὺν θεῷ εἰρημένον] σὺν θεῷ *divino instinctu nutuque*. De quo usu praepositionis σὺν monuit Fischer. ad Weller. III, b pag. 147 alia laudans Herodotea.

μηδένα εἶναι τῶν ζωόντων ὄλβιον] Vulgo ζώντων idque magis e communi dialecto. ζωόντων, ut magis Ionicum, iure

„εἶναι τῶν ζωόντων ὄλβιον." ὡς δὲ ἄρα μιν προστῆναι τοῦτο, ἀνενεικάμενόν τε καὶ ἀναστενάξαντα
4 ἐκ πολλῆς ἡσυχίης, ἐς τρὶς ὀνομάσαι Σόλωνα. καὶ 44

---

nunc e libris restitutum. Idem ζωόντα infra hoc ipso in capite dedimus, ubi vulgo ζῶντα. Conf. de forma ζώω Buttmann. in Grammatt. maior. II p. 145. — Ad sententiam commode laudant ipsum Nostri locum I, 32 et Plinii testimonium H. N. VII, 40: „si verum iudicium facere volumus ac repudiata omni fortunae ambitione decernere, mortalium nemo est felix."

ὡς δὲ ἄρα μιν προστῆναι τοῦτο] παραστῆναι e Stephani coniectura olim in textum irrepserat, cum libri omnes in lectione προστῆναι conspirent, cuius ipsius interpretamentum erit παραστῆναι. Pertinet enim προστῆναι hic (et I, 119. 129 coll. V, 51) ad verbum προσιστάναι, in cuius aoristo scribimus προστῆναι (pro προσστῆναι, geminata literula) eodem iure, quo supra I, 2 προσχόντας, pro: προσσχόντας. Sensum ipsum recte expressit Schwgh. „*quod dictum ubi subiit Croeso* (*Croesum*)." Nunc video de hac interpretatione dubitare Matthiae, cui προστῆναι (a verbo προϊστάναι) non incommode dici posse videtur res, quae tanquam species oblata, animo obversatur. Accusativum esse additum idem putat, quia προστῆναι valeat idem, quod εἰσελθεῖν; cuius constructionis simile exemplum laudat ex Sophocl. Electr. 1378.

ἀνενεικάμενόν τε καὶ ἀναστενάξαντα ἐκ πολλῆς ἡσυχίης] Retinuimus hanc lectionem, in qua plerique libri conspirant, praesertim cum illa optimum, uti videtur, praebeat sensum. Pro ἡσυχίης enim sunt, qui exhibeant λειποψυχίης, idemque in ora legitur Schellershemiani libri, cum in textu sit ἡσυχίης. Vix tamen dubium, quin λειποψυχίης e glossemate in textum irrepserit, sive ex interpretamento lectionis ἀψυχίης, quam non absurdam dicit Valckenarius, ut Croesus ante animi deliquium passus censeatur, quam Solonis dicti meminerit illudque elocutus fuerit; sive ex interpretatione verbi ἀναφέρεσθαι, quod valet *sese recipere*, e perturbatione scilicet animi vel consternatione, quae totum corpus animumque tenuerat (nostrum: *wieder zu sich kommen*, *sich erholen*). Vid. quae laudavimus ad Plutarch. Alcibiad. p. 115 not. p. 257 seq. Quo sensu Graeci etiam dicunt ἀναφέρειν in activo, intransitive. Sed hanc huius verbi significationem sequiori demum aetati tribuendam censet Schweigh., cum apud veteres et Ionicos potissimum scriptores nihil fere aliud sit, nisi *vocem* vel *gemitum* (ex imo pectore) *proferre*; ut I, 116. Nec tamen equidem

τὸν Κῦρον ἀκούσαντα, κελεῦσαι τοὺς ἑρμηνέας ἐπείρεσθαι τὸν Κροῖσον, τίνα τοῦτον ἐπικαλέοιτο· καὶ
5 τοὺς προσελθόντας ἐπειρωτᾶν. Κροῖσον δὲ τέως μὲν σιγὴν ἔχειν εἰρωτεώμενον· μετὰ δὲ, ὡς ἠναγκάζετο, εἰπεῖν· „Τὸν ἂν ἐγὼ πᾶσι τυράννοισι προ„ετίμησα μεγάλων χρημάτων ἐς λόγους ἐλθεῖν.“ Ὡς δέ σφι ἄσημα ἔφραζε, πάλιν ἐπειρώτεον τὰ λε-
6 γόμενα. λιπαρεόντων δὲ αὐτῶν, καὶ ὄχλον παρεχόντων, ἔλεγε δὴ, ὡς ἦλθε ἀρχὴν ὁ Σόλων, ἐὼν

---

video, cur a vulgari huius verbi interpretatione, ad quam ipsam vel glossa adscripta (si λειποταξίας lectionem nimirum inde dicas ortam) nos ducere poterat, recedam, nec Herodotum credam hoc verbo eâ significatione usum, quâ post ab optimis quibusque scriptoribus adhibitum videmus. Itaque haec nobis erit loci sententia: „*Croesum mente recepta et edito gemitu post multum silentium* (s. quietem) *ter nominasse Solonem.*“ Scripsimus vero cum Schwgh. et Gaisf. Σόλωνα pro vulgat. Σόλων. — In seqq. pro τέως bini libri exhibent ἕως, quod apud poetas pro τέως poni ex Eustathii commentariis monet Schwgh. probatque ipsius Herodoti loco VIII, 74 coll. II, 169. Sed τέως idem monet, inveniri I, 82. 94. Unde librorum complurium lectio non sollicitanda. — Ad argumentum confer sis narrationem Aeliani Var. Hist. IX, 41, ubi ad Pausaniam traducta sunt, quae hic de Croeso ac Solone legimus. Sic certe existimat Wyttenbach. ad Plut. Moral. I, 2 pag. 715. Neque hoc praeterire iuvat, ad hocce Croesi fatum traxisse nonnullos τὰ Ἐφέσια γράμματα, monente Eustath. ad Odyss. XIX, 247 pag. 694, 36 ed. Basil., cuius locum *Cr.* adscripsit.

τὸν ἂν ἐγὼ πᾶσι τυράννοισι προετίμησα μεγάλων χρημάτων κ. τ. λ.] i. e. „quem omnibus cum regibus in colloquium venire, equidem multis antetulissem pecuniis s.: is est, qui ut cum omn. reg. in coll. veniret, equidem magnae pecuniarum copiae praetulissem.“ Pendet genitivus μεγάλων χρημάτων vel a praepositione προ in verbo προτιμᾶν, vel explicari debet secundum ea, quae leguntur apud Matth. §. 364 pag. 678.

ὄχλον παρεχόντων] Laudat Thomas Mag. p. 668, ubi ὄχλος sit i. q. ὄχλησις.

ὡς ἦλθε ἀρχὴν ὁ Σόλων κ. τ. λ.] ἀρχὴν pro adverbio positum significat *olim*, monstrante Wesselingio. Conf. II, 27. Alias est *omnino*, *prorsus*, ut I, 9 et aliis locis apud Reiz. ad

Ἀθηναῖος, καὶ θεησάμενος πάντα τὸν ἑωυτοῦ ὄλβον ἀποφλαυρίσειε· οἷα δὴ εἴπας, ὥστε αὐτῷ πάντα ἀποβεβήκοι τῇπερ ἐκεῖνος εἶπε, οὐδέν τι μᾶλλον ἐς ἑωυτὸν λέγων, ἢ ἐς ἅπαν τὸ ἀνθρώπινον, καὶ μάλιστα τοὺς παρὰ σφίσι αὐτοῖσι δοκέοντας ὀλβίους εἶναι. Τὸν μὲν Κροῖσον ταῦτα ἀπηγέεσθαι· τῆς δὲ πυρῆς ἤδη ἁμμένης, καίεσθαι τὰ περιέσχατα.
7 καὶ τὸν Κῦρον ἀκούσαντα τῶν ἑρμηνέων τὰ εἶπε Κροῖσος, μεταγνόντα τε, καὶ ἐννώσαντα ὅτι καὶ αὐτὸς ἄνθρωπος ἐὼν, ἄλλον ἄνθρωπον, γενόμενον ἑωυτοῦ εὐδαιμονίῃ οὐκ ἐλάσσω, ζώοντα πυρὶ διδοίη· πρός τε τούτοισι, δείσαντα τὴν τίσιν, καὶ

Viger. p. 723. — Notamus vero in his indicativum et optativum uno fere eodemque tenore post ὅτι positum, eo tamen discrimine, ut id quod re vera accidit, per indicativum (ἦλθε) sit prolatum, quod vero ex alius referatur cogitatione (ἀποφλαυρίσειε) per optativum. De quo vid. Matth. monentem §. 529 pag. 1031.

οἷα δὴ εἴπας, ὥστε αὐτῷ πάντα ἀποβεβήκοι τῇπερ ἐκεῖνος εἶπε] Secuti sumus in loco multum vexato eam lectionem, quam Schwgh. et Gaisfordius constituerunt, hoc fere sensu: „*quippe ita locutus, ut ipsi omnia eum in modum evenerint, prout ille edixisset.*“ In οἷα δὴ, quod Herodoteo more excipit ὥστε, nemo ita haerebit, ut emendare velit, id quod aliis in mentem venit, scribentibus: οἷα δὴ εἴπας, τὰ αὐτὰ κ. τ. λ. invitis certe libris, nec loci sententia prorsus flagitante. Denique optativus ἀποβεβήκοι, quem restituit Schweigh. pro vulgata librorum lectione: ἀποβεβήκεέ οἱ vel ἀποβέβηκέ οἱ, eo magis se commendat, quo Gronovii ratio αὐτῷ οἱ coniungentis et pro ἑωυτῷ accipientis minime stare potest, nec iis, quae e Nostro scriptore protulit, exemplis probatur, docente Schweighaeusero, qui bene monet, se nec spernere ἀποβεβήκεε propter plusquamperfecti usum in nostro scriptore haud infrequentem, de quo vid. I, 79. 84 ibiq. nott.

οὐδέν τι μᾶλλον] In Schwgh. editione impressum video τε pro τι, nulla in Var. Lectt. facta mentione, ut operis hoc dandum esse credam. — In seqq. τὰ περιέσχατα sunt extremae rogi partes, quae circumcirca sunt, ut V, 101. — De ἐννώσαντα vid. supra ad I, 68; de ἐπιλεξάμενον I, 78.

ἐπιλεξάμενον ὡς οὐδὲν εἴη τῶν ἐν ἀνθρώποισι ἀσφαλέως ἔχον, κελεύει σβεννύναι τὴν ταχίστην τὸ καιόμενον πῦρ, καὶ καταβιβάζειν Κροῖσόν τε καὶ τοὺς μετὰ Κροίσου· καὶ τούς, πειρωμένους, οὐ δύνα-1

87 σθαι ἔτι τοῦ πυρὸς ἐπικρατῆσαι. Ἐνθαῦτα λέγεται ὑπὸ Λυδῶν, Κροῖσον μαθόντα τὴν Κύρου μετάγνωσιν, ὡς ὥρα πάντα μὲν ἄνδρα σβεννύντα τὸ πῦρ, δυναμένους δὲ οὐκέτι καταλαβεῖν, ἐπιβώσασθαι, τὸν Ἀπόλλωνα ἐπικαλεόμενον, εἴ τι οἱ κεχαρισμένον ἐξ αὐτοῦ ἐδωρήθη, παραστῆναι, καὶ ῥύ-

2 σασθαί μιν ἐκ τοῦ παρεόντος κακοῦ. τὸν μὲν, δακρύοντα ἐπικαλέεσθαι τὸν θεόν· ἐκ δὲ αἰθρίης τε καὶ νηνεμίης συνδραμέειν ἐξαπίνης νέφεα, καὶ χει-

Exsuperante igne, quam Apollinem Croesus invocasset, maxima pluvia orta, rogus exstinctus. Quid Cyrus Croesum interrogarit, et quid ab eo responsi acceperit.

κελεύει σβεννύναι] Quod correxit H. Stephanus κελεύειν, id quidem omnibus adversatur libris, quotquot adhuc collatos habemus, verum orationis structuram vix ferendam egregie adiuvat. Miramur enim utique subitum istum transitum ab oratione indirecta in rectam, cum qui modo in accusativo dixerat δείσαντα καὶ ἐπιλεξάμενον, continuo scribat, oblitus priorum, κελεύει pro κελεύειν. Quod certe tantum est, ut vix anacoluthiae quamvis Nostro perquam familiaris ratione explicari possit. Sed libris erat obtemperandum, quos in talibus relinquere nefas videbatur.

Cap. LXXXVII.

καταλαβεῖν] i. e. *coercere, inhibere*, ut I, 46, ubi vid. Male unus liber καταβαλεῖν. — Ad ἐπιβώσασθαι conf. I, 10 ibiq. nott.

εἴ τι οἱ κεχαρισμένον ἐξ αὐτοῦ ἐδωρήθη] i. e. *si quid illi gratum ab ipso oblatum sit* (donum), *nunc ut ipsi adesset*. Ubi laudant similes locos Aristophanis in Pac. 385 et Homeri in Iliad. I, 39, ex quo ipso Herodoteam locutionem ductam censent.

ἐκ δὲ αἰθρίης τε καὶ νηνεμίης] De praepositionis ἐκ s. ἐξ usu sufficiat laudasse Matth. Gr. Gr. §. 574 pag. 1133. — ὕδωρ λαβρότατον de *vehementi* accipio *imbre;* nam λαβρὸς tum de aqua, tum de igne (conf. Pindar. Pyth. III, 70 ibiq. Tafel. Dilucidd. pag. 593) aliisve rebus ita usurpatur, ut *vehemens, turbulentum* denotet. Conf. Hesych. s. v. Tom. II p. 406. Homerica lexica et Tafel. ad Pindar. Olymp. II, 156 p. 124 Dilucidd. — Ad structuram verbi ὕειν cum dativo atque accusativo faciunt quae Siebelis. col-

μῶνά τε καταῤῥαγῆναι, καὶ ὗσαι ὕδατι λαβροτάτῳ,
κατασβεσθῆναί τε τὴν πυρήν. οὕτω δὴ μαθόντα
τὸν Κῦρον, ὡς εἴη ὁ Κροῖσος καὶ θεοφιλὴς καὶ
ἀνὴρ ἀγαθὸς, καταβιβάσαντα αὐτὸν ἀπὸ τῆς πυ-
3ρῆς, εἴρεσθαι τάδε· „Κροῖσε, τίς σε ἀνθρώπων
„ἀνέγνωσε, ἐπὶ γῆν τὴν ἐμὴν στρατευσάμενον, πο-
„λέμιον ἀντὶ φίλου ἐμοὶ καταστῆναι;“ Ὁ δὲ εἶπε·
„Ὦ βασιλεῦ, ἐγὼ ταῦτα ἔπρηξα τῇ σῇ μὲν εὐδαι-
„μονίῃ, τῇ ἐμεωυτοῦ δὲ κακοδαιμονίῃ, αἴτιος δὲ 45
„τούτων ἐγένετο ὁ Ἑλλήνων θεὸς, ἐπάρας ἐμὲ στρα-
4„τεύεσθαι. οὐδεὶς γὰρ οὕτω ἀνόητός ἐστι, ὅς τις
„πόλεμον πρὸ εἰρήνης αἱρέεται. ἐν μὲν γὰρ τῇ, οἱ
„παῖδες τοὺς πατέρας θάπτουσι· ἐν δὲ τῷ, οἱ πα-
„τέρες τοὺς παῖδας. ἀλλὰ ταῦτα δαίμοσί κου φί-
„λον ἦν οὕτω γενέσθαι.“

---

legit ex Pausania ad II, 29 §. 6.

ἀνέγνωσε] i. e. *persuasit.* Vid. Gregor. Corinth. pag. 505 ibiq. Schaefer. coll. Matth. Gr. Gr. §. 228 pag. 443.

ἔπρηξα τῇ σῇ μὲν εὐδαιμονίῃ, τῇ ἐμεωυτοῦ δὲ κακοδαιμονίῃ] Haud male Matthiae §. 398, a pag. 728 (ubi de dativi usu in causa quamvis remotiori indicanda): „*durch deinen Glückstern und meinen Unstern getrieben.*“

ἐπάρας ἐμὲ στρατεύεσθαι] ἐπαείρας recentt. editt., ut I, 204, ubi sine ulla varietate ἐπαείροντα scriptum invenimus. Sed hoc loco nullus sic praebet liber; unus modo: ἐπαήρας, reliqui ἐπάρας, quod idem cum I, 90 sine ulla lectionis varietate occurrat, hic quoque retinendum censui. Ad significationem verbi Cr. adscripsit Timaei locum in Lex. Platon. p. 119 (ἐπάρας i. q. ἀναπείσας), ubi plura Ruhnken.

οὕτω ἀνόητός ἐστι, ὅς τις κ. τ. λ.] Pro ὅς τις exspectabas ὥστε. Sed vid. Matth. Gr. Gr. §. 479 not. 1 pag. 895.

φίλον ἦν οὕτω γενέσθαι] In quibus Homericae locutionis imitationem, aliis quoque scriptoribus frequentatae invenimus. Monui ad Plutarch. Pyrrh. pag. 190. Inde Seneca Med. 553: „*gratum est.*“

Colitur Croesus a Cyro, idemque bonum ei consilium dat.

88 Ὁ μὲν ταῦτα ἔλεγε. Κῦρος δὲ αὐτὸν λύσας
κάτισέ τε ἐγγὺς ἑωυτοῦ, καὶ κάρτα ἐν πολλῇ προ-
μηθίῃ εἶχε, ἀπεθώυμαζέ τε ὁρέων καὶ αὐτὸς, καὶ
οἱ περὶ ἐκεῖνον ἐόντες πάντες. ὁ δὲ συννοίῃ ἐχό-
2 μενος, ἥσυχος ἦν. μετὰ δὲ, ἐπιστραφείς τε καὶ
ἰδόμενος τοὺς Πέρσας τὸ τῶν Λυδῶν ἄστυ κεραΐ-
ζοντας, εἶπε· „Ὦ βασιλεῦ, κότερον λέγειν πρὸς σὲ
„τὰ νοέων τυγχάνω, ἢ σιγᾶν ἐν τῷ παρεόντι χρή;“
3 Κῦρος δέ μιν θαρσέοντα ἐκέλευε λέγειν ὅ τι βού-
λοιτο. ὁ δὲ αὐτὸν εἰρώτα, λέγων· „Οὗτος ὁ πολ-
„λὸς ὅμιλος τί ταῦτα σπουδῇ πολλῇ ἐργάζεται;“
Ὁ δὲ εἶπε· „Πόλιν τε τὴν σὴν διαρπάζει, καὶ χρή-
4 „ματα τὰ σὰ διαφορέει.“ Κροῖσος δὲ ἀμείβετο·
„Οὔτε πόλιν τὴν ἐμὴν, οὔτε χρήματα τὰ ἐμὰ διαρ-

Cap. LXXXVIII.

κάτισέ τε ἐγγὺς ἑωυτοῦ] i. e. *prope se eum adsidere iussit.* Mediceus liber κατεῖσε.

ἀπεθώυμαζέ τε ὁρέων] Homeri ex usu haec fluxisse monet Wesseling. comparans Il. XXIV, 629.

συννοίῃ ἐχόμενος] i. e. *cogitabundus*, obstrictus quasi cogitatione ac pressus. Supra I, 35 συμφορῇ ἐχόμενος. I, 141 ὀργῇ ἐχόμενος. III, 50 θυμῷ ἐχόμενος. Alibi adiunxit dativo praepositionem ἐν, ut IV, 131 ἐν ἀπορίῃσι εἴχετο; IX, 98. Alia nunc omitto.

ἰδόμενος τοὺς Πέρσας κ. τ. λ.] Excerpsit haec Diodorus Siculus in Excerptt. §. 30 T. II p. 26 scriptt. nov. coll. ed. Mai. — ἰδόμενος ex hoc loco et I, 207 laudat Matthiae Gr. Gr. §. 231 pag. 450. Sed utroque loco quidam libri scripti εἰδόμενος. Hoc loco Diodorus praebet ἰδών.

ὦ βασιλεῦ, κότερον] Recentt. edd. ob I, 91 aliosque locos κότερα. Sed omnes libri scripti κότερον, quod restitui.

τὰ νοέων τυγχάνω] i. e. *quae nunc forte animum subit cogitatio*, ut docet Matth. Gr. Gr. §. 553, 3, δ pag. 1085. — In seqq. cum Gaisfordio scripsimus ἐν τῷ παρεόντι χρή, ubi Schwgh. secundum libros quosdam omisit χρή.

ὁ δὲ αὐτὸν εἰρώτα] εἰρώτα est Ionica imperfecti forma, neglecto augmento. Neque enim descendit a verbo ἐρωτάω, sed ab εἰρωτάω, quod Ionum est, notante Matth. l. l. pag. 304. — In seqq. ob librorum praestantiorum consensum retinui διαφορέει pro διαφθορέει.

„πάζει· οὐδὲν γάρ ἐμοὶ ἔτι τούτων μέτα. ἀλλὰ
89 „φέρουσί τε καὶ ἄγουσι τὰ σά.“ Κύρῳ δὲ ἐπιμε-
λὲς ἐγένετο τὰ Κροῖσος εἶπε· μεταστησάμενος δὲ
τοὺς ἄλλους, εἴρετο Κροῖσον ὅ τι οἱ ἐνορῴη ἐν
2 τοῖσι ποιευμένοισι. ὁ δὲ εἶπε· „Ἐπεί τε με θεοὶ ἔδω-
„καν δοῦλόν σοι, δικαιῶ, εἴ τι ἐνορέω πλέον, ση-
„μαίνειν σοι. Πέρσαι, φύσιν ἐόντες ὑβρισταί, εἰσὶ
3 „ἀχρήματοι. ἢν ὦν σὺ τούτους περιΐδῃς διαρπάσαν-
„τας καὶ κατασχόντας χρήματα μεγάλα, τάδε τοι ἐξ
„αὐτῶν ἐπίδοξα γενέσθαι· ὃς ἂν αὐτῶν πλεῖστα

ἀλλὰ φέρουσί τε καὶ ἄγουσι τὰ σά] ἄγειν καὶ φέρειν formula Xenophonti aliisque Graecis scriptoribus tritissima, quam vulgo interpretantes *diripere*, *praedari* (τὸ ληστεύειν καὶ ἁρπάζειν), alterum verbum ad τὰ ἔμψυχα, alterum ad τὰ ἄψυχα relatum volunt. Neque vero hoc discrimen ubivis constanter servari, et ἄγειν, etiam de rebus inanimatis dici, ab aliis iam est monitum. Vid. quae laudavi ad Plut. Flaminin. pag. 116. 253 et add. Krüger. in Indic. ad Xenophont. Anabas. p. 454.

Caeterum quod ad universam de Croeso capto beneque tractato narrationem attinet, consentit hactenus Ctesias (Persicc. Excerptt. §. 4), quod post miraculum in Croeso liberando editum, eundem et bene a Cyro cultum refert et praeterea Barenen accepisse, urbem magnam prope Ecbatana. Quae eadem *Barce* appellatur a Iustino I, 7, qui sua forsan ex ipso Ctesiâ, ut tot alia, desumsit. Quin Symmachus Chronograph. p. 188, A Croesum a Cyro tradit filio suo Cambysi ut paedagogum praefectum esse. De colloquio, quale hic inter Croesum atque Cyrum instituitur, nil apud hosce scriptores legimus; quamquam Ctesiam uberius de his in deperdita proh dolor historia retulisse, dubium non est.

Cap. LXXXIX.

Κύρῳ δὲ ἐπιμελὲς ἐγένετο τὰ Κροῖσος εἶπε] Nota numeri usum, ubi post singularem (ἐπιμελὲς) subito invenimus pluralem τά; de quo Matth. §. 437 not. 3 pag. 818.

δικαιῶ] i. e. *aequum*, *iustum censeo*. Laudat Larcher. Eurip. Supplic. 526. Sed haec notio vocabuli vel e Lexicis nota. — Dedimus cum recentt. ἐνορέω, quod Schellershem. praebet pro vulg. ἐνορῶ. De ἐνορῴη, quae forma est optativi Attica, nec infrequens tamen Ionicis scriptoribus, consul. Matth. §. 198, 2 pag. 357.

τάδε τοι ἐξ αὐτῶν ἐπίδοξα

„κατάσχῃ, τοῦτον προσδέκεσθαί τοι ἐπαναστησόμε-
4„νον. νῦν ὦν ποίησον ὧδε, εἴ τοι ἀρέσκει τὰ ἐγὼ
„λέγω. κάτισον τῶν δορυφόρων ἐπὶ πάσῃσι τῇσι
„πύλῃσι φυλάκους, οἳ λεγόντων πρὸς τοὺς ἐκφέ-
„ροντας τὰ χρήματα ἀπαιρεόμενοι, ὥς σφεα ἀναγ-
5„καίως ἔχει δεκατευθῆναι τῷ Διΐ. καὶ σύ τε σφι
„οὐκ ἀπεχθήσεαι βίῃ ἀπαιρεόμενος τὰ χρήματα·
„καὶ ἐκεῖνοι, συγγνόντες ποιέειν σε δίκαια, ἑκόντες
90 „ποιήσουσι.“ Ταῦτα ἀκούων ὁ Κῦρος, ὑπερήδετο,
ὥς οἱ ἐδόκεε εὖ ὑποτίθεσθαι. αἰνέσας δὲ πολλά,
καὶ ἐντειλάμενος τοῖσι δορυφόροισι τὰ Κροῖσος ὑπε-
2θήκατο ἐπιτελέειν, εἶπε πρὸς Κροῖσον τάδε· „Κροῖ-
„σε, ἀναρτημένου σεῦ ἀνδρὸς βασιλέος χρηστὰ ἔρ-
„γα καὶ ἔπεα ποιέειν, αἰτέο δόσιν τήν τινα βούλεαί

Infensus Graecorum Deo Croesus, Cyri venia missis legatis, mala sua illi exprobrat.

γενέσθαι] ἐπίδοξα dicuntur τὰ προςδόκιμα s. προςδοκώμενα, ἐλπιζόμενα, *quae tanquam futura probabiliter possunt exspectari.* Hinc additur infinitivus vel futuri vel aoristi. Vid. Valckenar. ad Herod. IV, 11. Lobeck. ad Phrynich. p. 132 seq., quorum neuter huius loci erat oblitus. — αὐτῶν hic dedimus, ut aliquoties iam supra, pro αὐτέων. Itidem libris iubentibus scripsi ἀρέσκει pro vulg. ἀρέσκοι. De forma imperativi (λεγόντων) consul. Matth. §. 198, 1 pag. 396. Qui idem alio loco (§. 511, 5, b pag. 973) bene notat transitum ex oratione obliqua in rectam, imperativo posito post relativum pronomen.

Cap. XC.

ὥς οἱ ἐδόκεε εὖ ὑποτίθεσθαι] „*cum haec ei bene monita viderentur.*“ De ὑποτίθεσθαι conf. I, 8.

ἀναρτημένου σεῦ ἀνδρὸς βασιλέος κ. τ. λ.] ἀναρτημένου neglecto augmento meliores libri, quippe magis Ionum e consuetudine. Alii ἀνηρτημένου. Verbum ipsum ἀναρτᾶσθαι exponunt: *animum inducere, instituere.* Conf. VI, 88. VII, 8; de structura (nam exspectandum certe erat: ἀναρτημένος σὺ ἀνὴρ βασιλεὺς — αἰτέο) provocant ad similem locum I, 3, ubi etiam genitivus consequentiae hoc modo occurrit: τοὺς δὲ προϊσχομένων ταῦτα, προφέρειν σφι κ. τ. λ.; nam propter hoc ipsum σφι exspectabas προϊσχομένοις. Sed vid. ibi nott. — In seqq. vocem ἀνὴρ non sine consilio adiectum quivis sentiet.

αἰτέο δόσιν] αἰτέο est im-

3„τοι γενέσθαι παραυτίκα.“ Ὁ δὲ εἶπε· „Ὦ δέσπο-„τα, ἐάσας με χαριεῖ μάλιστα τὸν θεὸν τῶν Ἑλλή-„νων, τὸν ἐτίμησα ἐγὼ θεῶν μάλιστα, ἐπείρεσθαι, „πέμψαντα τάσδε τὰς πέδας, εἰ ἐξαπατᾶν τοὺς εὖ
4„ποιεῦντας νόμος ἔστι οἱ.“ Κῦρος δὲ εἴρετο ὅ τι οἱ τοῦτο ἐπηγορεύων παραιτέοιτο. Κροῖσος δέ οἱ

---

perativi forma pro *αἰτέεο*, cum Herodotus Ionum more in verbis puris alterum *ε* eiicere soleat. Vid. Matth. §. 205 pag. 379. Male autem antea scribebant *αἶτεο*, accentu retracto. *τήν τινα* haud carere videtur suspicione, cum nuspiam ita dixerit pro *ἥντινα*, nec unquam pronomen hoc (*ὅστις*) a consonante *τ* exordiatur. Quapropter Struve Quaest. Herodot. Spec. p. 48 coll. 46 scribi iubet *ἥν τινα*, quod haud cunctatus reposuissem, modo in uno invenissem libro scripto. Conf. I, 98. Bini modo libri hic omittunt *τήν*. — In proxime seqq. *χαριεῖ* cum recentt. edd. reposuimus, addicentibus Mediceo et Schellershemiano. Minus bene alii vulgo *χαριῇ*.

ἐπηγορεύων παραιτέοιτο] Schellershemianus *ὑπηγορεύων*. Utrumque, quod ad scripturam attinet, improbat Lobeck. ad Phrynich. p. 702, in longae vocalis (*η*) locum substituendum brevem praecipiens, cum illa in iis tantum necessario servanda sit, quae thematicis perfectis affinitate innexa sint. Hinc *ἐπαγορεύων* rectius ex illius viri sententia hoc loco scribetur.

Κροῖσος δέ οἱ ἐπανηλόγησε πᾶσαν τὴν ἑωυτοῦ διάνοιαν] Pro *ἐπανηλόγησε*, quod omnes libri praebent, viri docti Leopardus, Valckenarius, Wesselingius scribi iubent *ἐπαλιλλόγησε* (i. e. *repetiit*, *eademque ipsa exposuit*, quae scilicet I, 87 supra exposita leguntur) e Polluc. Onomastic. II, 120, ubi tamen libri manuscripti nonnihil variant. Atque apud ipsum Herodotum I, 118 exstat *ἐπαλιλλόγητο*. Longius utique a librorum lectione recedit *ἐπαντιλόγησε*, ut Heringa restitutum volebat. Schaeferus recepit *ἐπαλλιλόγησε*, quod etiam Philonis loco de fortitud. pag. 738, D probare studuerat Wesselingius. Post vulgatae lectionis acerrimus defensor exstitit Schweighaeuserus, reprehensus tamen a censore in Ephem. Ienen. 1817 nr. 165 p. 381 seq. et a Lobeckio ad Phrynich. p. 703, ut qui varia commiscuerit erroresque cumulaverit, cum ad vulgatam tuendam modo *ἐπηγορεύειν* componat cum *κατηλογεῖν*, modo *κατηγορεῖν* pro *καταγορεῖν* usurpari contendat. Nec mihi Schweighaeuserum satis fecisse ingenue confiteor; cum Gaisfordio tamen in lectione vulgata adquiescendum censui, dum meliora edocear. Sen-

ἐπανηλόγησε πᾶσαν τὴν ἑωυτοῦ διάνοιαν, καὶ τῶν 46
χρηστηρίων τὰς ὑποκρίσιας, καὶ μάλιστα τὰ ἀναθή-
ματα· καὶ ὡς ἐπαρθεὶς τῷ μαντηΐῳ, ἐστρατεύσατο
5 ἐπὶ Πέρσας. λέγων δὲ ταῦτα, κατέβαινε αὖτις πα-
ραιτεόμενος, ἐπεῖναί οἱ τῷ θεῷ τούτων ὀνειδίσαι.
Κῦρος δὲ γελάσας εἶπε· „Καὶ τούτου τεύξεαι παρ'
„ἐμεῦ, Κροῖσε, καὶ ἄλλου παντὸς τοῦ ἂν ἑκάστοτε
6 „δέῃ.“ Ὡς δὲ ταῦτα ἤκουσε ὁ Κροῖσος, πέμπων
τῶν Λυδῶν ἐς Δελφοὺς, ἐνετέλλετο, τιθέντας τὰς
πέδας ἐπὶ τοῦ νηοῦ τὸν οὐδὸν, εἰρωτᾶν εἰ οὔ τι
ἐπαισχύνεται τοῖσι μαντηΐοισι ἐπάρας Κροῖσον στρα-
τεύεσθαι ἐπὶ Πέρσας, ὡς καταπαύσοντα τὴν Κύρου
δύναμιν, ἀπ' ἧς οἱ ἀκροθίνια τοιαῦτα γενέσθαι·
δεικνύντας τὰς πέδας. ταῦτά τε ἐπειρωτᾶν, καὶ εἰ

---

sum ita reddidit Schweighaeus.: „*altius repetens Croesus, consilia sua omnia exposuit.*“

καὶ τῶν χρηστηρίων τὰς ὑποκρίσιας] *ὑποκρίσιας* in accusativo pluralis ut supra I, 74 in nominativo pluralis *αἱ συμβάσιες*, ubi vid. Perperam Schaeferus: *ὑποκρίσις*. — In seqq. locutionem *κατέβαινε — παραιτεόμενος* refero ad eam, quae infra invenitur I, 122 (*ἤϊέ τε — αἰνέων*, ubi vid. not.) eiusque similes. Propius huc spectat I, 118: *κατέβαινε λέγων*, et I, 116: *κατέβαινε ἐς λιτὰς καὶ συγγνώμην ἑωυτῷ κελεύων ἔχειν.* Hinc Schwgh. nostro in loco vertit: *rursus ad preces se convertit*, cum *καταβαίνειν* in oratione sit: *progredi* (descendere), *pergere*, *convertere se ad aliud quiddam proferendum.*

ἐπεῖναί οἱ τῷ θεῷ τούτων ὀνειδίσαι] i. e. *ut sibi liceret ista deo exprobrare.* De structura verbi *ὀνειδίζειν* cum genitivo rei s. causae conf. Matth. §. 368 pag. 683. — In seqq. de *ἐπάρας* conf. I, 87 ibiq. not. — Ad verba *εἰ ἀχαρίστοισι νόμος εἶναι τοῖσι Ἑλληνικοῖσι θεοῖσι* consule propter duplicem dativum praeter ea, quae Wesselingius monet, Matth. §. 536 pag. 1053. Infinitivi usus in oratione indirecta (ut paulo ante: *ἀπ' ἧς οἱ ἀκροθίνια τοιαῦτα γενέσθαι*) satis notus, quam de quo moneatur. Hinc sponte cadet lectio *ἀχαριστεῖν* in binis obvia libris, nec minus ii peccant, qui pro *εἶναι* exhibent *εἴη* vel *ἔστι*. Omnia haec orta ex ignoratione aut negligentia librariorum elegantem loci structuram minus percipientium.

ἀχαρίστοισι νόμος εἶναι τοῖσι Ἑλληνικοῖσι θεοῖσι.
91 Ἀπικομένοισι δὲ τοῖσι Λυδοῖσι, καὶ λέγουσι τὰ ἐν-
τεταλμένα, τὴν Πυθίην λέγεται εἰπεῖν τάδε· „Τὴν
„πεπρωμένην μοῖραν ἀδύνατά ἐστι ἀποφυγέειν καὶ
2 „θεῷ. Κροῖσος δὲ πέμπτον γονέος ἁμαρτάδα ἐξέ-
„πλησε, ὃς ἐὼν δορυφόρος Ἡρακλειδέων, δόλῳ γυ-
„ναικηΐῳ ἐπισπόμενος, ἐφόνευσε τὸν δεσπότεα, καὶ

Apollinis responsum, Deos culpa liberantis, et oraculi interpretantis. Cyrus, mulus.

Cap. XCI.

τὴν πεπρωμένην μοῖραν ἀδύνατά ἐστι ἀποφυγέειν καὶ θεῷ] μοῖραν cum Gaisfordio hic quoque restituimus e melioribus libris. In ἀδύνατα pluralem pro singulari notat Matth. §. 443 pag. 829. Sententia ipsa veteribus frequens memoratur, ut nemo, nec homo nec ipse deus fatum effugere possit. Vide tu quae congessi similia ad Plutarch. Pyrrh. 30 p. 236 seq. Cr. addit Cudworth. Systema intellect. §. III p. 5 ed. Moshem. Unde non mirum, hunc Herodoti locum a nonnullis citari posterioris aetatis scriptoribus, quos indicat Wesselingius.

Κροῖσος δὲ πέμπτον γονέος ἁρμαρτάδα ἐξέπλησε] γόνεος nunc restitutum e quibusdam libris, cum alii ferant γενέος, quod sensui refragatur. Nam γονέα *progenitorem* dici docuit Gronovius, et post eum Bellanger., hoc quinque progenitorum numero simul et primum comprehendi, qui gentem duxerit, et extremum, in quo illa desierit. Iam igitur quinque reges e Mermnadarum domo sunt: Gyges, Ardys, Sadyattes, Alyattes, Croesus. Unde Pythiae intelligimus (I, 13) oraculum, vindictam Heraclidis venturam esse ἐς τὸν πέμπτον ἀπόγονον Γύγεω. Nam Gyges erat quintus huius dynastiae progenitor, si a Croeso ultimo retro numeraveris.

De ista vero veterum sententia, qua maiorum poenas saepe a posteris expeti credebant, Ciceronis locum de Nat. Deor. III, 38 apte iam laudavit Larcherus aliumque addidit Bionis philosophi hanc doctrinam irridentis apud Plutarch. de S. N. V. p. 72 ed. Wyttenb. Eandem damnant sacri Iudaeorum codicis libri, Deuteron. 24, 16. Ezech. 18, 20. Haec in praesentia sufficiant; longum enim est, omnes veterum hac de re sententias referre et ab huius editionis consilio alienum.

δόλῳ γυναικηΐῳ ἐπισπόμενος] i. e. „*mulieris dolo obsecutus.*" Male quidam ἐπισπώμενος. Sed veram lectionem tuetur quoque Homeri usus Odyss. III, 215 et Sophocl. Electr. 973. Herodotus ipse I, 103. III, 14. 31. 54. Haec a Wesselingio iam prolata suffi-

„ἔσχε τὴν ἐκείνου τιμὴν οὐδέν οἱ προσήκουσαν.
„προθυμεομένου δὲ Λοξίεω, ὅκως ἂν κατὰ τοὺς
„παῖδας τοὺς Κροίσου γένοιτο τὸ Σαρδίων πάθος,
„καὶ μὴ κατ' αὐτὸν Κροῖσον, οὐκ οἷόν τε ἐγένετο
3 „παραγαγεῖν μοίρας. ὅσον δὲ ἐνέδωκαν αὗται, ἤ-
„νύσατο, καὶ ἐχαρίσατό οἱ. τρία γὰρ ἔτεα ἐπανε-
„βάλετο τὴν Σαρδίων ἅλωσιν· καὶ τοῦτο ἐπιστά-
„σθω Κροῖσος, ὡς ὕστερον τοῖσι ἔτεσι τούτοισι
„ἁλοὺς τῆς πεπρωμένης. δεύτερα δὲ τούτων, καιο-
4 „μένῳ αὐτῷ ἐπήρκεσε. Κατὰ δὲ τὸ μαντήϊον τὸ
„γενόμενον, οὐκ ὀρθῶς Κροῖσος μέμφεται. προη-
„γόρευε γάρ οἱ Λοξίης, ἢν στρατεύηται ἐπὶ Πέρ-
„σας, μεγάλην ἀρχὴν αὐτὸν καταλύσειν, τὸν δὲ
„πρὸς ταῦτα χρῆν, εὖ μέλλοντα βουλεύεσθαι, ἐπει-

---

ciant ad lectionem tuendam et illustrandam.

ὅκως ἂν — γένοιτο] Valet hic particula ὅκως proprie *quo modo*, *ut* (wie), eamque excipit optativus addita particula ἄν, quum scriptor id declarare velit, Loxiam secum reputasse (s. studuisse), *quo modo efficere posset*, *ut haec calamitas* in filios Croesi potius quam in ipsum Croesum *incideret*, s. brevius: *quo modo haec calamitas — incidere posset.* Conf. Matth. §. 531 not. 2 pag. 1087 et supra I, 75.

οὐκ οἷόν τε ἐγένετο παραγαγεῖν μοίρας] i. e. *non illi licuit fata mutare*, *verum quantum illa remiserunt*, *id effecit illique gratificatus est.* παράγειν proprie notat *a recta via abducere*, *alio quo seducere*, indeque *mutare*. Conf. I, 142. Ubi in praepositione παρά, quae verbo addita est, cognoscimus discessionis sive translationis significationem, de qua exempla nonnulla protulit Fischer. ad Weller. III, 6 p. 274 coll. 273.

ὡς ὕστερον τοῖσι ἔτεσι τούτοισι ἁλοὺς τῆς πεπρωμένης] i. e. *sciat Croesus*, *se tribus post annis*, *quam fata destinaverant*, *captum esse.* Unde patet genitivum τῆς πεπρωμένης pertinere ad comparativum ὕστερον. Structuram participii cum particula ὡς, loco verbi finiti et particulae ὅτι, post verba declarandi et sentiendi expediit Matth. §. 569 pag. 1123 seq. — *Λοξίας* Apollinis cognomen, quod ad oraculorum responsa contorta atque ambigua relatum volunt, alii ad obliquum solis cursum. Conf. Macrob. Saturn. I, 17. Eurip. Iphig. Taur. 1013.

τὸν δὲ πρὸς ταῦτα χρῆν, εὖ μέλλοντα βουλεύεσθαι κ. τ. λ.]

„ρεσθαι πέμψαντα, κότερα τὴν ἑωυτοῦ ἢ τὴν Κύ-
5 „ρου λέγοι ἀρχήν. οὐ συλλαβὼν δὲ τὸ ῥηθὲν, οὐδ'
„ἐπανειρόμενος, ἑωυτὸν αἴτιον ἀποφαινέτω.' ᾧ καὶ
„τὸ τελευταῖον χρηστηριαζομένῳ εἶπε τὰ εἶπε Λο-
6 „ξίης περὶ ἡμιόνου· οὐδὲ τοῦτο συνέλαβε. ἦν γὰρ 1
„δὴ ὁ Κῦρος οὗτος ἡμίονος· ἐκ γὰρ δυοῖν οὐκ ὁ- 47
„μοεθνέων ἐγεγόνεε, μητρὸς ἀμείνονος, πατρὸς δὲ
7 „ὑποδεεστέρου. ἡ μὲν γὰρ ἦν Μηδὶς, καὶ Ἀστυά-
„γεος θυγάτηρ τοῦ Μήδων βασιλέος· ὁ δὲ, Πέρ-
„σης τε ἦν, καὶ ἀρχόμενος ὑπ' ἐκείνοισι· καὶ ἔνερ- 5
„θε ἐὼν τοῖσι ἅπασι, δεσποίνῃ τῇ ἑωυτοῦ συνοι-

---

i. e. *cum vero ad* (propter) *haec, si bene consulere sibi voluisset, oportebat denuo mittere sciscitatum.* De χρῆν conf. I, 39 et Matth. §. 505, 2 not. p. 958, ne plura.

εἶπε τὰ εἶπε Λοξίης περὶ ἡμιόνου] Sic II, 49 ποιεῦσι τὰ ποιεῦσι Ἕλληνες, quae ipsa citans Valckenarius scribi tamen h. l. mavult, altero εἶπε omisso: τὰ εἶπε Λοξίης περὶ ἡμιόνου οὐδὲ τοῦτο συνέλαβε, ita ut verba sequentia arcte cum his connectantur, eademque existat orationis structura (οὐδὲ τοῦτο — τὰ εἶπε), quam ad I, 89 in. observavimus. Nec tamen quisquam editorum viro sagacissimo obsecutus est. Unus Matthiae monet, comma rectius poni post ἡμιόνου, quandoquidem τὸ τελευταῖον scriptum esse videatur pro ὃ τελευταῖον. In quo obloquitur Struve Spec. Quaest. Herod. p. 27 ad Valckenarii partes magis inclinans et dativum ᾧ in τῷ saltem refingendum monens. Ex Aldina editores restituerunt συνέλαβε, uti iam scripsit idem Valckenarius, cum in omnibus libris sit συνέβαλε. Nos συνέλαβε itidem dedimus, quod est: *percepit, intellexit;* qua quidem significatione verbum συμβάλλειν, συμβάλλεσθαι (i. e. *coniectare*) minime adhiberi notant viri docti. Conf. supra I, 68 ibiq. laudd. Et quod continuo hic antecedit συλλαβὼν, idem credo hic ad veram, quam nobis dedisse videmur, lectionem ducere poterat. — Ad ipsum loci argumentum conf. I, 55 et quae ibi adscripsimus. Wesselingius h. l. addit Euseb. Praep. Evang. IX, 41 et V, 21. Apulei. Apolog. p. 289.

ὁ Κῦρος οὗτος ἡμίονος] „Doctus vir in the classical Iournal Vol. II p. 588 suspicatur οὗτος ὁ ἡμίονος, ut sit *mulus iste,* quem oraculum significavit" Cr. Mihi tamen articulo haud opus esse videtur.

καὶ ἔνερθε ἐὼν τοῖσι ἅπασι] i. e. *cum inferior esset rebus*

„κεε." Ταῦτα μὲν ἡ Πυθίη ὑπεκρίνατο τοῖσι Λυδοῖσι· οἱ δὲ ἀνήνεικαν ἐς Σάρδις, καὶ ἀπήγγειλαν τῷ Κροίσῳ. ὁ δὲ ἀκούσας, συνέγνω ἑωυτοῦ εἶναι τὴν ἁμαρτάδα, καὶ οὐ τοῦ θεοῦ. Κατὰ μὲν δὴ τὴν Κροίσου τε ἀρχήν, καὶ Ἰωνίης τὴν πρώτην καταστροφήν, ἔσχε οὕτω.

92 Κροίσῳ δὲ ἔστι καὶ ἄλλα ἀναθήματα ἐν τῇ Ἑλλάδι πολλά, καὶ οὐ τὰ εἰρημένα μοῦνα. ἐν μὲν γὰρ Θήβῃσι τῇσι Βοιωτῶν τρίπους χρύσεος, τὸν ἀνέ-

Donaria Croesi multa in variis Graeciae templis. Pantaleon, Croesi frater ex patre. Quam foede Croesus interemerit fratris fautorem.

---

omnibus. De loco invenitur ἔνερθε, adiuncto genitivo, II, 13. IV, 65. De dativo τοῖσι ἅπασι consul. Matth. §. 400, 7 pag. 732 et conf. Herod. I, 1. — Ad ὑπ' ἐκείνοισι conf. I, 94 fin.

Cap. XCII.

ἐν μὲν γὰρ Θήβῃσι τῇσι Βοιωτῶν τρίπους χρύσεος] Locum classicum Athenaei de tripodibus veterum II, 2 p. 37, F seq. iam adscripsit Larcher. Duo tripodum genera antiquitus fuisse ille refert, alterum eorum, in quibus vinum miscuerint, quique ἄπυροι dicantur, alterum eorum, in quibus aquam calefecerint, praesertim eam, quâ ad lavandum uterentur. Ac tripodes omnino pertinent ad suppellectilia veterum, variosque ad usus domesticos adhibebantur. Primitus procul dubio simplicissimi fuerunt specie ac forma, nec aere fusi, sed malleo ducti atque clavis compacti. Tale tripodum genus describitur poetae in Iliad. XVIII, 374 coll. Odyss. IV, 131. Hinc frequentissimi occurrunt in aedibus privatis Graecorum aeque ac templorum in vestibulis atque atriis, illi ex viliori opinor metallo confecti; hi, qui templa ornabant, saepius ex auro conflati dicuntur, ubi tamen non solido auro elaboratos verum auro inductos sive inauratos tripodes intelligi malunt. Delphicum templum tripodibus varii generis maxime fuisse insigne, nemo ignorat; ut inde potissimum tripodum, quotquot per alias Graeciae partes occurrunt, vestigia repetenda esse videantur, cum primitus certe ad Apollinis sacra illi inprimis pertinuerint. Unde non mirum, antiquissimum Apollinis Ismenii templum tripodum donariis ita ornatum fuisse, ut a Pindaro Pythic. XI, 7 thesaurus aureorum tripodum diceretur. Quo etiam, qui hoc loco commemorantur tripodes, referre posse mihi videor. Ac sane tripodibus in donariorum commemoratione nihil frequentius. De quibus copiose exposuit C. O. Müller. in Boettigeri Amalth. I

θηκε τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Ἰσμηνίῳ· ἐν δὲ Ἐφέσῳ, αἵ τε βόες αἱ χρύσεαι, καὶ τῶν κιόνων αἱ πολλαί· ἐν δὲ Προνηΐης τῆς ἐν Δελφοῖσι, ἀσπὶς χρυσέη μεγά-

---

p. 123 seqq. III pag. 23 seqq. — De *Apolline Ismenio* conf. I, 52. V, 59. VIII, 134.

ἐν δὲ Ἐφέσῳ, αἵ τε βόες αἱ χρύσεαι, καὶ τῶν κιόνων αἱ πολλαί] τῶν κιόνων αἱ πολλαὶ noto Graecorum ex usu dicendi, de quo consul. Matth. §. 442 pag. 825. 826. Caeterum ex hoc loco, aliisque adiectis (I, 26. II, 10. 148) haud male id collegit Heyse Quaest. Herodd. I p. 88 Herodotum ipsum Ephesi urbem adiisse ipsumque haec Croesi donaria conspexisse.

ἐν δὲ Προνηΐης τῆς ἐν Δελφοῖσι, ἀσπὶς χρυσέη μεγάλη] ἐν Προνηΐης simili modo dictum, quo supra I, 35 ἐν Κροίσου: „*in aedicula Minervae Pronaeae Delphica.*" Minerva *Προναία* (s. Ionice *Προνηΐη*) Delphis culta a pluribus scriptoribus memoratur eumque titulum inde sortita dicitur quod ipsius aedicula ante Apollinis collocata fuerit templum, *vestibularis* igitur s. *protemplaris* Minerva. Vid. potissimum Wesseling. ad Diodor. Sic. XI, 14. Meurs. Lectt. Att. II, 17. Unde duplicem vulgo statuunt Minervam, alteram *Προναίαν* Delphis cultam, alteram *Πρόνοιαν* Athenis cultam, utramque inter se valde diversam, quippe alterius appellatione e loco ducta (*διὰ τὸ πρὸ τοῦ ναοῦ ἱδρύσθαι*), alterius titulo a prudentia s. consilio desumto, quamvis vel veteres Grammatici utriusque cognominis rationem confudisse nec satis perspectam habuisse videantur. Hinc copiosa et accurata disquisitione Lennepius (ad Phalarid. Epist. pag. 143 seqq. hoc totum pertractavit argumentum, quo doceret, quotquot e veteribus huius aedis Minervae Delphis consecratae meminerint, non *Προναίαν*, sed *Πρόνοιαν* voluisse, omneque istud discrimen de duplici ista Minerva falsum esse. Fuisse utique *Προνοίας Ἀθηνᾶς* aras fanaque cum in aliis civitatibus Graeciae, tum etiam iuxta Apollinem Delphis pulcherrimam et maximam aedem ad ingressum templi, et huius ipsius Minervae meminisse et Herodotum et alios, quotquot excitat Wesselingius l. l. Delphos vero, dum Minervam consecrarent *Πρόνοιαν*, non aliud spectasse quam *prudentiam*, consiliorum factorumque moderatricem, cuius illa tanquam dea esset colenda. Haec paucula ex uberrima viri docti disputatione adscripsi, quae propius ad ipsum Nostrum scriptorem illustrandum faciunt, in quo tamen, si omnino vera ac proba sunt, quae Lennepius disputavit, vix vulgata lectio stare poterit, nisi ipsum Herodotum in Deae nomine lapsum dixeris. Quorum neutrum cum a me impetrare possem, nihil

ϑλη. ταῦτα μὲν καὶ ἔτι ἐς ἐμὲ ἦν περιεόντα· τὰ δ' ἐξαπόλωλε τὰ τῶν ἀναθημάτων. τὰ δ' ἐν Βραγχίδῃσι τῇσι Μιλησίων ἀναθήματα Κροίσῳ, ὡς ἐγὼ

---

alind faciundum putavi, nisi vulgatam lectionem propter librorum auctoritatem (qui enim offerunt: προνηΐοις τοῖσι, vulgatam magis fulcire putandi erunt, quam Προνοίης, quod ab omnibus abest libris) ut relinquerem intactam. Conf. VIII, 37 ibiq. not. et Pausan. X, 8 §. 4, qui eandem rem commemorat.

τὰ δ' ἐξαπόλωλε τὰ τῶν ἀναθημάτων] Articulum τὰ (ante τῶν) cum Schaefero delevit Schweighaeuserus (quem sequitur Gaisford.), addens, tria forsitan verba: τὰ τῶν ἀναθημάτων e glossa in contextum irrepsisse. Quorum neutrum probo, praesertim cum in repetitione articuli vis quaedam inesse videatur atque insigne quoddam perspicuitatis in oratione studium declaretur, quod haud paucis in locutionibus expressum videmus, quae interpretibus haud raro fuerunt offensioni. Atque articulum alterum τὰ, quem omnes libri agnoscunt, his de rationibus bene tuetur Matthiae §. 279 not. 3 pag. 567, vertens: *das andere aber*, nämlich *die Weihgeschenke*. „Alius generis exempla collegit Boissonad. in Notic. et Extraits 1827 Tom. XI part. extrem. p. 22 seq. coll. Creuzeri not. ad Plotin. pag. 516, C.“ *Cr.*

τὰ δ' ἐν Βραγχίδῃσι τῇσι Μιλησίων ἀναθήματα] Articulus τῇσι foeminino genere et hic et infra II, 159 iam veteribus grammaticis disputandi ansam praebuit, voculam τῇσι vel corruptam censentibus, vel foemininum genus pro masculino Ionum ex more usurpari statuentibus. Vid. Philemonem Grammaticum, qui secundo post Christum natum saeculo vixisse perhibetur, apud Porphyrium Quaest. Homericc. cp. 8. Atque negari nequit facile propter I, 46 (ubi est τῆς Μιλησίης ἐς Βραγχίδας) et I, 158 (ubi est τοὺς Βραγχίδας), et hic et II, 159 corrigi posse τῆς Μιλησίης pro τῇσι, ut Βραγχίδῃσι servetur masculino genere, ut I, 158. Sed, ut taceam codices firmiter omnes refragantes, Schweigh. alio modo hanc generis diversitatem in locis Herodoteis explicare studuit. Masculino enim genere uti scriptorem putat, quatenus Branchidae familia fuerint sacerdotum, qui templum et oraculum curaverint (de quibus vid. ad I, 46 dicta). Nec minus recte dici Βραγχίδας foeminino genere, si de loco, qui ex ipsa hac sacerdotum familia nomen duxerit, potissimum fiat sermo. Eam vero *loci* significationem in hoc eodem verbo inesse, monstrari V, 36 coll. VI, 19. Strabon. IX p. 421, C. coll. XIV p. 634, C. XVII, 814, A. Ex his vero

πυνθάνομαι, ἴσα τε σταθμὸν καὶ ὁμοῖα τοῖσι ἐν
3 Δελφοῖσι. τὰ μέν νυν ἔς τε Δελφοὺς καὶ ἐς τοῦ
Ἀμφιάρεω ἀνέθηκε, οἰκήϊά τε ἐόντα, καὶ τῶν πα-
τρῴων χρημάτων ἀπαρχήν· τὰ δὲ ἄλλα ἀναθήματα
ἐξ ἀνδρὸς ἐγένετο οὐσίης ἐχθροῦ, ὅς οἱ, πρὶν ἢ
βασιλεῦσαι, ἀντιστασιώτης κατεστήκεε, συσπεύδων
4 Πανταλέοντι γενέσθαι τὴν Λυδῶν ἀρχήν. ὁ δὲ
Πανταλέων ἦν Ἀλυάττεω μὲν παῖς, Κροίσου δὲ ἀ-
δελφεὸς οὐκ ὁμομήτριος. Κροῖσος μὲν γὰρ ἐκ Κα-
είρης ἦν γυναικὸς Ἀλυάττῃ· Πανταλέων δὲ, ἐξ Ἰά-
5 δος. ἐπεί τε δὲ, δόντος τοῦ πατρὸς, ἐκράτησε τῆς
ἀρχῆς ὁ Κροῖσος, τὸν ἄνθρωπον τὸν ἀντιπρήσσον-
τα ἐπὶ κνάφου ἕλκων διέφθειρε· τὴν δὲ οὐσίην αὐ-

---

nihil certius ad ipsum genus definiendum effici quivis intelliget, qui ipsos hosce scriptores adierit. In articulo postposito perspicuitatis studium facile agnoscas, quod ipsum post imitatus est Pausanias, de quo monuit Siebelis. ad II, 10 §. 4.

συσπεύδων Πανταλέοντι γενέσθαι τὴν Λυδῶν ἀρχήν] i. e.: „*Pantaleonti conciliare studens Lydorum regnum*" *συσπεύδων* mihi videtur esse: „*una cum aliis studens*, s. alios adiuvans factiosos in Croeso deiiciendo eiusque in locum substituendo Pantaleonte." Hunc vero Pantaleontem eum esse autumant, quem Serinus memorat (apud Stobaeum Serm. XLV p. 313) Croesi fratrem, ad regnum participandum ab ipso illo adscitum; quod improbantem Lydium inducit loquentem Serinus. — Verba quae sequuntur: ἐπεί τε δὲ, δ ό ν τ ο ς τ ο ῦ π α τ ρ ὸ ς, ἐκράτησε τῆς ἀρχῆς ὁ Κροῖσος in definienda Croesi aetate eo magis attendenda, quo minus dubium faciunt, quin Alyattes pater cum filio Croeso regnum communicarit, hic igitur, patre adhuc vivo, ad regnum pervenerit. Tu vid. Schultz. in Apparat. etc. pag. 18 et ea, quae supra ad I, 45 notavimus.

ἐπὶ κνάφου ἕλκων] In libris olim editis et scriptis omnibus exstat *κναφηΐου* a *κναφήϊον*, quae *fullonis est officina*, cuius hic nullus certe locus. Unde e lexic. Herodot. et Hesych. correxerunt viri docti *κνάφου* a *κ ν ά φ ο ς*, quo, docentibus ipsis veterum grammaticis, designatur *carduus s. spina*, qua fullones vestimenta radere solent; praeterea *tormenti s. carnificinae genus* clavis aculeisque oppletum ad miseros crudelissime enecandos. Haec Wesse-

τοῦ ἔτι πρότερον κατιρώσας, τότε τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ ἀνέθηκε ἐς τὰ εἴρηται. καὶ περὶ μὲν ἀναθημάτων τοσαῦτα εἰρήσθω.

93 *Ingens Alyattae sepulcrum. Lydiae puellae, meretrices. Palus Gygaea.*

Θώυματα δὲ γῆ Λυδίη ἐς συγγραφὴν οὐ μάλα ἔχει, οἷά τε καὶ ἄλλη χώρη, πάρεξ τοῦ ἐκ τοῦ Τμώλου καταφερομένου ψήγματος. Ἓν δὲ ἔργον πολλὸν μέγιστον παρέχεται, χωρὶς τῶν τε Αἰγυπτίων

---

lingius, ducta potissimum ex iis, quae Hesychius s. v. et Timaeus in Lexic. Platon. p. 160 ed. Ruhnk. tradiderunt.

Cap. XCIII.

Θώυματα δὲ γῆ Λυδίη ἐς συγγραφὴν οὐ μάλα ἔχει κ. τ. λ.] Mavult Schaeferus in Melett. critt. I p. 73 *γῆ ἡ Λυδίη*. — Suspicatur Creuzerus (Fragmm. hist. p. 170), his ipsis verbis Herodotum „notare voluisse *ἀκρισίαν* Xanthi similiumque scriptorum, qui in rebus patriis narrandis fabularum ludibria aucupantes popularium mentes advertere studerent et miranda quaevis ad suam ipsi patriam traherent.“ Quod secus videtur Dahlmanno (Herodot. p. 122), qui haec documento esse ait, Herodoto prorsus incognitos fuisse quatuor Xanthi libros rerum Lydiarum, indeque etiam mirabilia quaeque in Lydiae naturâ, a Xantho enarrata illum fugere debuisse. Quocum tamen illud non congruit, quod Herodotum suis ipsius oculis Lydorum regionem vidisse eamque perlustrasse nonnulla evincunt testimonia, collecta ab Heyse Quaest. Herodot. I p. 89 seq. Qui si ipse terram adierit, melius profecto huius terrae miracula aut alia visu et narratu digna ipse cognoscere poterat, quam ut e Xanthi demum libris ea intelligeret. Sed eam ipsam ob causam certo pronuntiare poterat de huius terrae rebus memorabilibus, de quibus alii forsan tam mira praedixerant in libris historiarum evulgatis. — De Tmolo monte, cuius in seqq. mentio fit, vix monendum. In eo erant Pactoli auriferi fontes. Conf. infra V, 101 ibiq. not. Nunc nomen eius Turcis esse ferunt *Boux-Dag* sive *Tomolitsi*.

Ἓν δὲ ἔργον πολλὸν μέγιστον παρέχεται κ. τ. λ.] Monet Larcherus de Clearchi narratione apud Athenaeum XIII, 4 p. 573, A, Gygem in pellicis cuiusdam valde amatae memoriam extruxisse monumentum tam altum, ut e quavis fere Lydiae parte incolae adspicere potuerint. Hocce monumentum nostro loco Herodoteo quin memoretur, nullum est dubium, praesertim cum prope Gygaeum lacum ruinas quasdam huius monumenti a Chandlero detectas esse legamus; vid. eius Itiner. Asiae

2ἔργων καὶ τῶν Βαβυλωνίων. ἔστι αὐτόθι Ἀλυάτ- 40
τεω τοῦ Κροίσου πατρὸς σῆμα, τοῦ ἡ κρηπὶς μέν
ἐστι λίθων μεγάλων, τὸ δὲ ἄλλο σῆμα, χῶμα γῆς.
ἐξεργάσαντο δέ μιν οἱ ἀγοραῖοι ἄνθρωποι, καὶ οἱ 48
3χειρώνακτες, καὶ αἱ ἐνεργαζόμεναι παιδίσκαι. οὖροι

---

c. 78. Ad formam huius monumenti sepulcralis conicam ut aiunt, nuper attendi iussit Minutoli, Nachträge zu s. Reise pag. 193 not., quippe quae eadem in monumentis septentrionalis Europae reperiatur similisque certe sit pyramidum formae, quarum ipsarum usus fuit ad sepulcra regum. Sed de his sepulcrorum formis tumulisque plura, hoc quoque loco accito, Zoega de Obeliscc. pag. 338. 339.

οἱ ἀγοραῖοι ἄνθρωποι, καὶ οἱ χειρώνακτες] οἱ ἀγοραῖοι ἄνθρωποι *circumforanei* sunt homines, *forenses*, quorum sunt τέχναι ἀγοραῖοι, teste Polluce Onomast. VII §. 6. Inde turba forensis ita dicitur ac vile hominum genus; vid. Herodot. II, 35, 141, ubi κάπηλοι et χειρώνακτες occurrunt prorsus ut hoc loco, itemque substantivum χειρωναξίη II, 167. Pertinent haec vocabula ad opifices eosque inferioris conditionis, qui illiberales exercent artes sellulariasque, qui suis ipsorum manibus opus faciunt vitamque sibi sustentant. Tu conf. Polluc. Onom. I, 50. II, 151 coll. VII, 7. Apud Aeschylum Prometh. vinct. 45 eodem fere sensu χειρωναξία, ubi plura congessit Blomfield. in Glossar. pag. 82 ed. Lips.

καὶ αἱ ἐνεργαζόμεναι παιδίσκαι] Sunt puellae, quae corpore quaestum faciunt, commode (ut utar Valckenarii verbis) ἐνεργαζόμεναι dictae, id est, corpore vel ἐν ἑαυταῖς ἐργαζόμεναι, praesertim cum vocabula ἐργάζεσθαι, ἐργάτις, ἐργασία, ἐργαστήριον vulgo de *opificinis* usurpata, inde quoque ad prostibula ac meretrices eorumque quaestum, opificum ad instar, transferantur, egregie docente eodem Valckenario ad h. l. Nec aliter Herodotum adhibuisse hoc vocabulum manifestum fit ex iis, quae hac occasione dicendi oblata, postmodo de Lydorum filiabus earumque vitae genere dotisque colligendae ratione, idem Noster addit. Atque Heynius (Commentt. societ. Gott. XVI p. 35) hic unice de hominibus ex plebe egenis agi putat, si quidem hoc quaestu puellae dotem sibi quaesierint, ne innuptae vitam agerent. Quare etiam Λυδῶν δῆμον iam per se *plebem egenam* declarare censet. Similem quendam Cypriorum morem laudant apud Iustin. XVIII, 5. Magis tamen huc faciunt, quae ex Clearcho narrantur apud Athenaeum XII, 11 p. 515, F seq.

δὲ, πέντε ἐόντες, ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν ἐπὶ τοῦ σή-
ματος ἄνω· καί σφι γράμματα ἐνεκεκόλαπτο, τὰ
ἕκαστοι ἐξεργάσαντο. καὶ ἐφαίνετο μετρεόμενον τὸ
4 τῶν παιδισκέων ἔργον ἐὸν μέγιστον. Τοῦ γὰρ δὴ
Λυδῶν δήμου αἱ θυγατέρες πορνεύονται πᾶσαι,
συλλέγουσαι σφίσι φερνάς. ἐς ὃ ἂν συνοικήσωσι
5 τοῦτο ποιέουσαι. ἐκδιδόασι δὲ αὐταὶ ἑωυτάς. ἡ μὲν
δὴ περίοδος τοῦ σήματος, εἰσὶ στάδιοι ἕξ, καὶ δύο
6 πλέθρα· τὸ δὲ εὖρός ἐστι πλέθρα τριακαίδεκα. λί-
μνη δὲ ἔχεται τοῦ σήματος μεγάλη, τὴν λέγουσι
Λυδοὶ ἀείναον εἶναι· καλέεται δὲ αὕτη Γυγαίη. τοῦ-
το μὲν δὴ τοιοῦτό ἐστι.

καί σφι γράμματα ἐνεκεκόλαπτο] Notari debet hic locus, qui characterum s. literarum usum sexto ante Christum saeculo (nam Alyattes regnare coepit 616 a. Chr. n.; conf. not. ad I, 45) apud Lydos invaluisse docere videatur. Conf. Heyne ad Iliad. Observv. Tom. VIII pag. 812. De alio Phrygio monumento, quod intra annos 740 — 570 a. Chr. collocant, dicemus in Excursu ad I, 94. Quod si revera literis Graecorum antiquissimis fuit inscriptum, consequens sane est, Herodotum literas in Alyattae sepulcro insculptas intelligere et inscriptionis sensum referre potuisse.

ἐς ὃ ἂν συνοικήσωσι] Pro *συνοικήσουσι* dedimus cum Gaisf. librorum quorundam auctoritate *συνοικήσωσι*, cum linguae leges coniunctivum poscant. Tu vid. Werfer. in Actt. phill. Monacc. I pag. 105. — Ad verba *ἐφαίνετο — ἐὸν* Cr. confert Barker. in the classical Iourn. V pag. 380 ob participii usum.

ἐκδιδόασι δὲ αὐταὶ ἑωυτάς] *ἐκδιδόναι* patris est, qui filiam *elocat*, alii in matrimonium (ex sua ipsius domo) dat, adiecta dote. Conf. Herodot. I, 196. II, 47. 146. Quam dotem cum sibi ipsae colligant filiae, se ipsas quasi elocare dicuntur.

εἰσὶ στάδιοι ἕξ] Propter *περίοδος* ne quis malit *ἐστὶ*; nam saepe verbum adstruitur ei substantivo, quod proximum est. Vid. Matth. §. 305 p. 606. — In seqq. de verbi *ἔχεσθαι* structura cum genitivo idem Matthiae consulendus §. 330 pag. 639. Est nostrum: ein See *stösst* an...

καλέεται δὲ αὕτη Γυγαίη] Stagnum Gygaeum haud procul a Sardibus aberat, appellatumque est serius *Coloe*, unde *Venus Coloena*, cuius templum ad

94 Λυδοὶ δὲ νόμοισι μὲν παραπλησίοισι χρέωνται καὶ Ἕλληνες· χωρὶς ἢ ὅτι τὰ θήλεα τέκνα καταπορνεύουσι. πρῶτοι δὲ ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, νόμισμα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου κοψάμενοι ἐχρήσαντο·

Lydi primi aurum et argentum signarunt: primi cauponas instituerunt: primi ludos omnis generis invenerunt. Lydorum colonia sub Tyrrheno Atyis regis filio ducta in Umbriam.

---

eum fuit lacum. Vidit Chandlerus lacum et ruinas haud procul sitas. *Cr.* laudat Homer. Il. II, 863 ibique Heyn. coll. ad XX, 391. Strab. XIII p. 626, B. 627, B, quo in loco citantur quae apud Herodotum hic leguntur. Conf. eundem XI extr. — *ἀείναος*, qualis locus iste a Lydis praedicatur, Latinorum est *perennis*, ac vulgo de fluviis dicitur, ut infra I, 145 *ποταμὸς ἀένναος* (nam sic libri offerunt), aliisque locis similia. Hinc Ciceroni de re publ. II, 5 Tiberis est *perennis* amnis; ad quem locum plura etiam de Graeco vocabula adscripsit Creuzerus pag. 214. Vocula ipsa, composita ex *ἀεὶ* et *νάω*, Atticis formatur *ἀείνως*; not. Buttmann. Grammatt. maior. p. 250 et Matth. §. 124 p. 247.

Cap. XCIV.

— *χρέωνται καὶ Ἕλληνες*] Non scripsimus *χρέονται*, quo tamen inclinabat animus (cf. I, 34), quoniam nullo modo hic a vulgata recedunt libri. Conf. Matth. §. 11 pag. 51. — Proximum *καὶ atque*, *quam* post vocabula similitudinis satis notum e Viger. p. 522 et Matth. §. 620 pag. 1258. Conf. I, 35. Plura Struve Specim. Quaest. Herod. p. 25 seq.

χωρὶς ἢ ὅτι τὰ θήλεα τέκνα καταπορνεύουσι] *καταπορνεύουσι* (quod perperam verterant: *vitam meretriciam agunt*), nunc rectius reddunt: *vitae meretriciae tradunt*. Sic infra I, 196 atque Thomas Magister p. 376 explicans: *εἰς πορνείαν ἐκδιδόναι*.

πρῶτοι δὲ ἀνθρώπων — νόμισμα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου κοψάμενοι ἐχρήσαντο] Sunt, qui Phidonem Argivorum tyrannum primum monetam Aeginae cudendam curasse statuant, anno 869 a. Chr. n. De quo Phidone ipse Herodotus nonnulla prodit VI, 177, quem tamen veriora hic tradere putant de moneta cudenda a Lydis inventa. Quae enim Plutarchus de numis a Theseo cusis et bovis effigie signatis prodiderit (Vit. Thes. cp. [24] 25 pag. 11) ea ab omni historiarum fide et rei antiquariae ratione prorsus abhorrere censet (notante *Cr.*) Payne-Knight in Prolegg. Homericc. §. LVIII pag. 55 ed. Lips., cum Homericis etiam temporibus, diu post Thesei aetatem, omne numismatis genus Graecis plane incognitum fuerit. Hoc additum velim, cum Herodoto Lydis inventionem monetae cudendae tribuere Xenophanem Colophonium apud Polluc. IX, 6 §. 83 et Eustathium ad Dionys. Pe-

2 πρῶτοι δὲ καὶ κάπηλοι ἐγένοντο. Φασὶ δὲ αὐτοὶ
Λυδοὶ, καὶ τὰς παιγνίας τὰς νῦν σφίσι τε καὶ Ἕλ- 60
3 λησι κατεστεώσας, ἑωυτῶν ἐξεύρημα γενέσθαι. ἅμα
δὲ ταύτας τε ἐξευρεθῆναι παρὰ σφίσι λέγουσι, καὶ
Τυρσηνίην ἀποικίσαι· ὧδε περὶ αὐτῶν λέγοντες.

---

rieget. vs. 840. Nec abhorret a re ipsa; quatenus Lydorum gentem et mercaturae et omnibus iis, quae ad vitam cultiorem adeoque molliorem pertinent, valde deditam fuisse plura evincunt testimonia, collata ab Heerenio in libro cui titulus: Ideen etc. I, 1 pag. 155. Hinc etiam, ut adscripsit Cr., Herodotum iure sequitur Boeckh. in libro de Oeconomia Atheniens. I pag. 22, illud quoque monens, quam egens auri fuerit Graecia eo tempore, quo Croesus iam stateres aureos cudi iussit, per Graeciam ipsam dein sparsos.

πρῶτοι δὲ καὶ κάπηλοι ἐγένοντο] Ad significationem verborum καπηλεύειν et κάπηλος insignis Nostri locus est III, 89, ubi conf. Wesseling. Namque κάπηλοι apud Graecos plerumque minus honestâ appellatione et opificio dicuntur non caupones tantum, sed omnis generis propolae, qui in foro et tabernis res ab aliis plerumque prius emtas vendunt et quaestum hinc faciunt. Et eo potissimum differunt ab aliis mercatorum generibus, v. c. ἐμπόροις, quod merces vendendas ipsi ab aliis mercatoribus emtas habent, institores itaque dicendi et cociones. Tu vid. potissimum binos Platonis locos maxime insignes hanc in rem: Sophist. p. 223, D. De re publ. II, 12 pag. 371, D, ad quem locum nunc video plurima congesta esse ab Astio p. 419, in quibus potissimum consuli velim Perizonium ad Aelian. V. H. XI, 9. „Add. Toup. Emendd. in Suid. II p. 204 coll. Cur. noviss. in Suid. p. 295." Cr.

φασὶ δὲ αὐτοὶ Λυδοὶ, καὶ τὰς παιγνίας τὰς νῦν σφίσι τε καὶ Ἕλλησι κ. τ. λ.] παιγνία i. e. *lusus;* „vox rarior, qua inde usus est ad Plutarchi locum tuendum Wyttenbach. in Animadverss. ad Morall. p. 30, E pag. 265." Cr.

καὶ Τυρσηνίην ἀποικίσαι] ἀποικίζειν est: *coloniam ducere in aliquam terram;* de quo satis egit Sturz. in Lexic. Xenophont. I p. 336. Schweighaeus. in Polyb. Lexic. p. 75. Multum differt ἐποικίζειν, quod est *venire aliunde habitatum apud veteres cives ac possessores alicuius regionis vel urbis.* Plura de horum vocabulorum discrimine admonuerunt Wyttenbach. ad Plutarch. Morall. p. 244, E (T. III p. 6) et Tafelius in Dilucidd. Pindaricc. I p. 20 seqq. ad Pind. Olymp. I, 38.

ἐπὶ Ἄτυος τοῦ Μάνεω βασιλέος σιτοδηΐην ἰσχυρὴν
ἀνὰ τὴν Λυδίην πᾶσαν γενέσθαι· καὶ τοὺς Λυδοὺς
τέως μὲν διάγειν λιπαρέοντας· μετὰ δὲ, ὡς οὐ
παύεσθαι, ἄκεα δίζησθαι· ἄλλον δὲ ἄλλο ἐπιμηχα-
4 νᾶσθαι αὐτῶν. ἐξευρεθῆναι δὴ ὦν τότε καὶ τῶν
κύβων καὶ τῶν ἀστραγάλων, καὶ τῆς σφαίρης, καὶ

ἐπὶ Ἄτυος τοῦ Μάνεω βασιλέος σιτοδηΐην ἰσχυρὴν — γενέσθαι] De *Atye* rege iam supra ad I, 7 nonnulla dicta sunt. Hoc loco dissensum notamus Nostri scriptoris, qui IV, 45 Manis filium vocat *Cotyn*, non *Atyn* ut hoc loco. Qua de re dicere longum est. Quod enim in altero Herodoti loco lectionem mutandam censent, refragatur librorum manu scriptorum consensus, refragantur alia testimonia a Valckenario prolata, quibus idem ille a mutatione se avocari passus est. Vid. infra quoque VII, 74 et Dionys. Halicarnass. Antiqq. Romm. I, 27. Nec quidquam mutare placuit Wesselingio (in not. ad IV, 45), qui utrumque Herodoti locum ita conciliari posse statuit, ut praeter Atyn etiam Cotyn, Manis filium, ab Herodoto intelligi dicamus. Quae utrum rem dirimant nec ne, equidem non valeo asserere. Nec Creuzerum fecisse video in fragmm. historr. pag. 152—154. Nomen *Manis* infra recurrit IV, 45 et frequens servorum Phrygiorum apud Graecos cognomen est, de quo Menag. ad Diogen. Laert. V, 55, a Cr. citatus. — *βασιλέος* e duobus libris scripsimus cum Schweigh. et Gaisfordio, ut paulo infra eodem capite *βασιλέα* pro vulgg. *βασιλῆος* et *βασιλῆα*. Ita enim Herodotum scripsisse iure quodam negare videtur Schweigh. Conf. supra I, 1 et 120. — *σιτοδηΐην*, quod statim sequitur, itidem cum recentt. retinui (pro *σιτοδείην*, in quo libri consentiunt). Idem supra I, 22, libris aeque variantibus. Atque ex Matthiae canone, quem edixit ad II, 87, idem erit retinendum, cum non ab adiectivo in *ῆς* desinente et genitivi formam *εος* exhibente derivetur, cuius generis omnia scilicet per *ειη* forent proferenda substantiva. Ad vocis significationem apte monet Valckenarius, a Dionysio l. l. exponi *ἀφορίαν καρπῶν*. Latine vertunt: *annonae caritatem, difficultatem.*

ἄκεα δίζησθαι] Vulgo *δίζεσθαι*; bini tantum libri *δίζησθαι*, quod ut verum iam Wesselingius restituerat, magis Ionum hoc esse affirmans. Conf. quoque Matth. §. 230 pag. 447. Nec valde differt *διζῶ*, quod pro *δίζω* dedimus supra I, 65.

ἐξευρεθῆναι δὴ ὦν τότε καὶ τῶν κύβων καὶ τῶν ἀστραγάλων] Indicantur cubi et tali,

τῶν ἀλλέων πασέων παιγνιέων τὰ εἴδεα, πλὴν πεσ-
σῶν. τούτων γὰρ ὦν τὴν ἐξεύρεσιν οὐκ οἰκηϊοῦν- 49
5ται Λυδοί. ποιέειν δὲ ὧδε, πρὸς τὸν λιμὸν ἐξευ- 71
ρόντας· τὴν μὲν ἑτέρην τῶν ἡμερέων παίζειν πᾶ-
σαν, ἵνα δὴ μὴ ζητέοιεν σιτία· τὴν δὲ ἑτέρην σι-
τέεσθαι, παυομένους τῶν παιγνιέων. τοιούτῳ τρό-
6πῳ διάγειν ἐπ' ἔτεα δυῶν δέοντα εἴκοσι. ἐπεί τε δὲ

---

quibus ad ludendum utebantur veteres. Quorum inventionem Lydis cum tribuat Herodotus, Athenaei in vituperationem incurrit, I, 15 pag. 19, A, quia isti ludi multo fuerint antiquiores, quippe belli Troiani tempore iam usitati. Neque negandum, inveniri iam apud Homerum pilae et talorum lusum (conf. Odyss. VI, 100. VIII, 372. Il. XXIII, 88), sed κύβων mentionem frustra quaeras apud eundem, ut nihil certe impediat, posteriori tempori eorum inventionem adscribere. Vid. Hemsterhus. ad Polluc. IX, 97. Quod ad pilarum ludum attinet, eius inventionem Nausicaae tribuerat Arogallis, grammaticus Corcyraeus. Vid. Suid. s. v.

πλὴν πεσσῶν] πεσσοὶ sunt *calculi*, ψῆφοι, qui non iaciuntur, ut tali, sed digeruntur in lineis ac disponuntur, deinde moventur. Neque igitur vernacule reddendum Würfelspiel (id quod talis fit), sed *Brettspiel*. Eius autem ludi inventionem vulgo Palamedi adscribunt; quâ de re omnia fere collegit Hemsterhusius l. l. „De voce πεττοί eiusque significatione potissimum conferendus Timaeus in Lexic. Platon. s. v. et eiusdem doctissimus interpres pag. 217.“ Cr.

οὐκ οἰκηϊοῦνται Λυδοί] Supra I, 4: οἰκειεῦνται, cum apud Iones in verbis, quae in οω exeunt, saepius inveniatur ευ, ubi vulgo ου ex οε s. οο contractum invenimus. Conf. Matth. §. 51 pag. 119, qui quod hoc loco legitur coll. IV, 148, ad formas verbi in εω referri posse suspicatur, quamvis nulla rerum ipsarum vestigia occurrant.

ποιέειν δὲ ὧδε — ἐξευρόντας] ὧδε loco pronominis demonstrativi positum videtur; quod idem in Pausania (I, 21 §. 6) notavit Siebelis., huius loci non immemor.

διάγειν ἐπ' ἔτεα δυῶν δέοντα εἴκοσι] δυῶν (in quo tamen libros secuti omisimus iota subscriptum vulgo additum) Ionum est pro δυοῖν, ut supra I, 14 aliisque locis, quos indicat Matthiae §. 138 pag. 262, qui idem §. 141 pag. 265 de numerandi ratione, qua et hoc et aliis locis Noster utitur, disseruit. Nam *duodeviginti* annorum numerum Herodoto indicari liquet. Ac denique eun-

οὐκ ἀνιέναι τὸ κακὸν, ἀλλ' ἐπὶ μᾶλλον ἔτι βιάζε-
σθαι, οὕτω δὴ τὸν βασιλέα αὐτῶν, δύο μοίρας διε-
λόντα Λυδῶν πάντων, κληρῶσαι, τὴν μὲν ἐπὶ μο-
7 νῇ, τὴν δὲ ἐπὶ ἐξόδῳ ἐκ τῆς χώρης. καὶ ἐπὶ μὲν
τῇ μένειν αὐτοῦ λαγχανούσῃ τῶν μοιρέων ἑωυτὸν
τὸν βασιλέα προστάσσειν· ἐπὶ δὲ τῇ ἀπαλλασσομέ-
νῃ, τὸν ἑωυτοῦ παῖδα, τῷ οὔνομα εἶναι Τυρσηνόν.
8 λαχόντας δὲ αὐτῶν τοὺς ἑτέρους ἐξιέναι ἐκ τῆς χώ-
ρης, καταβῆναι ἐς Σμύρνην, καὶ μηχανήσασθαι
πλοῖα, ἐς τὰ ἐσθεμένους τὰ πάντα ὅσα σφι ἦν χρη-
στὰ ἐπίπλοα, ἀποπλέειν κατὰ βίον τε καὶ γῆς ζή-
τησιν· ἐς ὅ, ἔθνεα πολλὰ παραμειψαμένους, ἀπι-
κέσθαι ἐς Ὀμβρικούς· ἔνθα σφέας ἐνιδρύσασθαι
9 πόλιας, καὶ οἰκέειν τὸ μέχρι τοῦδε. ἀντὶ δὲ Λυδῶν

---

dem Matthiae §. 419 pag. 767 consuli volumus ad verba sequentia: *δύο μοίρας διελόντα Λυδῶν*, ubi accusativi rationem post dividendi verba explicuit. Eodem iure dixisses: *εἰς δύο μοίρας διελόντα Λυδοὺς πάντας*. Quae sequuntur apud Herodotum, citantur a Dionys. Halicarn. I p. 21.

ἀλλ' ἐπὶ μᾶλλον ἔτι βιάζεσθαι] Monet Werferus in Actt. phill. Monacc. I, 2 p. 238, ne quis *ἐπὶ* ad verbum *βιάζεσθαι* referat, tmesi ab isto seiunctum. Pertinere enim docet *ἐπὶ* ad *μᾶλλον*, ut plura alia monstrant exempla, ac similis dicendi formula *ἐπὶ πλέον*.

καταβῆναι ἐς Σμύρνην] Molestum *καὶ* ante *καταβῆναι* cum recentt. e Schellershem. libro omisimus.

ὅσα σφι ἦν χρηστὰ ἐπίπλοα] Citat haec Pollux Onomast. X, 10. — *Ἐπίπλοα* s. *ἔπιπλα*, *suppellectilia*, *mobilia*, aliquoties apud Herodotum I, 150. 164 etc. Vid. Lexica et conf. inprimis Gregor. Corinth. de dialect. p. 516 seq. ed. Schaef. ibiq. annot. Dicuntur *χρηστὰ* i. e. *χρήσιμα* (quod etiam ex interpretamento unus liber dat III, 78) *utilia*, *ad vitae usum commoda*; quae, notante Schweighaeusero ad Athen. III p. 114, D, sequiore Graecitatis aevo *χρηστήρια* appellata sunt.

ἀπικέσθαι ἐς Ὀμβρικούς] *Umbros* dicit, quippe quos ante Etruscorum potentiam magnam Etruriae partem tenuisse constat. Hinc Lydi profecti, ad Umbrorum terram i. e. ad *Etruriam* appellere dicuntur. Vid. C. O. Müller (Etrusc.) I p. 102.

μετονομασθῆναι αὐτοὺς ἐπὶ τοῦ βασιλέος τοῦ παιδὸς, ὅς σφεας ἀνήγαγε· ἐπὶ τούτου τὴν ἐπωνυμίην ποιευμένους, ὀνομασθῆναι Τυρσηνούς. Λυδοὶ μὲν δὴ ὑπὸ Πέρσῃσι δεδούλωντο.

95

De Cyro Persas varie tradere. Imperium Asiae penes Assyrios inde ab a. 1221 ad 711, quo tempore ab iis Medi et gentes aliae defecerunt.

Ἐπιδίζηται δὲ δὴ τὸ ἐνθεῦτεν ἡμῖν ὁ λόγος τόν τε Κῦρον, ὅστις ἐὼν τὴν Κροίσου ἀρχὴν κατεῖλε· 2 καὶ τοὺς Πέρσας, ὅτεῳ τρόπῳ ἡγήσαντο τῆς Ἀσίης. Ὡς ὦν Περσέων μετεξέτεροι λέγουσι, οἱ μὴ βουλόμενοι σεμνοῦν τὰ περὶ Κῦρον, ἀλλὰ τὸν ἐόν-

---

ἐπὶ τούτου τὴν ἐπωνυμίην ποιευμένους] ἐπὶ cum genitivo verbis appellandi adiectum, ubi est: *ex*, *ab*; observat Matth. §. 584 pag. 1162. De ἐπωνυμίῃ conf. I, 14. — Paulo post cum plurimis libris scripsimus δεδούλωντο abiecta augmenti reduplicatione, cum vulgo ederetur ἐδεδούλωντο. Plura omissi in plusquamperfecto augmenti exempla e Nostro suppeditat Werfer. in Actt. philoll. Monacc. I, 2 pag. 240; alia aliorum scriptorum ipse indicavi ad Plutarch. Flamin. p. 129. In verbis adiectis ὑπὸ Πέρσῃσι ne offendas, neve ὑπὸ Περσέων corrigendum censeas, quemadmodum apud poetas genitivi loco dativum post ὑπὸ substitutum videmus, notante Matth. §. 395 not. pag. 723; malim hic dativi usum explicare secundum locutiones: ὑπό τινι εἶναι (*in alicuius potestate esse, obsequi*), ὑφ' ἑαυτῷ ποιεῖσθαι (*sibi subigere*, *in suam ditionem redigere*) etc., ubi ὑπὸ suam quasi ac propriam vim retinet. Conf. Matth. l. l. et pag. 1186 §. 593. Refero huc quoque quod I, 91 in fine legitur: ἀρχόμενος ὑπ' ἐκείνοισι. Add. Siebelis. ad Pausan. IX, 18 §. 1.

— ὀνομασθῆναι Τυρσηνούς] Haud nostrum est varia recensere et veterum et recentiorum commenta de vi ac notione primitiva huius vocis; unum tamen praeterire nolumus, nuper admodum prolatum a C. O. Müllero (Etruscc. I p. 79. 80) nec sine magna veri specie. Ut enim vix tantum dissentiunt Herodotus atque Xanthus (quorum ille Tyrsenum vocat regis filium gentisque auctorem, hic Torrhebum), qui bene conciliari possint, ita vocem primitivam C. O. Müllerus existimat esse Τύῤῥαν, qua urbs Lydiae ad Caystrum sita designetur, unde omnem Lydiae tractum meridionalem *Torrhebiam* dixerint. Nam *Tyrrham* et *Torrham* eodem redire vix dubium.

Cap. XCV.

ἀλλὰ τὸν ἐόντα λέγειν λό-

τα λέγειν λόγον, κατὰ ταῦτα γράψω· ἐπιστάμενος περὶ Κύρου καὶ τριφασίας ἄλλας λόγων ὁδοὺς φῆ-

---

γον] i. e. *dicere*, *id quod res est*, *quod verum est*. Conf. I, 30. 116 coll. I, 97. VII, 209. — Paulo ante servavi Ionicum ἐπιδίζηται loco vulgatae ἐπιδίζεται.

ἐπιστάμενος περὶ Κύρου καὶ τριφασίας ἄλλας λόγων ὁδοὺς φῆναι] Ad locutionem conf. II, 20: ἔλεξαν περὶ τοῦ ὕδατος τούτου τριφασίας ὁδούς. De argumento monui ad Ctesiae Excerptt. Persicc. §. 2 pag. 84 seqq. Ac neminem fugit, quantopere haec Nostri scriptoris narratio discrepet a Xenophonteâ, qualis traditur in Cyropaedia; quo in libro etsi nonnulla insunt, quae vera esse vix negari poterit, alia tamen multa addita invenimus, quae ad historiam minus pertinere manifestum est, sed ad finem, quem auctor hoc libro sibi proposuerat, bene accommodata. Alia leguntur apud Aeschylum poetam in Perss. 767 seqq. Quorum quae vera sint, quae ficta a poeta, vixdum discernere licet. Ex orientalibus scriptoribus quae eruta sunt, talia sunt, quae ad veram historiam parum conferre queant. In Graecis igitur scriptoribus nos continebimus, inter quos praecipue nos advertet Ctesias, qui aliam prorsus viam ingressus, nullam plane Cyro eum Astyage scribit fuisse affinitatem; cuius scriptoris testimonium eo gravius videri debet, quo regiis Persarum e membranis illum historiam suam contexuisse accepimus, nec minus constat, singulos Herodoti errores illum sibi refutandos sumsisse. Neque omnino Herodoti narratio de Cyri originibus, educatione, iuventute, reliquis, nobis satisfacere poterat, quippe in qua nonnulla Graeciam redolere et ad Graecorum fabulas efficta viderentur, ut eatenus illius narrationis fides valde sit dubia. Conf. Dahlmann. Herodot. pag. 142 seq. At qui apud orientales nationes eum, qui regnum quoddam regiamve dignitatem sibi acquirat, haud raro videmus nomen quasi ac titulum eius regis eiusve stirpis, quae ab ipso regia sit privatus dignitate, assumere, ipsamque affinitatem cum illa contrahere, matrimonio inito. Hoc enim modo imperium ipsi fit magis firmatum et ab omni subditarum gentium seditione tutum, quae quando regem eiusdem fere stirpis deoque familiae ad solium evectum audiant, seditiones haud movent iugumque impositum haud aegre ferunt. Itaque Medis in Persarum ditionem redactis solatio esse poterat, quod Cyrum, novum regem, priori cum stirpe regia mirum in modum coniunctum ipsiusque Astyagis nepotem esse audirent. Quae cum ita sint, eam viris doctis olim proposui coniecturam, ut Cyrum re vèra minime

3 ναι. Ἀσσυρίων ἀρχόντων τῆς ἄνω Ἀσίης ἐπ' ἔτεα εἴκοσι καὶ πεντακόσια, πρῶτοι ἀπ' αὐτῶν Μῆδοι

---

cum Astyage coniunctum stirpeve regia ortum statuerem, sed pro satrapa aut regulo illum haberem, qui, Persarum (quae gens Medis tum erat subiecta) dux, seditione mota in summi regis Medorum locum evectus fuerit, Medique regis omnem potestatem, insignia, alia, assumserit, et, quo melius ipse iure quodam legitimo aut hereditario regiam potestatem exercere videretur, Medorum regis filiam in matrimonium duxerit. Nec repugno, si quis Cyrum dixerit satellitibus regiis praefectum, qui rege sublato ipse in eius locum successerit; quale multis post annis in Arabum regno a Turcis factum esse accepimus. Persae igitur multo antea idem fecisse putandi erunt, quod post fecerunt Turcae. Atque iam ante seditionem adversus Astyagem motam Cyrum Persis (qui Medorum imperio paruerint) imperasse statuit Graff. in Programmate scholast. quod prodiit Wetzlar. 1828. Quae omnia eo fere redeunt, ut regnum Medorum atque Persarum revera unum idemque esse commonstrent, in quà mutatà dynastiâ aliam modo gentem principatum obtinuisse videmus. Quod cum egregie docuisset Schlosserus in Universalgesch. I, 1 pag. 243 seq. minime illi contradicere debebat vir quidam doctus in Hermes XXXI, 1 pag. 99 seq. Neque enim quidquam iis efficitur locis, quos in suam sententiam attulit.

Ἀσσυρίων ἀρχόντων τῆς ἄνω Ἀσίης ἐπ' ἔτεα εἴκοσι καὶ πεντακόσια] Dici vix potest, quantas turbas hic locus iis excitaverit, qui regnorum Asiae antiquissimorum tempora accuratius definire conati sunt. Multum enim ab eo numero, quem Assyriorum regno Noster adscribit, ille differt, quem a Ctesiâ proditum plures deinceps repetierunt, Assyrios scilicet Asiae imperasse per *mille trecentos sexaginta annos*. Conf. Diodor. Sicul. II, 28 fin. Vario modo haec cum Herodoteis aliquo modo conciliare temporumque ordinem stabilire studuerunt viri docti, quorum sententias, hoc loco non repetendas, recensui in nott. ad Ctesiae fragmm. pag. 419—424. Quorum plerique, si eos exceperis, qui a Ctesia annorum numerum consulto auctum esse velint, Herodotum de eo tempore tantum, per quod Assyrium regnum praecipue floruerit, loqui existimant vel potius de eo tempore, per quod *superior* Asia (ἡ ἄνω) in Assyriorum ditione fuerit (quam sententiam etiam tuetur Graff. l. l. pag. 6), vel de eo tempore, quod ad recens modo Assyriorum regnum pertineat, cum Ctesiae anni ad vetus Assyriorum regnum sint referendi. Sed haec et alia eiusmodi, quae silentio praeter-

ἤρξαντο ἀπίστασθαι· καὶ κως οὗτοι περὶ τῆς ἐλευ-
θερίης μαχεσάμενοι τοῖσι Ἀσσυρίοισι, ἐγένοντο ἄν- 1
δρες ἀγαθοί· καὶ ἀπωσάμενοι τὴν δουλοσύνην, ἠ-
4 λευθερώθησαν. μετὰ δὲ τούτους, καὶ τὰ ἄλλα
ἔθνεα ἐποίεε τὠυτὸ τοῖσι Μήδοισι. Ἐόντων δὲ αὐ-
τονόμων πάντων ἀνὰ τὴν ἤπειρον, ὧδε αὖτις ἐς
96 τυραννίδας περιῆλθον. Ἀνὴρ ἐν τοῖσι Μήδοισι ἐγέ- 5
νετο σοφός, τῷ οὔνομα ἦν Δηϊόκης, παῖς δὲ ἦν
Φραόρτεω. οὗτος ὁ Δηϊόκης, ἐρασθεὶς τυραννίδος,

Deioces imperium apud Medos affectans, iustitiae laudi studuit.

---

mittere praestat, talia sunt, quibus quo minus assentiaris, alia obstant haud minora, ut pluribus illic exposui. Quare haud scio an operam perdant, qui talia secum in concordiam redigere velint, de quibus certi quid erui posse despero. Binae enim iam antiquitus exstitisse videntur diversae narrandi et computandi rationes, quarum alteram, ab ipsis Assyriis ac Persis relatam Ctesias fuerit secutus et quotquot alii scriptores se ad hunc applicuerint; alteram a Babyloniis traditam et cum Graecis communicatam Herodotus exceperit et qui post, Alexandri magni aetate, de his scripserint. Inde explico Berosi annos 526 enumerantis cum Herodoto consensum proboque Niebuhrii rationes, quibus Herodotum narrationem suam de his Babylone accepisse statuat (vid. Annall. societ. reg. Berolinens. an. 1820. 1821 pag. 48). Sed eum ipsum dissensum qui componere possit, vix unquam repertum iri persuasum habeo. Neque quidquam ad ea illustranda ex orientalibus scriptoribus lucrabimur, qui quam negligenter in temporum rationibus indicandis annisque singulis accurate constituendis ac numerandis versentur, nemo fere nescit.

ἐς τυραννίδας περιῆλθον] περιέρχεσθαι de regno, quod in alium transit aliamve devolvitur in stirpem; conf. I, 7. 120 ibiq. nott. Ad κατοικημένων in seqq. conf. I, 27 fin.

Cap. XCVI.

οὗτος ὁ Δηϊόκης] Mirum profecto est, quod verba quae sequuntur usque ad cap. C fin. in Sancrofti libro aliisque non nisi paucis contracta leguntur. — *Deiocem* alii Arphaxadrum, cuius in Iudith cap. 1 mentio fit, esse dicunt, alii *Phraortem*; vid. Wesseling. ad h. l. et inprimis Beck. Allgem. Weltgesch. I p. 636 seq., qui varias virr. doctt. collegit sententias. Nuper admodum Hammerus eum esse dixit Deiocem, qui in Persarum carminibus celebretur

2 ἐποίεε τοιάδε. Κατοικημένων τῶν Μήδων κατὰ κώμας, ἐν τῇ ἑωυτοῦ ἐὼν καὶ πρότερον δόκιμος, καὶ μᾶλλόν τι καὶ προθυμότερον δικαιοσύνην ἐπιθέμενος ἤσκεε· καὶ ταῦτα μέντοι, ἐούσης ἀνομίης πολλῆς ἀνὰ πᾶσαν τὴν Μηδικὴν, ἐποίεε, ἐπιστάμενος ὅτι τῷ δικαίῳ τὸ ἄδικον πολέμιόν ἐστι. οἱ δ' ἐκ τῆς αὐτῆς κώμης Μῆδοι, ὁρῶντες αὐτοῦ τοὺς τρόπους, δικαστήν μιν ἑωυτῶν αἱρέοντο. ὁ δὲ δὴ, 50
3 οἷα μνεώμενος ἀρχὴν, ἰθύς τε καὶ δίκαιος ἦν. ποιέων τε ταῦτα, ἔπαινον εἶχε οὐκ ὀλίγον πρὸς τῶν πολιτέων, οὕτω ὥστε πυνθανόμενοι οἱ ἐν τῇσι ἄλλῃσι κώμῃσι ὡς Δηϊόκης εἴη ἀνὴρ μοῦνος κατὰ τὸ ὀρθὸν δικάζων, πρότερον περιπίπτοντες ἀδίκοισι γνώμῃσι, τότε ἐπεί τε ἤκουσαν, ἄσμενοι ἐφοίτεον παρὰ τὸν Δηϊόκεα καὶ αὐτοὶ δικασόμενοι· τέλος δὲ,

---

Dschemschid (Annall. Vienn. IX p. 10 seqq. 13 nott.). De quo equidem nihil decernam.

δικαιοσύνην ἐπιθέμενος ἤσκεε] Ad ἐπιθέμενος mente supplendum δικαιοσύνῃ, cum, quod adest δικαιοσύνην, ad ἤσκεε pertineat. Est enim ἐπιτίθεσθαί τινι *operam dare alicui, aggredi aliquid*, ubi accusativum vel reflexivi pronominis vel nominis νοῦς vel alius cuiuslibet nominis cogitando addere possis. Sic, ut alia taceam, supra I, 1. III, 76. Hinc accuratius vertenti erit: „*iustitiam, cui valde operam dedit, exercebat.*“

ἐπιστάμενος ὅτι τῷ δικαίῳ τὸ ἄδικον πολέμιόν ἐστι] Sententiam trivialem ac nimis vulgarem habent. Inde Fonteinius, probante Larchero, legi vult ὅτι τῇ ἀδικίῃ τὸ ἀδικεόμενον πολέμιόν ἐστι, simili laudata Euripidis sententia in Phoeniss. 541. Nec vero libri suffragantur, nec ipsa ratio suadet, ut ea mutemus, quae quin minus bene de Deiocis consilio dici queant, nullam iustam equidem perspicio causam. Nec longius disputem, utrum Herodotus, quae Fonteinii est sententia, reapse in mente habuerit Solonis illud τὸ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ; apud Plut. Vit. Sol. 85, D. — In seqq. μνεώμενος (a μνᾶσθαι) eodem modo effictum, quo χρεώμενος, alia huius generis. Male libri quidem μνώμενος, formâ vulgari. Leguntur, quae proxime antecedunt, ap. Plutarch. de nobil. T. IV p. 190 Analectt. Wolf.

καὶ αὐτοὶ δικασόμενοι]

97 οὐδενὶ ἄλλῳ ἐπετράποντο. *Πλεῦνος δὲ αἰεὶ γινομένου τοῦ ἐπιφοιτέοντος*, οἷα πυνθανομένων τὰς δίκας ἀποβαίνειν κατὰ τὸ ἐὸν, γνοὺς ὁ Δηϊόκης ἐς ἑωυτὸν πᾶν ἀνακείμενον, οὔτε κατίζειν ἔτι ἤθελε *ἔνθα περ πρότερον προκατίζων ἐδίκαζε*, οὔτ' ἔφη [2]δικᾶν ἔτι. οὐ γάρ οἱ λυσιτελέειν, τῶν ἑωυτοῦ ἐξη[3]μεληκότα, τοῖσι πέλας δι' ἡμέρης δικάζειν. ἐούσης ὦν ἁρπαγῆς καὶ ἀνομίης ἔτι πολλῷ μᾶλλον ἀνὰ τὰς κώμας ἢ πρότερον ἦν, συνελέχθησαν οἱ Μῆδοι ἐς τὠυτὸ, *καὶ ἐδίδοσαν σφίσι λόγον*, λέγοντες περὶ τῶν κατηκόντων. ὡς δ' ἐγὼ δοκέω, μάλιστα ἔλε- Medi consultant de statu rerum communium.

Vix necesse erit monere de diversa significatione verbi activi δικάζειν (*ius dicere*, *iudicem agere*) et medii δικάζεσθαι, quod *eius est*, *qui facit sibi ius dici*, *qui iuri dicundo se praebet*, s. *iudicio cum aliquo disceptat*. Conf. si tanti est, Küsterum de verbb. medd. sect. II §. 7 p. m. 122.

Cap. XCVII.

Πλεῦνος δὲ αἰεὶ — τοῦ ἐπιφοιτέοντος] Participiorum et adiectivorum usum in neutro singularis pro plurali, ubi totum quiddam indicatur, ex hoc loco multisque aliis commonstrat Matth. §. 445, 5 p. 832. Hinc, sensum si respicias, idem valet atque: πλεύνων γιγνομένων τῶν ἐπιφοιτεόντων, genere masculino.

ἔνθα περ πρότερον προκατίζων ἐδίκαζε] Admonet Wesselingius verbi προκατίζων; quippe de iudicibus sive illi reges sive privati fuerint, hoc solemne. Sic I, 14. V, 26. — In seqq. δικᾶν est futuri infinitivus (pro δικάσειν), forma utique rariori in verbis, quae desinunt in αζω. Vid. Buttmann. Gramm. mai. p. 402 coll. 404. Matth. §. 181, 2, a pag. 323 Bekkeri Anecdd. Gr. I pag. 90, 15. δι' ἡμέρης est: *per totum diem*. Conf. II, 174 ibiq. Wesseling. qui h. l. citat vertens: „*totum diem dirimendis litibus impendere.*" Alia qui quaerat, conf. Matth. p. 1149 (§. 580) not. n.

καὶ ἐδίδοσαν σφίσι λόγον] i. e. *deliberarunt inter se verba facientes de praesenti rerum statu* s. *de iis*, *quae ipsis nunc facienda essent*. Formulam διδόναι λόγον ἑαυτῷ (*rationem sibi reddere*, *secum reputare*, *deliberare*) maxime frequentem Nostro esse monstrant exempla a Schwgh. collecta in Lexic. Herodot. II p. 77. Confer. potissimum I, 33. 209. III, 45. 68. 76. 138.

γον οἱ τοῦ Δηϊόκεω φίλοι· „Οὐ γὰρ δὴ, τρόπῳ „τῷ παρεόντι χρεώμενοι, δυνατοί εἰμεν οἰκέειν τὴν „χώρην· φέρε, στήσωμεν ἡμέων αὐτῶν βασιλέα· „καὶ οὕτω ἥ τε χώρη εὐνομήσεται, καὶ αὐτοὶ πρὸς „ἔργα τρεψόμεθα, οὐδὲ ὑπ᾽ ἀνομίης ἀνάστατοι ἐσό„μεθα.“ Ταῦτά κη λέγοντες, πείθουσι ἑωυτοὺς

98 βασιλεύεσθαι. Αὐτίκα δὲ προβαλλομένων ὅν τινα στήσονται βασιλέα, ὁ Δηϊόκης ἦν πολλὸς ὑπὸ παντὸς ἀνδρὸς καὶ προβαλλόμενος καὶ αἰνεόμενος· ἐς

Deioces a. 700 rex creatus, condidit Ecbatana.

οὐ γὰρ δὴ, τρόπῳ τῷ παρεόντι κ. τ. λ.] Pertinet h. l. ad eos, ubi sententia causalis, quae postponi debebat, sententiae primariae (*φέρε στήσωμεν κ. τ. λ.*) praeponitur. Conf. supra ad I, 24. Quod monendum videbatur, ne quis offenderet in particula *γὰρ* initio huius sententiae posita.

φέρε, στήσωμεν ἡμέων αὐτῶν βασιλέα] Valckenariana emendatione: *στήσωμεν ἕνα ἡμέων αὐτῶν βασιλέα* (ut III, 25. 80. 85) minime opus. Nec libri iuvant.

καὶ αὐτοὶ πρὸς ἔργα τρεψόμεθα] Vulgo *ἔργα* ad *quaevis Medorum negotia et opera* s. *occupationes solitas* referunt. Nam *πρὸς* s. *ἐπὶ τὰ ἔργα τρέπεσθαι* frequens occurrit, ubi est: *ad negotia* reverti. Vid. Wyttenbach. Epist. critic. pag. 12, ubi nostri loci non oblitus fuit. Add. Beck. ad Aristoph. Avv. 1450, ne plura. Larcherus vero strictiori sensu *ἔργα* de *opere rustico* intelligi vult („*ut quiete nobis liceat agros colere*“), ut supra I, 36. Sed ab hoc loco alienum putamus, cum in solis agris colendis Medos occupatos fuisse minime sit probabile.

Cap. XCVIII.

Αὐτίκα δὲ προβαλλομένων ὅν τινα στήσονται βασιλέα] Nimium hic Schellersheniano libro indulsisse videntur Schwgh. et Gaisf. scribentes *τόν τινα* pro *ὅν τινα*, quod in reliquis libris manuscriptis et editis vulgo comparet. Retinuit quoque Matth., probante Struve, quem vide laudatum ad I, 90. *στήσονται* futurum eo sensu, de quo supra dictum ad I, 65. 11. Tu verte: *quemnam* regem — *sibi creaturi sint*.

ἦν πολλὸς — προβαλλόμενος καὶ αἰνεόμενος] Participii usum in his dictionibus aliquot exemplis docuit Matth. §. 554, b p. 1087, ubi itidem post *πολὺς εἶναι* participium invenimus, quo ipso sententia primaria accuratius definiatur et in singulis explicetur. Latini: *frequens ab unoquoque viro proponebatur et laudabatur Deioces.* Tu conf. VII, 158. IX, 91.

2 ὃ τοῦτον καταινέουσι βασιλέα σφίσι εἶναι. Ὁ δ' ἐκέλευε αὐτοὺς οἰκία τε ἑωυτῷ ἄξια τῆς βασιληΐης οἰκοδομῆσαι, καὶ κρατῦναι αὐτὸν δορυφόροισι.
3 ποιεῦσι δὴ ταῦτα οἱ Μῆδοι. οἰκοδομέουσί τε γὰρ αὐτῷ οἰκία μεγάλα τε καὶ ἰσχυρὰ, ἵνα αὐτὸς ἔφρασε τῆς χώρης· καὶ δορυφόρους αὐτῷ ἐπιτρέπουσι
4 ἐκ πάντων Μήδων καταλέξασθαι. Ὁ δὲ, ὡς ἔσχε τὴν ἀρχὴν, τοὺς Μήδους ἠνάγκασε ἓν πόλισμα ποιήσασθαι, καὶ τοῦτο περιστέλλοντας, τῶν ἄλλων ἧσ-
5 σον ἐπιμέλεσθαι. πειθομένων δὲ καὶ ταῦτα τῶν Μήδων, οἰκοδομέει τείχεα μεγάλα τε καὶ καρτερὰ, ταῦτα τὰ νῦν Ἀγβάτανα κέκληται, ἕτερον ἑτέρῳ
6 κύκλῳ ἐνεστεῶτα. μεμηχάνηται δὲ οὕτω τοῦτο τὸ 51

καὶ τοῦτο περιστέλλοντας] i. e. *hoc praecipue curantes ac tuentes*, in una urbe condendà praecipuam suam curam ponentes. Conf. II, 147. III, 31.

ταῦτα τὰ νῦν Ἀγβάτανα κέκληται, ἕτερον ἑτέρῳ κύκλῳ ἐνεστεῶτα] Ἀγβάτανα e binis libris, Mediceo alioque restitutum, ut I, 110. 153. III, 62. 64. 92. Reliqui Ἐκβάτανα, quod recte opinor reiecit Wesselingius, auctoritate confisus Stephani Byzantini p. 12, qui alteram scripturam probat. Vid. not. nostram ad Ctesiae Excerptt. Perss. §. 2 pag. 88. — In structura vocum ἕτερον ἑτέρῳ κ. ἐνεστ. noli haerere. Pertinere videntur ad illud genus structurae participiorum, de quo Matth. §. 562, 1 not. 1 pag. 1109.

De ipsa urbe ut paucis dicamus, videntur *Ecbatana* arcis munitae potius quam urbis speciem initio praebuisse. Quae ubi ex Deioce Medorum regum sedes fuit, Persis quoque, qui in eorum locum successerunt, remansit regia sedes per menses aestivos nec minus crevit divitiis atque opulentia, quam Susa ac Babylon. Testis est locupletissimus Polybius X, 27, mira enarrans de auri argentique copia in aedibus huius urbis conspicua et de omnis generis opulentia, qua illa fuit referta. Alexandri autem aetate eversa esse dicitur. Locus, ubi exstructa erat, nunc satis cognitus; quippe perquam vicina nunc *Hamadan* urbs, et Orontes mons nunc Almend appellatus. Quin regiae illius sedis s. arcis, quam hoc loco a Deioce exstructam describit Herodotus, rudera adhuc pauca quaedam exstant, accuratius perquisita ab Anglis hominibus, Moriero ac potissimum Portero. Qui lo-

τεῖχος, ὥστε ὁ ἕτερος τοῦ ἑτέρου κύκλος τοῖσι προ-
7 μαχεῶσι μούνοισι ἐστὶ ὑψηλότερος. τὸ μέν κου τι
καὶ τὸ χωρίον συμμαχέει, κολωνὸς ἐόν, ὥστε τοι-
οῦτο εἶναι· τὸ δὲ καὶ μᾶλλόν τι ἐπετηδεύθη, κύ-
κλων ἐόντων τῶν συναπάντων ἑπτὰ, ἐν δὲ τῷ τε-
8 λευταίῳ τὰ βασιλήϊα ἔνεστι καὶ οἱ θησαυροί. τὸ
δὲ αὐτῶν μέγιστόν ἐστι τεῖχος κατὰ τὸν Ἀθηνέων
κύκλον μάλιστά κῃ τὸ μέγαθος. τοῦ μὲν δὴ πρώ-

---

cum altiorem, ubi arx regia educta erat, sibi invenisse videntur simulque alia quaedam vestigia aedium, quae nunc prorsus dirutae sunt. Quae cum persimilia iis videantur, quae in monumentis Persepolitanis sunt conspicua, ipsos Persas a Medis aedium exstruendarum artem s. architecturam accepisse consentaneum sit. Inde a colle isto, cui superstructa erat arx regia, urbs extendebatur in campos, quos bene irrigatos, fertilissimos omnibusque rebus abundantes coeloque ipso saluberrimos esse ferunt, ut bene Deioces hunc locum sedi regiae condendae elegisse videatur. Plura de his qui cupiant, adeant itineraria doctorum Anglorum, indeque enotata ab Heerenio in Ideen etc. I pag. 289 seqq. 307 seqq. Alia ipsi excitavimus ad Ctesiae locum laudatum, quibus nunc addo Van der Chys ad Arrian. Exp. Alexandr. (III, 19) Commentar. Geograph. pag. 73.

ἐν δὲ τῷ τελευταίῳ τὰ βασιλήϊα ἔνεστι] Schweighaeuserus requirebat δὴ pro δὲ, nihil tamen mutans, cum libri vulgatam teneant. Nos ne requirimus quidem particulam δὴ, sed valde retinendum dicimus δὲ, vel si libri aliud quid offerrent. Iidem quoque structurae genus in his notamus, ubi praegressis genitivis absolutis ita pergit scriptor, ac si loco genitivorum particulam causalem sequente verbo finito posuisset, sensum unice respiciens, nec singula verba eorumque structuram atque ordinem. — In septem istis orbibus vario colore distinctis recondita quaedam ratio latere videtur, quae ab orientalium indole cogitandique ratione haud abhorret. Namque poterunt referri septem orbes ad septem coeli sphaeras, quibus solis arx quasi inclusa tenetur. Conf. Creuzer. Symbol. I p. 469, ubi similia quaedam apud alios populos afferuntur.

— *ἐστι τεῖχος κατὰ τὸν Ἀθηνέων κύκλον μάλιστά κῃ τὸ μέγαθος*] i. e. *murus eorum, qui maximus est* (s. maximum orbem conficit), *aequat fere ambitum moenium Athenarum* (longitudine). Ubi κατὰ similitudinis notionem adsciscit, de

του κύκλου οἱ προμαχεῶνές εἰσι λευκοί· τοῦ δὲ δευτέρου, μέλανες· τρίτου δὲ κύκλου, φοινίκεοι· τετάρτου δὲ, κυάνεοι· πέμπτου δὲ, σανδαράκινοι.
9 οὕτω πάντων τῶν κύκλων οἱ προμαχεῶνες ἠνθισμένοι εἰσὶ φαρμάκοισι. δύο δὲ οἱ τελευταῖοί εἰσι 65
ὁ μὲν καταργυρωμένους, ὁ δὲ κατακεχρυσωμένους ἔχων τοὺς προμαχεῶνας.

---

qua infra ad I, 121. Caeterum in declarando urbis Athenarum ambitu non prorsus consentiunt veteres scriptores, quorum locos dudum collegit Meursius Lectt. Att. I, 1 coll. III, 4. Accuratiora nunc edocuit Kruse (Hellas II, 2 pag. 158) Thucydidis praecipue insistens testimonio II, 13, atque Dionysii Halicarnass. (Antiqq. Romm. IV, 13. IX, 68), quo verum ambitum fuisse *centum sexaginta* stadiorum evinceret. Nam ex Thucydide *centum quadraginta octo* fuisse colligitur, ex Dionysio *centum sexaginta octo*; a quibus numeris reliqui magis minusve recedunt. Utut est, confirmat Herodoti testimonium Diodorus Siculus, XVII, 110, qui ambitum Ecbatanorum stadiis *centum quinquaginta* absolvit.

τρίτου δὲ κύκλου] In his et seqq. omissum vides articulum, quem in antecedentibus (τοῦ — πρώτου, τοῦ — δευτέρου) additum invenimus. Sed alii quoque ita variare solent, ut numeralibus modo addant articulum, modo omittant. Vid. Matth. §. 264, 3 pag. 541. — In seqq. scripsimus cum recentt. σανδαράκινοι, accentu retracto, quem in extrema syllabâ editores priores inde ab H. Stephano posuerant. Intelligitur autem subrufus ille color, qualis est sandaracae, *sandarachroth*. Nam sandaraca idem est, quod vulgo appellant: *rother Schwefel-Arsenik* s. *Arsenikrubin*, et quae alia exstant cognomina, de quibus vid. Leonhard. in Oryctognosiae compendio Sect. 15 s. v. Realgar. pag. 166 seq.

ἠνθισμένοι εἰσὶ φαρμάκοισι] φάρμακα de *coloribus* dici, ex hoc ipso loco admonet Thomas Magist. s. v. pag. 885. „Add. Suidam s. v. Philemon. Grammatt. pag. 180.“ *Cr.*

δύο δὲ οἱ τελευταῖοί εἰσι ὁ μὲν κ. τ. λ.] Ita scripsimus, reiecta prorsus distinctione, quam alii post εἰσὶ, alii ante εἰσὶ ponebant, accentu addito huic verbo. — Ad argumentum verbb. ὁ μὲν καταργυρωμένους, ὁ δὲ κατακεχρυσωμένους ἔχων τοὺς προμαχεῶνας conf. Polybii locum supra laudatum. „Ac splendorem opulentiamque huius sedis regiae collaudat quoque Auctor libri de mundo cp. 6 p. 216 ed. Kapp.; simile vero

99 Ταῦτα μὲν δὴ ὁ Δηϊόκης ἑωυτῷ τε ἐτείχεε, καὶ περὶ τὰ ἑωυτοῦ οἰκία· τὸν δὲ ἄλλον δῆμον πέριξ
2 ἐκέλευε τὸ τεῖχος οἰκέειν. οἰκοδομηθέντων δὲ πάντων, κόσμον τόνδε Δηϊόκης πρῶτός ἐστι ὁ καταστησάμενος· μήτε ἐσιέναι παρὰ βασιλέα μηδένα, δι' ἀγγέλων δὲ πάντα χρέεσθαι, ὁρᾶσθαί τε βασιλέα ὑπὸ μηδενός· πρός τε τούτοισι ἔτι, γελᾶν τε καὶ πτύειν ἀντίον καὶ ἅπασι εἶναι τοῦτό γε αἰσχρόν.

Quibus institutis regnum firmarit.

---

structurae genus hodieque in multis apud Sinenses et Indos oppidis reperiri monet Caylus in Hist. de l'Acad. des Inscriptt. XXXI p. 42." Cr.

Cap. XCIX.

— πρῶτός ἐστι ὁ καταστησάμενος· μήτε ἐσιέναι κ. τ. λ.] Quod dixit κόσμον, i. e. rationem atque ordinem imperii administrandi regemque adeundi, id seq. cap. dixit διακοσμεῖν. — De locutione δι' ἀγγέλων conf. I, 69. Verbo χρέεσθαι ne quis miretur accusativum rei adiunctum. Nam χρέεσθαι hic significat: *consulere*, *petere sibi responsum*, *rogare*, plerumque in rebus sacris, oraculis etc., ut IV, 155. III, 57. I, 85 aliisque in locis, quos Schweigh. in Lexico Herodoteo excitat s. v. Iam quid impedit, quo minus quod de diis vulgo dicitur, quos sciscitaturi et responsum petituri precibus adire solemus, hoc loco eodem iure dicatur de iis, qui regem summum, qui ipse deum quasi aut certe dei similem se haberi voluerit, adeant petituri ac rogaturi? Quare sensum quidem reddit sed minus accurate vulgaris interpretatio: *ut per internuncios omnia transigerentur*." Ad argumentum ipsum quod attinet, idem illud Deiocis institutum, quo reges nemini se ipsos adeundi facultatem permittant, sed per internuncios omnia transigant, quin adeo populis rarissime sui ipsius adspectum praebeant, non solum ad Persas transiisse stricteque observatum esse multis e testimoniis, quae Brissonii collegit industria (de reg. Pers. princip. I, 27 seq. p. 34 seqq. coll. I, 292 pag. 287), compertum habemus, verum etiam ceteris Orientalibus principibus commune fere fuisse indicant ea, quae similia de Assyriorum regibus accepimus, uti monui ad Ctesiae fragmm. pag. 126 seq.

μήτε ἐσιέναι παρὰ βασιλέα κ. τ. λ.] Eodem modo hic sibi opponuntur μήτε et δὲ, quo infra I, 108 οὔτε — δέ ubi vid.

— ἔτι, γελᾶν τε καὶ πτύειν ἀντίον, καὶ ἅπασι εἶναι τοῦτό γε αἰσχρόν] καὶ ἅπασι recte explicuit Schweigh.: *etiam* (vel) *omnibus*, *prorsus omnibus*.

3 Ταῦτα δὲ περὶ ἑωυτὸν ἐσέμνυνε τῶνδε εἵνεκεν, ὅ-
κως ἂν μὴ ὁρῶντες οἱ ὁμήλικες, ἐόντες σύντροφοί
τε ἐκείνῳ, καὶ οἰκίης οὐ φλαυροτέρης, οὐδὲ ἐς ἀν-
δραγαθίην λειπόμενοι, λυπεοίατο καὶ ἐπιβουλεύοιεν,
100 ἀλλ' ἑτεροῖός σφι δοκέοι εἶναι μὴ ὁρῶσι. Ἐπεί τε Ius dixit severe.
δὲ ταῦτα διεκόσμησε, καὶ ἐκράτυνε ἑωυτὸν τῇ τυ-
ραννίδι, ἦν τὸ δίκαιον φυλάσσων χαλεπός. καὶ τάς
τε δίκας γράφοντες, εἴσω παρ' ἐκεῖνον ἐσεπέμπε-
σκον· καὶ ἐκεῖνος διακρίνων τὰς ἐσφερομένας, ἐκ-
2 πέμπεσκε. ταῦτα μὲν κατὰ τὰς δίκας ἐποίεε· τὰ δὲ
δὴ ἄλλα ἐκεκοσμέατό οἱ. εἴ τινα πυνθάνοιτο ὑβρί-
ζοντα, τοῦτον ὅκως μεταπέμψαιτο, κατ' ἀξίην ἑ-
κάστου ἀδικήματος ἐδικαίευ· καὶ οἱ κατάσκοποί τε
καὶ κατήκοοι ἦσαν ἀνὰ πᾶσαν τὴν χώρην τῆς ἦρχε.

Mox verborum ordinem cum recentt. mutavimus. Vulgo: τοῦτό γε εἶναι. De ipso argumento consulatur Barnabas Brissonius l. l. II, 121 coll. II, 89, qui de hac veterum Medorum ac Persarum disciplina scriptorum locos collegit. Potiores loci sunt ipsius Herodoti I, 133 et Xenophontis in Cyri institut. I, 2, 16 coll. Suid. s. v. Κάρδαμα. Addit *Cr.* quod de Arabibus scribit Niebuhrius in itinerar. I pag. 57, et quae alia his addit Gesenius in Commentar. ad Iesaiam cp. L, 6 p. 143, monens quoque de libris sacris, e quibus et ipsis turpe indignumque haberi intelligimus, et adspuere aliquem et alio praesente spuere. Quam in rem praecipue confer. Iob. XXX, 10.

ὅκως ἂν μὴ ὁρῶντες οἱ ὁμήλικες κ. τ. λ.] ὁρῶντες cum Gaisfordio scripsimus. Praebebant enim Mediceus liber aliique. In binis exstat ὁρέοντες, in Schellershemiano aliisque ὁρέωντες. Quo eodem pertinet ὁρῶσι in fine capitis, a nobis editum cum Gaisfordio, ubi alii libri ὁρέωσι. Verte tu μὴ ὁρῶσι: *si eum non conspicerent, si in eorum conspectum non veniret.* — De ὅκως ἂν cum optativo monuimus ad I, 75.

Cap. C.

εἴ τινα πυνθάνοιτο ὑβρίζοντα κ. τ. λ.] εἰ *quoties*; inde optativum habet adiectum; conf. Matth. §. 525, 5 p. 1019. Nec alio modo explicarim ὅκως — μεταπέμψαιτο; de quo structurae genere conf. I, 11 ibique nott.

καί οἱ κατάσκοποί τε καὶ κατήκοοι ἦσαν ἀνὰ

101 *Δηϊόκης μέν νυν τὸ Μηδικὸν ἔθνος συνέστρε-*
Medorum populi. *ψε μοῦνον, καὶ τούτου ἦρξε. ἔστι δὲ Μήδων το-* 52
σάδε γένεα, Βοῦσαι, Παρητακηνοὶ, Στρούχατες,

πᾶσαν τὴν χώρην] Laudatur Dio Cassius XLII, 17 p. 315, qui Herodotum imitando expressit. Indicantur autem ministri regii, qui alias dicuntur *ὀφθαλμοὶ* (*oculi*) et *ὠτακουσταὶ* (*aures*), per quos omnia, quae ubivis gererentur, rex accepit. De quibus plurima Brissonius de reg. Perss. princ. I, 190 pag. 264 seq. Alia infra dabimus ad I, 114.

Cap. CI.

τὸ Μηδικὸν ἔθνος συνέστρεψε μοῦνον, καὶ τούτου ἦρξε] *συνέστρεψε*, cuius loco unus liber *συνεστρέψατο*, male antea redditum: *subegit*, nunc rectius, monente Valckenario: „*in unam gentem contraxit* Medos eique imperavit.“ Nec vero opus, ut cum eodem Valckenario mutemus ipsum textum, refingentes: — *συνέστρεψε, μούνου δὲ τούτου ἦρξε.* Nam manet in vulgata scriptura idem sensus. Spectant vero huc ea, quae in antecedentibus enarrantur, de Medis per vicos sparsis multâque iniustitiâ laborantibus, coactis dein a Deioce, ut unam conderent urbem, aliis rebus atque occupationibus posthabitis.

ἔστι δὲ Μήδων τοσάδε γένεα] *γένεα* Persarum occurrunt infra I, 125, ubi *gentem* pro *tribu* poni monet Niebuhrius a Cr. allatus, in Hist. Roman. I pag. 308. Ac primi nominantur e Medis iam in unum populum contractis *Busae*, quos eosdem appellat ex hoc loco Herodoteo Stephanus Byzantinus, quosque Caspici maris oras meridionales versus in Media habitasse vult Larcherus. *Paretaceni* habitabant in regionibus, quae ab ipsa Perside septentrionem versus tendunt, montibusque illis, qui Mediam et Cassaeam a Perside seiungunt. Vid. Strab. XVI p. 1079, C et Arrian. Exped. Alex. III §. 19. Heeren. Ideen I, 1 pag. 303. Eosdem atque Paricanios existimat Rennel. Geogr. Her. p. 501. Hodiernum regionis nomen dicitur esse *Bouroudjert*, ut ex Hammero laudat Van der Chys ad Arrian. l. l. p. 73.

Struchates collocat Larcherus ita, ut occidentem versus vicinos habuerint Matienos ac Darnaeos, septentrionem versus Sapires, orientem versus Paretacenos.

Arizantes prope Choaspis fontes sedes tenuisse, inde a Budiis septentrionem versus sitas idem monet Larcherus. *Budios*, quorum sedes non satis certae sint, incoluisse ille suspicatur regiones septentrionem versus a Magis sitas, et occidentem versus a Choaspis fontibus. Ritterus (Erdkund. II pag. 896 coll. 799. 902) vult sacerdotalem gentem esse, non minus at-

Ἀριζαντοὶ, Βούδιοι, Μάγοι. γένεα μὲν δὴ Μήδων
102 ἐστὶ τοσάδε. Δηϊόκεω δὲ παῖς γίνεται Φραόρτης, ὅς, τελευτήσαντος Δηϊόκεω, βασιλεύσαντος τρία καὶ
2 πεντήκοντα ἔτεα, παρεδέξατο τὴν ἀρχήν. παραδεξάμενος δὲ, οὐκ ἀπεχρᾶτο μούνων ἄρχειν τῶν Μή-

Phraortes rex ab a. 647 Persis et aliis Asiae gentibus imperio adiunctis, Assyrios aggressus, periit.

---

que Magos, simulque refert hoc ad Buddhae cultum pro more suo, quo incunabula rerum divinarum et humanarum ex Indis derivat.

Magos vix dubium primariam fuisse gentem Medorum, cui prae ceteris honor, cura sacrorum et legum divinarum permissa. Hoc enim minime alienum, quod quae tantopere post inclaruit gens, tribuum illarum una primitus fuit. Conf. Heeren. Ideen l. l. p. 409. 451. Orientalibus scriptoribus qui dicuntur *Mogh*, a Magis non differre valde est probabile. Quod orientalium literarum periti exponunt: *magnum*, *eximium* (pro *Mah*) vel etiam *caput*. Conf. Virum doctum in Hermes XXXI, 1 (1828) p. 90 not. Hammerus, quem supra (I, 96) vidimus Deiocem et Dschemschid unum eundemque habere, in hisce tribubus Medorum, quas Herodotus recenset, non alias agnoscit, quam quae sub rege Dschemschid fuisse narrantur tum in libris Persarum sacris (Zendavesta), tum in carmine illo, cui nomen Schahnameh. Sacerdotes, primo loco ponendos esse *Magos*, qui iidem etiam *Budii* (i. e. cultores) appellati fuerint; quibus utrisque respondere eos, qui *Athorne* et *Katurian* in illis libris vocitentur; Arizantes dici *Vispie Erene* et *Pisarian* (i. e. artifices), *Struchates* esse *Osterusch*, tertiam tribum, *Busas*, quartam tribum, appellari *Ohnowuschi*. Paretacenos omitti quidem in carmine Schahnameh, sed in Zendavesta dici *Periodekeschan* i. e. viros legis primitivae. Vid. Wiener Jahrb. IX p. 11. 12.

Cap. CII.

τελευτήσαντος Δηϊόκεω, βασιλεύσαντος τρία καὶ πεντήκοντα ἔτεα κ. τ. λ.] Ex rationibus Larcheri atque Volneii hoc Deiocis regnum cadit intra annos 709—656 a. Chr., quo ipso anno Phraortes patri successit in regno. Qui postquam viginti duos annos regnum tenuit, ipse in expeditione contra Assyrios suscepta obiit, ut paulo infra Herodotus narrat, anno, ut ex illis consequitur, 634 a. Chr. n. Ipsa expeditio opinor cadet in annum 635 a. Chr. Hammero si credis, Herodoti hicce Phraortes idem est, qui in Zendavesta dicitur *Truteno*, in carmine Schahnameh *Feridun*, filius Deiocis s. τοῦ Dschemschid. Vid. Wien. Jahrb. IX p. 13 seqq.

ἀπεχρᾶτο] Sic certe iubent plures iique meliores libri.

δων· ἀλλὰ στρατευσάμενος ἐπὶ τοὺς Πέρσας, πρώτοισί τε τούτοισι ἐπεθήκατο, καὶ πρώτους Μήδων
3 ὑπηκόους ἐποίησε. μετὰ δὲ, ἔχων δύο ταῦτα ἔθνεα, καὶ ἀμφότερα ἰσχυρὰ, κατεστρέφετο τὴν Ἀσίην, ἀπ'
4 ἄλλου ἐπ' ἄλλο ἰὼν ἔθνος. ἐς ὃ στρατευσάμενος ἐπὶ τοὺς Ἀσσυρίους, καὶ Ἀσσυρίων τούτους οἳ Νῖνον εἶχον, καὶ ἦρχον πρότερον πάντων, τότε δὲ 1 ἦσαν μεμουνωμένοι μὲν συμμάχων, ἅτε ἀπεστεώτων,

---

Vulgo ἀπεχρῆτο. Sensus est: „*non contentus erat solis Medis imperare.*" Conf. supra I, 37 et VIII, 14, ubi medio hoc verbo Noster usus est, cum alias impersonale occurrat; coll. Matth. in Gramm. Gr. §. 255 pag. 497. Facit huc Grammatic. in Bekkeri Anecdd. I p. 423, 26: ἀπεχρᾶτο· Ἡρόδοτος μὲν ἀντὶ τοῦ ἀρκεῖν ἡγεῖτο· Θουκυδίδης δὲ ἀπεχρῶνται ἀντὶ τοῦ ἀνήροον. Herodoteum usum postmodo imitatus est Pausanias, de quo vid. Siebel. ad II, 7 §. 1.

καὶ Ἀσσυρίων τούτους, οἳ Νῖνον εἶχον] Vulgo edunt ἔχον quod etiam propter omissum augmentum laudat Matth. §. 160 pag. 292. Sed optimi libri plures dant εἶχον, quod cum Gaisf. recepimus, unus liber ἔσχον, quod tamen haud necessarium, iam ipse Wesselingius sensisse videtur.

Ad argumentum loci bene admonemur a Wesselingio, Herodotum Assyriorum nomine usum esse sensu latiori, ita ut Babylonii quoque, alii, comprehendantur; cf. I, 178. 185. Idem monet Rennel. in Geograph. Herod. p. 458. Ac pluribus hanc in rem disputat Iablonsky Diss. de ling. Lycaon. T. III p. 129 Opuscc., Assyriae nomine antiquissimis temporibus non solam Assyriam fuisse significatam, verum et complura alia regna, quorum potiti fuerint Assyrii, non raro comprehensa fuisse. Indeque etiam Babylonios sive Chaldaeos, debellatos ab Assyriis, horum nomine aliquando appellatos esse monet. De ipsa Nini urbe non satis liquet. Memorat Noster eam aliquoties in capp. proxime sequentibus, tum etiam I, 193. 185. 178. II, 150. Ad quos locos plura adnotabimus de dissensu Herodoti atque Diodori vel potius Ctesiae, quorum alter ad Tigrim, alter ad Euphratem Ninum urbem sitam fuisse refert.

ἅτε ἀπεστεώτων, ἄλλως μέντοι ἑωυτῶν εὖ ἥκοντες] Formam Ionicam participii ἀπεστεώς hinc laudat Matth. §. 198, f pag. 359. Sequentia tu verte: „*caeterum profecto ipsorum rebus florentibus,*" s. *rebus sat lautis ac florentibus constituti.* De locutione ipsa conf. I, 30 ibiq. not.

ἄλλως μέντοι ἑωυτῶν εὖ ἥκοντες· ἐπὶ τούτους δὴ στρατευσάμενος ὁ Φραόρτης, αὐτός τε διεφθάρη, ἄρξας δύο καὶ εἴκοσι ἔτεα, καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ ὁ πολλός.

103 Φραόρτεω δὲ τελευτήσαντος, ἐξεδέξατο Κυαξάρης ὁ Φραόρτεω τοῦ Δηϊόκεω παῖς. οὗτος λέγεται πολλὸν ἔτι γενέσθαι ἀλκιμώτερος τῶν προγόνων· καὶ πρῶτός τε ἐλόχισε κατὰ τέλεα τοὺς ἐν τῇ Ἀσίῃ, καὶ πρῶτος διέταξε χωρὶς ἑκάστους εἶναι, τούς τε αἰχμοφόρους, καὶ τοὺς τοξοφόρους, καὶ τοὺς ἱππέας· πρὸ τοῦ δὲ ἀναμὶξ ἦν πάντα ὁμοίως ἀναπεφυρμένα.
3 Οὗτος ὁ τοῖσι Λυδοῖσί ἐστι μαχεσάμενος, ὅτε νὺξ ἡ ἡμέρη ἐγένετό σφι μαχομένοισι· καὶ ὁ τὴν Ἅλυος ποταμοῦ ἄνω Ἀσίην πᾶσαν συστήσας ἑωυτῷ.
4 Συλλέξας δὲ τοὺς ὑπ' ἑωυτῷ ἀρ-

Cyaxares a. 635 secutus, militum genera distinxit, et in ordines partitus est. Hic ille, qui Lydis bellum fecit [I, 74]. Obsidenti ei Ninum urbem a. 634 supervenit Scytharum ex Europa in Asiam eruptio [4, 10 sq.].

Cap. CIII.

πρῶτός τε ἐλόχισε κατὰ τέλεα τοὺς ἐν τῇ Ἀσίῃ] λοχίζειν est: distribuere, dividere secundum λόχους (sive cohortes dixeris sive manipulos). Conf. etiam Suidas s. v. et Zonaras in Lex. p. 695, ubi tamen male exhibetur ἐλόχησε. Hinc additum κατὰ τέλεα, cum τέλος hic certam quandam militum manum, cohortem etc. indicet saepiusque hoc sensu, praesertim adiecta praepositione κατὰ notionis distributivae, apud Nostrum inveniatur. Sic VII, 87. 211. IX, 20. 83. — In seqq. πρὸ τοῦ iure scripsimus cum recentt. pro vulgato προτοῦ.

ὅτε νὺξ ἡ ἡμέρη ἐγένετό σφι κ. τ. λ.] De locutione atque ipsa re dictum ad I, 74. Hoc loco illud addimus, hanc de solis defectione narrationem memorari quoque in Persarum carmine Schahnameh, sub rege Keikawus, qui ipse Graecorum Cyaxares esse perhibetur. Vid. Hammer. in Wiener Jahrbüch. IX p. 13. In seqq. quae sit ἡ Ἅλυος ποταμοῦ ἄνω Ἀσίη πᾶσα, satis apparet inde quod supra I, 73 Halyn fluvium dixerat separare τῆς Ἀσίης τὰ κάτω i. e. eam Asiam quam minorem nos dicere solemus, a reliqua Asia, i. e. Armeniae et superioris Asiae a regionibus, quas iure inde h. l. dicit τὴν Ἅλυος ποταμοῦ ἄνω Ἀσίην πᾶσαν. Conf. quoque ad I, 73 notat.

ὁ — συστήσας ἑωυτῷ] i. e.: *qui — sibi subiecit, regno*

χομένους πάντας, ἐστρατεύετο ἐπὶ τὴν Νῖνον, τιμωρέων τε τῷ πατρὶ, καὶ τὴν πόλιν ταύτην θέλων
5 ἐξελεῖν. καὶ οἱ, ὡς συμβαλὼν ἐνίκησε τοὺς Ἀσσυρίους, περικατημένῳ τὴν Νῖνον, ἐπῆλθε Σκυθέων στρατὸς μέγας· ἄγε δὲ αὐτοὺς βασιλεὺς ὁ Σκυθέων Μαδύης, Πρωτοθύεω παῖς· οἳ ἐσέβαλον μὲν ἐς τὴν Ἀσίην, Κιμμερίους ἐκβαλόντες ἐκ τῆς Εὐρώπης, τούτοισι δὲ ἐπισπόμενοι φεύγουσι, οὕτω ἐς
104 τὴν Μηδικὴν χώρην ἀπίκοντο. Ἔστι δὲ ἀπὸ τῆς λίμνης τῆς Μαιήτιδος ἐπὶ Φᾶσιν ποταμὸν καὶ ἐς
2 Κόλχους τριήκοντα ἡμερέων εὐζώνῳ ὁδός. ἐκ δὲ

Scythae victores de Medis, omni Asia potiti.

---

suo adiecit. — De τιμωρεῖν τινι (*ulcisci aliquem*) pauca quaedam Matthiae §. 394 pag. 721. — In seqq. cum Schwgh. et Gaisf. librorum ex auctoritate restituimus ἄγε; cuius loco vulgatae editt. a Stephano inde ἦγε.

ἄγε δὲ αὐτοὺς βασιλεὺς ὁ Σκυθέων Μαδύης] Scytharum incursiones atque expeditiones, de quibus nonnulla Iustinus II, 4. 5, satis obscurae sunt. Sic Strabo I p. 106. p. 61 ed. Casaub. *Madyis* regis expeditiones ac peregrinationes tangit, nec tamen plura addit, quibus illae accuratius cognoscantur. Meliori cum fructu haud scio an comparentur Nostri loci potiores: I, 6. 15 et I, 104. IV, 11. 12 coll. I, 16, e quibus etiam proficiscitur Volneii de his disquisitio in Chronolog. Herodot. p. 69 seqq. nobis supra ad I, 6 iam memorata, ubi non de pluribus Cimmeriorum incursionibus, sed de una tantum apud Herodotum dici contendit. Conf. quoque ad I, 15. Scytharum vero hanc incursionem, qua Cimmerios insecuti, Medos vicerunt omnemque ferme Asiam occuparunt, eandem atque Chaldaeorum fuisse existimant viri docti, quibus assentitur Heerenius Ideen I, 2 pag. 269.

Cap. CIV.

τριήκοντα ἡμερέων εὐζώνῳ ὁδός] εὔζωνος eodem sensu I, 72. Ipsam mensuram ab Herodoto indicatam vix accuratam videri, nec eo valere, ut, quid aliis locis simili mensurae modo indicatur, inde demetiamur ac definiamus, nemo negabit. Nam ipse Herodotus in hasce regiones pervenire non potuit. Conf. Dahlmann. Herod. pag. 97 not. Monet Schweigh. infra IV, 101, ubi de iisdem sermo est regionibus, diurnum iter ducentis stadiis aequiparari. Hinc quoniam ille numerus triginta dierum iusto maior videri possit, praesertim cum I, 72 quinque

τῆς Κολχίδος οὐ πολλὸν ὑπερβῆναι ἐς τὴν Μηδικήν, ἀλλὰ ἓν τὸ διὰ μέσου ἔθνος αὐτῶν ἐστι, Σάσπειρες· τοῦτο δὲ παραμειβομένοισι, εἶναι ἐν τῇ Μη-

---

tantum dierum iter dicat expedito viro eum tractum permeanti, qui a mari mediterraneo usque ad Pontum Euxinum per Asiam minorem tendit, Schwgh. Herodotum hic loqui negat de ea Maeotidis paludis parte, quae Colchidi est proxima, verum de ostio Maeotidis, et quidem de ulteriore ora illius ostii, ubi Cimmeriorum olim fuere sedes; coll. IV, 11 seq.

οὐ πολλὸν ὑπερβῆναι ἐς τὴν Μηδικήν] Ad structuram loci grammaticam supple *ἐστί; non multum* (sc. itineris est), *transscendere in Mediam.* Nam *ὑπερβαίνειν transgredi*, frequens de montibus, fluviis. De ipsa viâ, quâ non valde longâ in Mediam e Colchide perveniri posse hic narrat Herodotus, monuit Ritter. Erdkunde II p. 911, Plinii quoque testimonio accito (Hist. Nat. VI, 19), qui Indicas merces in Cyrum fluvium ex mari Caspio subvectas, *quinque non amplius dierum terreno itinere* ad Phasin in Pontum devehi posse scribit. Quo in itinere a Phasi usque ad Cyrum curribus ac plaustris ad merces vehendas veteres usos esse idem monet Ritterus indeque insignem repetit Bactrorum et Colchorum mercaturam, quae ipsa ad illius regionis ac fluminis famam, tot fabulis celebratam magnopere valuerit.

ἀλλὰ ἓν τὸ διὰ μέσου ἔθνος αὐτῶν ἐστι, Σάσπειρες] In lectione *Σάσπειρες* libri consentiunt, ita ut nihil sit mutandum. Paulo inferius I, 110 huius gentis terram dicit valde montosam, altam sylvisque opacam. Et conf. praeterea de situ huius nationis Nostrum III, 94. IV, 37. VII, 79 ac plura disserentem Larcherum in tab. Geographica VIII pag. 482 seq. Rennel. Geograph. Herodot. p. 503. Quorum e disputationibus, praesertim si adieceris, quae Ritterus notavit in Erdkunde II pag. 922, illud efficitur, Saspires habitasse circa superiorem Cyrum fluvium iis fere in regionibus Georgiae, in quibus nunc *Tiflis* sita est, quaeque etiamnum vocantur *Tschin-Kartuel*, et plura contineat loca, quorum nomina incipiunt a syllaba *Tschin;* unde verisimile videtur Rittero, Saspires esse eosdem atque Iberos orientales, nomine ipso inde conformato, de quibus post Graeci tot fabulas finxerint. Conf. Billerbeck. Diss. de Asiae Herodot. difficill. pag. 21 not.

τοῦτο δὲ παραμειβομένοισι, εἶναι ἐν τῇ Μηδικῇ] Ad infinitivum *εἶναι* supplent *ἔξεστι*, quod aptius videtur, quam si *λέγουσι* omissum statuas. Namque infinitivum quo minus ex omissa particula *ὥστε* explicemus, impedit opinor particula *δέ*.

δικῇ. οὐ μέντοι οἵ γε Σκύθαι ταύτῃ ἐσέβαλον, ἀλλὰ τὴν κατύπερθε ὁδὸν πολλῷ μακροτέρην ἐκτραπόμενοι, ἐν δεξιῇ ἔχοντες τὸ Καυκάσιον ὄρος. ἐνθαῦτα οἱ μὲν Μῆδοι συμβαλόντες τοῖσι Σκύθῃσι, καὶ ἑσσωθέντες τῇ μάχῃ, τῆς ἀρχῆς κατελύθησαν·
105 οἱ δὲ Σκύθαι τὴν Ἀσίην πᾶσαν ἐπέσχον. Ἐνθεῦτεν
δὲ ἤϊσαν ἐπ' Αἴγυπτον· καὶ ἐπεί τε ἐγένοντο ἐν τῇ 53
Παλαιστίνῃ Συρίῃ, Ψαμμίτιχός σφεας Αἰγύπτου βασιλεὺς ἀντιάσας δώροισί τε καὶ λιτῇσι ἀποτρέπει

Pergentibus iis in Aegyptum, occurrit Psammitichus rex, iisque persuadet ut redeant. Scytharum parva manus aedem Veneris Caelestis Ascalone despoliat. His et eorum posteris morbum inflictum esse muliebrem.

ἀλλὰ τὴν κατύπερθε ὁδὸν πολλῷ μακροτέρην ἐκτραπόμενοι κ. τ. λ.] *ἐκτραπόμενοι* brevius dictum hoc sensu: „*deflectentes* ab illa breviore via, aliamque superiorem eamque multo longiorem *ingressi*.“ Indicatur autem ea via, quâ Scythae inde a Maeotide palude recta orientem versus profecti, Caucaso monte ad dextram relicto, dein occidentale Caspii maris litus legentes ad Cyrum usque in mare istud influentem, per Caspias portas in Mediam irruperunt. Quam eandem viam post Hunni et aliae quoque gentes ingressi dicuntur, cum in Mediam Persiamque incursarent, ac recentiori aetate Petrus magnus ille Russorum imperator hac viâ tetendit, litusque illud angustum, per quod iter ducit ab una parte mari ab alterâ montibus altis inclusum, ditioni suae adiecit. Nunc illic nobilitatae fauces, quibus nomen *Derbend*. Sed de his omnibus plurima accurate disputans consulatur Ritter. Erdkunde II p. 861 seqq.

Cap. CV.

Ἐνθεῦτεν δὲ ἤϊσαν] Vulgo *ᾖσαν*, aut *ἤσαν*. Nos secuti sumus Schweigh. et Gaisford. ut I, 43. 62. Conf. tamen Matth. pag. 417.

ἐπεί τε ἐγένοντο ἐν τῇ Παλαιστίνῃ Συρίῃ] De Palaestina Syria inprimis compar. III, 5 aliosque locos laudatos a Billerbeck. in Diss. de quibusdd. Asiae Herodott. difficill. pag. 4. Qui idem nominis eam affert rationem, quod Palaestina Syriae fuit pars eique accenseri solita, sive quod Syrii Palaestinam inhabitarunt. Nam Syriorum vocabulum latiore sensu a Nostro usurpari, iam supra ad I, 6. 72 notavimus. Palaestina autem haecce terra ex Herodoti sententia inde a Phoenice usque ad Aegyptum processit (conf. IV, 39), et complectitur potissimum tractum maritimum, inclusa Ascalonis urbe et Iudaica, quae vocatur, terrâ. Tu vid. Ritter. Erdkunde II p. 302. 304 seq.

Ψαμμίτιχός σφεας — ἀντιάσας δώροισί τε καὶ λιτῇσι κ.

2 τὸ προσωτέρω μὴ πορεύεσθαι. οἱ δὲ, ἐπεί τε ἀνα-
χωρέοντες ὀπίσω, ἐγένοντο τῆς Συρίης ἐν Ἀσκά-
λωνι πόλι, τῶν πλεόνων Σκυθέων παρεξελθόντων
ἀσινέων, ὀλίγοι τινὲς αὐτῶν ὑπολειφθέντες, ἐσύλη-
3 σαν τῆς Οὐρανίης Ἀφροδίτης τὸ ἱρόν. ἔστι δὲ τοῦ-
το τὸ ἱρὸν, ὡς ἐγὼ πυνθανόμενος εὑρίσκω, πάν-
4 των ἀρχαιότατον ἱρῶν ὅσα ταύτης τῆς θεοῦ. καὶ

κ. λ.] Ψαμμήτιχος aliis Nostri locis exhiberi monet Wesselingius; nunc vero est restitutum Ψαμμίτιχον, quae verior videtur scriptura. Mox τὸ προσωτέρω seiunctim scripsimus, cum prius male: τοπροσωτέρω. — Meminit huius Scytharum expeditionis Hieronymus (Epitaph. Fabiol. T. IV p. 661 Opp.) male tamen eam Dario Medis imperante accidisse referens. Psammitichus vero ex Larcheri rationibus regnum cepit 671 a. Chr. mortuusque est 617 a. Chr. ut adeo XVII annis ante ipsius mortem Scytharum invasio accidisse sit putanda.

ἐγένοντο τῆς Συρίης ἐν Ἀσκάλωνι πόλι] Ad formam πόλι conf. Matth. p. 179. — In seqq. ἀσινὴς activa notione accipiendum: *non laedens*, *nihil* (mali) *committens*; cum vulgo passiva plerumque notione occurrat: *incolumis*, *illaesus*, ut II, 114. 181 etc. Cf. Schwgh. Lexic. Herodot. *Ascalon* urbs satis nota, quippe cuius frequens mentio fit in sacris Hebraeorum libris. Sita fuit prope mare inter Azotum atque Gazam, una de quinque Philistaeorum civitatibus. Plura Rosenmüller. Bibl. Archaeolog. II, 2 p. 378 seqq.

ἔστι δὲ τοῦτο τὸ ἱρὸν — πάντων ἀρχαιότατον ἱρῶν κ. τ. λ.] Pausanias I, 14 Assyrios primos omnium Venerem Uraniam coluisse refert, inde illius cultum Paphios in Cypro et Phoenices in Palaestina accepisse, unde devenerit ad Cytherios. Quod cum minus credibile videatur Wesselingio, miranti quo pacto ab Assyriis a mari remotissimis haec superstitio ad Cyprios penetrare potuerit, Pausaniam Nostri scriptoris loco I, 131 et 199 a vero abductum esse putat. Sed meliora de his nostra aetas edocta. Nam Venus Urania, de cuius antiquissimo templo Ascalone narrat Herodotus, vix alia videtur esse atque Derceto, quam Syri vocabant, culta sub forma e piscis et hominis femineae partibus composita. Conf. Diodor. II, 4 coll. Strab. XVI p. 1132. Nec quidquam abhorret, quo minus Ascalone primitus hanc deam hac sub specie cultam existimemus. Veneris autem Uraniae cultum ex Asiae superioris regionibus ductum, ipse Herodotus I, 131 indicare videtur;

γὰρ τὸ ἐν Κύπρῳ ἱρὸν ἐνθεῦτεν ἐγένετο, ὡς αὐτοὶ λέγουσι Κύπριοι· καὶ τὸ ἐν Κυθήροισι Φοίνικές εἰσι οἱ ἱδρυσάμενοι, ἐκ ταύτης τῆς Συρίης ἐόντες. τοῖσι δὲ τῶν Σκυθέων συλήσασι τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Ἀσκάλωνι, καὶ τοῖσι τούτων αἰεὶ ἐκγόνοισι, ἐνέσκη-

---

ad quem locum plura adscribemus. Vid. Creuzer. Symbol. II p. 23 seqq. 75 seqq.

καὶ τοῖσι τούτων αἰεὶ ἐκγόνοισι] *τούτων* rescripsi cum Gaisf. pro vulg. *τουτέων*. — In seqq. pro *θήλειαν* Koenius ad Gregor. Corinth. de dialect. Ion. §. 41 scribi vult *θηλέην*, quod ipsum receptum est a Schaefero, praeter necessitatem, si quid video, et libris omnibus refragantibus. Occurrit vox aliquoties apud Nostrum cum brevi vocali ε in medio scripta (III, 20), sed occurrit quoque *θήλεα* et *θήλεαν* III, 86. 102, nec aliter hoc quoque loco scribendum esse monet Buttmann. in Gramm. Gr. maior. I pag. 253 not. „Tiberius Rhetor de figg. cp. 35, ubi h. l. citat, exhibet *θήλειαν*.“ *Cr.*

ἐνέσκηψε ἡ θεὸς] *ἐνσκήπτειν* et *κατασκήπτειν* proprie de *fulminibus immissis*, dein de *quibusvis malis gravioribus divinitus fulminis ad instar immissis* vel in *aliquem cum impetu irruentibus*. Notavit Siebelis. ad Pausan. III, 12 §. 6.

ἐνέσκηψε ἡ θεὸς θήλειαν νοῦσον] Citans haec verba Tiberius l. l. addit: *ἀντὶ τοῦ, ἐποίησεν ἀνδρογύνους ἢ κατεαγότας*. Pluribus rem illustrat Hippocrates de Aer. Aq. et Loc. p. 293 (§. 106. 109 ed. Corais), ubi de iisdem Scythis loquens: *εὐνουχίαι γίνονται*, inquit, *καὶ γυναικεῖα ἐργάζονται καὶ ὡς αἱ γυναῖκες διαλέγονταί τε ὁμοίως καλεῦνταί τε οἱ τοιοῦτοι ἀνανδριεῖς*. Incolas, pergit, causam morbi ad deum referre et istiusmodi homines valde revereri. Quae alia de his addit scriptor luculentissimus, malim apud ipsum legi. Ad quae non satis attendentes viri docti varias de muliebri Scytharum morbo opiniones protulerunt, citatas tum a Wesselingio ac Larchero in nott. ad h. l. tum a Starkio in scriptione, quae prodiit hoc sub titulo: „De *νούσῳ θηλείᾳ* apud Herodotum prolusio, Ienae 1827.“ Nolim hinc repetere, quae varia hanc in rem commentati sint viri docti, quaeque opinati sint, nam pudet talibus plagulas replere; continebo me in iis, quae olim ab Hieronymo Mercuriali (Varr. Lectt. III, 7) prolata ac Wesselingio, Schweighaeusero probata, amplius disquisita a Starkio ad veram Herodotei loci intelligentiam perducant. Commonstravit nimirum hicce vir doctissimus, *νοῦσον θήλειαν* primaria ac propria sua vi designare virilitatis iacturam et virilis naturae commutationem

ψε ἡ θεὸς θήλειαν νοῦσον· ὥστε ἅμα λέγουσί τε οἱ Σκύθαι διὰ τοῦτό σφεας νοσέειν, καὶ ὁρᾶν παρ

---

in muliebrem formam, certo corporis morbo effectam (p. 21. 22 seq.). Atque huiusmodi morbosa conversione Scythas illo tempore laborasse, ex Hippocratis, quem Herodoti aequalem fuisse scimus et Aristotelis testimonio (in Ethic. Nicom. VII, 8 (al. 7 §. 6) accurata disquisitione idem collegit. Nec his contentus probavit porro, similem evirationem aliis quoque terrae regionibus, apud alias nationes etiam nostra aetate reperiri; quin adeo apud eosdem Scythas etiamnum eundem inveniri morbum iisdemque signis, quibus veteres illum descripserint. Testantur hoc recentiores harum regionum peregrinatores, alii, quorum testimonia accita*) suppeditat largâ manu V. D. qui re copiosissime et accuratissime tractata, ita statuit: „Nostrum auctorem verbis νόσῳ θηλείᾳ verum indicare voluisse morbum, qui viris omnes virilitatis notas ita adimat, ut eos ad generandum non modo invalidos reddat, sed etiam ad muliebris naturae similitudinem plane traducat, non amplius in dubium vocari posse, sed ad liquidum perductum esse, spero atque confido“ (p. 49). Quae disputationis suae parte altera Starkius haud minus docte disserit de natura causisque huius morbi muliebris, ea cum ad medicorum potius rationes pertineant, quam ad ipsum Herodotum illustrandum (qua in re nimis longum me fuisse forsitan erunt qui dicant), malim apud ipsum legi; nam optime confirmantur illa, quae de signis morbi ab Hippocrate, aliis enarrantur ac de ipsa morbi natura statuuntur.

ὥστε ἅμα λέγουσί τε οἱ Σκύθαι διὰ τοῦτό κ. τ. λ.] i. e. „*ita quidem ut etiam Scythae dicant, ob hanc causam morbo hoc laborare illos, et apud se ab adeuntibus Scythicam terram conspici quomodo* (illi) *affecti sint, quos Enareas Scythae appellant.*“ In voce Ἐναρέας, quod recurrit IV, 67 (ubi Ἐναρέες), haerent interpretes. Lectio ipsa ut in qua conspirant libri, nihil mutanda, nec illi audiendi, qui ἐναγέας i. e. *piacula obnoxios* s. *contaminatos* corrigant. Altero loco Herodotus addit οἱ ἀνδρόγυνοι; ab Hippocrate l. l. iidem dicuntur ἀνανδριεῖς. Unde interpretes eo confugerunt, ut Ἐναρέες Scythicum dicerent esse vocabulum, quod Graeco sermone reddiderit Hippocrates. Sed ipsam Graecam esse vocem coniecit Stark. l. l. pag. 25, quae ori-

*) Inprimis consul. I. Reineggs in Allgem. topogr. Beschreib. d. Caucas., herausgegeb. von Fr. En. Schröder (1796) I p. 269. Potock. Histoir. primitive des peuples de la Russ. Petersb. 1801 p. 175.

ἑωυτοῖσι τοὺς ἀπικνεομένους ἐς τὴν Σκυθικὴν χώρην ὡς διακέαται, τοὺς καλέουσι Ἐναρέας οἱ Σκύθαι.
106 Ἐπὶ μὲν νυν ὀκτὼ καὶ εἴκοσι ἔτεα ἦρχον τῆς Ἀσίης οἱ Σκύθαι, καὶ τὰ πάντα σφι ὑπό τε ὕβριος καὶ ὀλιγωρίης ἀνάστατα ἦν. χωρὶς μὲν γὰρ φόρων, ἔπρησσον παρ' ἑκάστων τὸ ἑκάστοισι ἐπέβαλλον· χω-

Scythae Asia eiecti a. 596. Ninus capta [et eversa, dominantibus adhuc Scythis,] a. 606.

---

ginem fortasse trahat ab ἐναίρω *spolior*, ἔναρα *spolia*, indeque *virilitate spoliatos* significare possit.

Cap. CVI.

ἐπὶ μέν νυν ὀκτὼ καὶ εἴκοσι ἔτεα ἦρχον τῆς Ἀσίης οἱ Σκύθαι] ἐπὶ est *per*, temporisque continuationem indicat. Vid. Fischer. ad Weller. III, b p. 244. — De ipso argumento conf. Herodot. I, 130 et quae ibi annotantur. Sufficit hoc loco monere de illorum errore, qui in Herodoti verbis menda latere suspicentur numerumque annorum inde mutare velint. Ex Larcheri calculis hi viginti octo anni incidunt in annum 633 a. Chr. n. usque ad 605, quo ipso Scythae eiiciantur. Volneius autem constituit ann. 625 — 598. Verba seqq. καὶ τὰ πάντα — ἀ ν ά σ τ α τ α ἦν cum Schweigh. vertere licet: *omnia — susque deque habuerunt.* Cf. I, 76. 79. 97. 155 etc.

χωρὶς μὲν γὰρ φόρων, ἔπρησσον παρ' ἑκάστων τὸ ἑκάστοισι ἐπέβαλλον κ. τ. λ.] Libri nec in his nec in sequentibus valde variant, nisi quod Schellershemianus ἐπέβαλον, quod iure non displicet Schweighaeusero. Tunc enim sensus: „exigebant a singulis tributum, quod singulis *imposuerant.*" At ἐπέβαλλον si retineas, erit: „exigebant a singulis quod singulis *imponere solebant;*" ita ut non de certo quodam tributo imposito sit sermo, sed de eo, quod hac vel illa occasione oblata, subditis imponere indeque exigere solebant praeter tributum solemni ex lege quasi impositum; cuius ratio habeatur verbis χωρὶς μὲν γὰρ φόρων. Sed negotium facessunt verba continuo subiecta: χωρὶς δὲ τοῦ φόρου, quae equidem satis intelligere recteque explicare nequeo. Vix enim aliter, nisi ex glossemate illa in textum irrepsisse crediderim. Quae alii ad loci intelligentiam attulere aut excogitavere, eo magis displicent, quo a librorum vestigiis omnino absunt nec ipsa commodam explicationem suppeditant. Pertinet huc Reiskii commentum, quo scribatur: χωρὶς μὲν γάρ, φ ό ρ ο ν ἔπρησσον τ ὸ ν ἑκαστ., aut etiam φ ό ρ ο υ. Schweighaeuserus iure in loci structura offendit, quam non aliter se percipere posse ait, nisi ita, ut per adpositionem iuncta intelligantur haec duo φ ό ρ ο ν, et τ ὸ ἑκάστοισι ἐπέβαλον et ad horum utrumque referatur verbum ἔ-

ρὶς δὲ τοῦ φόρου, ἥρπαζον περιελαύνοντες τοῦτο
2 ὅ τι ἔχοιεν ἕκαστοι. καὶ τούτων μὲν τοὺς πλεῦνας Κυαξάρης τε καὶ Μῆδοι ξεινίσαντες καὶ καταμεθύσαντες κατεφόνευσαν. καὶ οὕτω ἀνεσώσαντο τὴν ἀρχὴν Μῆδοι, καὶ ἐπεκράτεον τῶν περ καὶ πρότερον.
3 καὶ τήν τε Νῖνον εἷλον, (ὡς δὲ εἷλον, ἐν ἑτέροισι 54

πρησσον. Quae tamen mihi non satisfaciunt. Restat illud unum, quod proposuit Stegerus; ut triplex vexationum genus hoc loco ab historico indicari existimetur; primum, quod in certo tributo, sive annuo, sive menstruo, consistat, quodque verbis indicetur: *χωρὶς μὲν γὰρ φόρων;* alterum, quod declaretur verbis *τὸ ἑκάστοισι ἐπέβαλλον*, i. e. tributum non statutum, sed diversis temporibus sive hac sive illa causa imperatum, pront Scythis libuerit; extraordinarium dixerim; tertium denique, quodcunque rapiebant singulis singuli incursantes ac palantes. Atque ita iam dudum antea hunc locum explicatum voluerat censor in Ephem. Ien. 1817 nr. 165 pag. 382. Quae si recte erunt disputata, verba *χωρὶς δὲ τοῦ φόρου* erunt intelligenda de secundo vexationum quod modo posuimus, genere; in quo tamen ipso singularis offendit numerus, cuius loco aeque atque in antecedentibus iure pluralem exspectare poteras. Nec minus displicet eiusdem nominis repetitio ad diversam indicandam rem. Itaque in ea opinione persistere malim, ut verba *χωρὶς δὲ τοῦ φόρου*, aut certe voculam *φόρου* a glossatore aliquo modo textui intrusam esse putem, mendumque ipsum nostros Herodoteos libros antecedere. Nam ad tautologias, in Herodoto illas quidem frequentes haecce ut referam, quemadmodum placuit V. D. Letronne (Iourn. d. Sav. 1817 p. 49) comparanti VII, 16. 39, a me impetrare haud potui.

Κυαξάρης τε καὶ Μῆδοι ξεινίσαντες] *ξεινίσαντες* ut magis Ionicum nunc iure e Schellershemiano libro alioque Parisino editum. Vulgo *ξενίσαντες*.

καὶ τήν τε Νῖνον εἷλον] Conf. cum his Herodot. I, 178. 183. Hieronymus in Chronico a Cyaxare Medo Ninum *subversam* esse cum scribit, Graecum vocabulum *εἷλεν* (i. e. cepit) forsan hoc modo reddidit. Tempus vero, quo Ninus capta fuisse perhibetur, Larcherus statuit ann. 603 a. Chr. Volneius 597 a. Chr. n. Nuper admodum pluribus in haec inquisivit Graff. in programmate, quod prodiit Wetzlar. 1828 pag. 11 seqq. Ninum a Cyaxare eversam esse contendit, anno 606 a. Chr. n.

ἐν ἑτέροισι λόγοισι δηλώσω] Iterum I, 184 dicit se Babylo-

λόγοισι δηλώσω,) καὶ τοὺς Ἀσσυρίους ὑποχειρίους 61
4 ἐποιήσαντο, πλὴν τῆς Βαβυλωνίης μοίρης. μετὰ δὲ
ταῦτα, Κυαξάρης μὲν βασιλεύσας τεσσεράκοντα
ἔτεα, σὺν τοῖσι Σκύθαι ἦρξαν, τελευτᾷ.

---

niorum regum mentionem facturum ἐν τοῖσι Ἀσσυρίοισι λόγοισι. Atque Aristoteles Hist. Animal. VIII, 20 (18 ed. Schneid.) eiusdem Assyriae historiae ab Herodoto conscriptae meminit et quidem eo loco, ubi de Nini obsidione ille locutus fuerit. Sed in ipso Aristoteleo loco nunc e codd. ac versionibus antiquis repositum videmus Ἡσίοδος pro Ἡρόδοτος. De quo videatur Schneideri adnotatio. De ipsa Assyriâ historiâ, quam Noster binis hisce locis pollicetur, accuratius inquisivit Wesselingius Dissertatt. Herodott. cp. I p. 9. Sunt enim qui peculiare Nostri opusculum de Assyriorum historia exstitisse inde concludant; quamquam mirum profecto est a nemine alio scriptore posterioris aetatis (si ab uno Aristotelis loco incertae lectionis discesseris), hanc Herodoti historiam Assyriam laudari. Unde mihi certe valde dubium videtur, Herodotum unquam tale opus praeter Musas, quas habemus, conscripsisse; qui cum saepius hoc citandi modo utatur, ut ad λόγους vel praegressos vel sequentes amandet lectores, binis illis locis eam operis sui partem s. caput intellexisse videtur, quo peculiariter, per episodiam opinor, tractaverat de Assyriorum historia. At talem episodiam nunc frustra quaeras in iis, quae de Herodoteo opere Musis inscripto adhuc supersunt. Neque hoc mirum. Scimus enim Herodotum multos per annos elaborasse in opere conscribendo per singulas partes, saepius retractatas illas quidem, aliis additis, aliis resectis, usque dum Thuriis versantem senem in absolvendo opere mors occuparet. Qui igitur de Assyriorum historiâ peculiariter in episodia quadam (ut v. c. de Lydis, de Persis, aliis eodem modo loquitur, historiam persecutus) tractandâ sibi ita proposuerat, ut initio libri iam lectores eo ablegaret, is eam ipsam credo postmodo suo loco inserere vel oblitus vel impeditus fuit. Sed, quae fuerit causa omissae episodiae, vix definire nunc liceat. Haec sunt, quae de Assyria Herodoti historia mihi placent. Cautius in his statuit Dahlmann., quem Tu vide, in Herodot. pag. 229 seq. Iaeger. Disputt. Herodott. (Gotting. 1828) pag. 15 in eandem sententiam disputans, hanc digressionem narrationi inserendam utique in scriptoris proposito fuisse censet et quidem ultima libri tertii parte, *ubi* Babyloniae per Zopyrum recuperatio optimam praebuerit occasionem.

Κυαξάρης μὲν — τελευτᾷ] Quod Larcheri e rationibus ac-

107 Ἐκδέκεται δὲ Ἀστυάγης, ὁ Κυαξάρεω παῖς, τὴν βασιληΐην. καί οἱ ἐγένετο θυγάτηρ, τῇ οὔνομα 2 ἔθετο Μανδάνην. τὴν ἐδόκεε Ἀστυάγης ἐν τῷ ὕπνῳ οὐρῆσαι τοσοῦτον, ὥστε πλῆσαι μὲν τὴν ἑωυτοῦ πόλιν, ἐπικατακλύσαι δὲ καὶ τὴν Ἀσίην πᾶσαν. 3 ὑπερθέμενος δὲ τῶν μάγων τοῖσι ὀνειροπόλοισι τὸ ἐνύπνιον, ἐφοβήθη, παρ' αὐτῶν αὐτὰ ἕκαστα μα- 4 θών. μετὰ δὲ, τὴν Μανδάνην ταύτην, ἐοῦσαν ἤδη ἀνδρὸς ὡραίην, Μήδων μὲν τῶν ἑωυτοῦ ἀξίων οὐδενὶ διδοῖ γυναῖκα, δεδοικὼς τὴν ὄψιν· ὁ δὲ Πέρσῃ διδοῖ, τῷ οὔνομα ἦν Καμβύσης· τὸν εὕρισκε οἰκίης μὲν ἐόντα ἀγαθῆς, τρόπου δὲ ἡσυχίου· πολλῷ ἐνερ-

Astyages a. 585 factus rex, et idem pater Mandanes [ex Aryeni uxore anno ante ducta, I, 74], ob somnium de filia sibi oblatum, conditione quaesita extranea, dat eam uxorem Cambysi Persae a. 572.

---

cidit anno 594 a. Chr. n.; secundum Volneium 595 a. Chr.

Cap. CVII.

ὑπερθέμενος δὲ τῶν μάγων τοῖσι ὀνειροπόλοισι τὸ ἐνύπνιον] Omnes libri *ὑποθέμενος*, quod a Stephano iam mutatum fuit in *ὑπερθέμενος*, quod recc. edd. in textum receperunt. Et cap. sequenti sine ulla lectionis varietate *ὑπερθέμενος* invenitur; ipsaque ratio suadet, ut idem illud hoc quoque loco recipiatur. Nam, ut bene monet Wyttenbachius in selectt. historicc. pag. 351, *ὑποθέσθαί τινί τι* est: *alicui consilium dare*; at *ὑπερθέσθαί τινί τι*: *cum aliquo consilium communicare*. Conf. I, 8. VII, 24. VII, 8. — Ad argumentum quod attinet, tenendum est, omnino moris fuisse in hisce orientalium regnis, ut res publicae gravissimae per somniorum interpretationes discernerentur, ubi Magorum ut interpretum istorum somniorum summa fuit auctoritas. Id quod pariter sacrae docent literae quam profanae. Nec fugit Rennelium in Geogr. Herod. pag. 500.

παρ' αὐτῶν αὐτὰ ἕκαστα μαθών] *αὐτῶν* plerique libri. Vulgo *αὐτέων*, quod abiecimus cum Gaisford. — De locutione *ἀνδρὸς ὡραίην* (*viro maturam*) conf. Matth. §. 339 pag. 647, qui idem consulendus §. 316, e pag. 622 de genitivis *οἰκίης μὲν — ἀγαθῆς, τρόπου δὲ ἡσυχίου*. Ad *οἰκίη* (*familia*) et ad ipsam locutionem comparat Valcken. I, 90. II, 172. IV, 76. VI, 35. Wesselingius laudat Iustinum I, 4.

108 θε ἄγων αὐτὸν μέσου ἀνδρὸς Μήδου. Συνοικεού-
σης δὲ τῷ Καμβύσῃ τῆς Μανδάνης, ὁ Ἀστυάγης
2 τῷ πρώτῳ ἔτεϊ εἶδε ἄλλην ὄψιν. ἐδόκεε δέ οἱ ἐκ
τῶν αἰδοίων τῆς θυγατρὸς ταύτης φῦναι ἄμπελον·
3 τὴν δὲ ἄμπελον ἐπισχεῖν τὴν Ἀσίην πᾶσαν. ἰδὼν δὲ
τοῦτο, καὶ ὑπερθέμενος τοῖσι ὀνειροπόλοισι, μετε-
πέμψατο ἐκ τῶν Περσέων τὴν θυγατέρα ἐπίτεκα
4 ἐοῦσαν. ἀπικομένην δὲ ἐφύλασσε, βουλόμενος τὸ
γεννώμενον ἐξ αὐτῆς διαφθεῖραι· ἐκ γάρ οἱ τῆς
ὄψιος οἱ τῶν μάγων ὀνειροπόλοι ἐσήμαινον, ὅτι
μέλλοι ὁ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ γόνος βασιλεύσειν
5 ἀντὶ ἐκείνου. Ταῦτα δὴ ὦν φυλασσόμενος ὁ Ἀστυ-
άγης, ὡς ἐγένετο ὁ Κῦρος, καλέσας Ἅρπαγον, ἄν-
δρα οἰκήϊον, καὶ πιστότατόν τε Μήδων, καὶ πάν-
6 των ἐπίτροπον τῶν ἑωυτοῦ, ἔλεγέ οἱ τοιάδε· „Ἅρ-
„παγε, πρῆγμα τὸ ἄν τοι προσθέω, μηδαμῶς πα-

Ob aliud somnium Astyages, filia gravida primo nuptiarum anno ex Persis arcessita, quem ea puerum peperit, Harpago dat necandum.

Cap. CVIII.

ἐδόκεε δέ οἱ — φῦναι ἄμπελον] Sequitur hoc loco impersonale δοκεῖ accusativi cum infinitivo structura, de quo vid. Matth. §. 537 pag. 1057.

ἐπίτεκα ἐοῦσαν] ἐπίτοκα Mediceus et alii quidam libri, qui infra I, 111 omnes conspirant in lectione ἐπίτεξ, quae etiam proba dicitur Grammaticis damnantibus alteram formam ἐπίτοκος. Vid. Thomam Magistr. p. 357 ibiq. Hemsterhusii not. Phrynich. p. 333 ibiq. Lobeck. In significatione nulla discrepantia. Indicatur enim mulier, *quae partui est proxima.*

ταῦτα δὴ ὦν φυλασσόμενος ὁ Ἀστυάγης] i. e. *haec sibi cavens.* Quod noli commutare cum I, 49 φυλάξας τὴν κυρίην τῶν ἡμερέων; nam ibi φυλάσσειν (in activo) est *observare.* — In seqq. ἄνδρα οἰκήϊον non *familiarem*, sed *cognatum* indicare propter verba cap. seq. μοι συγγενής ἐστι ὁ παῖς monet Larcher.

πρῆγμα τὸ ἄν τοι προσθέω, μηδαμῶς παραχρήσῃ] μηδαμῶς offerunt Mediceus, Schellershem. aliusque liber. Hinc cum Gaisf. illud recipere non dubitavimus. Alii μηδαμῇ, alii μηδαμᾶ neutrum, opiner bene. — παραχρᾶσθαι *obiter*, *neglectim tractare*, *negligere*, occurrit II, 141 aliisque locis, quos Lexica Herodotea indicabunt. — De forma coniunctivi Ionica in προσθέω vid. Matth. §. 212, 9 pag. 402, et de accusativo

„ραχρήσῃ· μηδὲ ἐμέ τε παραβάλῃ, καὶ ἄλλους ἑλό-
7 „μενος, ἐξ ὑστέρης σοι ἑωυτῷ περιπέσῃς. λάβε τὸν
„Μανδάνη ἔτεκε παῖδα· φέρων δὲ ἐς σεωυτοῦ, ἀπό-
„κτεινον· μετὰ δὲ, θάψον τρόπῳ ὅτεῳ αὐτὸς βού-
8 „λεαι.“ Ὁ δὲ ἀμείβεται· „Ὦ βασιλεῦ, οὔτε ἄλλοτέ
„κω παρεῖδες ἀνδρὶ τῷδε ἄχαρι οὐδὲν, φυλασσό-
„μεθα δὲ ἐς σὲ καὶ ἐς τὸν μετέπειτα χρόνον μηδὲν
„ἐξαμαρτεῖν. ἀλλ' εἴ τοι φίλον τοῦτο οὕτω γίνεσθαι,
„χρὴ δὴ, τό γε ἐμὸν, ὑπηρετέεσθαι ἐπιτηδέως.“
109 Τούτοισι ἀμειψάμενος ὁ Ἅρπαγος, ὥς οἱ παρεδόθη
τὸ παιδίον κεκοσμημένον τὴν ἐπὶ θανάτῳ, ἤιε κλαί-

55 In medio consilio usus, Mitradati regis bubulco exponendum in montibus tradit.

πρῆγμα per attractionem quandam pronomini relativo adstructo ibid. §. 474 p. 886.

μηδὲ ἐμέ τε παραβάλῃ, καὶ ἄλλους ἑλόμενος, ἐξ ὑστερῆς σοι ἑωυτῷ περιπέσῃς] παραβάλῃ cum Wyttenbachio in Selectt. hist. p. 351 vertere licet: „*nec me deceptum obiicias periculo.*“ Namque παραβάλλεσθαι alibi: *periculo sese exponere, periclitari*; de quo diximus ad Plutarchi Philopoem. pag. 52. — Verba ἄλλους ἑλόμενος (*alios eligens*) idem Wyttenbachius explicat: *aliorum* αἵρεσιν, *factionem, suscipiens, aliis dominis studens*, comparatque Xenophont. Hellenic. III, 1, 2. — ἐξ ὑστερῆς valet: *postmodo*, ut V, 106. VI, 85. Conf. supra ad I, 60 laudd. — In proximis verbis vulgo desideratur σοι, quod praebet Mediceus liber et alius Parisinus, quodque Gronovio et Wesselingio probatum nunc in textu legitur. Alii libri offerunt σὺ, quod nec ipsum displicet Wesselingio, qui in utramque structuram laudat Aeschin. de Fals. Legat. p. 311 ed. Reisk. Io. Chrysostom. V p. 24, B. F. VII p. 831, C. Matthiae denuo omisit σοι, quippe quum σοὶ ἑωυτῷ soloecum videatur. Quod mihi nondum prorsus est persuasum, qui librorum meliorum auctoritatem in his quoque sequi malui.

παρεῖδες ἀνδρὶ τῷδε ἄχαρι οὐδὲν] De παρεῖδες (i. q. ἐνεῖδες) conf. ad I, 37. Est quoque in his notanda particularum οὔτε — δὲ oppositio, de qua praecepit Werferus in Actt. phill. Monacc. I, 2 p. 260. — τό γε ἐμὸν („*quod ad me certe attinet*“) i. e. ἐμέ γε. Conf. Matth. §. 269. 285.

Cap. CIX.

ὥς οἱ παρεδόθη τὸ παιδίον κεκοσμημένον τὴν ἐπὶ θανάτῳ] Locutio τὴν ἐπὶ θανάτῳ cur non eodem fere modo explicari possit, quo supra I, 67 ἔπεμπον τὴν ἐς θεὸν, aliisque locis a Werfero congestis in

ων ἐς τὰ οἰκία. παρελθὼν δὲ ἔφραζε τῇ ἑωυτοῦ γυναικὶ τὸν πάντα Ἀστυάγεος ῥηθέντα λόγον. ἡ δὲ
2 πρὸς αὐτὸν λέγει· „Νῦν ὦν τί σοι ἐν νόῳ ἐστὶ „ποιέειν;“ Ὁ δὲ ἀμείβεται· „Οὐκ ᾗ ἐνετέλλετο „Ἀστυάγης· οὐδ' εἰ παραφρονήσει τε καὶ μανεῖται „κάκιον ἢ νῦν μαίνεται, οὔ οἱ ἔγωγε προσθήσομαι „τῇ γνώμῃ, οὐδὲ ἐς φόνον τοιοῦτον ὑπηρετήσω.
3 „πολλῶν δὲ εἵνεκα οὐ φονεύσω μιν· καὶ ὅτι αὐ„τῷ μοι συγγενής ἐστιν ὁ παῖς, καὶ ὅτι Ἀστυάγης
4 „μέν ἐστι γέρων, καὶ ἄπαις ἔρσενος γόνου. εἰ δὲ „θελήσει, τούτου τελευτήσαντος, ἐς τὴν θυγατέρα „ταύτην ἀναβῆναι ἡ τυραννίς, ἧς νῦν τὸν υἱὸν

Actt. philoll. Monacc. I, 1 p. 75, equidem non perspicio. Longus est hoc loco Schweighaeuserus, quo demonstret, ad articulum τὴν intelligendum esse στολὴν ut Aemilio Porto olim visum erat, aut potius κόσμησιν, aliaque affert idem, ubi ad articulum nomen ex cognato verbo, quod in proximo sit, repetendum sit. Quae cum partim aliena sint a nostro loco, ea nunc lubens praetereo; quod vero III, 119 (ἔδησεν τὴν ἐπὶ θανάτῳ) et V, 72 (τοὺς ἄλλους κατέδησαν τὴν ἐπὶ θανάτῳ) ille suppletum vult τὴν δέσιν, vereor, ut ferri possit. Neque nostro loco huiuscemodi ellipsis effingenda erit. Namque in his omnibus aeque subaudiendam esse voculam ὁδὸν, mihi persuasum est, nec ii multum a vero aberrare videntur, qui (uti Iacobs. in Atticis pag. 341 ad Herod. V, 72) praegnans omnino dicendi genus in his statuant, verbumque aliquod, in quo mittendi, ducendi, eundi notio inest, mente adiiciendum doceant. Haec respicienti *talis* fere nostri loci sensus erit: „*quum ipsi traderetur puerulus ornatus* (eo consilio,) *ut ad mortem duceretur* s. *ut* (ornatus pro more, dein) *viam ad mortem abduceretur.*“ — In seqq. dedimus ἤϊε cum recentt. Vulgo ᾔει.

τὸν πάντα Ἀστυάγεος ῥηθέντα λόγον] Ubi nihil necesse est ad Ἀστυάγεος vel addere vel subintelligere ὑπὸ, cum ad λόγον aeque bene referri possit. Vid. Pausan. VI, 8 §. 2 aliosque locos a Schaefero laudat. ad Lamb. Bos. Ellipss. p. 750.

καὶ ἄπαις ἔρσενος γόνου] Explicandum hoc eodem pacto, quo supra I, 107 ἀνδρὸς ὡραίην. Conf. Matth. §. 339. — Ad significationem verbi θελήσει vid. quae supra ad I, 32 sunt dicta.

„κτείνει δι' ἐμεῦ, ἄλλο τί ἤ λείπεται τὸ ἐνθεῦτεν „ἐμοὶ κινδύνων ὁ μέγιστος; ἀλλὰ τοῦ μὲν ἀσφαλέ„ος εἵνεκα ἐμοὶ, δεῖ τοῦτον τελευτᾶν τὸν παῖδα· „δεῖ μέν τοι τῶν τινὰ Ἀστυάγεος αὐτοῦ φονέα γε-
110 „νέσθαι, καὶ μὴ τῶν ἐμῶν." Ταῦτα εἶπε, καὶ αὐτίκα ἄγγελον ἔπεμπε ἐπὶ τῶν βουκόλων τῶν Ἀστυάγεος τὸν ἠπίστατο νομάς τε ἐπιτηδεωτάτας νέμοντα, καὶ οὔρεα θηριωδέστατα· τῷ οὔνομα ἦν Μιτραδάτης, συνοίκεε δὲ τῇ ἑωυτοῦ συνδούλῳ· οὔνομα δὲ τῇ γυναικὶ ἦν τῇ συνοίκεε, Κυνὼ, κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν· κατὰ δὲ τὴν Μηδικὴν, Σπακώ· 2τὴν γὰρ κύνα καλέουσι σπάκα Μῆδοι. αἱ δὲ ὑπώ-

---

ἄλλο τί ἤ λείπεται] i. e. *nonne superest.* De quo interrogandi genere monuit, h. l. laudato, Matth. §. 487, 9 p. 914. Paulo ante quod pro ἤ ς Struve Specim. Quaest. Herod. p. 23 repositum vult τῆς, libris invitis, equidem viro doctissimo ex iis legibus quas mihi scripsi, obtemperare haud potui. Qui idem p. 30. 32 initio huius capitis pro οὐκ ἤ ἐνετέλλετο scribi iubet οὐ τῇ vel οὐκ ὄκῃ ἐνετ. Nec tamen mihi persuasit.

Cap. CX.

— ἔπεμπε ἐπὶ τῶν βουκόλων — τὸν ἠπίστατο νομάς τε ἐπιτηδεωτάτας νέμοντα] Pro ἔπεμπε ἐπὶ τοῦτον τῶν βουκόλων, ὃν ἠπίστατο. Cf. Matth. §. 321, 5 pag. 628 seq. Vocem ἐπιτηδεωτάτας Reiskius mutare voluit in ἀνεπιτηδειοτάτας, ut pascua intelligantur *maxime horrifica.* Sed verba seqq. οὔρεα θηριωδέστατα Reiskium in errorem induxisse nemo non videt. Wesselingius intelligit *pascua bobus pascendis maxime apta*, *egregia* ob soli virtutem, agrosque herbidos atque irriguos. Schweigh. intelligit pascua *ad id*, *de quo nunc agebatur*, *maxime idonea.* Gallus interpres Wesselingium est secutus; Italus reddit: „*per pascoli opportunissimi.*"

συνοίκεε δὲ τῇ ἑωυτοῦ συνδούλῳ] Ita scripsimus cum recentt. editt. e Sancroft. libro. Vulgo συνδούλῃ, omisso articulo τῇ. Conf. II, 134.

τὴν γὰρ κύνα καλέουσι σπάκα Μῆδοι] Ex Herodoti narratione profectus Iustinus I, 4 alia addit, quibus fabula magis exornetur et amplietur. Ipsum Medicum nomen Σπάκα frustra hodieque viri docti quaesierunt, cum ne illud quidem constet, utrum eadem fuerit Medorum et Persarum lingua nec ne. Unus

ρεαί εἰσι τῶν οὐρέων ἔνθα τὰς νομὰς τῶν βοῶν εἶχε οὗτος δὴ ὁ βουκόλος, πρὸς βορέω τε ἀνέμου τῶν Ἀγβατάνων, καὶ πρὸς τοῦ πόντου τοῦ Εὐξεί-
3 νου. ταύτῃ μὲν γὰρ ἡ Μηδικὴ χώρη πρὸς Σασπείρων ὀρεινή ἐστι κάρτα, καὶ ὑψηλή τε καὶ ἴδῃσι συνηρεφής. ἡ δὲ ἄλλη Μηδικὴ χώρη ἐστὶ πᾶσα ἄ-
4 πεδος. ἐπεὶ ὦν ὁ βουκόλος σπουδῇ πολλῇ καλεόμενος ἀπίκετο, ἔλεγε ὁ Ἅρπαγος τάδε· „Κελεύει „σε Ἀστυάγης τὸ παιδίον τοῦτο λαβόντα, θεῖναι ἐς „τὸ ἐρημότατον τῶν οὐρέων, ὅκως ἂν τάχιστα δι-
5 „αφθαρείη. καὶ τάδε τοι ἐκέλευσε εἰπεῖν, ἢν μὴ „ἀποκτείνῃς αὐτό, ἀλλά τεῳ τρόπῳ περιποιήσῃς, „ὀλέθρῳ τῷ κακίστῳ σε διαχρήσεσθαι· ἐπορᾶν δὲ

Tannegui Lefèvre ad Iustini locum affirmat, apud Hyrcanios quae gens Persis fuerit subdita, adhuc canem vocari *Spac*. Quod unde ille sciverit, equidem nescio, nec ipsa viri docti nota ad manus est, quam solum e Larcheri adnotatione ad h. l. cognovi. Praeterea Italus interpres comparat Russorum *Sabac*. A Grammaticis Graecis citatur σπάξ ut canis nomen apud Persas. Cf. Struve Specim. Quaest. pag. 14 not. Vocem Κυνὼ derivari a κύων (canis), vix monitu erit opus. — ὑπώρεα s. ὑπώρεια *radices* significat *montium*, ut IV, 23. VII, 129. IX, 19. 56.

πρὸς Σασπείρων] i. e. *Saspires versus*, *eam*, *quam Saspires incolunt*, *terram versus*; *in der Richtung nach dem Land der Saspiren*. Alia exempla usus Herodotei dabit Matthiae §. 590, γ p. 1179. Conf. I, 84. Quod moneo, cum hic minus accurata videatur Schweighaeuseri Latina interpretatio. — De *Saspirum* gente monuimus ad 1, 104. Variant hic in ipsa nominis scriptura nonnihil libri; qua de re quaedam monuit Wesselingius.

καὶ ἴδῃσι συνηρεφής] ἴδη Herodoto est *sylva*. Moneant Lexica, ubi laud. IV, 109. 175. V, 23. VIII, 111. In seqq. ἄπεδος est *planus*, ut ἄπεδος χῶρος IX, 102 coll. IX, 25. IV, 62. — De ὅκως ἂν — διαφθαρείη vid. ad I, 75. 99.

ὀλέθρῳ τῷ κακίστῳ σε διαχρήσεσθαι] Vertunt: „*pessimo exitu te periturum*. Sed quaeritur σὲ utrum sit subiecti accusativus an obiecti. Illud si sumas, διαχρήσεσθαι ὀλέθρῳ eodem pacto coniungi posse monet Schweigh. quam I, 167: τοιούτῳ μόρῳ διαχρᾶσθαι. Qui tamen locus meâ sententiâ

111 „ἐκκείμενον διατέταγμαι ἐγώ.“ Ταῦτα ἀκούσας ὁ 55 Bubulcus rem uxori narrat.
βουκόλος, καὶ ἀναλαβὼν τὸ παιδίον ἤϊε τὴν αὐτὴν
2 ὀπίσω ὁδὸν, καὶ ἀπικνέεται ἐς τὴν ἔπαυλιν. τῷ δ'
ἄρα καὶ αὐτῷ ἡ γυνὴ, ἐπίτεξ ἐοῦσα πᾶσαν ἡμέρην,
τότε κως κατὰ δαίμονα τίκτει, οἰχομένου τοῦ βου-
κόλου ἐς πόλιν. ἦσαν δὲ ἐν φροντίδι ἀμφότεροι
ἀλλήλων πέρι· ὁ μὲν, τοῦ τόκου τῆς γυναικὸς ἀῤ-
ῥωδέων· ἡ δὲ γυνὴ, ὅ τι οὐκ ἐωθὼς ὁ Ἅρπαγος 56

---

minus apte cum nostro componetur, quocum magis convenit alter locus I, 24: κελεύειν τοὺς πορθμέας ἢ αὐτὸν διαχρᾶσθαί μιν („*se ipsum interficere*“). Nam solet Noster verbis διαχρᾶσθαι s. καταχρᾶσθαι (vid. ad I, 82) *interficiendi* notione adiungere accusativum personae; quem h. l. pronomine σὲ indicari vix mihi dubium. Hinc subiecti accusativus ad infinitivum mente adiiciendus, qui nullus alius esse potest nisi Astyages, qui Harpagum haec dicere iussit bubulco, *se* (i. e. regem) de bubulco supplicium sumturum, *se* pessimo mortis genere eum interfecturum (s. interfici iussurum). Iam ita si locum interpreteris, nihil video, quod nos offendat. De usu verbi διαχρᾶσθαι videatur Thomas Magister p. 222 seq. ibique adnotata. — In seqq. pro διατέταγμαι (*iussus sum*) Mediceus aliique τέταγμαι; quod tamen ut praeferam vulgatae lectioni, nullam habeo causam.

Cap. CXI.

ἡ γυνὴ, ἐπίτεξ ἐοῦσα πᾶσαν ἡμέρην] i. e. uxor, cuius *partus in dies* (s. de die in diem) *exspectabatur*. Monuerunt Abresch. in Dilucidd. Thucydidd. p. 583 et Schweigh. ad h. l., de locutione πᾶσαν ἡμέρην laudans VII, 203 et 198, ubi ἀνὰ additum invenitur. — De ἐπίτεξ vid. ad I, 108. — In sqq. κατὰ δαίμονα i. e. *forte fortunâ*, in quo, ut in tot aliis eiusmodi, κατὰ adverbii vim exprimere videtur, cum proprie significet: *secundum*, *ex*. Conf. Fischer. ad Weller. III, 6 p. 180.

τοῦ τόκου τῆς γυναικὸς ἀῤῥωδέων] i. e. *timens ob mulieris partum*. Genitivi ratio vix diversa ab iis, quae collegit Matthiae §. 368. — In seqq. iure optimi libri μεταπέμψαιτο loco olim vulgatae μετεπέμψατο. Nam hic maxime accommodatus est optativus. Ut autem altero loco editur ὅ τι — μεταπέμψαιτο, ita etiam priori loco edendum curavimus ὅ τι οὐκ ἐωθὼς ὁ Ἅρπαγος μεταπέμψαιτο, ubi male apud Gaisfordium, alios ὅτι coniunctim invenitur. Monuit Struve Quaest. de Herodot. dialect. specim. pag. 47.

3 μεταπέμψαιτο αὐτῆς τὸν ἄνδρα. ἐπεί τε δὲ ἀπονο-
στήσας ἐπέστη, οἷα ἐξ ἀέλπτου ἰδοῦσα ἡ γυνὴ, εἴ-
ρετο προτέρη, ὅ τι μιν οὕτω προθύμως Ἅρπαγος
4 μεταπέμψαιτο. ὁ δὲ εἶπε· „Ὦ γύναι, εἶδόν τε ἐς
„πόλιν ἐλθὼν καὶ ἤκουσα τὸ μήτε ἰδεῖν ὄφελον,
„μήτε κοτὲ γενέσθαι ἐς δεσπότας τοὺς ἡμετέρους.
„οἶκος μὲν πᾶς Ἁρπάγου κλαυθμῷ κατείχετο· ἐγὼ
5 „δὲ ἐκπλαγεὶς, ἤϊα ἔσω. ὡς δὲ τάχιστα ἐσῆλθον,
„ὁρέω παιδίον προκείμενον, ἀσπαῖρόν τε καὶ κραυ-
„γανόμενον, κεκοσμημένον χρυσῷ τε καὶ ἐσθῆτι
6 „ποικίλῃ. Ἅρπαγος δὲ ὡς εἶδέ με, ἐκέλευε τὴν τα-

οἷα ἐξ ἀέλπτου ἰδοῦσα ἡ γυνή] De οἷα ante participia monuit Matthiae §. 569, 7 pag. 1125, idemque §. 574 pag. 1134 de dictione ἐξ ἀέλπτου (*ex insperato*); ad quam illustrandam etiam Wesselingius aliquot Graecorum scriptorum locos attulit. — In seqq. ὅ τι accipere licet: *propter quid*, *cur;* ubi διὰ omissum vulgo docent. Conf. si tanti est, Matth. §. 477, e pag. 893.

ὦ γύναι, εἶδόν τε κ. τ. λ.] γύναι, compellamentum honestissimum apud veteres dicit Fischer. ad Anacreont. XX, 11. In seqq. ad verbi ὄφελον cum infinitivo usum iis in rebus, quas fieri utique oportuisse volumus, quae vero reapse nondum factae sunt, conf. Matth. §. 513 not. 3 pag. 976. Blomfield. not. ad Aeschyl. Pers. 912 pag. 84 ed. Cantabrig.

ἐς δεσπότας τοὺς ἡμετέρους] ἐς h. l. est: *quod attinet ad.* Scripsimus cum Gaisf. ac potioribus libris δεσπότας, ut item legitur I, 129 fin. Vulgo δεσπότεας, quae forma pertinet ad formam ἐξηγητέας ac similes. Conf. I, 78. Recurrit I, 112.

κεκοσμημένον χρυσῷ τε καὶ ἐσθῆτι ποικίλῃ] Eodem pacto paulo infra: ὁρέων χρυσῷ τε καὶ εἵμασι κεκοσμημένον; quod explicant eo dicendi genere, quod vulgo appellant ἓν διὰ δυοῖν; ut fuerit puerulus ornatus aurata ac variegata veste. Eadem locutio exstat III, 1, quacum conf. Plutarch. Artaxerx. 15. — Pro κραυγανόμενον, quod proxime antecedit, Schellershem. liber aliusque Parisinus praebent κραυγανώμενον, alius liber κραυγανόμενον. Unde Lobeckio ad Phrynich. pag. 337 legendum videtur κραγγανόμενον (a κραγγάνω, ut κλαγγάνω); qui idem cum laudat Blomfieldium ad Aesch. Pers. p. 189 praeferentem κραυγαινόμενον, equidem in mea editione (Lipsiensi) nihil tale reperire potui. Citat

„χίστην ἀναλαβόντα τὸ παιδίον, οἴχεσθαι φέροντα,
„καὶ θεῖναι ἔνθα θηριωδέστατον εἴη τῶν οὐρέων·
„φὰς Ἀστυάγεα εἶναι τὸν ταῦτα ἐπιθέμενόν μοι,
7 „πολλὰ ἀπειλήσας εἰ μή σφεα ποιήσαιμι. καὶ ἐγὼ
„ἀναλαβὼν ἔφερον, δοκέων τῶν τινος οἰκετέων εἶ-
„ναι· οὐ γὰρ ἄν κοτε κατέδοξα ἔνθεν γε ἦν. ἐθάμ-
„βεον δὲ ὁρέων χρυσῷ τε καὶ εἵμασι κεκοσμημένον·
„πρὸς δὲ, καὶ κλαυθμὸν κατεστεῶτα ἐμφανέα ἐν
8 „Ἁρπάγου. καὶ πρόκα τε δὴ κατ' ὁδὸν πυνθάνομαι
„τὸν πάντα λόγον θεράποντος, ὃς ἐμὲ προπέμπων
„ἔξω πόλιος, ἐνεχείρισε τὸ βρέφος· ὡς ἄρα Μαν-
„δάνης τε εἴη παῖς τῆς Ἀστυάγεω θυγατρὸς, καὶ
„Καμβύσεω τοῦ Κύρου, καί μιν Ἀστυάγης ἐντέλ-
112 „λεται ἀποκτεῖναι. νῦν τε ὅδε ἐστί.“ Ἅμα δὲ ταῦ-
τα ἔλεγε ὁ βουκόλος, καὶ ἐκκαλύψας ἀπεδείκνυε.

Eius consilio puerum quem ipsa mortuum pepererat, pro altero exponit: hunc autem, qui postea Cyrus dictus est, pro suo educat.

---

utique nostrum locum Blomfield. in Glossar. ad Aeschyl. Pers. ad vs. 970, ubi de voce ἀσπαίρω (*reluctor*, *palpito*, de infantibus potissimum) agit, sed nil mutatum est in lectione κραυγανόμενον.

καὶ πρόκα τε δὴ κατ' ὁδὸν πυνθάνομαι] πρόκα τε abest a nonnullis libris. Sed alii retinent, ubi πρόκατε coniunctim una voce scribitur; quae scriptura placet Schweighaeusero, cum πρόκα simplex (sine τε) non occurrat apud Nostrum ac praeterea constanter praeponatur καὶ particula, v. c. VI, 134. VIII, 65. 135; ut apud Hesychium sub litera *K* legatur: Καὶ προκατείδη, ἀντὶ τοῦ ἄφνω. Nec aliter alii lexicographi exponunt εὐθὺς, παραχρῆμα, ἐξαίφνης, *statim*, *protinus*, *subito*. — In seqq. Ἀστυάγεω, quod e Sancrofti libro aliisque dedit Gaisfordius, retinuimus. Vulgo Ἀστυάγεος, quod firmatur auctoritate libri Medicei, Schellershemiani, aliorum. Sed conf. supra I, 13 seq. Γύγεω, I, 67 Ὀρέστεω. Matthiae retinuit Ἀστυάγεος.

νῦν τε ὅδε ἐστί] ὅδε merito recentt. editt. receperunt e libris. Vulgo ὧδε, ut in Sancrofti libro exstat. Bene Larcher.: „*Le voici cet enfant.*“

Cap. CXII.

Ἅμα δὲ ταῦτα ἔλεγε ὁ βουκόλος, καὶ — ἀπεδείκνυε] Exspectabas: ἅμα δὲ τ. λέγων, cuius participii loco crebrius Noster ponit verbum finitum, quod per particulam καὶ sequentibus annectit. Vid. Matthiae

ἡ δὲ, ὡς εἶδε τὸ παιδίον μέγα τε καὶ εὐειδὲς ἐὸν,
δακρύσασα, καὶ λαβομένη τῶν γουνάτων τοῦ ἀν-
2 δρὸς, ἔχρηζε μηδεμιῇ τέχνῃ ἐκθεῖναί μιν. ὁ δὲ οὐκ
ἔφη οἷός τε εἶναι ἄλλως αὐτὰ ποιέειν· ἐπιφοιτήσειν
γὰρ κατασκόπους ἐξ Ἁρπάγου ἐποψομένους· ἀπο-
λέεσθαί τε κάκιστα, ἢν μή σφεα ποιήσῃ. ὡς δὲ
οὐκ ἔπειθε ἄρα τὸν ἄνδρα, δεύτερα λέγει ἡ γυνὴ
3 τάδε· „Ἐπεὶ τοίνυν οὐ δύναμαί σε πείθειν μὴ ἐκ-
„θεῖναι, σὺ δὲ ὧδε ποίησον, εἰ δὴ πᾶσά γε ἀνάγκη
„ὀφθῆναι ἐκκείμενον· τέτοκα γὰρ καὶ ἐγὼ, τέτοκα
4 „δὲ τεθνεός· τοῦτο μὲν φέρων πρόθες, τὸν δὲ τῆς
„Ἀστυάγεος θυγατρὸς παῖδα ὡς ἐξ ἡμέων ἐόντα
„τρέφωμεν· καὶ οὕτω οὔτε σὺ ἁλώσεαι ἀδικέων
„τοὺς δεσπότας, οὔτε ἡμῖν κακῶς βεβουλευμένα
5 „ἔσται. ὅ τε γὰρ τεθνεὼς βασιληΐης ταφῆς κυρή-
„σει, καὶ ὁ περιεὼν οὐκ ἀπολέει τὴν ψυχήν."
113 Κάρτα τε ἔδοξε τῷ βουκόλῳ πρὸς τὰ παρεόντα εὖ
2 λέγειν ἡ γυνὴ, καὶ αὐτίκα ἐποίεε ταῦτα. τὸν μὲν

---

§. 565 not. 3 pag. 1114 coll. §. 620 pag. 1257, qui quod in Herodoteo loco laudando post δὲ adscripsit τε uncis inclusum et apposito interrogandi signo, hoc quo tendat, non satis perspicio. An voluit τε, quod pro δὲ in textum recipiatur?

ἔχρηζε μηδεμιῇ τέχνῃ] i. e. *vehementer, etiam atque etiam* (maritum) *rogabat, ne puerulum exponeret.* Admonuit de locutione πάσῃ τέχνῃ ac similibus Wesseling. ad Sophocl. Aiac. 743 ed. Erf.

εἰ δὴ πᾶσά γε ἀνάγκη] Sic plerique libri. A Mediceo alioque libro abest particula γε, eiecta inde a Gronovio, quod probavit Wesseling., alios locos et Nostri (II, 22. 35. IV, 179. V, 32) et aliorum scriptorum collaudans, ubi in hac locutione desideratur particula γε. Quam tamen nostro loco aptissimam, bonisque libris firmatam cum recentt. editt. restituere non dubitavimus. In seqq. miror Gaisfordium e Sancrofti libro non rescribentem Ἀστυάγεω pro vulgata reliquorum codd. lectione Ἀστυάγεος. Idem post rescripsit δεσπότας (pro δεσπότεας), quod adscivimus. Conf. I, 111.

Cap. CXIII.

τὸν μὲν ἔφερε θανατώσων

ἔφερε θανατώσων παῖδα, τοῦτον μὲν παραδιδοῖ τῇ
ἑωυτοῦ γυναικί· τὸν δὲ ἑωυτοῦ, ἐόντα νεκρὸν, λα-
βὼν ἔθηκε ἐς τὸ ἄγγος ἐν τῷ ἔφερε τὸν ἕτερον·
κοσμήσας δὲ τῷ κόσμῳ παντὶ τοῦ ἑτέρου παιδὸς,
3 φέρων ἐς τὸ ἐρημότατον τῶν οὐρέων τιθεῖ. ὡς δὲ 57
τρίτη ἡμέρη τῷ παιδίῳ ἐκκειμένῳ ἐγένετο, ἤϊε ἐς
πόλιν ὁ βουκόλος, τῶν τινα προβόσκων φύλακον
4 αὐτοῦ καταλιπών. ἐλθὼν δὲ ἐς τοῦ Ἁρπάγου, ἀπο-
δεικνύναι ἔφη ἑτοῖμος εἶναι τοῦ παιδίου τὸν νέκυν.
πέμψας δὲ ὁ Ἅρπαγος τῶν ἑωυτοῦ δορυφόρων τοὺς
πιστοτάτους, εἶδέ τε διὰ τούτων, καὶ ἔθαψε τοῦ
5 βουκόλου τὸ παιδίον. καὶ τὸ μὲν ἐτέθαπτο· τὸν δὲ
ὕστερον τούτων Κῦρον ὀνομασθέντα παραλαβοῦσα
ἔτρεφε ἡ γυνὴ τοῦ βουκόλου, οὔνομα ἄλλο κοῦ τι
καὶ οὐ Κῦρον θεμένη.

114 Καὶ ὅτε δὴ ἦν δεκαέτης ὁ παῖς, πρῆγμα ἐς αὐ-
2 τὸν τοιόνδε γενόμενον ἐξέφηνέ μιν. ἔπαιζε ἐν τῇ
κώμῃ ταύτῃ ἐν τῇ ἦσαν καὶ αἱ βουκολίαι αὗται,
ἔπαιζε δὲ μετ᾽ ἄλλων ἡλίκων ἐν ὁδῷ· καὶ οἱ παῖδες
παίζοντες εἵλοντο ἑωυτῶν βασιλέα εἶναι τοῦτον δή.

Cyrus decennis a. 561 rex in lusu a congerronibus factus, puero nobili verberato, accusatur ab eius patre Artembare apud Astyagem.

παῖδα, τοῦτον μὲν παραδιδοῖ κ. τ. λ.] Monuit de particula μὲν in his iterata Matth. §. 622, 5 pag. 1268.

τῶν τινα προβόσκων φύλακον αὐτοῦ καταλιπών] πρόβοσκος de pastore cum rarius occurrat (e Philone Iud. Legat. p. 993, D. Wesseling. laudat προβόσκημα, modo sanum sit) suspicio orta Valckenario, substituendam vocem magis usitatam αἰγοβόσκων; quae tamen ut ταῖς βουκολίαις bene conveniat, iure metuit Wesselingius. Πρόβοσκος a Toupio (Epist. critic. p. 66 ed. Lips.) explicatur *subbubulcus*, s. *locum tenens bubulci;* nisi potius ita accipiendum ut inferioris ordinis pastorem indicet, qui sub imperio quasi alius praefecti superioris (qualis est Harpagus) armenta pascat ac regat.

Cap. CXIV.

—— εἵλοντο ἑωυτῶν βασιλέα εἶναι τοῦτον δὴ κ. τ. λ.] Notarunt hoc dicendi genus, quo infinitivus εἶναι abundanter fere quibusdam verbis adponi videtur, viri docti ad Vigerum

τὸν τοῦ βουκόλου ἐπίκλησιν παῖδα. ὁ δὲ αὐτῶν διέ- 1
ταξε τοὺς μὲν, οἰκίας οἰκοδομέειν· τοὺς δὲ, δορυ-
φόρους εἶναι· τὸν δέ κου τινὰ αὐτῶν, ὀφθαλμὸν
βασιλέος εἶναι· τῷ δέ τινι, τὰς ἀγγελίας ἐσφέρειν
3 ἐδίδου γέρας· ὡς ἑκάστῳ ἔργον προστάσσων. εἷς
δὴ τούτων τῶν παιδίων συμπαίζων, ἐὼν Ἀρτεμβά- 5
ρεος παῖς, ἀνδρὸς δοκίμου ἐν Μήδοισι· οὐ γὰρ δὴ
ἐποίησε τὸ προσταχθὲν ἐκ τοῦ Κύρου· ἐκέλευε αὐ-
4 τὸν τοὺς ἄλλους παῖδας διαλαβεῖν. πειθομένων δὲ

---

de idiotismm. pag. 750 seqq. Weiske de pleonasm. pag. 98 seq. Paulo post ἐπίκλησιν est: istum bubulci puerum *secundum cognomen suum* s. *prout nimirum reliqui pueri eum cognominare solebant.* — In seqq. cum melioribus libris et Gaisfordio dedimus αὐτῶν pro vulg. αὐτέων. Idem statim recurrit.

οἰκίας οἰκοδομέειν] Pauwium emendantem οἰκονομέειν, ut intelligantur regis οἰκονόμοι, quibus universa et aedium et rerum domesticarum fuerit cura, bene refutavit Wesselingius, cum hic de puerorum lusu sit sermo, cui certe optime convenit casas, aedes, aedificare. In sequentibus itidem Gaisfordium sumus secuti, scribentes: τὸν δέ κου τινὰ αὐτῶν, quamquam libri, uno excepto, ferunt τῶν δέ κου. Atque iam Wyttenbachius in Select. hist. pag. 351 maluerat τόν; qui idem verba ὡς ἑκάστῳ ἔργον προστάσσων sic verti iubet: *opus unicuique pro suo ipse iudicio mandans*, s. *opus cuique, ut conveniret, mandans* (ad Platon. Phaedon. p. 215). Scripsimus quoque βασιλέος pro βασιλῆος, ut supra, et εἰσφέρειν pro φέρειν, quod vulgatas editiones olim occupabat. Vid. III, 77. 84, ubi eodem in negotio ἐσαγγελεύς. Fuit hic Medorum regum mos, ut nemo ad ipsos accederet, nisi per ministros regios antea indicatus, cui ipsi aditum concesserant. Quod dein ut tot alia, ad Persarum reges transiisse neminem fere fugit. Praeter Brissonium, cuius locum iam supra ad I, 100 citavimus, conf. Heeren. in Ideen I, 1 pag. 473. De ὀφθαλμοῖς s. *oculis*, quorum erat ad regem deferre, quidquid in toto regno ageretur, plurima collegit Stanleius ad Aeschyl. Pers. 973. *Internuntiorum*, qui Graece quoque dicuntur ἀγγελιαφόροι s. οἱ τὰς ἀγγελίας εἰσφέροντες, munus intelligitur ex ipsius Herodoti l. l. Per hos enim responsa dabant reges iis, qui ipsos adibant aut quid ab ipsis petebant. Conf. Brissonium de reg. Pers. princ. I, 212 seq.

ἐκέλευε — διαλαβεῖν] διαλαβεῖν (pro διαλαβέειν) e

τῶν παίδων, ὁ Κῦρος τὸν παῖδα τρηχέως κάρτα περιέσπε μαστιγέων· ὁ δὲ, ἐπεί τε μετείθη τάχιστα, ὥς γε δὴ ἀνάξια ἑωυτοῦ παθὼν, μᾶλλόν τι περιημέκτεε· κατελθὼν δὲ ἐς πόλιν, πρὸς τὸν πατέρα ἀποικτίζετο τῶν ὑπὸ Κύρου ἤντησε, λέγων δὲ οὐ Κύρου, (οὐ γάρ κω ἦν τοῦτο τοὔνομα,) ἀλλὰ πρὸς
5 τοῦ βουκόλου τοῦ Ἀστυάγεος παιδός. Ὁ δὲ Ἀρτεμβάρης ὀργῇ, ὡς εἶχε, ἐλθὼν παρὰ τὸν Ἀστυάγεα, καὶ ἅμα ἀγόμενος τὸν παῖδα, ἀνάρσια πρήγματα ἔφη πεπονθέναι, λέγων· „Ὦ βασιλεῦ, ὑπὸ „τοῦ σοῦ δούλου, βουκόλου δὲ παιδὸς, ὧδε πε„ριϋβρίσμεθα.“ (δεικνὺς τοῦ παιδὸς τοὺς ὤμους.)

115 Ἀκούσας δὲ καὶ ἰδὼν ὁ Ἀστυάγης, θέλων τιμωρῆσαι τῷ παιδὶ τιμῆς τῆς Ἀρτεμβάρεος εἵνεκα, μετε-

Cyri a rege interrogati constantia.

---

melioribus libris cum Gaisfordio adscivimus. Est vero hic: *medium aliquem comprehendere*, ut IV, 94. 68, ubi conf. Wesseling. Grammaticus Graec. in Bekkeri Anecdd. I p. 36 bina verbo διαλαβεῖν significari adnotat, alterum τὸ ἑκατέρωθέν τινος λαβέσθαι (sequitur hic locus); alterum est illud, de quo vid. ad I, 190.

τρηχέως κάρτα περιέσπε μαστιγέων] περιέσπε scripsimus, non περίεσπε, ut olim impressum erat et adhuc impressum extat apud Matth. Gramm. Graec. §. 234 pag. 457, ubi de formis huius verbi agit. De formâ μετείθη, in qua libri hic variant, idem vid. §. 214, 1 pag. 408. In seqq. ἀποικτίζετο τῶν ὑπὸ Κύρου ἤντησε Genitivus quoque referri poterit ad ἤντησε, quod verbum *accipiendi*, *fruendi* notione huic casui iungitur. Herod. II, 119: —— ξεινίων ἤντησε μεγάλων. Alia laudat Matthiae Gr. Gr. pag. 636.

Cap. CXV.

τιμῆς τῆς Ἀρτεμβάρεος εἵνεκα] εἵνεκα in Schellershemiano et in Sancrofti libro alioque Parisino cum esset, adscivimus post Gaisfordium. Vulgo ἕνεκα. Eadem fere lectionis varietas haud infrequens apud Pausaniam, de quo Siebelis. ad I, 5 §. 4. Mox in voce ἀεικείῃ variant libri. Supra I, 73 sine ulla lectione legitur ἀεικείῃ coll. III, 160; nec hoc loco plerique et ii meliores libri scripti ab hac lectione recedunt, quam a Gaisfordio mutatam miror in ἀεικίῃ, contra Matthiae canonem, ex quo nomina substan-

2πέμπετο τόν τε βουκόλον καὶ τὸν παῖδα. ἐπεί τε
δὲ παρῆσαν ἀμφότεροι, βλέψας πρὸς τὸν Κῦρον ὁ
᾿Αστυάγης, ἔφη· „Σὺ δὴ, ἐὼν τοῦδε τοιούτου ἐόν-
„τος παῖς, ἐτόλμησας τὸν τοῦδε παῖδα, ἐόντος πρώ-
3„του παρ᾽ ἐμοὶ, ἀεικείῃ τοιῇδε περισπεῖν;“ Ὁ δὲ
ἀμείβετο ὧδε· „Ὦ δέσποτα, ἐγὼ δὲ ταῦτα τοῦτον
„ἐποίησα σὺν δίκῃ. οἱ γάρ με ἐκ τῆς κώμης παῖ-
„δες, τῶν καὶ ὅδε ἦν, παίζοντες, σφέων αὐτῶν 58
4„ἐστήσαντο βασιλέα. ἐδόκεον γάρ σφι εἶναι ἐς
„τοῦτο ἐπιτηδεώτατος. οἱ μέν νυν ἄλλοι παῖδες
„τὰ ἐπιτασσόμενα ἐπετέλεον· οὗτος δὲ ἀνηκούστεέ
„τε, καὶ λόγον εἶχε οὐδένα· ἐς ὃ ἔλαβε τὴν δίκην.
„εἰ ὦν δὴ τοῦδε εἵνεκα ἄξιός τευ κακοῦ εἰμὶ, ὧδέ
116 „τοι πάρειμι.“ Ταῦτα λέγοντος τοῦ παιδὸς, τὸν
Rex eum agnoscit, et bubulcus verum fatetur.
᾿Αστυάγεα ἐσῄει ἀνάγνωσις αὐτοῦ· καὶ οἱ ὅ τε χα-
ρακτὴρ τοῦ προσώπου προσφέρεσθαι ἐδόκεε ἐς ἑωυ-
τὸν, καὶ ἡ ὑπόκρισις ἐλευθερωτέρη εἶναι· ὅ τε

---

tiva ab adiectivis in ῆς desinentibus, quae genitivum in έος declinant, derivata, radici literas ίη adiungant itaque formam — είη habeant. Vid. eius not. ad II, 87. Itaque retinuimus ἀεικείῃ. Rectius e libris reduxit Gaisfordius ἀμείβετο pro vulg. ἀμείβεται.

ἐς ὃ ἔλαβε τὴν δίκην] i. e. *donec tandem poenas dedit*, recte explicante Struve in Quaest. Herod. specim. p. 42, ubi quotquot apud Herodotum inveniuntur loci formulae ἐς ὃ (*donec*), singulari industria collegit. Sic I, 93. 94. 98 etc.

ὧ δ έ τοι πάρειμι] Bene Schweigh. pro ὧδε mavult ὅδε, quod tres libri ostendunt, quodque in melioribus libris supra invenitur I, 111. Dubitat tamen Buttmann. in Gr. Graec. maior. II pag. 286.

Cap. CXVI.

τὸν ᾿Αστυάγεα ἐσῄει ἀνάγνωσις] i. e. *subiit Astyagem ut agnosceret puerum*. De accusativi usu post εἰσιέναι, similia, iam monuit, idoneis testibus allatis, Matth. §. 402, D p. 736. Conf. Herod. VII, 46.

προσφέρεσθαι ἐδόκεε ἐς ἑωυτὸν] Nonnulli libri ἐς αὐτοὺς, quod placet Gronovio, ad Cambysem et Mandanen haec referenti, quae ad Astyagem pertinere patet. In seqq. quod

χρόνος τῆς ἐκθέσιος τῇ ἡλικίῃ τοῦ παιδὸς ἐδόκεε
2 συμβαίνειν. ἐκπλαγεὶς δὲ τούτοισι, ἐπὶ χρόνον ἄ-
φθογγος ἦν. μόγις δὲ δή κοτε ἀνενειχθεὶς, εἶπε,
θέλων ἐκπέμψαι τὸν Ἀρτεμβάρεα, ἵνα τὸν βουκόλον
3 μοῦνον λαβὼν βασανίσῃ· „Ἀρτέμβαρες, ἐγὼ ταῦτα
„ποιήσω, ὥστε σὲ καὶ τὸν παῖδα τὸν σὸν μηδὲν
4 „ἐπιμέμφεσθαι.“ Τὸν μὲν δὴ Ἀρτεμβάρεα πέμπει·
τὸν δὲ Κῦρον ἦγον ἔσω οἱ θεράποντες, κελεύσαν-
5 τος τοῦ Ἀστυάγεος. ἐπεὶ δὲ ὑπελέλειπτο ὁ βουκό-
λος μοῦνος, μουνωθέντα τάδε αὐτὸν εἴρετο ὁ Ἀστυά-
γης, κόθεν λάβοι τὸν παῖδα, καὶ τίς εἴη ὁ παρα-
δούς; ὁ δὲ ἐξ ἑωυτοῦ τε ἔφη γεγονέναι, καὶ τὴν
6 τεκοῦσαν αὐτὸν ἔτι εἶναι παρ' ἑωυτῷ. Ἀστυάγης
δέ μιν οὐκ εὖ βουλεύεσθαι ἔφη, ἐπιθυμέοντα ἐς
ἀνάγκας μεγάλας ἀπικνέεσθαι· ἅμα τε λέγων ταῦτα,

---

vulgo nunc legitur ἐλευθεριωτέρῃ, id ex coniectura fluxit; quare secundum vestigia codicum reduximus ἐλευθερωτέρῃ; quippe eius responsio magis libero homini atque ingenuo convenire videbatur, quam servulo et subdito infimae conditionis.

μόγις δὲ δή κοτε ἀνενειχθεὶς] μόγις δὴ — κοτὲ i. e. *tandem aliquando* s. *aegre tandem*. Formulam aliquot exemplis, monente *Cr.*, illustravit Heindorfius ad Platon. Protagor. pag. 480. ἀνενειχθεὶς est *se recipiens*, *se colligens*. Qua de significatione diximus in Creuzeri Melett. III pag. 54. Eustathius, ut idem *Cr.* notat, de usu verbi ἀνενεγκεῖν disputat ad Homeri Odyss. VIII, 428 pag. 319, 21, nec huius loci oblitus est. Explicat illud per ἀναπνεύειν. — Infra ἔσω cum recc. dedimus p. vulg. εἴσω.

μουνωθέντα τάδε αὐτὸν εἴρετο ὁ Ἀστυάγης] Haec certe plurimorum librorum et scriptorum et impressorum lectio, quam ex uno Sancrofti libro Schweigh. et Gaisford. mutarunt in μουνωθέντα δὲ (pro τάδε). Alii libri: μουνωθέντα δὲ, τάδε, alii μουνόθεν τάδε, quod Gronovius amplexus est. Wesselingius ac Valcken. pro τάδε malunt δή, Schweigh. τε. Quorum neuter nobis placet, qui cum Matthiae in vulgata adquiescendum duximus. Nam, ut de reliquis taceam, istud δὲ minus convenit structurae nec nisi per anacoluthiae quoddam genus rite explicari poterit.

ἐπιθυμέοντα ἐς ἀνάγκας μεγάλας ἀπικνέεσθαι] ἀνάγκαι

7 ἐσήμαινε τοῖσι δορυφόροισι λαμβάνειν αὐτόν. ὁ δέ, ἀγόμενος ἐς τὰς ἀνάγκας, οὕτω δὴ ἔφαινε τὸν
8 ἐόντα λόγον. ἀρχόμενος δὴ ἀπ' ἀρχῆς διεξήει, τῇ ἀληθηΐῃ χρεώμενος· καὶ κατέβαινε ἐς λιτάς τε, καὶ
117 συγγνώμην ἑωυτῷ κελεύων ἔχειν αὐτόν. Ἀστυάγης δέ, τοῦ μὲν βουκόλου τὴν ἀληθηΐην ἐκφήναντος, λόγον ἤδη καὶ ἐλάσσω ἐποιέετο· Ἁρπάγῳ δὲ καὶ μεγάλως μεμφόμενος, καλέειν αὐτὸν τοὺς δορυφόρους ἐκέλευε. ὡς δέ οἱ παρῆν ὁ Ἅρπαγος, εἴρετό μιν ὁ Ἀστυάγης· „Ἅρπαγε, τέῳ δὴ μόρῳ τὸν παῖδα κατεχρήσαο, τόν τοι παρέδωκα ἐκ θυγατρὸς
2 „γεγονότα τῆς ἐμῆς;" Ὁ δὲ Ἅρπαγος, ὡς εἶδε τὸν βουκόλον ἔνδον ἐόντα, οὐ τρέπεται ἐπὶ ψευδέα ὁδόν, ἵνα μὴ ἐλεγχόμενος ἁλίσκηται· ἀλλὰ λέγει τάδε· „Ὦ βασιλεῦ, ἐπεί τε παρέλαβον τὸ παιδίον,

Harpagi excusatio.

---

et hic et paulo post sunt *tormenta*, quibus bubulcum verum dicere cogebant. Monuit Wesseling. tum ad h. l. tum ad Diodor. III, 14. — τὸν ἐόντα λόγον i. e. *rem*, *ut erat*; s. *verum*. Conf. supra I, 95, ubi vid. Infra I, 117: — τὸν ἰθὺν ἔφαινε λόγον, quod ad sententiam certe non differt.

καὶ συγγνώμην ἑωυτῷ κελεύων ἔχειν αὐτόν] Immerito haerent viri docti in participio κελεύων, quod propter antecedens κατέβαινε, quocum per particulas τε καὶ coniunctum est, mutatum voluerunt in κελεύει s. ἐκέλευεν. Quibus iure non obsecutus est Schweighaeuserus, locutionem ita explicans, ut ad κελεύων, quod in omnibus libris comparet, mente repeti velit κατέβαινε; quod ipsum verbum constanter ista notione cum participio construatur, ut I, 90. 118. IX, 94. Rectius tamen Matthiae in Gr. Graec. §. 631, 4 pag. 1300 h. l. ad eos retulisse videtur, in quibus subitum orationis transitum e verbo finito in participium et vice versa notamus, praesertim cum hoc structurae genus Nostro haud sit infrequens.

Cap. CXVII.

λόγον ἤδη καὶ ἐλάσσω ἐποιέετο] scil. τοῦ βουκόλου; „*minorem eius rationem habuit*, *minorem ei culpam tribuit*." — In seqq. ad vocem κατεχρήσαο cf. quae ad I, 82 fin. de huius verbi significatione monita sunt. — Pro μόρῳ Aldina male τρόπῳ.

„ἐβούλευον σκοπῶν ὅκως σοί τε ποιήσω κατὰ νόον, 65
„καὶ ἐγὼ πρὸς σὲ γενόμενος ἀναμάρτητος, μήτε θυ-
3 „γατρὶ τῇ σῇ μήτε αὐτῷ σοι εἴην αὐθέντης. ποιέω
„δὴ ὧδε. καλέσας τὸν βουκόλον τόνδε, παραδίδωμι
„τὸ παιδίον, φὰς σέ τε εἶναι τὸν κελεύοντα ἀπο-
„κτεῖναι αὐτό. καὶ λέγων τοῦτό γε, οὐκ ἐψευδό- 69
4 „μην· σὺ γὰρ ἐνετέλλεο οὕτω. παραδίδωμι μέντοι 71
„τῷδε κατὰ τάδε, ἐντειλάμενος θεῖναί μιν ἐς ἐρῆ-
„μον οὖρος, καὶ παραμένοντα φυλάσσειν ἄχρι οὗ
„τελευτήσει· ἀπειλήσας παντοῖα τῷδε, ἢν μὴ τάδε
5 „ἐπιτελέα ποιήσῃ. ἐπεί τε δὲ, ποιήσαντος τούτου
„τὰ κελευόμενα, ἐτελεύτησε τὸ παιδίον, πέμψας 75
„τῶν εὐνούχων τοὺς πιστοτάτους, καὶ εἶδον δι'
„ἐκείνων, καὶ ἔθαψά μιν. οὕτως ἔσχε, ὦ βασιλεῦ,
„περὶ τοῦ πρήγματος τούτου· καὶ τοιούτῳ μόρῳ
„ἐχρήσατο ὁ παῖς."

ὅκως σοί τε ποιήσω] ποιήσω cum recentt. edidimus, libris consentientibus. Vulgo ποιῶ. Quod sequitur alterum ποιῶ (δὴ ὧδε), cum Gaisfordio e ternis libris mutavimus in ποιέω. Pro γενόμενος Schwgh. recepit γινόμενος, probante Gaisfordio, apud quem tamen, operarum credo incuriâ, in textu ipso exstat γενόμενος; quod idem nos cum Matthiae reliquimus.

θεῖναί μιν ἐς ἐρῆμον οὖρος] Vulgo ἔρημον retracto accentu. Sed Schweigh. dedit ἐρῆμον (ut ὁμοῖος, ἑτοῖμος) tum codicum ob auctoritatem, tum Reizii iussu in Praefat. ad Herod. p. 9.

ἢν μὴ τάδε ἐπιτελέα ποιήσῃ] i. e. *nisi haec effecta dedisset*, s. *nisi haec perfecisset, exegisset*. Locutionem illustrant exempla a Wesselingio allata, ex Melissae epist. p. 749 (Pythagg. fragmm. ed. Gal.). Stob. Serm. LXXVII p. 460. Conf. infra I, 124. — Mox unus liber: καὶ ἐ εἶδον, sine necessitate. — Pro ἔθαψα Thomas Mag. p. 415 ex hoc loco laudat ἐθαψάμην, quod forte ferri possit, si intelligatur: *sepeliendum curavi*. Sed omnes libri retinent ἔθαψα, probante ac tuente Gronovio ad I, 111, qui activo verbo in his Nostrum fuisse usum docet, III, 62. VI, 30. VII, 117.

118 Astyages iram dissimulat.

Ἅρπαγος μὲν δὴ τὸν ἰθὺν ἔφαινε λόγον. Ἀστυά-
γης δὲ, κρύπτων τόν οἱ ἐνείχεε χόλον διὰ τὸ γεγονὸς,
πρῶτα μὲν κατάπερ ἤκουσε αὐτὸς πρὸς τοῦ βουκόλου
τὸ πρῆγμα, πάλιν ἀπηγέετο τῷ Ἁρπάγῳ· μετὰ δὲ, ὥς
οἱ ἐπαλιλλόγητο, κατέβαινε λέγων, ὡς „περίεστί τε ὁ
2 „παῖς, καὶ τὸ γεγονὸς ἔχει καλῶς. Τῷ τε γὰρ πεποιη-
„μένῳ, ἔφη λέγων, ἐς τὸν παῖδα τοῦτον ἔκαμνον με-
„γάλως, καὶ θυγατρὶ τῇ ἐμῇ διαβεβλημένος οὐκ ἐν ἐ-
8 „λαφρῷ ἐποιεύμην. ὡς ὦν τῆς τύχης εὖ μετεστεώσης,
„τοῦτο μὲν, τὸν σεωυτοῦ παῖδα ἀπόπεμψον παρὰ
„τὸν παῖδα τὸν νεήλυδα· τοῦτο δὲ, (σῶστρα γὰρ τοῦ
„παιδὸς μέλλω θύειν τοῖσι θεῶν τιμὴ αὕτη προσ-

Cap. CXVIII.

κρύπτων τόν οἱ ἐνείχεε χόλον] Stephanus de suo mutaverat ἐνεῖχε libris omnibus invitis. Est vero ἐνείχεε utique dictum pro ἐνεῖχε, ut ἕψεε I, 48 et ὤφλεε VIII, 26 ab ἕψω et ὦφλον, monente Buttmanno de mira hac solutione tertiae personae in εε pro ε Gramm. Graec. mai. II p. 31. Schweighaeuserus ad explicandam formam cogitaverat de verbo ἐνεχέω (pro ἐνέχω), ut συμβαλλέω pro συμβάλλω, alia huius generis Ionibus sane haud infrequentia, de quibus supra iam monuimus. —De κατέβαινε conf. ad I, 116 fin. In forma ἐπαλιλλόγητο mirum quantum codices variant, nec tamen ita, ut quidquam melius sive quod ad accuratiorem formae intelligentiam conducere queat, inde elicias. Buttmannus in Gramm. mai. I p. 325 malit eam ad illas referre, in quibus reduplicatum augmentum neglectum est.

ἔφη λέγων] mira locutionis abundantia, Nostro haud inusitata. Sic V, 36. 50 etc. coll. I, 122. 125. Conf. Matth. §. 636 pag. 1310. — In seq. κάμνειν est *aegre ferre*, *dolere*, indeque dativum rei habet adiunctum.

οὐκ ἐν ἐλαφρῷ ἐποιεύμην] i. e. *haud leviter tuli.* Quod unus habet liber ἐλαφρῶς, id merito glossam censuerunt viri docti. Laudat Wesselingius Dion. Cass. 39 p. 114 et 58 p. 714. Eiusdem fere generis est, quod infra legimus II, 121 §. 4. VI, 13: ἐν κέρδεϊ ἐποιεῦντο.

σῶστρα γὰρ τοῦ παιδὸς μέλλω θύειν] Hanc meliorem verborum ordinem e libris adscivimus cum Schwgh. et Gaisf. Vulgo γὰρ positum erat post παιδός. Σῶστρα (s. σωτήρια)

119 „κέεται,) πάρισθί μοι ἐπὶ δεῖπνον.“ Ἅρπαγος μὲν,
ὡς ἤκουσε ταῦτα, προσκυνήσας, καὶ μεγάλα ποιη-
σάμενος ὅτι τε ἡ ἁμαρτάς οἱ ἐς δέον ἐγεγόνεε, καὶ
ὅτι ἐπὶ τύχῃσι χρηστῇσι ἐπὶ δεῖπνον κέκλητο, ἤϊε
2 ἐς τὰ οἰκία. ἐσελθὼν δὲ τὴν ταχίστην, ἦν γάρ οἱ 95
παῖς εἷς μοῦνος, ἔτεα τρία καὶ δέκα κου μάλιστα
γεγονὼς, τοῦτον ἐκπέμπει, ἰέναι τε κελεύων ἐς
Ἀστυάγεος, καὶ ποιέειν ὅ τι ἂν ἐκεῖνος κελεύῃ. αὐ-
τὸς δὲ περιχαρὴς ἐὼν, φράζει τῇ γυναικὶ τὰ συγ-
3 κυρήσαντα. Ἀστυάγης δὲ, ὥς οἱ ἀπίκετο ὁ Ἁρπά-
γου παῖς, σφάξας αὐτὸν, καὶ κατὰ μέλεα διελὼν,
τὰ μὲν ὤπτησε, τὰ δὲ ἕψησε τῶν κρεῶν. εὔτυκτα 1
4 δὲ ποιησάμενος, εἶχε ἑτοῖμα. ἐπεί τε δὲ, τῆς ὥρης
γινομένης τοῦ δείπνου, παρῆσαν οἵ τε ἄλλοι δαιτυ-
μόνες καὶ ὁ Ἅρπαγος, τοῖσι μὲν ἄλλοισι καὶ αὐτῷ

Harpagus in convivio apud regem pastus filii sui carnibus, potuit calamitate sua intellecta regem adulari.

---

sunt sacra, quae pro re aliqua servata diis fiunt ab hominibus, gratiam huius rei et agentibus et quasi referentibus. — Paulo post meliores πάρισθι, quod non repudiavimus.

Cap. CXIX.

ὅτι τε ἡ ἁμαρτάς οἱ ἐς δέον ἐγεγόνεε] i. e. *quod peccatum ei bene recte* (i. e. in id, quod debuit) *cesserat*. Locutio ἐς δέον supra occurrit I, 32, ubi conf. Add. I, 186. In seqq. ἐπὶ τύχῃσι χρηστῇσι est: *bonis avibus*, *felicibus auspiciis*; quod dicendi genus vel ex Vigeri Idiotism. p. 620 notum.

ὅ τι ἂν ἐκεῖνος κελεύῃ] κελεύῃ, quod cum recentt. dedimus, satis tuentur linguae leges, quae non optativum (ut vulgo, κελεύοι), sed coniunctivum in his enuntiationibus flagitant.

εὔτυκτα δὲ ποιησάμενος, εἶχε ἑτοῖμα] ἑτοῖμα, quod in Sancrofti libro non legitur, abesse vult Wesselingius, quum idem notet atque εὔτυκτα, quod ipsum a Grammaticis exponitur vocabulo ἑτοῖμα. Nec tamen talis copia sermonis in Herodoto nos offendere debere, bene monuit Schweigh. laudans Nostri I, 123: κατειργασμένου δὲ τούτου καὶ ἐόντος ἑτοίμου. Inde recte verteris: „*Quae ubi bene praeparata essent*, *in promptu ille habuit*.“ De ἐπεί τε in seqq., quod Iones ponere solent loco simplicis particulae ἐπεὶ, laudant Gregor. Corinth. Dial. Ion. §. 26 ibique Koen.

Ἀστυάγεϊ παρετιθέατο τράπεζαι ἐπιπλέαι μηλείων
κρεῶν· Ἁρπάγῳ δὲ, τοῦ παιδὸς τοῦ ἑωυτοῦ, πλὴν
κεφαλῆς τε καὶ ἄκρων χειρῶν τε καὶ ποδῶν, τὰ 60
ἄλλα πάντα· ταῦτα δὲ χωρὶς ἔκειτο ἐπὶ κανέῳ κα-
5 τακεκαλυμμένα. ὡς δὲ τῷ Ἁρπάγῳ ἐδόκεε ἅλις ἔχειν
τῆς βορῆς, Ἀστυάγης εἴρετό μιν, εἰ ἡσθείη τι τῇ
θοίνῃ· φαμένου δὲ Ἁρπάγου καὶ κάρτα ἡσθῆναι,
παρέφερον, τοῖσι προσέκειτο, τὴν κεφαλὴν τοῦ
παιδὸς κατακεκαλυμμένην, καὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς
πόδας· Ἅρπαγον δὲ ἐκέλευον προστάντες ἀποκαλύ-
6 πτειν τε καὶ λαβεῖν τὸ βούλεται αὐτῶν. πειθόμενος
δὲ ὁ Ἅρπαγος, καὶ ἀποκαλύπτων, ὁρᾷ τοῦ παιδὸς
τὰ λείμματα· ἰδὼν δὲ, οὔτε ἐξεπλάγη, ἐντός τε ἑωυ-
τοῦ γίνεται. εἴρετο δὲ αὐτὸν ὁ Ἀστυάγης, εἰ γι-
7 νώσκοι ὅτευ θηρίου κρέα βεβρώκοι. ὁ δὲ καὶ γι-
νώσκειν ἔφη, καὶ ἀρεστὸν εἶναι πᾶν τὸ ἂν βασι-
λεὺς ἔρδῃ. τούτοισι δὲ ἀμειψάμενος, καὶ ἀνα-
λαβὼν τὰ λοιπὰ τῶν κρεῶν, ᾔιε ἐς τὰ οἰκία. ἐν-

παρετιθέατο τράπεζαι ἐπιπλέαι] De tertiae personae pluralis forma in imperfecto παρετιθέατο cf. Matth. §. 204, 7, b pag. 378 coll. §. 214 p. 409. Ad seqq. conf. Theophil. ad Autolic. III p. 282 ed. Wolf.

παρέφερον, τοῖσι προσέκειτο] Laudat haec Thomas Mag. p. 752, quo πρόσκειμαι idem esse commonstret atque ἀνάκειμαι. Est enim τοῖσι προσέκειτο: *quibus hoc munus, hoc officium erat, s. quibus hoc mandatum erat.* Nec multum differt, quod modo legimus I, 118: τοῖσι θεῶν τιμὴ αὕτη προσκέεται i. e. „*quibus hicce honor convenit, s. ad quos hicce honor pertinet.*"

ἐκέλευον προστάντες] Noli scribere προς στάντες, prouti fecit Schweigh. Tu vide ad I, 86. — In seqq. pro vulg. αὐτέων cum Gaisf. scripsimus αὐτῶν, libris iubentibus.

καὶ ἀρεστὸν εἶναι πᾶν κ. τ. λ.] In qua responsione orientalium indolem regisque summum cultum adeoque venerationem cognoscimus. Retulit haec quoque Seneca de ira III, 15 ac similem quandam responsionem, quam Edgar Anglorum rex a filio unius de principum ab ipso interfecti accepit, enarrat Larcherus.

θεῦτεν δὲ ἔμελλε, ὡς ἐγὼ δοκέω, ἁλίσας θάψειν τὰ
πάντα.

120 Ἁρπάγῳ μὲν Ἀστυάγης δίκην ταύτην ἐπέθηκε.
Κύρου δὲ πέρι βουλεύων ἐκάλεε τοὺς αὐτοὺς τῶν
μάγων οἳ τὸ ἐνύπνιόν οἱ ταύτῃ ἔκριναν. ἀπικομέ-
νους δὲ εἴρετο ὁ Ἀστυάγης, τῇ ἔκρινάν οἱ τὴν ὄψιν·
οἱ δὲ κατὰ ταὐτὰ εἶπαν, λέγοντες ὡς βασιλεῦσαι
χρῆν τὸν παῖδα, εἰ ἐπέζωσε καὶ μὴ ἀπέθανε πρό-
2 τερον. Ὁ δὲ ἀμείβεται αὐτοὺς τοῖσδε· „Ἔστι τε
„ὁ παῖς, καὶ περίεστι· καί μιν, ἐπ' ἀγροῦ διαιτώ-
„μενον, οἱ ἐκ τῆς κώμης παῖδες ἐστήσαντο βασι-
3 „λέα. ὁ δὲ πάντα, ὅσα περ οἱ ἀληθεῖ λόγῳ βασι-
„λέες, ἐτελέωσε ποιήσας. καὶ γὰρ δορυφόρους, καὶ
„θυρωροὺς, καὶ ἀγγελιηφόρους, καὶ τὰ λοιπὰ πάν-
„τα διατάξας εἶχε. καὶ νῦν ἐς τί ὑμῖν ταῦτα φαί-
4 „νεται φέρειν;“ Εἶπαν οἱ μάγοι· „Εἰ μὲν περί-
„εστί τε, καὶ ἐβασίλευσε ὁ παῖς μὴ ἐκ προνοίης
„τινὸς, θάρσει τε τούτου εἵνεκα, καὶ θυμὸν ἔχε
„ἀγαθόν· οὐ γὰρ ἔτι τὸ δεύτερον ἄρξει. παρὰ σμι-
„κρὰ γὰρ καὶ τῶν λογίων ἡμῖν ἔνια κεχώρηκε· καὶ

Rex de Cyro deliberans, Magis affirmantibus credit, somnii fatum impletum esse.

Cap. CXX.

εἰ ἐπέζωσε] ἐπέζωσε rara forma verbi ἐπιζώω, quod alias in praesenti tantum atque imperfecto occurrit. Cf. Matth. §. 236 p. 462. Buttmann. Gr. Gr. maior. II pag. 145. Unde apparet, male ex Aldo propagari ἐπέζησε, quod meliores libri reiiciunt. Quos eosdem secuti, in seqq. cum Gaisfordio dedimus βασιλέες pro vulg. βασιλῆες. — De iis, qui h. l. dicuntur ἀγγελιηφόροι, cf. supra ad I, 114.

καὶ τὰ λοιπὰ πάντα διατάξας εἶχε] εἶχε praebuit Sancrofti liber loco vulgatae ἦρχε, quae glossam sapit. Hinc probante iam dudum Toupio in Emendd. ad Suid. P. III p. 454 ed. Lips. cum Schwg. et Gaisf. haud cunctanter recepimus. Locutionem ipsam attigimus supra I, 37 init. — In proxime seqq. pro φέρειν unus habet ἔχειν; quod utrumque dici posse monet Wesseling. e Nostri loco VI, 19 coll. V, 81. VIII, 144. Nec hoc rarum aut infrequens.

παρὰ σμικρὰ γὰρ — ἔνια κεχώρηκε] Hoc ad sensum non

„τά γε τῶν ὀνειράτων ἐχόμενα, τελέως ἐς ἀσθενὲς
5 „ἔρχεται.“ Ἀμείβεται Ἀστυάγης τοῖσδε· „Καὶ αὐ-
„τὸς, ὦ μάγοι, ταύτῃ πλεῖστος γνώμην εἰμὶ, βασι-
„λέος ὀνομασθέντος τοῦ παιδὸς, ἐξήκειν τε τὸν
„ὄνειρον, καί μοι τὸν παῖδα τοῦτον εἶναι δεινὸν
6 „οὐδὲν ἔτι. ὅμως μέν γε τοι συμβουλεύσατέ μοι,
„εὖ περισκεψάμενοι, τὰ μέλλει ἀσφαλέστατα εἶναι
7 „οἴκῳ τε τῷ ἐμῷ καὶ ὑμῖν.“ Εἶπαν πρὸς ταῦτα
οἱ μάγοι· „Ὦ βασιλεῦ, καὶ αὐτοῖσι ἡμῖν περὶ
„πολλοῦ ἐστὶ κατορθοῦσθαι ἀρχὴν τὴν σήν. κείνως
„μὲν γὰρ ἀλλοτριοῦται, ἐς τὸν παῖδα τοῦτον περι-
„ϊοῦσα, ἐόντα Πέρσην· καὶ ἡμεῖς, ἐόντες Μῆδοι,

---

valde differt ab eo, quod continuo legitur: ἐς ἀσθενὲς ἔρχεται. Namque παρὰ hic eadem fere notione, quâ πρὸς s. εἰς, sequente accusativo poni videtur, recte monente Matth. in Gramm. Graec. §. 588, c pag. 1173. Hinc verte: *Namque in exiguum etiam oracula nonnulla nobis exierunt*, s. *cesserunt*, i. e. *levem*, *pusillum exitum habuere*. Quae sequuntur τὰ τῶν ὀνειράτων ἐχόμενα, sunt ea, *quae ad somnia pertinent huiusque sunt generis*. E nostro scriptore huc faciunt loci a Wesselingio laudati I, 193. III, 25. V, 49. VIII, 142. Add. II, 77. Alia plurima laudat Stallbaum. ad Platon. Phileb. pag. 29. Eundem Pausaniae usum attigit Siebelis. ad II, 30 §. 9.

ἐς ἀσθενὲς ἔρχεται] Infra non diversa significatione dixit: ἀποσκήψαντος τοῦ ἐνυπνίου ἐς φλαῦρον. Ac monet Schwgh. ἔρχεται hic idem esse, quod in simili argumento alias frequens legitur ἐξέρχεται VI, 82. 107 et hoc ipso capite mox ἐξήκειν. In quibus quae peculiaris sit vis praepositionis ἐξ, vix quemquam latebit.

ταύτῃ πλεῖστος γνώμην εἰμί] i. e. *in hac maxime sum sententia*. De πολὺς sufficient, quae iam Vigerus habet de Idiotismm. pag. 138. Conf. quoque supra I, 98 ibique not. — βασιλέος cum Gaisf. e Sancrofti libro dedimus pro vulg. βασιλῆος. Vid. supra ad I, 94. Paulo infra ubi recurrit, idem sic rescripsimus.

περὶ πολλοῦ ἐστὶ] i. e. *plurimum nostrâ interest*, *magni facimus*. Conf. supra I, 73, ne plura in dictione haud difficili.

ἐς τὸν παῖδα τοῦτον περιϊοῦσα] περιϊοῦσα, quod e melioribus libris nunc restitutum est, illustravit Valckenarius aliquot locis, ubi regnum s. imperium

„δουλούμεθά τε, καὶ λόγου οὐδενὸς γινόμεθα πρὸς
8 „Περσέων, ἐόντες ξεῖνοι· σέο δ' ἐνεστεῶτος βασι-
„λέος, ἐόντος πολιήτεω, καὶ ἄρχομεν τὸ μέρος, καὶ 61
„τιμὰς πρὸς σέο μεγάλας ἔχομεν. οὕτω ὦν πάντως
„ἡμῖν σέο τε καὶ τῆς σῆς ἀρχῆς προοπτέον ἐστί.
9 „καὶ νῦν εἰ φοβερόν τι ἐωρῶμεν, πᾶν ἄν σοι προ-
„εφράζομεν· νῦν δὲ ἀποσκήψαντος τοῦ ἐνυπνίου
„ἐς φλαῦρον, αὐτοί τε θαρσέομεν, καὶ σοὶ ἕτερα
„τοιαῦτα παρακελευόμεθα· τὸν δὲ παῖδα τοῦτον ἐξ
„ὀφθαλμῶν ἀπόπεμψαι ἐς Πέρσας τε καὶ τοὺς γει-
121 „ναμένους." Ἀκούσας ταῦτα ὁ Ἀστυάγης, ἐχάρη
τε, καὶ καλέσας τὸν Κῦρον, ἔλεγέ οἱ τάδε· „Ὦ
„παῖ, σὲ γὰρ ἐγὼ δι' ὄψιν ὀνείρου οὐ τελέην ἠδί-

Cyrus in Persiam ad parentes dimissus.

---

sic dicitur in aliquem περιϊέναι, περιελθεῖν et quae eius sunt generis. Conf. Herod. II, 120. III, 65. 140. VI, 111. I, 7. 96. 187. 210. Alios aliorum locos vid. in Valckenarii nota ad h. l. — λόγου οὐδενὸς γίνεσθαι πρός τινος est: *nihil aestimari ab aliquo, nullo loco, nullo in numero haberi.* Comparentur similia apud Nostrum quaedam: I, 143. III, 146. IV, 135. IX, 80, alia.

σέο δ' ἐνεστεῶτος βασιλέος] ἐνεστεὼς de rege, quasi τῷ θρόνῳ ἐνεστεὼς dici, ex hoc loco annotavit Valcken. ad III, 66. Sed possis quoque cum Schweigh. ἐνεστὼς accipere eo sensu, quo κατεστηκὼς vel ὤν; quamquam Valckenarianam rationem et accuratiorem et exquisitiorem videri non nego. In seqq. ἀποσκήπτειν idem fere quod ἐξέρχεσθαι, ἐξήκειν de insomnio, quod exitum invenit s. expletur; ita ut ἀποσκήπτειν ἐς φλαῦρον (cuius loco male quidam libri φαῦλον, haud rara certe confusione) sit: *in rem nullius momenti s. exiguam exire, cedere.* Conf. ad initium capitis monita.

καὶ σοὶ ἕτερα τοιαῦτα παρακελευόμεθα] ἕτερα τοιαῦτα sunt *alia talia* i. e. *similia*, et adverbii potestate, *similiter*. Hinc cum Wyttenbachio in Selectt. historicc. pag. 352 vertimus h. l.: „*et ipsi confidimus et te item confidere hortamur.*" Qui idem vir alia excitat huius dictionis exempla; ex Herodoto laudat I, 191. 207. II, 150. III, 47. 79. — In fine capitis οἱ γεινάμενοι poni pro οἱ γονεῖς, participium pro substantivo, monet Matthiae §. 570 p. 1126.

Cap. CXXI.

δι' ὄψιν ὀνείρου οὐ τελέην] i. e. *propter somnii visum*

„κεον, τῇ σεωυτοῦ δὲ μοίρῃ περίεις· νῦν ὦν ἴθι „χαίρων ἐς Πέρσας, πομποὺς δ' ἐγὼ ἅμα πέμψω. „ἐλθὼν δὲ ἐκεῖ, πατέρα τε καὶ μητέρα εὑρήσεις, „οὐ κατὰ Μιτραδάτην τε τὸν βουκόλον καὶ τὴν „γυναῖκα αὐτοῦ.“

122 Ταῦτα εἴπας ὁ Ἀστυάγης, ἀποπέμπει τὸν Κῦρον. νοστήσαντα δέ μιν ἐς τοῦ Καμβύσεω τὰ οἰκία, ἐδέξαντο οἱ γεινάμενοι· καὶ δεξάμενοι, ὡς ἐπύθοντο, μεγάλως ἀσπάζοντο, οἷα δὴ ἐπιστάμενοι αὐτίκα

Exceptus a suis cum ingenti laetitia. Fama de nutrice illius cane [1, 110].

2 τότε τελευτῆσαι· ἱστόρεόν τε ὅτεῳ τρόπῳ περιγένοιτο. ὁ δέ σφι ἔλεγε, φὰς πρὸ τοῦ μὲν οὐκ εἰδέναι, ἀλλὰ ἡμαρτηκέναι πλεῖστον, κατ' ὁδὸν δὲ πυθέσθαι πᾶσαν τὴν ἑωυτοῦ πάθην. ἐπίστασθαι μὲν γάρ, ὡς βουκόλου τοῦ Ἀστυάγεος εἴη παῖς· ἀπὸ δὲ τῆς κεῖθεν ὁδοῦ τὸν πάντα λόγον τῶν πομπῶν πυθέσθαι.

---

vanum, s. magis ad verba: *non perfectum, quod non expleri debuit; eo quod non perfectum, vanum erat.* Confero equidem Aeschyl. S. c. Th. 832 ed. Blomf. ὦ μέλαινα καὶ τελεία — Ἀρά. Mox scripsimus cum Schweigh. et Gaisf. περίεις (pro περιεῖς), ut infra I, 124. — De γάρ, quod orationem incipit, conf. supra ad I, 8. 24. Refertur enim ad id, quod sequitur; sic h. l. ad verba νῦν ὦν ἴθι χαίρων.

νῦν ὦν ἴθι χαίρων] i. e. *nunc igitur abi, contentus tua sorte, immunis omnis damni malique.* Conf. de χαίρων Hermann. ad Viger. p. 766 seq. — In fine capitis verba: οὐ κατὰ Μιτραδάτην τε τὸν βουκόλον καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ sonant: *non eius conditionis ac loci, cuius sunt Mitradates bubulcus illiusque uxor.* Ubi κατὰ similitudinis significationem exprimit, de quâ Matth. Gr. Gr. §. 581, b pag. 1153. Add. Ast. ad Platon. Rem publicam pag. 599.

Cap. CXXII.

ὁ δέ σφι ἔλεγε, φὰς πρὸ τοῦ] Quod pro φὰς quidam exhibent σφέα, aut σφέας, quod Vallae etiam versio Latina expressit, id librariorum incuriae tribuimus, qui Herodoteum dicendi genus abundans hoc modo deleverunt. Conf. supra I, 118. — πάθη in seqq. est idem fere quod πάθος, *casus, calamitas.* Conf. I, 52. 123.

3 τραφῆναι δὲ ἔλεγε ὑπὸ τῆς τοῦ βουκόλου γυναικός· ἤϊέ τε ταύτην αἰνέων διὰ παντός· ἦν τέ οἱ ἐν τῷ λόγῳ τὰ πάντα ἡ Κυνώ. οἱ δὲ τοκέες, παραλαβόντες τὸ οὔνομα τοῦτο, ἵνα θειοτέρως δοκέῃ τοῖσι Πέρσῃσι περιεῖναί σφι ὁ παῖς, κατέβαλλον φάτιν ὡς ἐκκείμενον Κῦρον κύων ἐξέθρεψε. ἐνθεῦτεν μὲν ἡ φάτις αὕτη κεχώρηκε.

123 Κύρῳ δὲ ἀνδρευμένῳ, καὶ ἐόντι τῶν ἡλίκων ἀνδρειοτάτῳ καὶ προσφιλεστάτῳ, προσέκειτο ὁ Ἅρπαγος, δῶρα πέμπων, τίσασθαι

Harpagus odio regis in vindictae occasionem dilato, Cyrum adultum exstimulat regni spe in avum, litteris missis intra exenteratum leporem insutis.

ἤϊέ τε ταύτην αἰνέων διὰ παντός] Nos in his nihil mutavimus, ad Matthiae Gramm. §. 559, c pag. 1106 lectores ablegantes, unde discant, verba ἥκω, ἔρχεσθαι, εἶμι saepe iungi participiis, ita ut fere abundare videantur. Sed offendit in hac structura Schweigh. et in Varr. Lectt. scribi mavult ἤϊέ τε ταύτην ἐπαινέων, quod periphrastice dictum sit pro ἐπῄνει ταύτην; ἤϊε vero pro ἦν inveniri I, 181. 196. Nec rare ita verbum εἰμὶ iungi participiis, ut I, 57 ἦσαν ἱέντες, I, 146 ἦν γινόμενα, III, 108 etc. Sed libri omnes h. l. offerunt ἤϊε, uno excepto Sancrofti libro, in quo est εἴη; nec quidquam mutandum, monente quoque censore in Ephemer. Ienenss. 1817 nr. 165 pag. 382, et Gallo censore, Letronne (Iourn. d. Savans 1817 pag. 44 seq.), qui de locutione ipsa et participii usu monens, suo sermone ita reddidit: „*il alloit la louant toujours.*"

ἦν τέ οἱ ἐν τῷ λόγῳ τὰ πάντα] Explicuit Hermannus ad Viger. pag. 727: „*omne sermonum argumentum erat ei Cyno,*" beneque monstravit discrimen inter τὰ πάντα et πάντα omisso articulo. Unde profecit Matth. §. 438 pag. 819.

κατέβαλλον φάτιν κ. τ. λ.] κατέβαλλον cum Schwgh. et Gaisf. pro vulg. κατέβαλον. Paulo post cum eodem Gaisf. e quibusdam libris reposuimus κεχώρηκε, cum vulgo esset κεχωρήκεε.

Cap. CXXIII.

Κύρῳ δὲ ἀνδρευμένῳ] Insolitam contractionem in ευ pro ου, quae in hac voce aliisque similibus invenitur, non praetermisit Matthiae Gr. Gr. §. 51 not. 2 pag. 119, qui idem propter dativum, verbo προσκεῖσθαι additum, consulendus §. 402, b p. 736. Significat illud h. l. *instare* (alicui) *sollicitando, incitando.* In ἐνεώρα Herodotus vulgarem atque communem Graecis formam ὁράω secutus est, cum alias Ionum more scriberet ὁρέω. Cf. Matth. l. l. §. 10 pag. 44.

2 Ἀστυάγεα ἐπιθυμέων. ἀπ' ἑωυτοῦ γὰρ, ἐόντος ἰδιώτεω, οὐκ ἐνεώρα τιμωρίην ἐσομένην ἐς Ἀστυάγεα· Κῦρον δὲ ὁρέων ἐπιτρεφόμενον, ἐποιέετο σύμμαχον, τὰς πάθας τὰς Κύρου τῇσι ἑωυτοῦ ὁμοιούμενος.
3 πρὸ δ' ἔτι τούτου τάδε οἱ κατέργαστο· ἐόντος τοῦ Ἀστυάγεος πικροῦ ἐς τοὺς Μήδους, συμμίσγων ἑνὶ ἑκάστῳ ὁ Ἅρπαγος τῶν πρώτων Μήδων, ἀνέπειθε ὡς χρὴ Κῦρον προστησαμένους, τὸν
4 Ἀστυάγεα παῦσαι τῆς βασιληΐης. κατειργασμένου δέ οἱ τούτου, καὶ ἐόντος ἑτοίμου, οὕτω δὴ τῷ Κύρῳ διαιτωμένῳ ἐν Πέρσῃσι βουλόμενος ὁ Ἅρπαγος δηλῶσαι τὴν ἑωυτοῦ γνώμην, ἄλλως μὲν οὐδαμῶς 62
εἶχε, ἅτε τῶν ὁδῶν φυλασσομένων· ὁ δὲ ἐπιτεχνᾶται τοιόνδε. λαγὸν μηχανησάμενος, καὶ ἀνασχίσας τούτου τὴν γαστέρα, καὶ οὐδὲν ἀποτίλας, ὡς δὲ

Κῦρον δὲ ὁρέων ἐπιτρεφόμενον] Abresch. in Dilucidd. Thucydd. p. 209 reposuit *ἐπιτρεπόμενον* (sc. τὴν ἀρχὴν s. βασίλειαν, ut I, 7. II, 121) ut sit: „*cernens Persarum illi traditum imperium.*" Cui tamen iure non obsecutus est Wesselingius, ipse accuratius vulgatam interpretans: „Cyrum cernens *increscentem*, *adaugescentem.*" Atque Wyttenbachius in Selectt. hist. pag. 353 hoc verbum referendum docuit ad antecedens nomen *τιμωρίην*, ex quo subaudiendum *τιμωρόν*, ut talis inde enascatur loci sententia: „*Nam ipse, ut privatus, non sibi videbatur is esse, qui vindictam ab Astyage exigere posset: at Cyrum videns crescere in spem vindictae* (*sibi crescere et ali vindicem*); *hunc socium sibi adiunxit.*"

πρὸ δ' ἔτι τούτου κ. τ. λ.] Male quidam *πρός*. Est enim haec Herodoti sententia, iam antea (i. e. iam ante hoc pactum cum Cyro haec (defectionem sc. ab Astyage et vindictam de isto sumendam) ab Harpago esse praeparata eo nimirum tempore, quo, cum Astyages acerbus esset in Medos, cum uno istorum principe consilia agitaverat de Astyage deiiciendo. — In seqq. scripsimus *κατειργασμένου* cum Gaisf. Vulgo *κατεργασμένου*.

καὶ οὐδὲν ἀποτίλας] Locum a virorum doctorum conaminibus proba interpretatione vindicavit Wesselingius, „Harpagus leporis artificiose tractati

εἶχε, οὕτω ἐσέθηκε βιβλίον, γράψας τά οἱ ἐδόκεε.
5 ἀποῤῥάψας δὲ τοῦ λαγοῦ τὴν γαστέρα, καὶ δίκτυα δοὺς, ἅτε θηρευτῇ, τῶν οἰκετέων τῷ πιστοτάτῳ, ἀπέστειλε ἐς τοὺς Πέρσας· ἐντειλάμενός οἱ ἀπὸ γλώσσης, διδόντα τὸν λαγὸν Κύρῳ ἐπειπεῖν, αὐτοχειρίῃ μιν διελεῖν, καὶ μηδένα οἱ ταῦτα ποιεῦντι
124 παρεῖναι. Ταῦτα δὲ δὴ ὦν ἐπιτελέα ἐγίνετο· καὶ
2 ὁ Κῦρος παραλαβὼν τὸν λαγὸν ἀνέσχισε. εὑρὼν δὲ ἐν αὐτῷ τὸ βιβλίον ἐνεὸν, λαβὼν ἐπελέγετο. τὰ δὲ γράμματα ἔλεγε τάδε· „Ὦ παῖ Καμβύσεω, σὲ γὰρ „θεοὶ ἐπορέωσι· οὐ γὰρ ἄν κοτε ἐς τοσοῦτον τύ-
3 „χης ἀπίκευ. σὺ νῦν Ἀστυάγεα τὸν σεωυτοῦ φο„νέα τίσαι. κατὰ μὲν γὰρ τὴν τούτου προθυμίην „τέθνηκας· τὸ δὲ κατὰ θεούς τε καὶ ἐμὲ περίεις.
4 „τά σε καὶ πάλαι δοκέω πάντα ἐκμεμαθηκέναι, σέο

---

ventrem scidit, *nihilque pilorum vellens*, prout erat, ita indidit libellum." Ita non opus legere ἀποτείλας. μηχανᾶσθαι Schweigh. reddidit: *callide instruere.* — ὁ λαγός Ionum formam esse ex Athenaeo IX p. 400 monet Wesselingius. Vulgarem formam λαγὼν hic plerique libri ostendunt. — De vi vocis ἅτε (*utpote*), quae bis hoc capite legitur, vide sis Matth. §. 486, 4 pag. 908. — In fine capitis, quid sit ἀπὸ γλώσσης (*ore tenus*, mündlich), satis Lexica docent. Extrema verba cum Schweigh. sic vertere licet: „*necesse esse, ut illa sua manu eum* (leporem) *exenteret, neque quisquam hoc facienti adsit.*"

Cap. CXXIV.

ἐπιτελέα ἐγίνετο] Conf. supra ad I, 117.

ὦ παῖ Καμβύσεω, σὲ γὰρ θεοὶ ἐπορέωσι] De usu particulae γὰρ vere causali vidimus ad I, 8. Sententiam sic supplet Hermann. ad Viger. p. 829: „*te enim alloquor, quem respiciunt dii.*" Rectius Ast. ad Platon. Phaedr. pag. 224: „*nunc ulciscere; te enim dii respiciunt* (i. e. *quia tibi dii favent*);" quam rationem quoque secutus est Matthiae Gramm. Gr. §. 615 p. 1242, ubi vid. Conf. paulo antea I, 121.

κατὰ μὲν γὰρ τὴν τούτου προθυμίην] κατὰ hic valet: *quod attinet ad*, *secundum*. Vid. Matthiae l. l. §. 581 pag. 1153, ita vertentem: *soviel auf seinen Willen ankam.* — Mox scripsimus περίεις, ut supra I, 121.

2 Ἀστυάγεα ἐπιθυμέων. ἀπ' ἑωυτοῦ γὰ … ‚στυ-
ώτεω. οὐκ ἐνεώρα τιμωρίην ἐσομέν … : ἔδω-
Κῦρον δὲ ὁρέων ἐπιτρεφόμενον, … πειθε-
χον, τὰς πάθας τὰς Κύρου τῇσ … αὐτῆς
3 νος. πρὸ δ' ἔτι τούτου τάδε … :πίστα-
τος τοῦ Ἀστυάγεος πικροῦ … τε ἐγὼ
μίσγων ἐνὶ ἑκάστῳ ὁ Ἄρ … άντία σεῦ,
δων, ἀνέπειθε ὡς χρὴ Κ … ν τις δοκίμων
4 Ἀστυάγεα παῦσαι τῆς … ι ἀποστάντες ἀπ'
δέ οἱ τούτου, καὶ ἐς … σέο, Ἀστυάγεα κα-
ρῳ διαιτωμένῳ ἐν … ὢν ἑτοίμου τοῦ γε ἐν-
δηλῶσαι τὴν ἑωυ … .οντα, καὶ ποίεε κατὰ τάχος."
εἶχε, ἅτε τῶν … ὁ Κῦρος, ἐφρόντιζε ὅτεῳ τρό-
ται τοιόνδε. … ρσας ἀναπείσει ἀπίστασθαι. φρον-
τούτου τὴν … ινεται ταῦτα καιριώτατα εἶναι· ἐποίεε

Κῦρον … ἀντία σεῦ] Valde
φόμενον … Quidam ex-
cidd. … σαι; cui Wesse-
ἐπιτρ… … Homeri locum
s. β … Il. 16, 423, ubi occurrit
ut … , adiuncto genitivo;
t … structuram rariorem esse
… commentatoris verba
… Nos nihil mutamus.
… seqq. γίνεσθαι s. εἶναι
… τινος est *stare ab aliquo,*
praecipiente Matthiae Gr. Gr.
§. 590, a pag. 1178.

Cap. CXXV.

ἐποίεε δὲ τάδε] τάδε cum Schweigh. et Gaisf. reduximus. Male contra meliorum librorum fidem vulgo ταῦτα. Pertinet vero hoc τάδε, ut ταῦτα, quod proxime antecedit, ad sequentia. Vid. Matth. Gr. Gr. §. 470 pag. 870. Quod ad argumentum attinet, inquisivit *Heeren.* in libro cui titulus Ideen etc., I, 1 pag. 400 seq. Dolo enim Cyrum effecisse notat, ut princeps dux omnium gentium Persarum eligeretur, simili fere modo, quo posthac Dschingischan inter Mongolos, antequam expeditiones suas inciperet, ad summum imperium evectum esse narrant. Persas vero tunc temporis valde rudes atque incultos fuisse, ex ipsa Herodoti narratione de iis, quae Cyrus peregerit, satis apparere merito idem nos admonet. — βιβλίον in seqq. intellige de libello ficto, s. chartà regià, quam regis mandata ad ipsum transmissa continere simulabat Cyrus.

...βιβλίον τὰ ἐβούλετο, ἄλλην
μετὰ δὲ, ἀναπτύξας τὸ
Ἀστυάγεά μιν στρα-
Νῦν, ἔφη τε λέ-
...παρεῖναι ἕκα-
... ταῦτα προη-
...νὰ γένεα· καὶ τὰ

..., ut ...λία ex ...rt Rose In-... ...περσέων συχνὰ γέ- ...ebuhrius in Hist. Ro- ... p. 308 ed. secund. hic ...ntem poni vult pro *tribu;* quâ quidem voce alias reddunt Graecorum φρήτρην; quod paulo post invenimus tanquam partem *gentis.* Ex iis vero, quae hoc loco ab Herodoto disseruntur, intelligimus, Persas primitus fuisse nomadum gentem et quidem magnam partem montes incolentem; fuisse illos pro more istiusmodi nationum divisos per plures gentes, quas nobis dicere licet: *Stämme*, *Horden*, diversas inter se tum honore et gradu tum vitae ipsius genere victusque ratione. Atque recentiores huius terrae peregrinatores hodieque eadem fere repererunt, quae tam multo ante retulerat Herodotus. Maxima enim incolarum pars, per gentes dispertita, quarum singulis singuli praesunt duces, tum sedes fixas tenet, tum tabernaculis usa, loca habitandi crebro commutat; ita ut agricolarum numerus inferior sit nomadum numero; quorum vitae generi ipsa terrae indoles ac natura multum favet. Tu conf. eundem Heerenium l. l. I pag. 396 seq., qui idem bina inde concludit, nec nobis ad universam Herodoti de Persis narrationem, quae hoc primo libro continetur, intelligendam praetermittenda. Negat enim Persarum nationem sibi aequalem parique modo excultam fuisse; cum eius pars tantum ad dominationem reliquorum Asiae populorum pervenerit et ab iis ipsis, quos vicerat subiectosque tenuit, cultior reddita fuerit, reliquis in eodem statu, quo ante fuerant, permanentibus, vitamque barbaram fere agentibus. Alterum illud ponit vir doctus, apud Persas primitus omnia pertinuisse ad gentes earumque instituta (Stamm und Stammverfassung), ex quibus rei publicae ordo atque imperii ratio sensim sensimque provenerit. Nostra aetate similes apud Persas inveniuntur tribus s. gentes, ut recentiores harum rerum testantur scriptores. Cf. Hammer. in Wien. Jahrbb. VIII p. 319 seqq. 395 seqq., qui ab

μὲν αὐτῶν ὁ Κῦρος συνάλισε, καὶ ἀνέπεισε ἀπίστασθαι ἀπὸ Μήδων. ἔστι δὲ τάδε, ἐξ ὧν ὦλλοι 35
πάντες ἀρτέαται Πέρσαι· Πασαργάδαι, Μαράφιοι,
5 Μάσπιοι. τούτων Πασαργάδαι εἰσὶ ἄριστοι· ἐν τοῖσι 63
καὶ Ἀχαιμενίδαι εἰσὶ φρήτρη, ἔνθεν οἱ βασιλέες οἱ
6 Περσεῖδαι γεγόνασι. ἄλλοι δὲ Πέρσαι εἰσὶ οἵδε·

Herodoto *decem* tantum gentes enumeratas esse miratur, cum *duodecim* memoret Xenophon ipseque Herodotus alias *duodenarium* numero valde amet. Plerasque autem istas gentes etiamnum in Persarum linguâ agnosci nominibus, cum Achaemenidae sint *Adschem*, *Dai Dahistan*, *Mardi Merd* (i. e. *vir*), *Germani Garma*, *Sagartii Salghar*, *Moraphii Merw* etc.

ἀρτέαται] i. e. *pendent.* Ionum more dictum pro ἤρτηνται; conf. III, 19. VI, 109. V, 31. IX, 68. Falsâ lectione inductus Stephanus Byzantinus ex hoc loco recenset *Arteatas*, gentem. — Paulo ante cum Gaisf. dedi αὐτῶν pro αὐτέων et mox τούτων pro τουτέων. Quod pro (ἐξ) ὧν Struve (Quaest. Herod. Spec. p. 44. 45) scribendum censet — τῶν, id libris repugnantibus reponere non sum ausus.

Πασαργάδαι] Primi atque nobilissimi e Persis, quosque mox Noster ἀρίστους hanc ob causam appellat. Quas vero haec gens tenuit regiones, in iis Cyrus post condidisse fertur urbem illam eiusdem nominis, sedem regiam, bene tamen discernendam a Persepolidis urbe. Atque etiam nunc *Fasa s. Pasa* unamquamque urbem dici volunt, quae frequens sit et satis ampla. Haec prima Persarum gens tantum prae reliquis excelluisse videtur, ut haud iniuriâ dixerit Heeren. l. l. p. 398 nostram Persarum historiam nequaquam ad universum Persarum populum pertinere, sed primarum tantum esse gentium atque inprimis Pasargadarum gentis. Neque hoc ab orientalium rebus alienum, ut periti sciunt. Inter familias autem singulas, quibus haec gens (ut reliquae gentes) constabat, primo loco Achaemenidas fuisse ex eodem Herodoto discimus; quippe e quibus reges exiere Persarum. Quae ipsa quantopere cum orientalium populorum ac regnorum indole conveniant, idem commonstrat V. D. l. l. p. 399, ubi alia aliarum gentium instituta similia profert. „Ἀβραχαιμενίδαι (pro Ἀχαιμενίδαι), ut sint *Abrahami posteri*, scribi vult vir doctus in Monthly Review, Mai p. 38-47.“ Cr.

Μαράφιοι, Μάσπιοι] *Maraphii* referuntur ad Ptolemaei Marrasium, quae urbs sita septentrionem et orientem versus a Persepolide. Conf. Rennel. Geog. Her. pag. 509. De *Maspiis* nihil aliunde constat.

Πανθιαλαῖοι, Δηρουσιαῖοι, Γερμάνιοι· οὗτοι μὲν πάντες ἀροτῆρές εἰσι. οἱ δὲ ἄλλοι, νομάδες· Δάοι, Μάρ-

---

Πανθιαλαῖοι, Δηρουσιαῖοι] De his gentibus nihil memoriae proditum reperio.

Γερμάνιοι] Vulgo iidem censentur atque *Carmanii*, qui terram *Kerman* incolunt atque adhuc agris colendis operari dicuntur. Conf. Larcher. Tab. Geogr. s. v. p. 223 seq. Hammerus, ut modo notavimus, ad tribum *Karma*, quae nunc vocatur, eos refert. Alio tamen loco (Wien. Jahrb. II p. 319 seq. coll. IX p. 39) ex orientalibus potissimum scriptoribus probatum it, nomen *Germanorum* s. *Sermanorum* ad eos proprie pertinere, qui Buddhae cultum sequantur, ut intelligamus eam gentem omnium antiquissimam ac primitivam, quae ex montibus Asiae superioris, ubi omnium rerum humanarum feruntur incunabula, in campos dein locaque inferiora descenderit, ubi Persis aliisque gentibus originem dederit. Unde quoque *Dschermaniae* nomen, quo omnis terrae tractus ultra Oxum olim nuncupatus sit. Hinc terram Erman, quae nunc dicitur Transoxana s. Chowaresem, pro antiquissima Germanorum patria haberi vult, Germanosque ipsos sub nomine primitivo *Dschermanorum* apud orientales scriptores commemorari monet usque ad saeculum decimum quartum. Vid. in Krusii Archiv etc. I, 2 pag. 124 seqq. Sed plura de Germanorum originibus discendi cupidos *Cr.* amandat ad Norberg. De origg. Germann. apud Tacitum in Opuscc. Acadd. III nr. XXXVII p. 591 (ed. Lond. Suec. 1819). Hammer. Geschicht. d. Redekünst. Pers. p. 8. 137. Adelung. in Mithrid. et Vater. ibid. I p. 278. II p. 167 seq. De ipsa *Germaniae* ac *Germanorum* voce comparentur, quae Hess. excitavit ad Tacit. German. 2 §. 6 p. 14.

Δάοι] *Dai* tenuisse dicuntur loca arenosa ac deserta in orientali Caspii maris litore. Cum nomades fuerint, haud mirum in sedibus huius gentis accuratius constituendis et in ipso eiusdem nomine multum antiquos variare. Conf. Creuz. laudd. ad Olympiod. Commentt. in Plat. Alcib. p. 148 et Ritter. Erdkunde II p. 520. Ad terram, quae nunc dicitur *Dahistan*, quae eadem Alexandri magni tempore a Derbicibus magnam partem erat occupata, *Daos* refert Van der Chys in Comment. Geogr. ad Arrian. (Exped. Alex. III, 11) pag. 62.

Μάρδοι] In montibus inter Mediam et Persidem collocatis habitasse videntur (cf. Arrian. Ind. 40. Curt. V, 6 §. 17), ab iis *Mardis* inde distinguendi, qui ad australem Caspii maris ripam sedes habuerunt. De his post Danquetil, S. Croix, alios monuit Van der Chys l. l. ad III, 11. IV, 18 coll. III, 24. IV, 6, sive pag. 62. 76. 87. 90.

126 δοι, Δροπικοὶ, Σαγάρτιοι. Ὡς δὲ παρῆσαν ἅ-
παντες ἔχοντες τὸ προειρημένον, ἐνθαῦτα ὁ Κῦ-
ρος (ἦν γάρ τις χῶρος τῆς Περσικῆς ἀκανθώδης
ὅσον τε ἐπὶ ὀκτωκαίδεκα σταδίους ἢ εἴκοσι πάντη·)
τοῦτόν σφι τὸν χῶρον προεῖπε ἐξημερῶσαι ἐν ἡμέ-
2 ρῃ. ἐπιτελεσάντων δὲ τῶν Περσέων τὸν προκείμε-
νον ἄεθλον, δεύτερά σφι προεῖπε, ἐς τὴν ὑστεραί-
3 ην παρεῖναι λελουμένους. ἐν δὲ τούτῳ τά τε αἰ-
πόλια καὶ τὰς ποίμνας καὶ τὰ βουκόλια ὁ Κῦρος
πάντα τοῦ πατρὸς συναλίσας ἐς τὠυτὸ, ἔθυε, καὶ
παρεσκεύαζε ὡς δεξόμενος τῶν Περσέων τὸν στρα-
τόν· πρὸς δὲ, οἴνῳ τε καὶ σιτίοισι ὡς ἐπιτηδεωτά-
4 τοισι. ἀπικομένους δὲ τῇ ὑστεραίῃ τοὺς Πέρσας κα-
τακλίνας ἐς λειμῶνα, εὐώχεε. ἐπεί τε δὲ ἀπὸ δεί-
πνου ἦσαν, εἴρετό σφεας ὁ Κῦρος κότερα τὰ τῇ

Videtur etiam haec gens pro nomadum ratione nullas firmas tenuisse sedes. Conf. Larcher. Tab. Geogr. s. v. coll. Rennel. l. supra l. et supra Her. I, 84.

Δροπικοὶ, Σαγάρτιοι] De *Dropicis* nihil relatum reperio. *Sagartii* memorantur infra VII, 85; quippe quorum octo mille equites Xerxis exercitum sequebantur. Incolas esse regionis Zagatai, qui a Scythis s. Tartaris originem ducant et in Persicis partibus septentrionalibus atque orientalibus nunc habitent, Rennelius suspicatur l. l. p. 510.

Cap. CXXVI.

εἴκοσι πάντη] Recte nobis sic cum Schweigh. scripsisse videmur e libris probatis pro vulgata πάντα, quam vocem sequentibus verbis τοῦτόν σφι κ. τ. λ. adstruunt. Ita πάντη (*quaquaversum*) I, 181. II, 168.

ἔθυε, καὶ παρεσκεύαζε ὡς δεξόμενος τῶν Περσέων τὸν στρατόν] θύειν hic simpliciter est *mactare*, παρασκευάζειν est *parare*, *instruere epulas*, quibus Persarum exercitum excepturus erat Cyrus. Hoc enim sibi vult h. l. δέχεσθαι, eodem modo de hospitibus coenâ laute instructâ excipiendis adhibitum V, 18. VII, 119. Dativi qui sequuntur οἴνῳ et σιτίοισι pertinent ad δεξόμενος. Nam tum pecudum mactatarum carne, tum vino ac pane Persas in epulis excepturus erat Cyrus. — In seqq. ἀπὸ δείπνου εἶναι *a coena discedere*, *coenâ sumtâ abire*, satis notum. Cf. Matth. §. 572. pag. 1128 seq.

προτεραίῃ εἶχον, ἢ τὰ παρεόντα σφι εἴη αἱρετώτε-
5 ρα. οἱ δὲ ἔφασαν, πολλὸν εἶναι αὐτῶν τὸ μέσον.
τὴν μὲν γὰρ προτέρην ἡμέρην πάντα σφι κακὰ ἔχειν·
6 τὴν δὲ τότε παρεοῦσαν, πάντα ἀγαθά. Παραλα-
βὼν δὲ τοῦτο τὸ ἔπος ὁ Κῦρος παρεγύμνου τὸν
πάντα λόγον, λέγων· „Ἄνδρες Πέρσαι, οὕτω ὑμῖν
„ἔχει. βουλομένοισι μὲν ἐμέο πείθεσθαι, ἔστι τάδε
„τε καὶ ἄλλα μυρία ἀγαθὰ, οὐδένα πόνον δουλο-
„πρεπέα ἔχουσι· μὴ βουλομένοισι δὲ ἐμέο πείθεσθαι,
„εἰσὶ ὑμῖν πόνοι τῷ χθιζῷ παραπλήσιοι ἀναρίθμη-
7 „τοι. νῦν ὦν ἐμέο πειθόμενοι, γίνεσθε ἐλεύθεροι.
„αὐτός τε γὰρ δοκέω θείῃ τύχῃ γεγονὼς τάδε ἐς
„χεῖρας ἄγεσθαι· καὶ ὑμέας ἥγημαι ἄνδρας Μή-

πολλὸν εἶναι αὐτῶν τὸ μέσον] αὐτῶν cum Gaisf. dedimus pro αὐτέων. In seqq. παραγυμνοῦν (τὸν λόγον) i. e. *nudare, patefacere, aperire;* ut apud Plotinum pag. 162, B ed. Basil., ad quem locum plura nobis dabit Creuzerus.

βουλομένοισι μὲν ἐμέο πείθεσθαι] Rarior verbi πείθεσθαι structura cum genitivo loco dativi ne quem offendat. Laudant enim similia e nostro scriptore V, 33. VI, 12. V, 29. Tu vide sis Matth. §. 362, 4 pag. 677.

δοκέω θείῃ τύχῃ γεγονὼς] θείῃ τύχῃ est formula non valde dispar ab ea, quae I, 111 legitur κατὰ δαίμονα, et ab aliis huius generis, quae excitat Valckenar. ad Herod. III, 153, κατὰ θεὸν, κατὰ τύχην κ. τ. λ. Namque ex veterum sententia, ut ait Valckenarius l. l. providae dei curae suberat etiam, quae *Fors* dicebatur, sive *Fortuna*, τύχη. Conf. Herod. IV, 8. V, 3. 92. et Livium I, 4 (*forte quadam divinitus*), ubi vid. I. F. Gronovium. — Verba sequentia: τάδε ἐς χεῖρας ἄγεσθαι verte: *ut haec adgrediar atque suscipiam*, s. magis ad verbum: *ut haec in manus meas abducam*, i. e. *in potestatem meam redigere coner.* Recurrit dictio IV, 79. VII, 8.

καὶ ὑμέας ἥγημαι ἄνδρας κ. τ. λ.] ἥγημαι perfectum hic pro praesenti tempore accipiendum monet Matth. Gr. Gr. §. 505. III pag. 959. — Formulam ὡς ὦν ἐχόντων ὧδε (*quae cum ita sint*, s. *vos, persuasos, hunc esse rerum statum*) illustrat Wesselingius aliis locis, VIII, 144. Sophocl. Ai. 915.

„δέων εἶναι οὐ φαυλοτέρους, οὔτε τὰ ἄλλα, οὔτε
„τὰ πολέμια. ὡς ὦν ἐχόντων ὧδε, ἀπίστασθε ἀπ'
„Ἀστυάγεος τὴν ταχίστην."

127 Πέρσαι μέν νυν προστάτεω ἐπιλαβόμενοι, ἄσμε-
νοι ἐλευθεροῦντο, καὶ πάλαι δεινὸν ποιεύμενοι ὑπὸ
2 Μήδων ἄρχεσθαι. Ἀστυάγης δὲ ὡς ἐπύθετο Κῦρον
πρήσσοντα ταῦτα, πέμψας ἄγγελον, ἐκάλεε αὐτόν. 64
ὁ δὲ Κῦρος ἐκέλευε τὸν ἄγγελον ἀπαγγέλλειν, ὅτι
πρότερον ἥξοι παρ' ἐκεῖνον ἢ αὐτὸς Ἀστυάγης βου-
3 λήσεται. ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἀστυάγης Μήδους
τε ὥπλισε πάντας, καὶ στρατηγὸν αὐτῶν, ὥστε
θεοβλαβὴς ἐών, ἀπέδεξε Ἅρπαγον, λήθην ποιεύ-
4 μενος τά μιν ἐόργεε. ὡς δ' οἱ Μῆδοι στρατευσά-
μενοι τοῖσι Πέρσῃσι συνέμισγον, οἱ μέν τινες αὐ-
τῶν ἐμάχοντο, ὅσοι μὴ τοῦ λόγου μετέσχον· οἱ δὲ
αὐτομόλεον πρὸς τοὺς Πέρσας· οἱ δὲ πλεῖστοι ἐθε-
λοκάκεόν τε καὶ ἔφευγον.

Medi praelio fusi.

128 Διαλυθέντος δὲ τοῦ Μη-
δικοῦ στρατεύματος αἰσχρῶς, ὡς ἐπύθετο τάχιστα
ὁ Ἀστυάγης, ἔφη, ἀπειλέων τῷ Κύρῳ· „Ἀλλ' οὐδ'
2 „ὣς ὁ Κῦρός γε χαιρήσει." Τοσαῦτα εἴπας, πρῶ-
τον μὲν τῶν μάγων τοὺς ὀνειροπόλους, οἵ μιν ἀνέ-
γνωσαν μετεῖναι τὸν Κῦρον, τούτους ἀνεσκολόπισε.

Altero praelio Astyages ipse victus et vivus captus a. 550.

Cap. CXXVII.

καὶ στρατηγὸν αὐτῶν, ὥστε θεοβλαβὴς ἐὼν κ. τ. λ.] Et hic et paulo infra αὐτῶν e pluribus codd. adscivimus. Vulgo ex Aldo propagatum erat αὐτέων. — θεοβλαβὴς dicitur is, qui a diis mente quasi captus redditur (βλαβεὶς ὑπὸ τοῦ θεοῦ τὴν φρένα), ut amens stolida capiat consilia perverseque agat. Conf. VIII, 137.

λήθην ποιεύμενος τά μιν ἐόργεε] De verbo ποιεῖσθαι, ubi duplicem accusativum adscivit, monuimus ad I, 68. Formam ἐόργεε propter rarum augmenti genus laudat Matthiae §. 161 pag. 297 coll. pag. 458, ubi de radice ἔργω, unde perfectum secundum ἔοργα apud Epicos. In seqq. pro συνέμισγον unus cod. ἔμισγον, alii συνέσμιγον, prava literarum transpositione, qualem itidem advertunt I, 185. VI, 14. VII, 40.

Cap. CXXVIII.

τούτους ἀνεσκολόπισε] i. e.

μετὰ δὲ, ὥπλισε τοὺς ὑπολειφθέντας τῶν Μήδων
3 ἐν τῷ ἄστεϊ, νέους τε καὶ πρεσβύτας ἄνδρας. ἐξα-
γαγὼν δὲ τούτους, καὶ συμβαλὼν τοῖσι Πέρσῃσι,
ἑσσώθη· καὶ αὐτός τε Ἀστυάγης ἐζωγρήθη, καὶ
129 τοὺς ἐξήγαγε τῶν Μήδων ἀπέβαλε. Ἐόντι δὲ αἰ-
χμαλώτῳ τῷ Ἀστυάγεϊ προστὰς ὁ Ἅρπαγος, κατέ-
χαιρέ τε καὶ κατεκερτόμεε, καὶ ἄλλα λέγων ἐς αὐ-
τὸν θυμαλγέα ἔπεα, καὶ δὴ καὶ εἴρετό μιν, πρὸς τὸ
ἑωυτοῦ δεῖπνον, τό μιν ἐκεῖνος σαρξὶ τοῦ παιδὸς
ἐθοίνισε, „ὅ τι εἴη ἡ ἐκείνου δουλοσύνη ἀντὶ τῆς

Harpago insultanti quid Astyages captivus responderit.

---

eos e palo suspendit. Quod hic Medorum occurrit supplicium, inde ad ipsos transiit Persas, ubi patibuli vel crucis poena haud raro memoratur. Lege sis Brissonium de reg. Pers. princ. *II*, 215 pag. 574 et quae nos ad Ctesiae Persicc. §. 36 pag. 176 diximus. Ad argumentum comparentur Diodori Siculi Excerptt. de Virtutt. et Vit. II pag. 553 ed. Wessel. De pugnis illis, quas memorat Herodotus, nihil aliud relatum apud veteres reperimus, nisi quae obiter narrantur haud magni momenti a Plutarcho de virtutt. mulierr. pag. 246, A.

Cap. CXXIX.

καὶ ἄλλα λέγων — καὶ δὴ καὶ εἴρετό μιν] Structuram loci si quaeras, non dispar illa erit ei, quam ad I, 116 fin. attigimus. Paulo ante reliquimus προστάς, cuius loco Schweigh. προςστάς. Sed vid. supra I, 86. 119.

πρὸς τὸ ἑωυτοῦ δεῖπνον] i. e. *quod attinet ad illam ipsius coenam, de illa ipsius coenâ.* Non valde dispar, quod legimus supra I, 88. πρὸς ὧν τὴν ὄψιν ταύτην τὸν γάμον τοι τοῦτον ἔσπευσα, ubi vid. annotat. Hinc male nostro in loco quis malait πρὸς τοῦ δείπνου.

τό μιν ἐκεῖνος σαρξὶ — ἐθοίνισε] In accusativo rei (τὸ), quem praeter personae accusativum (μιν) hic adiunctum habet verbum ἐθοίνισε, equidem non offendor, cum longum eorum verborum indicem perlustrem, quae simili fere modo construuntur; vid. Matth. Gr. Gr. §. 421 not. 1 p. 772 seq., ubi nostri loci non oblitus est, cum similem structuram verbi εὐωχεῖν Platonico loco illustraret. Hinc nulla emendandi caussa, neque huius voculae, neque reliquorum verborum, quae sequuntur sanissima illa quidem, sed pravis virorum doctorum coniecturis agitata, quas silentio premere praestat. Iungenda autem sunt haec verba ὅ, τι εἴη ἡ ἐκείνου κ. τ. λ. superio-

2„βασιληΐης." ὁ δέ μιν προσιδὼν ἀντείρετο, εἰ ἑωυτοῦ ποιέεται τὸ Κύρου ἔργον. Ἅρπαγος δὲ ἔφη, 95
αὐτὸς γὰρ γράψαι, τὸ πρῆγμα ἑωυτοῦ δὴ δικαίως
4 εἶναι. Ἀστυάγης δέ μιν ἀπέφαινε τῷ λόγῳ „σκαι-
„ότατόν τε καὶ ἀδικώτατον ἐόντα πάντων ἀνθρώ-
„πων· σκαιότατον μέν γε, εἰ παρεὸν αὐτῷ βασιλέα
„γενέσθαι, εἰ δὴ δι' ἑωυτοῦ γε ἐπρήχθη τὰ παρε-
„όντα, ἄλλῳ περιέθηκε τὸ κράτος· ἀδικώτατον δὲ,
„ὅτι τοῦ δείπνου εἵνεκεν Μήδους κατεδούλωσε. 1
5„εἰ γὰρ δὴ δέον πάντως περιθεῖναι ἄλλῳ τέῳ τὴν
„βασιληΐην, καὶ μὴ αὐτὸν ἔχειν, δικαιότερον εἶναι
„Μήδων τέῳ περιβαλεῖν τοῦτο τὸ ἀγαθὸν ἢ Περ-
6„σέων. νῦν δὲ Μήδους μὲν, ἀναιτίους τούτου ἐόν- 5
„τας, δούλους ἀντὶ δεσποτέων γεγονέναι· Πέρσας

---

ribus: εἴρετό μιν. Caeterum pro ἐθοίνισε bini codd. ἐθοίνησε, probante Valckenario atque Schaefero.

αὐτὸς γὰρ γράψαι] De huiuscemodi enuntiatis per particulam γὰρ orationi interpositis conf. ad I, 24 dicta.

τὸ πρῆγμα ἑωυτοῦ δὴ δικαίως εἶναι] Hanc meliorem verborum ordinem cum Gaisfordio reduximus. Vulgo δὴ ponebatur ante ἑωυτοῦ, qui genitivus stricte iungi debeat verbo εἶναι. Nam factum istud iure suum dici habereque ille contendit.

εἰ παρεὸν αὐτῷ βασιλέα γενέσθαι, εἰ δὴ κ. τ. λ.] Primum εἰ causam hic reddit, explicandumque fere ut ὅτι (quod ipsum paulo post legitur), auctore Matthiae in Gramm. Gr. §. 617 pag. 1252. Alterum εἰ δὴ — γε est *si quidem* s. *quandoquidem*. — περιτιθέναι hic simpliciter est: *tribuere, permittere*, ut infra III, 81. 142 et apud alios auctores.

εἰ γὰρ δὴ δέον πάντως περιθεῖναι κ. τ. λ.] Orationis anacoluthiam, cum desideretur verbum finitum, quo referatur particula εἰ, bene expediit Matth. l. l. §. 556 not. 2 p. 1094. Namque docet, post εἰ mente supplendum esse: ἄλλῳ περιέθηκε τὸ κράτος, et δέον inde interpretatur: *quia oportuisset*; ita ut plane eadem sit structura orationis atque priori in parte, ubi est: εἰ παρεὸν αὐτῷ βασιλέα κ. τ. λ. Add. Werfer. in Actt. phill. Monacc. I pag. 112. — De usu participiorum παρεὸν et δέον monere haud opus. In fin. capit. δεσπότας iam excitavimus supra ad I, 111.

„δὲ, δούλους ἐόντας τὸ πρὶν Μήδων, νῦν γεγονέ-„ναι δεσπότας."

130 Ἀστυάγης μέν νυν, βασιλεύσας ἐπ' ἔτεα πέντε καὶ τριήκοντα, οὕτω τῆς βασιληΐης κατεπαύσθη· Μῆδοι δὲ ὑπέκυψαν Πέρσῃσι διὰ τὴν τούτου πικρότητα, ἄρξαντες τῆς ἄνω Ἅλυος ποταμοῦ Ἀσίης ἐπ' ἔτεα τριήκοντα καὶ ἑκατὸν δυῶν δέοντα, πάρεξ ἢ ὅσον οἱ Σκύθαι ἦρχον. Ὑστέρῳ μέντοι χρόνῳ μετεμέλησέ τέ σφι ταῦτα ποιήσασι, καὶ ἀπέστησαν

Quam diu Medi Asiae imperariat. Parcit Astyagi Cyrus.

Cap. CXXX.

ἄρξαντες τῆς ἄνω Ἅλυος ποταμοῦ Ἀσίης ἐπ' ἔτεα τριήκοντα καὶ ἑκατὸν δυῶν δέοντα κ. τ. λ.] De argumento huius loci copiosius tractavimus ad Ctesiae fragmenta p. 439 seqq., quae nonnihil emendata, retractata, aucta, in Excursu adiicienda curavimus. De formula δυῶν (rectius quam δυῶν) δέοντα conf. I, 14 fin. ἡ ἄνω Ἅλυος ποταμοῦ Ἀσίη quae sit Asiae pars, satis puto intelligi ex iis, quae disputavimus ad I, 72. Paulo ante cum recentt. dedimus κατεπαύσθη, quod et libri manu scripti meliores iubebant et geminus Nostri locus VI, 71. Vulgo κατεπαύθη, quod ut Ionicum ex hoc certe loco non probare debebat Buttmannus in Gramm. maior. I pag. 448.

πάρεξ ἢ ὅσον οἱ Σκύθαι ἦρχον] Ad has Scytharum expeditiones Asiaeque dominationem per duodetriginta annos similia, quae in Persico carmine Schahnameh narrantur, refert Hammer. in Wiener Jahrbüch. IX p. 13. Illic enim Keikawus rex (quem Cyaxarem esse vult) per totidem annos inclusus tenetur a Turaniis in saxorum arce.

καὶ ἀπέστησαν ἀπὸ Δαρείου] Memorabilis locus, quippe ex quo nonnulla ex parte colligi poterit, quo usque Herodotus vixerit, quot annos habuerit haec ipsa conscribens. Defectio enim Medorum, de quà hic scribit auctor, accidit Dario Notho regnante, a quo iterum subacti sunt anno belli Peloponnesiaci vigesimo quarto i. e. Olympiad. XCIII, 1 sive 408 a. Ch. n. Ita certe Xenophon Hellen. I, 2 fin. Unde colligunt, Herodotum ad octogesimum ferme annum vitam suam duxisse, cum hoc ipsum postremum sit factum, cuius in Herodoti Musis fiat mentio, forsitan multo post opus iam absolutum insertum a scriptore sene. Vid. Dahlmann. Herod. p. 47. Heyse Quaestt. Herodd. I p. 42. 70. Quibus Cr. addit Mazochi Commentt. in Tabb.

ἀπὸ Δαρείου· ἀποστάντες δὲ, ὀπίσω κατεστράφθη-
3 σαν, μάχῃ νικηθέντες. τότε δὲ ἐπὶ Ἀστυάγεος οἱ
Πέρσαι τε καὶ ὁ Κῦρος ἐπαναστάντες τοῖσι Μήδοι-
σι, ἦρχον τὸ ἀπὸ τούτου τῆς Ἀσίης. Ἀστυάγεα δὲ
Κῦρος, κακὸν οὐδὲν ἄλλο ποιήσας, εἶχε παρ' ἑωυ-
4 τῷ ἐς ὃ ἐτελεύτησε. Οὕτω δὴ Κῦρος γενόμενός τε
καὶ τραφεὶς ἐβασίλευσε· καὶ Κροῖσον ὕστερον τού-
των ἄρξαντα ἀδικίης κατεστρέψατο, ὡς εἴρηταί μοι

Heracll. p. 102. Sed dubitationem movisse video C. G. Krüger. in Seebode Archiv. f. Philolog. und Paedagog. I (1824) p. 223 seq. not. Cui vix probabile videtur, Medorum defectionem, quae *centum quinquaginta* post annis sub *Dario Notho* accidit, ab Herodoto indicari simplici formula: ὑστέρῳ χρόνῳ, qui pro more suo dicere debebat χρόνῳ πολλῷ s. πολλοῖσι ἔτεσι ὕστερον aut alio quo modo accuratiorem temporis notationem subiungere. Quae cum ita sint, eo inclinat V. D., ut de *Dario Hystaspis* hunc locum intelligere malit, nisi omnino haec Nostri verba seriore aetate ab alio adiecta fuerint.

ἀποστάντες δὲ, ὀπίσω κατεστράφθησαν] κατεστράφθησαν, cuius loco codices nonnulli κατεστράφησαν, ad rariores atque asperiores Nostri formas Ionicas pertinet, ac probabiliter deducitur a forma στράφω, aliis dialectis haud inusitatâ, cum στρέφω communis sit dialecti. Conf. Matth. §. 191, 2 pag. 337. Herodot. II, 81. II, 2. VII, 228 et Porson. ad Euripid. Phoeniss. vs. 986; quos laudat Schweighaeuserus.

Ἀστυάγεα δὲ Κῦρος, κακὸν οὐδὲν ἄλλο ποιήσας, εἶχε παρ' ἑωυτῷ ἐς ὃ ἐτελεύτησε] Iungimus hisce Ctesiae testimonium in Excerptt. Persicc. §. 2, qui Astyagem, mira deorum vi compedibus solutum, post ut patrem a Cyro cultum esse refert, qui eius filiam Amytin pro matre ac deinde pro uxore habuerit. De extremis fatis Astyagis nil relatum invenimus ab Herodoto; sed auctor est idem Ctesias l. l. §. 5 turpiter illum in desertis relictum ac proditum, misere obiisse fame ac siti, splendide tamen post sepultum esse, ne scilicet turpe facinus palam fieret Cyroque ipsi adscriberetur. Quae quidem a regnorum orientalium indole principumque moribus non abhorrent. Conf. ad Ctesiam notatt. pag. 107. — In seqq. τούτων iunge cum ὕστερον *post illa* i. e. post illa, quae de Astyage acta erant, Croesum, qui prior ipsum adgredi coeperat, subegit. Vid. supra I, 75 seqq.

τὸ πρότερον. τοῦτον δὲ καταστρεψάμενος, οὕτω πάσης τῆς Ἀσίης ἦρξε.

131 Πέρσας δὲ οἶδα νόμοισι τοῖσδε χρεωμένους· ἀγάλματα μὲν καὶ νηοὺς καὶ βωμοὺς οὐκ ἐν νόμῳ Persarum dii et sacrificia.

Cap. CXXXI.

Πέρσας δὲ οἶδα νόμοισι τοῖσδε χρεωμένους] τοῖσδε cum Gaisf. dedimus, prout meliores libri iubebant. Vulgo τοιοῖσδε. — Sequitur hic ubi Cyri ac Persarum, nunc ad summum imperium evectorum mentio facta erat, digressio de huius gentis institutis, religione, totoque vivendi genere. Conf. quae de huiusmodi digressionibus a nobis disputata sunt ad I, 23. I, 56.

ἀγάλματα μὲν καὶ νηοὺς καὶ βωμοὺς οὐκ ἐν νόμῳ ποιευμένους ἱδρύεσθαι] Pendent haec, opinor, ab antecedenti verbo οἶδα, quod hic mente supplendum videtur. Mox tamen huius structurae oblitus, in orationem rectam transit, scribendo ἐπιφέρουσι loco participii ἐπιφέροντας. In quo nolim insistere, cum huiuscemodi transitus haud raro apud Nostrum scriptorem inveniantur. Locutionem ἐν νόμῳ ποιεῖσθαι interpretor equidem: *in more habere*, s. passive: *in more positum esse*. Inde non necesse vertere: *nefas habere*. Eodem modo νομίζειν IV, 59.

In ipso argumento plurimi veterum cum Herodoto consentiunt, quorum locos congesserunt Brisson. de reg. Pers. princip. II, 28 et sqq. (coll. Heyde de vett. Pers. relig. III pag. 93) et Davisius ad Cicer. de Legg. II, 10 pag. 234 ed. Creuz. Et consul. ipsum Herodotum VIII, 109. Ac recte quidem in nostro loco insistunt viri docti nostrae aetatis, ex quo simplicitas atque integritas religionis Persarum optime cognoscatur, qua purior et ab humanis superstitionibus magis immunis vix ulla per omnem fuerit antiquitatem. Namque summum numen non imaginibus arte humanà factis tanquam symbolis exprimebant colebantque, sed in ipsis aquae et ignis elementis vim divinam venerabantur. Inde nec templis opus, nec statuis nec altaribus affabre factis. Neque obstant, si quae templorum ac statuarum vestigia reperiantur, monente Creuzero in Symbol. I pag. 651. 719 ed. secund. Nam loquitur Herodotus de primitiva magisque pura Persarum religione, cui alia postmodo ex aliarum gentium cultu addita esse, ea ipsa documento sunt, quae continuo apud Nostrum leguntur. Et omnino imagines quasdam deorum in artis operibus haud raro reperiri, testantur quae egregia hanc in rem disputavit Grotefend. in Böttigeri Amalth. II pag. 69 seqq., ipsisque ex ope-

ποιευμένους ἱδρύεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖσι ποιεῦσι μω- 66
ρίην ἐπιφέρουσι· ὡς μὲν ἐμοὶ δοκέειν, ὅτι οὐκ ἀνθρωποφυέας ἐνόμισαν τοὺς θεοὺς, κατάπερ οἱ Ἕλληνες, εἶναι. οἱ δὲ νομίζουσι Διῒ μὲν, ἐπὶ τὰ ὑψηλότατα τῶν οὐρέων ἀναβαίνοντες, θυσίας ἔρδειν,

---

ribus in medium protulit. Neque enim eo, quod idololatria quae vocatur a Persarum religione aliena est, omnes imagines divinae earumque usus in gemmis, aliis, excluduntur.

μωρίην ἐπιφέρουσι] i. e. *stultitiam illis imputant*, *stultitiae illos arguunt*. Conf. supra I, 26. 68 et Pausaniam haec imitantem I, 23, 10, ubi plura Siebelis. — In proxime seqq. dedimus δοκέειν pro vulg. δοκέει, libris melioribus sic iubentibus. De locutione conf. Reizium ad Viger. de idiotism. p. 744.

ὅτι οὐκ ἀνθρωποφυέας ἐνόμισαν τοὺς θεοὺς κ. τ. λ.] ἀνθρωποφυέας Valla reddiderat: (deos) *ex hominibus ortos*. Quem secutus est Kleuker. in Append. ad Zendavest. Vol. II P. 3 p. 5. 18. Malim equidem intelligere *deos formae humanae*, qui iidem II, 142 dicuntur ἀνθρωποειδέες θεοί. Quo eodem sensu Diodorus IV, 69 Centauros dicit ἀνθρωποφυεῖς i. e. *humana formâ, figurâ, praeditos*. Voluit autem Herodotus Graecorum anthropomorphismo, qui dicitur, opponere orientalium doctrinam magis puram exemptamque ab eo, quod materialitatis vocabulo barbaro vulgo designant. Tu vide accuratam disputationem V. D. Ouwaroff. Essais sur les mystèr. pag. 73 — 76 ed. sec., probatam quoque Gallo docto Letronne in Journal d. Sav. 1817 pag. 100 seq. coll. 1816 Octob. pag. 111.

οἱ δὲ νομίζουσι Διῒ μὲν κ. τ. λ.] Persas Iovem veneratos esse, multa veterum testimonia ostendunt a me prolata in nott. ad Ctesiae fragmm. pag. 146. Est enim tenendum, Graecos scriptores, qui Graecis hominibus scriberent, in aliarum nationum diis, cultu, ritibus, aliis describendis ita se accommodasse et applicuisse ad Graecorum mores et instituta, ut quodcunque apud alias gentes numen coli viderent, id nomine appellarent ipsis magis solito eius dei Graeci, ad quem potissimum peregrini numinis significatio atque cultus accedere videretur. Itaque Iovem apud Persas et invenisse Graecos et nuncupasse quid mirum?

νομίζουσι Διῒ μὲν, ἐπὶ τὰ ὑψηλότατα τῶν οὐρέων ἀναβαίνοντες] νομίζειν hoc loco est idem atque ἐν νόμῳ ποιεῖσθαι, *in more habere*, *more uti*, *solere*. Conf. I, 133. II, 64. III, 100. IV, 191 etc. Alia laudavit Astius, a Cr. laudatus, ad Platon. Polit. pag. 557. — Quod vero Persas in montium

τὸν κύκλον πάντα τοῦ οὐρανοῦ Δία καλέοντας·
θύουσι δὲ ἡλίῳ τε καὶ σελήνῃ καὶ γῇ καὶ πυρὶ καὶ
3 ὕδατι καὶ ἀνέμοισι. τούτοισι μὲν δὴ μούνοισι θύ-
ουσι ἀρχῆθεν. ἐπιμεμαθήκασι δὲ καὶ τῇ Οὐρανίῃ
θύειν, παρά τε Ἀσσυρίων μαθόντες καὶ Ἀραβίων.
καλέουσι δὲ Ἀσσύριοι τὴν Ἀφροδίτην, Μύλιττα·

---

cacuminibus sacra facere Noster scribit, in eo haud paucos assentientes nactus est scriptores, quorum testimonia protulit Brisson. de reg. Pers. princip. II §. 38. Est potissimum Strabo conferendus, qui Herodoti verba exscripsit XV p. 732 s. 1064, C. Nolo nunc aliarum gentium instituta paria commemorare, quae quoniam in montium cacuminibus deos sibi quasi propiores arbitrabantur, illic inprimis sacra facere solebant. Plura Gesenius, cuius locum Cr. adscripsit, in Commentt. ad Iesai. LXV, 7 pag. 282. Quae reliqua Noster prodit de religione Persarum, insigniter faciunt ad illius ipsius declarandam simplicitatem. Omnium enim rerum quae habentur principia atque elementa, venerati sunt eaque simplici ratione. Accessit coelum astris repletum et nomine Iovis significatum, duoque praecipua illius lumina, Sol ac Luna, quae omnia simplicem simplicis gentis et quidem montanae cultum declarant. Confer Creuzer. Symbol. I pag. 651. 692 seq. 712 seq.

θύουσι ἀρχῆθεν] Voculam ἀρχῆθεν Herodoto atque Ionibus adscribit Grammaticus in Bekkeri Anecdd. I pag. 450, 4. Apud Atticos enim, excepto Aeschylo, inveniri eam negat.

καλέουσι δὲ Ἀσσύριοι τὴν Ἀφροδίτην — Μίτραν] Locus memorabilis multumque vexatus. Nos proficiscamur ex iis, quae, ut summam loci, posuit Creuz. in Symbol. I p. 729. Complures enim monet Asiae gentes unum idemque naturae principium femineum (naturam naturatam alii dicunt) variis coluisse cognominibus, ita ut quae aliis esset Venus Urania, eadem aliis diceretur Mylitta, aliis Alitta, Persis *Mitra*. Quamvis enim nomina, formae, attributa huius numinis varia varias apud gentes sint, primariam tamen numinis notionem ac significationem subesse eandem intelligimus. Quae ipsa cum ad coelestes et sidereas rationes multum pertineat, recte pronuntiat Palmblad. (de rebb. Babylonn. pag. 44) coniunctam foecundatae et tum foecundantis Lunae, nec non humidae, concipientis, fructus edentis Telluris ideam exprimi. De singulis si quaeramus, videndum ante omnia de *Mitra*, quam deam diserte Noster h. l. nominat, cum vulgo *Mithram* norint *deum* eundemque *Solem*. Quare, ut fit, lectionem ipsam vario

132 Ἀράβιοι δὲ, Ἀλίττα· Πέρσαι δὲ, Μίτραν. Θυσίη δὲ τοῖσι Πέρσῃσι περὶ τοὺς εἰρημένους θεοὺς ἥδε κατέστηκε. οὔτε βωμοὺς ποιεῦνται, οὔτε πῦρ ἀνα-

Ritus in sacrificando.

---

modo tentarunt, quam sanam et probam esse nobis persuasit Wesselingius, usus praecipue Ambrosii testimonio contra Symmach. II p. 840, ubi haec leguntur: „Coelestem Afri, *Mithram* Persae, plerique Venerem colunt, pro diversitate nominis, non pro numinis varietate.“ Nolumus immorari in scriptura Mit*h*ram, sive Ambrosii ipsius incuriae sive librariorum socordiae illa sit tribuenda; rem ipsam egregie confirmant Ambrosii verba, qui haud scio an ex ipso Herodoto haec descripserit. Facit eodem nominis ratio, si quidem etymon illius proferunt *mihr* s. *mihir* i. e. *amorem*, sive, ut aliis placet, solem. Conf. Hyde de relig. Pers. pag. 129. Sylvestre de Sacy ad St. Croix Recherch. sur les mystères de paganism II pag. 121. Nec aliam crediderim Mitram atque eam deam, quae *Anaïtis* dicitur aliis scriptoribus, apud Persas culta. De qua plura Zoega in: Abhandlungg. (ed. Welcker.) pag. 101 — 105, alia ut taceam. De *Mitra* dea copiosam instituit disputationem Creuzer. in Symbol. I p. 728 seqq., quae si bene perceperis, intelliges quam prave ii agant, qui ab Herodoto perperam Mithram deum in Mitram deam transformatum statuant aut Venerem intelligant planetam, cuius cultus apud Persas, Assyrios, Arabes floruerit. Unum nomino Rhode, über Alter und Werth einig. morgenländ. Urkund. pag. 101 seqq. Hoc igitur firmum certumque teneamus, Mitram deam fuisse Persis eam, quam aliis aliae gentes nominibus per omnem fere Asiam coluerint, sive naturam dixeris naturatam, sive principium in rerum natura femineum, sive Lunam sive Terram. Quae optime inde cum *Venere Urania* apud Syros (I, 105) comparari potuit aut cum *Mylitta* Babyloniorum atque Assyriorum (I, 199), aut cum Arabum *Alitta*. Conf. Creuzer. l. l. et II p. 5. 24 seqq. 123.

Alittam infra III, 8 Noster appellat *Alilat*; quod ipsum hoc quoque loco restitutum volebat Selden. de diis Syr. p. 179. Quam in rem observat A. G. Schlegel. (Ind. Biblioth. II, 3 pag. 316) Herodotum, ubi peregrinas voces expressim proferat, non addere Graecam terminationem, indeque h. l. scribere Μύλιττα et Ἀλίττα, cum Assyriorum et Arabum lingua declinatione careat, sed Μίτραν, quoniam in Persarum lingua inveniatur nominum declinatio.

Cap. CXXXII.

Θυσίη δὲ — ἥδε κατέστηκε] κατέστηκε e tribus codd. cum Gaisfordio adscivimus pro vulg. κατεστήκεε.

καίουσι, μέλλοντες θύειν· οὐ σπονδῇ χρέωνται,
2 οὐκὶ αὐλῷ, οὐ στέμμασι, οὐκὶ οὐλῇσι. τῶν δὲ ὡς
ἑκάστῳ θύειν θέλει, ἐς χῶρον καθαρὸν ἀγαγὼν τὸ
κτῆνος, καλέει τὸν θεὸν, ἐστεφανωμένος τὸν τιά-
3 ραν μυρσίνῃ μάλιστα. ἑωυτῷ μὲν δὴ τῷ θύοντι
ἰδίῃ μούνῳ οὔ οἱ ἐγγίνεται ἀρᾶσθαι ἀγαθά· ὁ δὲ
πᾶσι τοῖσι Πέρσῃσι κατεύχεται εὖ γίνεσθαι, καὶ τῷ

οὐ σπονδῇ χρέωνται, οὐκὶ αὐλῷ, οὐ στέμμασι, οὐκὶ οὐλῇσι] Pro στέμμασι (*infulis, vittis*) Valckenarius maluit πέμμασι (*libis*), ut infra legitur I, 160 Xenophontis quoque ac Strabonis locis comprobantibus, qui Persas coronatos sacrificasse testantur. Vid. Brisson. de reg. Pers. princip. II §. 40 seq. Sed Herodotus Graecis suis scribebat, non Graeco more sacra fieri a Persis, nec libatione, nec tibia, nec infulis, nec mola ad Graecorum morem utentibus, sed tiarà, singulari pilei quodam genere, tectis. Quod minus accurate interpretantes reliqui auctores, coronatos et ipsos sacra facere Persas scripserunt. Nec ullus liber addicit coniecturae Valckenarianae.

τῶν δὲ ὡς ἑκάστῳ θύειν θέλει] i. e. *prout eorum* (deorum) *cuique sacra facere quis vult*. In quibus observamus subiectum quod aiunt neglectum, ex verbo ipso repetendum, ὁ θύων s. ὁ θυτήρ, ut infra II, 47 aliisque in locis, quos explicat Matthiae Gramm. Gr. §. 295 p. 589 seq.

ἐστεφανωμένος τὸν τιάραν μυρσίνῃ μάλιστα] τιάραν, libris melioribus invitis male mutatum in τιήρην, ut Ionica magis esset forma, reduxi, Hesychio quoque auctore, qui s. v. de masculino huius vocis genere admonet, Herodoti non oblitus. Nam alias foeminino genere dicitur ἡ τιάρα. Qui igitur hoc loco afferunt τὴν pro τὸν, minime illi erunt audiendi. Conf. Herodot. III, 12. VII, 61. VIII, 120. Est vero *tiara* capitis tegumentum Persis proprium ac familiare, diversum pro singulorum gradu et dignitate. Rectam enim tiaram sursumque elatam, apice in sublime erecto, soli reges gestabant, reliqui homines deorsum vergentem et in frontem deductam; nec differt illa fere ab *cidari* et promiscue cum ea usurpatur. Vid. Brisson. de reg. Pers. princ. I §. 46. Blomfield. in Glossar. ad Aeschyl. Pers. 667 et quae olim ipse excitavi in Creuzeri Melett. III pag. 81. Nunc addo Hammer. in Wiener Jahrbüch. IX pag. 61.— In clausula Strabonis admonemus, qui XV p. 1065 victimas myrtho coronatas fuisse scribit, non homines ipsos qui sacrificarint. Sed potest in ipsis Strabonis verbis mendum subesse.

κατεύχεται] i. e. *ardenter, magno cum studio precatur*, no-

βασιλέϊ. ἐν γὰρ δὴ τοῖσι ἅπασι Πέρσῃσι καὶ αὐτὸς 45
4 γίνεται. ἐπεὰν δὲ διαμιστύλας κατὰ μέρεα τὸ ἱρήϊον
ἑψήσῃ τὰ κρέα, ὑποπάσας ποίην ὡς ἁπαλωτάτην, 67
μάλιστα δὲ τὸ τρίφυλλον, ἐπὶ ταύτης ἔθηκε ὦν πάντα τὰ κρέα· διαθέντος δὲ αὐτοῦ, μάγος ἀνὴρ παρα-

---

tante Thom. Magistr. pag. 512, ubi vid. Oudendorp.

ἐπεὰν δὲ διαμιστύλας κατὰ μέρεα τὸ ἱρήϊον ἑψήσῃ τὰ κρέα] διαμιστύλας pro vulg. διαμυστίλας nunc recte editum. Conf. Hemsterhus. ad Aristophan. Plut. vs. 626 p. 210 seq. Est autem διαμιστύλλειν *in frustra concidere.* In eo verum ipso haeserunt viri docti, quod Herodotus, qui cap. antecedenti Persas nec altaria facere nec ignem in sacris accendere tradiderat, hic de victimis loquitur in partes concisis earumque carne elixata; id quod sine foco igneque fieri utique non potuit. Quare iam Valckenarius locum Herodoteum plane alio modo constituit; alii pro ἑψήσῃ τὰ κρέα maluerunt: ἕψῃ τὰ κρέα (a verbo ἕπω — *ubi carnes curaverit*), alii: ψήσῃ τὰ κρέα (*ubi carnes ossibus detraxerit*). Sed minus haec absunt tum a librorum vetustorum vestigiis, tum ab ipsa Herodoti sententia, qui in altari ignem fuisse minime declarat; necquidquam impedit, quo minus alio loco caesam victimam et in partes minutatim sectam, elixatam fuisse credamus. Haec est Wesselingii sententia, confirmata iis, quae de Scythis legimus IV, 59 quaeque Persarum moribus plane conveniunt. Nec aliter locum intellexit Brissonius l. l. II, 43. — Trifolium, quo in hisce sunt usi, frequentissimum illis in regionibus. Vid. Brisson. II §. 137 et cf. Suid. Μηδικὴ πόα, ἡ τρίφυλλος λεγομένη. Cr. addit Barkeri not. in The classic. Iourn. V p. 243. 244, ubi de hac planta sacra trinitatisque symbolo. Sed magis huc faciunt Böttigeri nott. in Amalthea I p. 107 not.

ἔθηκε — τὰ κρέα] Articulum τὰ a Reiskio illatum retinuimus, quippe ad sententiam necessarium.

διαθέντος δὲ αὐτοῦ] i. e. *quae ubi ipse* (sacrificaturus) *disposuit, magus* (sacerdos) *adstans theogoniam accinit, qualem illi incantationem esse dicunt.* Carpit haec Hyde de relig. Perss. cp. 3 pag. 99, quum Herodotus contraria scribat iis, quae supra narraverat, Persas deos ex hominibus genitos negare (ἀνθροποφυέας); unde Graeco potius more, non Persico θεογονίην admisceri. Quae cum prava vocis ἀνθρωποφυὴς interpretatione nitantur, refellere non attinet. Nec Graecorum *Theogonia* hic in censum venire potest, ut bene vidit Wesselingius haec adiiciens: „Persae ut plura variique ge-

στεὼς ἐπαείδει θεογονίην, οἵην δὴ ἐκεῖνοι λέγουσι εἶναι τὴν ἐπαοιδήν· ἄνευ γὰρ δὴ μάγου οὔ σφι νόμος ἐστὶ θυσίας ποιέεσθαι. ἐπισχὼν δὲ ὀλίγον χρόνον, ἀποφέρεται ὁ θύσας τὰ κρέα, καὶ χρᾶται ὅ
133 τι μιν λόγος αἱρέει. Ἡμέρην δὲ ἀπασέων μάλιστα
2 ἐκείνην τιμᾶν νομίζουσι, τῇ ἕκαστος ἐγένετο. ἐν

Mores: diem natalem festum agunt: quo victu vivant: vino indulgent: eorum verecundia: compotantes deliberant.

---

neris numina profitebantur, videntur eadem alia atque alia origine, etsi minime humanâ statuisse. Cogita de Gnosticorum Aeonibus et Emanationibus ex Zoroastri et Chaldaeorum Theologia arcessitis.“ Erit igitur θεογονίη non ea, quae II, 53 dicitur, sed in universum de diis narratio deque eorum origine, incantatio in sacris adhiberi solita. Refert huc Larcherus Strabonis locum XV p. 1065, B, ubi plura de Magorum partibus in sacrificiis.

ἄνευ γὰρ δὴ μάγου οὔ σφι νόμος ἐστὶ θυσίας ποιέεσθαι] Constat omnia sacra tum publica tum privata obiisse magos ut sacerdotum tribum, omnemque rerum divinarum cognitionem, sacrorum atque cultus curam penes eosdem fuisse. Id quod post Herodotum plurimi testantur scriptores, de quibus conf. Brissonium l. l. II §. 52 seqq.

ἀποφέρεται ὁ θύσας τὰ κρέα] Conf. cum hisce Strabonis locum supra laudatum, ex quo causam huius moris discimus. Magum, qui sacrum peragat, hostiae mactatae singulas partes scribit distribuere iis, qui sacris interfuerint; qui iam abeuntes, suam quisque partem secum auferant, nulla diis parte relicta. Deum enim (hanc nimirum illis esse persuasionem) nihil velle praeter hostiae animam. Quod si verum est, multum valet ad nostrum de Persarum religione indicium.

χρᾶται ὅ τι μιν λόγος αἱρέει] λόγος sine articulo ὁ dedimus cum Gaisfordio, quoniam a libris ille abest. Eodem modo VI, 124. III, 45. IV, 127. Sed additum invenimus II, 33. VII, 41. Sensus formulae est: *prout ei commodum videtur, prout ratio suadet.*

Cap. CXXXIII.

ἡμέρην δὲ ἀπασέων μάλιστα κ. τ. λ.] Locus classicus, ab Athenaeo IV p. 143, F. p. 62 Schwgh. exscriptus, de Persis diem natalem celebrantibus. Addimus IX, 110, ubi Herodotus plura de festo, quod regis die natali celebratur. Alia suppeditabit Brisson. de reg. Pers. princ. I, 42. II, 70 coll. 135. Cr. addit: Olympiodor. in Comment. ad Platon. Alcib. p. 157. Gibbon. Geschicht. d. Verf. d. Röm. R. cp. XIX (Tom. IV pag. 302). Chardin. Voyage en Pers. T. III pag. 90. Nam nec postera aetate ab eo more Persae desciverunt.

ταύτῃ δὲ πλέω δαῖτα τῶν ἄλλων δικαιεῦσι προτίθεσθαι· ἐν τῇ οἱ εὐδαίμονες αὐτῶν βοῦν καὶ ἵππον καὶ κάμηλον καὶ ὄνον προτιθέαται, ὅλους ὀπτοὺς ἐν καμίνοισι· οἱ δὲ πένητες αὐτῶν τὰ λεπτὰ τῶν
3 προβάτων προτιθέαται. σίτοισι δὲ ὀλίγοισι χρέωνται, ἐπιφορήμασι δὲ πολλοῖσι, καὶ οὐκ ἁλέσι· καὶ διὰ τοῦτο φασὶ Πέρσαι „τοὺς Ἕλληνας σιτεομένους,

---

ἐν τῇ οἱ εὐδαίμονες αὐτῶν κ. τ. λ.] οἱ εὐδαίμονες sunt *divites*, *opulentiores*, ut infra V, 8. Latini *beatos* appellant. Vid. Larcher. ad h. l. In seqq. ad formam προτιθέαται conf. supra I, 119 παρετιθέατο ibiq. not. — αὐτέων, quod ex h. l. laudat Matth. §. 11 not. 2 pag. 52 mutavimus cum Gaisf. in αὐτῶν e Schellershemiano.

τὰ λεπτὰ τῶν προβάτων] i. e. *oves*, *caprae*, *omneque pecus minus*, *du menu bétail*, ut Galli reddunt. Eodem fere modo Pausanias IX, 3 τὰ λεπτότερα τῶν προβάτων. Namque veteribus *quaevis pecora*, inter edendum quatuor pedibus προβαίνοντα, πρόβατα dicebantur. Sunt Valckenarii verba ad Herod. IV, 61, ubi testes Graecos huius significationis adiicere haud neglexit. Conf. infra I, 188 init. 203, quibus locis bene usus est Ilgen. ad Hymn. Homer. pag. 479 quo probaret, πρόβατα esse omnis generis animalia quadrupedia.

σίτοισι δὲ ὀλίγοισι — καὶ οὐκ ἁλέσι] ἐπιφόρηματα sunt bellaria, opsonia, quaecunque in mensis secundis, primario cibo sumto, apponuntur, Graecis alias vocata ἐπιδορπίσματα et τραγήματα, auctore Hesychio. His quam plurimis uti Persas Noster dicit haud aliter fere atque multo post, Ammian. Marcell. XXIII, 6 §. 77 (ubi cf. Vales., monente Cr.), *sed minime confertis* q. e. καὶ οὐκ ἁλέσι; quatenus cupedias et bellaria multa utique in mensam inferebant, sed *non confertim omnia*. Sic bene locum expediit Wesselingius, prave olim scriptum (καὶ οὐ καλοῖσι) et infeliciter tentatum a viris doctis. Ἁλὴς hac significatione invenies I, 196. IV, 184 etc. Quod sequitur dictum Persarum de Graecis coenantibus, ita accipiendum est, Graecos, dum cibum sumerent, esurire desinere (*s.* Graecos finem edendi facere, dum adhuc esurirent), propterea quod statim post coenam sumtam nihil praeterea (opsonii) ipsis apponeretur, quod alicuius esset momenti aut pretii; si vero quid apponeretur huiusmodi, eos non cessaturos fore quin ederent (s. non finem edendi facturos, donec satiati essent). — Ἀπὸ δείπνου eodem fere pacto, quo I, 126.

„πεινῶντας παύεσθαι, ὅτι σφι ἀπὸ δείπνου παρα-
„φορέεται οὐδὲν λόγου ἄξιον· εἰ δέ τι παραφέροι-
4„το, ἐσθίοντας ἂν οὐ παύεσθαι.“ οἴνῳ δὲ κάρτα
προσκέαται· καί σφι οὐκ ἐμέσαι ἔξεστι, οὐκὶ οὐρῆ- 65
σαι ἀντίον ἄλλου. ταῦτα μέν νυν οὕτω φυλάσσεται.
5μεθυσκόμενοι δὲ ἐώθασι βουλεύεσθαι τὰ σπουδαιέ-
στατα τῶν πρηγμάτων· τὸ δ' ἂν ἅδῃ σφι βουλευο-
μένοισι, τοῦτο τῇ ὑστεραίῃ νήφουσι προτιθεῖ ὁ
6στέγαρχος, ἐν τοῦ ἂν ἐόντες βουλεύωνται. καὶ ἢν

οἴνῳ δὲ κάρτα προσκέαται] προσκέαται perfecti forma Ionica, de qua Matthiae §. 240 pag. 468. προσκεῖσθαι eodem sensu (*addictum esse alicui rei*, *sequi eam*, etc.) III, 34 et apud Pausan. I, 34 §. 3, ubi notavit Siebelis. De argumento conf. supra I, 71, ubi Sandanem facit loquentem Persas aquam solam bibere nec vino uti. Sed probe distinguendum inter Persas priscos, valde simplices in omni victus genere et inter Persas serioris aetatis, ubi summum totius fere Asiae imperium adepti, in omnem fere luxuriam prolapsi erant. Hos vino valde deditos Plato quoque commemorat de Legg. I p. 637, F aliaque evincunt testimonia veterum apud Brisson. de reg. Pers. princip. II, 126. Nec recentiores Persas maximam partem ab hoc vitio immunes esse testantur peregrinatores. Conf. Hammer. in Wiener Jahrbüch. VIII p. 384.

καί σφι οὐκ ἐμέσαι ἔξεστι, οὐκὶ οὐρῆσαι ἀντίον ἄλλου] Conf. quae similia apud Medos Deioces instituerat, supra I, 99. Nam e Medis utique haec ad Persas transire potuerunt, de quibus idem testantur Xenophon atque Ammianus Marcellinus. Tu vid. Brisson. l. l. II, 89 et 121.

μεθυσκόμενοι δὲ ἐώθασι βουλεύεσθαι τὰ σπουδαιέστατα τῶν πρηγμάτων κ. τ. λ.] ἐώθασι Ionum ex more atque Dorum dici monet Matth. Gr. Gr. §. 194 not. 3 pag. 345. Pro σπουδαιέστατα quidam σπουδαιότατα, quod etiam in Athenaei l. l. invenitur. Sed vide Nostrum supra I, 8 et cf. Matth. l. l. §. 128 pag. 251. De re ipsa conferri poterunt alia aliorum testimonia, Herodoti narrationem comprobantia, apud Brisson. l. l. II §. 131 seqq. „Pertinet huc imprimis Ammiani Marcellini testimonium XVIII, 5 §. 8 ibiq. Lindenbrog. p. 312 ed. Wagn.“ *Cr.*

τοῦτο τῇ ὑστεραίῃ νήφουσι προτιθεῖ ὁ στέγαρχος κ. τ. λ.] προτιθεῖ Ionum more a verbo προτιθέω formatum. Multa huius generis collegit Matthiae

μὲν ἅδῃ καὶ νήφουσι, χρέωνται αὐτέῳ· ἢν δὲ μὴ
ἅδῃ, μετιεῖσι. τὰ δ' ἂν νήφοντες προβουλεύσωνται,
134 μεθυσκόμενοι ἐπιδιαγινώσκουσι. Ἐντυγχάνοντες δ'
ἀλλήλοισι ἐν τῇσι ὁδοῖσι, τῷδε ἄν τις διαγνοίη εἰ
ὅμοιοί εἰσι οἱ συντυγχάνοντες· ἀντὶ γὰρ τοῦ προσα-
2 γορεύειν ἀλλήλους, φιλέουσι τοῖσι στόμασι. ἢν δὲ
ᾖ οὕτερος ὑποδεέστερος ὀλίγῳ, τὰς παρειὰς φιλέον-
ται· ἢν δὲ πολλῷ ᾖ οὕτερος ἀγεννέστερος, προσπί-
3 πτων προσκυνέει τὸν ἕτερον. τιμῶσι δὲ ἐκ πάντων
τοὺς ἄγχιστα ἑωυτῶν οἰκέοντας, μετά γε ἑωυτούς·
δεύτερα δὲ, τοὺς δευτέρους· μετὰ δὲ, κατὰ λόγον
προβαίνοντες τιμῶσι· ἥκιστα δὲ τοὺς ἑωυτῶν ἑκα-
4 στάτω οἰκημένους ἐν τιμῇ ἄγονται· νομίζοντες ἑωυ-

Osculatio et adoratio salutantium: observantiae cultus inter vicinos: quam de se ipsi habeant opinionem.

---

l. l. §. 210, 1 pag. 394. Pro στέγαρχος (aedium dominus) Athenaeus l. l. habet στεγέαρχος, quod etiam Herodoto forsitan restituendum censet Schweighaeus. in Animadverss. ad Athen. Tom. II pag. 475. — In seqq. neminem offendet genitivus post ἐν (ἐν τοῦ ἂν ἐόντες κ. τ. λ.) elliptico usu satis noto.

Cap. CXXXIV.

Ἐντυγχάνοντες δ' ἀλλήλοισι — ὅμοιοι εἰσὶ οἱ συντυγχάνοντες] Restituimus cum Gaisfordio veterem lectionem, quam libris invitis Gronovius atque Wesselingius ita mutarant, ut primo loco ponerent οἱ συντυγχάνοντες, altero loco οἱ ἐντυγχάνοντες. Est quidem in nostra lectione nominativus ἐντυγχάνοντες (i. e. *si qui sibi obviam fiunt*), qui offendere possit, et offendit repse ille Benedictum (in Act. semin. Lips. Vol. II P. 2 p. 283), qui corrigit ἐντυγχάνοντας; ut cohaereat cum διαγνοίη. Sed si tale quid in libris legeretur, aegre equidem desiderarem articulum ante hunc accusativum. Malim igitur nominativum participii, quem retinent omnes libri, absolutum dicere; quae structura a nostro scriptore aliena minime dici poterit; nec enim quae Schweigh. est sententia, commode ille referri poterit ad ὅμοιοι εἰσὶ, quippe cui adpositum sit οἱ συντυγχάνοντες. — In ipsa re nolim insistere. Satis monuit Brissonius de reg. Pers. princip. II, 178. 179, cui alios quosdam huius moris testes addit Wesselingius. De verbo προσκυνεῖν vid. ad II, 80 nott.

τοὺς ἑωυτῶν ἑκαστάτω οἰκημένους ἐν τιμῇ ἄγονται] Locutio ἐν τιμῇ ἄγεσθαι (*in ho-*

τοὺς εἶναι ἀνθρώπων μακρῷ τὰ πάντα ἀρίστους,
τοὺς δὲ ἄλλους κατὰ λόγον τὸν λεγόμενον τῆς ἀρε-
τῆς ἀντέχεσθαι, τοὺς δὲ ἑκαστάτω οἰκέοντας ἀπὸ 68
5 ἑωυτῶν κακίστους εἶναι. Ἐπὶ δὲ Μήδων ἀρχόν-
των, καὶ ἦρχε τὰ ἔθνεα ἀλλήλων. συναπάντων μὲν
Μῆδοι, καὶ τῶν ἄγχιστα οἰκεόντων σφίσι· οὗτοι
δὲ, καὶ τῶν ὁμούρων· οἱ δὲ, μάλιστα τῶν ἐχομέ-
6 νων. κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ λόγον καὶ οἱ Πέρσαι τι-
μῶσι· προέβαινε γὰρ δὴ τὸ ἔθνος ἄρχον τε καὶ ἐπι-
135 τροπεῦον. Ξεινικὰ δὲ νόμαια Πέρσαι προσίενται

Externos mores facillime adsciscunt.

---

more habere aliquem) recurrit II, 83. Nec aliter fere activum ἄγειν II, 172. IX, 7. Id quod imitatus est Pausanias, cuius locos aliquot indicat Siebelis. ad Pausan. I, 5 §. 3. De participio *οἰκημένος* eiusque usu cf. supra I, 28. — τῆς ἀρετῆς ἀντέχεσθαι proprie est: virtutem studiose sequi, virtuti incumbere i. e. *colere virtutem*. Contra in seqq.

οἱ ἐχόμενοι sunt *proximi quique*, usu Herodoto perquam familiari nec aliis scriptoribus insolito; conf. IV, 169. V, 49. VI, 8 etc. Quod additum erat *μάλα*, id e Schellershem. libro cum recentt. mutavimus in *μάλιστα*, quod multo aptius esse quivis perspiciet.

προέβαινε γὰρ δὴ τὸ ἔθνος ἄρχον τε καὶ ἐπιτροπεῦον] Bene notat Schwgh. haec ad Persas referri. Est enim haec nostri scriptoris sententia: „eodem fere modo, quo Medos, hanc quoque (Persarum) gentem progressam esse imperando et potestatem sibi commissam exercendo.“ Quae eo redeunt, ut Persici imperii similis propemodum commonstretur fuisse forma, similis fere ambitus et regnandi s. administrandi provincias ratio, quae antea Medorum fuerat. Unde apte hoc loco usus est Heerenius (Ideen I, 1 pag. 142) de imperii Medici formâ ac regimine in Persicum dein translato scribens.

Cap. CXXXV.

ξεινικὰ δὲ νόμαια Πέρσαι προσίενται ἀνδρῶν μάλιστα] Haec in disceptationem vocavit Heeren. (Ideen etc. I, 1 p. 408) in universum admonens, gentes nomades, quae non sedibus fixis teneantur ac voluptatibus tantum vitaeque deliciis capiendis ad expeditiones bellicas impellantur, prae ceteris ad morum mutationem proclives esse victorumque populorum instituta, leges, vivendi genus adeoque luxuriam lubentissime adsciscere. Id quod inprimis de Persis valere, quorum omnis imperii forma vitaeque ratio tum

ἀνδρῶν μάλιστα. καὶ γὰρ δὴ τὴν Μηδικὴν ἐσθῆτα, νομίσαντες τῆς ἑωυτῶν εἶναι καλλίω, φορέουσι· καὶ ἐς τοὺς πολέμους, τοὺς Αἰγυπτίους θώρηκας.
2 καὶ εὐπαθείας τε παντοδαπὰς πυνθανόμενοι ἐπιτηδεύουσι· καὶ δὴ καί, ἀπ' Ἑλλήνων μαθόντες, παισὶ
3 μίσγονται. γαμέουσι δ' ἕκαστος αὐτῶν πολλὰς μὲν κουριδίας γυναῖκας, πολλῷ δ' ἔτι πλεῦνας παλλα-

---

regum tum privatorum ad Medorum victorum rationem conformata fuerit, in singulis accurate commonstrare studuit vir doctus l. l.

καὶ γὰρ δὴ τὴν Μηδικὴν ἐσθῆτα — φορέουσι] Pertinet hoc potissimum ad stolam illam Medicam, quam auctore Cyro Persas a Medis adscivisse ferunt, pertinent huc aliae vestitus partes, quas singulas persequi longum est. Testimonia praebebit Brisson. de reg. Pers. princip. I, 56. II, 186 seqq. Wesseling. ad Diodor. Sicul. II, 6: „Atque Medico vestimento non solum induti reperiuntur figurae in monumentis Persepolitanis, id quod satis constat, verum etiam in hypogeis Thebaicis in sepulcris regum, ubi tamen captivi sic exhibentur. Vid. Costaz. in Descript. de l'Egypte Vol. II p. 405 seq." Cr.

τοὺς Αἰγυπτίους θώρηκας] Persarum loricas, quas ab Aegyptiis sumtas esse hic legimus, describit ex veterum testimoniis Brissonius l. l. III, 12. Fuit illa quidem squamea sive squamis conserta; quo Strabonis et Herodoti ducunt loci. Conf. potissimum Her. IX, 22.

παισὶ μίσγονται] Hoc Herodoti testimonio usus est Athenaeus XIII, 79. Alium huius flagitii apud Persas testem excitat Wesselingius Sextum philosophum Hypotypos. I, 14 p. 38, atque illud reprehendentem Plutarchum in libro de Herodoti malign. T. II p. 857, B. Sed Ammianus Marcellinus (XXIII, 6) eos puerilium stuprorum expertes fuisse scribit; quod si de huius scriptoris aetate intelliges, constabit Herodoto fides sua. Et loquitur ita quoque Orsines Persa apud Curtium X, 1, 12: „nec moris esse Persis, mares ducere, qui stupro effeminarentur." Attulit haec testimonia Brissonius l. l. II, 162. Nostra tamen aetate denuo huic sceleri valde deditos esse Persas recentiores peregrinatores affirmant. *Cf.* Hammer. in Wiener Jahrbüch. VIII p. 378.

γαμέουσι δ' ἕκαστος αὐτῶν πολλὰς μὲν κουριδίας γυναῖκας] αὐτῶν scripsi cum recentt. pro αὐτέων. κουριδίη γυνὴ Herodoto et hic et V, 18. VI, 138 est *uxor legitima*, cui

136 κὰς κτῶνται. Ἀνδραγαθίη δ' αὕτη ἀποδέδεκται,
μετὰ τὸ μάχεσθαι εἶναι ἀγαθὸν, ὃς ἂν πολλοὺς
ἀποδέξῃ παῖδας· τῷ δὲ τοὺς πλείστους ἀποδεικνύν-
τι, δῶρα ἐκπέμπει ὁ βασιλεὺς ἀνὰ πᾶν ἔτος. τὸ
2 πολλὸν δ' ἡγέαται ἰσχυρὸν εἶναι. παιδεύουσι δὲ 1
τοὺς παῖδας, ἀπὸ πενταέτεος ἀρξάμενοι μέχρι εἰκο-

Soboles numerosa, patribus laudi et honori: liberorum educatio.

---

* opponitur pellex s. παλλακή. Vocula ipsa Homerica; ut vix quemquam fugit. Ac praeter Herodotum testantur alii quoque scriptores, a Brissonio l. l. II §. 154 laudati, Persis licuisse complures ducere uxores ob numerosae sobolis procreationem, ac praeterea quotquot vellent, pellices. Discrimen tamen inter utrumque mulierum genus ubivis observatum invenimus cum privatorum in aedibus tum regum in aula. Conf. Heerenii Ideen etc. I, 1 pag. 468.

Cap. CXXXVI.

ἀνδραγαθίη δ' αὕτη ἀποδέδεκται κ. τ. λ.] i. e. *post bellicam fortitudinem hoc habetur ac declaratur boni viri officium* s. *in eo cernitur bonus vir, si quis multos procreaverit filios.* In quo observamus usum pronominis ὃς ἂν sequente coniunctivo, ubi particulam εἰ exspectabas. Excitavit, monente Cr., hanc in rem quosdam locos Heindorfius ad Platonis Phaedon. p. 64. Sophist. p. 388, nostri loci haud immemor; quocum conf. quae Matthiae habet in Gramm. Graec. §. 481 not. 1 pag. 900.

De argumento loci consulatur Brissonius l. l. Nec apud alias nationes huiusmodi praemia πολυπαιδίας non exstitisse scimus; Romanorum tantum mentionem facit Cr. legisque Iuliae ac Papiae Poppaeae hac de re latae. De quibus vid. Heinecc. Syntagm. Antiqq. Iurisprudent. illustrant. I, 25 §. 4 seqq. eundemque ad L. Iuliam et Pap. Lib. I cp. 2.

τὸ πολλὸν δ' ἡγέαται ἰσχυρὸν εἶναι] Haec prioribus explicandi causa adiecta. Namque in multitudine (haec est Herodoti sententia) robur inesse existimant, illudque ad civitatis amplitudinem plurimum facere, si magna incolarum copiâ gaudeat. Inde non mirum eos valde honorari praemiisque ornari, qui plurimos genuerint filios.

παιδεύουσι δὲ τοὺς παῖδας κ. τ. λ.] De structura verbi παιδεύειν cum duplici accusativo et personae et rei vix opus admonere. Conf. tamen Matth. §. 418 sq. p. 766. Ad πενταέτεος facile supplendum παιδός. De re consentiunt cum Nostro Strabo XV pag. 733, D ed. Casaub. atque Valerius Maximus VI, 2 §. 1, nisi quod leviter in anno educationis definiendo dissentiunt, ille quartum, hic septimum ponens. De filiorum regiorum institutione

σαέτεος, τρία μοῦνα, ἱππεύειν, καὶ τοξεύειν, καὶ ἀληθίζεσθαι. πρὶν δὲ ἢ πενταέτης γένηται, οὐκ ἀπικνέεται ἐς ὄψιν τῷ πατρὶ, ἀλλὰ παρὰ τῇσι γυναιξὶ
3 δίαιταν ἔχει· τοῦ δὲ εἵνεκα τοῦτο οὕτω ποιέεται, ἵνα ἢν ἀποθάνῃ τρεφόμενος, μηδεμίαν ἄσην τῷ πατρὶ προσβάλῃ.

137 *Αἰνέω μέν νυν τόνδε τὸν νόμον· αἰνέω δὲ καὶ*

Immunitas a poena capitali ob

paulo aliter tradit Plato in Alcibiad. I pag. 121, D seq. (cp. 17 Ast.) Neque etiam cum Herodoteis prorsus conspirant, quae de puerorum atque adolescentulorum institutione apud Persas usitata scribit Xenophon in Cyropaed. I, 2 §. 4 seqq. coll. I, 3 §. 3. IV, 3 §. 5. In summa tamen vix ille et reliqui scriptores ab Herodoto admodum discordant. Nam tria illa, quae pueros doceri scribit Noster, ab hisce pariter indicantur, praecipue tertium illud praeceptum, quo veritatem summe colerent ipsique quam maxime essent veridici. Nolim repetere testimonia a Brissonio collecta l. l. II, 83. 101—104 inclus. Nostrae aetatis Persas, quamquam in his valde similes maioribus suis, quod venando, equitando, sagittando delectantur, in reliquis dissimillimos reperiri, minime veridicos, sed omnium maxime perfidiae atque mendaciis deditos, fidem fallentes nec ullo modo promissis stantes, uno fere ore clamant nostri homines, qui illas regiones perlustrarunt. Vid. Hammer. in Wiener Jahrb. VIII pag. 375—383, qui veterum testimonia de veritatis studio et cultu apud Persas nonnihil ampliata censet, cum in iis potius insistendum sit, quae de Persarum moribus in nobilissima Cyropaediae clausula legantur.

μηδεμίαν ἄσην τῷ πατρὶ προσβάλῃ] μηδεμίαν ἄσην haud dubie vera est librorum lectio, cuius loco unus μηδεμίαν βλάβην, locutione Herodotea ad vulgarem conformatâ, alii μηδεμίαν βλάβην ἀηδῆ vel μηδεμίην ἄσην ἀηδῆ; in quibus omnibus glossatorum manus facile agnoscas. Namque Grammatici Atticam vocem ἄσην explicant ἀηδίαν, Latino sermone *luctum*, *dolorem* ac proprie quidem *sordes*, *fastidium*. Tu legas mihi copiosam Piersoni disputationem ad Moerid. pag. 60 seq., in qua Herodoteum locum non neglexit. — προσβάλῃ cum Gaisfordio ex meliorum librorum auctoritate rescripsimus pro vulg. προσβάλλῃ. — Quod praecedit τρεφόμενος recte exponitur a Schwgh.: „*dum apud mulieres educatur puer.*“

Cap. CXXXVII.

Αἰνέω μέν νυν τόνδε τὸν

τόνδε, τὸ μὴ μιῆς αἰτίης εἵνεκα μήτε αὐτὸν τὸν βασιλέα μηδένα φονεύειν, μήτε τῶν ἄλλων Περσέων μηδένα τῶν ἑωυτοῦ οἰκετέων ἐπὶ μιῇ αἰτίῃ ἀνήκεστον πάθος ἔρδειν· ἀλλὰ λογισάμενος ἢν εὑρίσκῃ πλέω τε καὶ μέζω τὰ ἀδικήματα ἐόντα τῶν ὑπουργημάτων, οὕτω τῷ θυμῷ χρᾶται. Ἀποκτεῖναι δὲ οὐδένα κω λέγουσι τὸν ἑωυτοῦ πατέρα, οὐδὲ μητέρα. ἀλλὰ ὁκόσα ἤδη τοιαῦτα ἐγένετο, πᾶσαν ἀνάγκην φασὶ ἀναζητεόμενα ταῦτα ἀνευρεθῆναι ἤτοι ὑποβολιμαῖα ἐόντα, ἢ μοιχίδια· οὐ γὰρ δὴ φασὶ οἰκὸς εἶναι τόν γε ἀληθέως τοκέα ὑπὸ τοῦ ἑωυτοῦ

Unum solum delictum: parricidia non credunt fieri posse.

138 παιδὸς ἀποθνήσκειν. Ἅσσα δέ σφι ποιέειν οὐκ ἔξε-

Quid non liceat dicere: quas du-

νόμον· αἰνέω δὲ καὶ τόνδε] Intelligimus ex hoc loco, pronomen ὅδε tum ad antecedentia, tum ad sequentia pariter referri, cum vulgo ita doceant, οὗτος ad proxime praegressa, ὅδε ad sequentia spectare. Quod non semper servari, praeter nostrum locum alii satis comprobant, quos collegit Matthiae §. 470, 1 p. 870. Qui idem §. 415, β pag. 760 consuli poterit (si quidem tanti est) de structura verbi ἔρδειν cum duplici accusativo. Ad rem comparetur Brissonius l. l. II p. 129 Herodoti narrationem Aristidis sophistae loco confirmans.

ἀνήκεστον πάθος] De nece vel etiam mutilatione non reparanda ex euphemismo quodam intelligendum, ut monet Buttmann. ad Demosthen. Midian. p. 165. Sunt poetae potissimum, quibus hoc vocabulum in deliciis est, teste Blomfield. in Glossar. ad Aeschyl. Choeph. 509, ubi vid.

οὕτω τῷ θυμῷ χρᾶται] i. e. *irae indulget*, *quidquid animo lubeat*, *facit de illo*. Conf. I, 155: σὺ μέντοι μὴ πάντα θυμῷ χρέω.

ἀποκτεῖναι δὲ οὐδένα κω λέγουσι κ. τ. λ.] Herodoti aliorumque, istius rei fidem qui nobis faciunt, testimonia citavit Brisson. l. l. II §. 99 coll. 98, ubi alia quaedam profert, ex quibus cognoscatur quam singulari pietate atque amore parentes suos Persae coluerint. — In seqq. ὑποβολιμαῖα et μοιχίδια Schwgh. bene exponit ὑποβολιμαίων ἢ μοιχιδίων ἔργα, ut Herodoti sit sententia, talia tantum ab iis perpetrari posse, qui aut suppositicii sint filii, aut adulterino sanguine nati.

Cap. CXXXVIII.

ἅσσα δέ σφι ποιέειν οὐκ ἔξεστι κ. τ. λ.] ἅσσα pro ἅτι-

ae res turpissimas ducant: lepra infectis aut vitiligine quid faciant: fluminum cultus.

στι, ταῦτα οὐδὲ λέγειν ἔξεστι. αἴσχιστον δὲ αὐτοῖσι τὸ ψεύδεσθαι νενόμισται· δεύτερα δὲ, τὸ ὀφείλειν χρέος· πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων εἵνεκα, μάλιστα δὲ 69
ἀναγκαίην φασὶ εἶναι, τὸν ὀφείλοντα καί τι ψεῦδος λέγειν. Ὃς ἂν δὲ τῶν ἀστῶν λέπρην ἢ λεύκην ἔχῃ, ἐς πόλιν οὗτος οὐ κατέρχεται, οὐδὲ συμμίσγεται

να, ἅττα notat Matth. Gr. Gr. §. 153 not. 2 pag. 286. — Quae in seqq. de mendacio et aere alieno referuntur, eadem tradunt Plutarch. Morr. (II) p. 829, C et Appianus, quorum locis illustratur Herodotus a Brisson. l. l. II, 94. Pro ἀναγκαίην minime opus scribere ἀναγκαῖον, ut bene monstravit Wesseling. Cf. Herod. II, 182. IV, 180.

ὃς ἂν δὲ τῶν ἀστῶν λέπρην ἢ λεύκην ἔχῃ κ. τ. λ.] Et lepra et leuca ad unum idemque morbi genus pertinere videtur, quod vulgo communi leprae appellatione indicatur. Huius enim species quaedam esse videtur *leuca* s. ἡ λεύκη, quam cutis ἐξάνθημα (i. e. pustulas in cute, vertiliginem) declarat Aristoteles, appellatione inde ducta, quod, qui hoc morbo laborant, iis capilli albescant; Hist. Anim. III, 11 p. 805, C. Ubi orientalium hominum ratio habenda est, quorum capilli plerumque sunt nigri. Atque omnino ἡ λεύκη Graecis ille dicitur morbus, in quo cutis quaedam fit mutatio ad albidius, quae ex viscosa glutinosaque pituita contrahitur et plerumque in interiorem corporis partem non penetrat. Leprae habetur genus et cum ea ipsa haud raro confunditur nec satis accurate ab ea discernitur. *Cr.* consuli iubet Hensler. Gesch. des abendländ. Aussatzes (1790) p. 191 et Sprengel. in Apolog. Hippocrat. I p. 259 seqq. Alia ipse olim attuli ad Ctesiae fragmm. pag. 181 (Persicc. §. 41). Ac satis notum est, non solum Hebraeos, verum omnes etiam reliquos orientis populos lepram valde aversatos esse. Persas legimus maxima cura evitasse leprosos, ipsumque morbum ab Ahrimanio, qui malus est genius, infligi putasse; ut illo laborantes ab omni hominum consortio arcerentur, ad quos contagio pervenire posset. Quin preces reperiuntur in sacris Persarum libris in conspectu leprosi faciundae. Nostris temporibus haud aliter separatos adeoque inclusos per orientem inveniri homines hoc morbo correptos, praeter alios observat Niebuhr. in Arab. Descript. pag. 120. Quod Soli aut peccatis in Solem commissis morbum adscripsit veterum quorundam superstitio, Graecorum hoc nos admonet, qui ab Apolline (i. e. Solis numine) irato istiusmodi morbos immitti existimabant. Insigne praebet exemplum Aeschinis, quae

ται τοῖσι ἄλλοισι Πέρσῃσι· φασὶ δέ μιν ἐς τὸν ἥλι-
8 ον ἁμαρτόντα τι, ταῦτα ἔχειν. ξεῖνον δὲ πάντα, τὸν λαμβανόμενον ὑπὸ τούτων, πολλοὶ καὶ ἐλαύνουσι ἐκ τῆς χώρης· καὶ τὰς λευκὰς περιστερὰς,
4 τὴν αὐτὴν αἰτίην ἐπιφέροντες. Ἐς ποταμὸν δὲ οὔτε ἐνουρέουσι, οὔτε ἐμπτύουσι, οὐ χεῖρας ἐναπονίζονται, οὐδὲ ἄλλον οὐδένα περιορέωσι, ἀλλὰ σέβονται
139 ποταμοὺς μάλιστα. Καὶ τόδε ἄλλο σφι ὧδε συμπέπτωκε γίνεσθαι, τὸ Πέρσας μὲν αὐτοὺς λέληθε, Nomina omnia desinere in litteram S.

---

perhibetur epistola prima. Delios scribit ille propter Apollinis iram affectos esse morbo pestilenti, in quo „τὰ μὲν πρόσωπα ἐπίμπλαντο λεύκης καὶ τὰς τρίχας λευκοὶ ἐγίνοντο."

καὶ τὰς λευκὰς περιστερὰς] Haec vulgo de *albis* intelligunt *columbis*, quas propter albi coloris similitudinem cum vitiligine laborantibus, quorum pallida facies atque albescens, eiecerint. Album enim colorem Persis invisum dictitant. — Sed omnium sanctissimum Persis haberi hunc colorem, qui innocentiae, integritatis adeoque pietatis indicium sit, optime commonstravit Hammer. in Wiener Jahrbb. IX pag. 17. 18. Unde consequens est, hic non de *albis* columbis sermonem institui, sed de *columbis et ipsis leprosis*, quas pariter atque homines leprosos a se remotas voluerint Persae. Plura Hammer. l. l.

τὴν αὐτὴν αἰτίην ἐπιφέροντες] Conf. I, 26 de locutione. — In proxime antecedentibus retinui πολλοὶ καὶ ἐλαύνουσι pro vulgata πολλοὶ ἐξελαύνουσι, cuius loco alia proposuit Reiskius, vix commemoranda. Nec aliorum commenta referre placet, ubi librorum vetustorum lectionem me secutum esse, indicasse satis erit. Conf. Creuzer. ad historr. fragmm. pag. 106. Nuper admodum Stegerus (Praefat. ad Herodot. pag. X) coniecit: πολλῇ κραυγῇ (i. e. *multo clamore*, quo scil. occurentes admoniti sibi caveant a pestifero illorum tactu) ἐλαύνουσι ἐκ τῆς χώρης.

ἐς ποταμὸν δὲ οὔτε ἐνουρέουσι, οὔτε ἐμπτύουσι κ. τ. λ.] Admodum negantes hic variant particulae: οὔτε — οὔτε — οὐ — οὐδὲ, quod ipsum fortius negat. Tu consul. Matth. §. 609 pag. 1225. — Cum recentt. edd. scripsi περιορέωσι, tum libris scriptis hoc loco probatum, tum similium formarum exemplis, ut I, 99 ὁρέωσι; I, 124 ἐπορέωσι; I, 96 μνεώμενος. — Ad argumentum loci faciunt aliorum testimonia de fluminum cultu aliisque eo spectantibus, apud Brisson. l. l. II §. 22 seqq.

Cap. CXXXIX.

τὸ Πέρσας μὲν αὐτοὺς λέ-

[2]ἡμέας μέν τοι οὔ. τὰ οὐνόματά σφι, ἐόντα ὁμοῖα τοῖσι σώμασι καὶ τῇ μεγαλοπρεπείῃ, τελευτῶσι πάντα ἐς τὠυτὸ γράμμα, τὸ Δωριέες μὲν Σὰν καλέουσι, [3]Ἴωνες δὲ Σίγμα. ἐς τοῦτο διζήμενος εὑρήσεις τελευτῶντα τῶν Περσέων τὰ οὐνόματα, οὐ τὰ μὲν,
140 τὰ δὲ οὔ, ἀλλὰ πάντα ὁμοίως. Ταῦτα μὲν ἀτρεκέως ἔχω περὶ αὐτῶν εἰδὼς εἰπεῖν. τάδε μέντοι ὡς κρυπτόμενα λέγεται, καὶ οὐ σαφηνέως, περὶ τοῦ

Sepultura: Magi Persarum et sacerdotes Aegyptii qua in re differant.

ληθε] i. e. quod ipsos fugit Persas, quo ipsi Persae animum non adverterunt, equidem vero (qui Graecus Graecis scribo hominibus) bene adverti.

τὰ οὐνόματά σφι, ἐόντα ὁμοῖα τοῖσι σώμασι καὶ τῇ μεγαλοπρεπείῃ κ. τ. λ.] Nomina Persica, quae pariter (i. e. pari apud omnes modo) tum de corporis habitu, tum de dignitate atque gradu singulorum desumta fuerint, s. pariter tum corpori, tum dignitati (singulorum) respondeant, omnia in eandem literam exire, quae Doribus *San*, Ionibus *Sigma* sit, Herodoti est sententia. Extrema verba praecipue adverterunt viros doctos, Scaligerum Hyde, Gatakerum (Adverss. XXI pag. 661), alios, qui Herodotum in his lapsum esse contenderent, quippe deceptum Graeca nominum Persicorum terminatione, quae, ut omnia fere peregrina vocabula masculini generis, plerumque Graeco sermone in hanc literam exeant. Addunt, quae nunc in Persarum linguâ inveniantur nomina, Herodoteae sententiae minime congruere. At de Persarum lingua non recentiori sed antiquiori, cuius vix ulla accuratior ad nos devenit notitia, Herodotus loquitur. Bene hoc vidit A. G. Schlegel. (cuius me admonuit *Cr.*, in Indic. Biblioth. II, 3 pag. 308 seqq.), Herodoti dictum ad masculina nomina veteris Persarum linguae unice referri posse statuens, quorum scil. nominativus in illam literam exierit. Quae cum ad Herodoti sententiam comprobandam multum valeant, miror eundem virum doctum de Herodoti ingenio et in rebus traditis fide neque minus de eius indole ac facultate iudicandi ita pronuntiasse, ut parum considerate examinasse videatur totius operis Herodotei rationem.

Cap. CXL.

ταῦτα μὲν ἀτρεκέως ἔχω] Hoc loco *ταῦτα* non ad ea tantum pertinet, quae proxime relata sunt de Persarum nominibus, sed ad ea omnia, quae de Persarum institutis, moribus, religione inde a cap. 131 narrantur. — Verba *περὶ αὐτῶν* de Persis sunt accipienda.

ἀποθανόντος· ὡς οὐ πρότερον θάπτεται ἀνδρὸς Πέρσεω ὁ νέκυς, πρὶν ἂν ὑπ' ὄρνιθος ἢ κυνὸς ἑλκυ-
2 σθῆναι. μάγους μὲν γὰρ ἀτρεκέως οἶδα ποιέοντας ταῦτα· ἐμφανέως γὰρ δὴ ποιεῦσι. κατακηρώσαντες

πρὶν ἂν ὑπ' ὄρνιθος ἢ κυνὸς ἑλκυσθῆναι] ἑλκυσθῆναι dedimus cum recentt. pro vulg. ἑλκυσθῇ.—In ipsa re cum Herodoto plane consentiunt alii scriptores, Agathias, Strabo, Cicero; quorum testimonia suppeditabit Brisson. de reg. Pers. princip. II §. 152 coll. Hyde de relig. Persar. cp. 34. Nec nostra aetate hunc morem penitus interiisse testantur ea, quae ex Chardin. itiner. (T. II p. 186) profert Larcherus de cimeterio quodam prope Ispahan, ubi hominum cadavera secundum ordinem ac seriem disposita conspiciantur, ut ab avibus dein dilanientur. Qua de re plura deinceps ex Zoegae libro afferemus. Quod ad veterem morem attinet, non Magis tantum attribuit, verum cunctis Persis, idque e sacris Persarum libris probatum it Rhode: Über Alter u. Werth einig. Morgenländ. Urkund. pag. 132. Cadavera hic statuit ab avibus dilacerata esse, ossa reliqua humata. Sed quoniam de Persarum more non omnino conspirant veteres scriptores, ipseque Herodotus dubitanter modo pronuntiavit, dissonas narrationes hoc modo conciliari posse iudicat Zoëga de obeliscc. pag. 249, ut Persis utique patrium fuisse putemus corpora humare, post receptos Magorum ritus, initio ὁσίας χάριν laceranda curavisse statimque sepelivisse; deinde vero aucta superstitione ac vetere more spreto, feris in praedam concessisse. Adiicit idem vir doctissimus, eos, qui de Persica gente residui sint in Indiae provincia Guzurate (vulgo Parsi dicuntur), etiamnum suorum cadavera avibus exponere, inde nuda ossa terrâ tegere. Itemque apud Tibetanos et Siamenses nobilissimum sepulturae genus esse cremationem; secundum, vulturibus proiici; infimum, aquâ mergi aut humari. Ac denique Calmuccos ad Volgam habitantes propinquorum cadavera canibus tradere et sibi honori ducere, ubi a multis una lanientur. Haec ille. Iam quod ad Persas attinet, videntur illi haud omnia quidem Magorum instituta ac mores recepisse, sed retinuisse quaedam de moribus suis pristinis, quibus ante Medos victos Magorumque doctrinam receptam dediti fuerant. Monuit Heeren. Ideen I, 1 pag. 456.

ποιέοντας ταῦτα] Vulgo haec leguntur inverso ordine. Nos Gaisfordium secuti sumus.

κατακηρώσαντες δὴ ὦν τὸν νέκυν Πέρσαι, γῇ κρύπτουσι] Idem testantur Strabo XV p. 735 pag. 1068, Cicero Tuscull.

3 δὴ ὦν τὸν νέκυν Πέρσαι, γῇ κρύπτουσι. Μάγοι
δὲ κεχωρίδαται πολλὸν τῶν τε ἄλλων ἀνθρώπων,
καὶ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἱρέων. οἱ μὲν γὰρ ἁγνεύουσι
4 ἔμψυχον μηδὲν κτείνειν, εἰ μὴ ὅσα θύουσι. οἱ δὲ
δὴ μάγοι αὐτοχειρίῃ πάντα, πλὴν κυνὸς καὶ ἀν-

Quaest. I, 45 („Persae etiam cera circumlitos condunt, ut quam maxime permaneant diuturna corpora"), Sextus Empiricus Pyrrhon. Hypotyp. III op. 24 pag. 185, qui narrare quosdam scribit, a Persis suspendi mortuos et nitro condiri atque ita fasciis obvolvi. Herodotum hic mos eo magis advertere poterat, quo aliae gentes plurimae mortuos comburere solebant. Sed hoc nefas videbatur Persis, qui cadaverum combustione ignem contaminari putabant. Vid nott. ad I, 86. Heeren. Ideen I, 1 pag. 254. Atque exstitit nuper Rhode, qui (l. l. pag. 132. 133) tota corpora, cerâ obducta, fuisse humata negaret aliaque disputaret, quibus sententiam suam probaret viris doctis. Quae tamen cum nec Herodoti nec aliorum testimoniis sint consentanea, mittamus sane nec longius iis immoremur. Magis forsitan ad Herodotum illud facit, quod Larcherus profert, Angli regis cadaver cerâ obductum anno 1307 p. Chr. n. et integrum servatum ad nostram usque aetatem. Conf. denique nott. ad I, 198.

γῇ κρύπτουσι] i. e. *in terra reponunt*, *condunt*. Eodem modo I, 216 et apud Sophoclem τάφῳ κρύψαι in Antigon. 182. 957.

οἱ δὲ δὴ μάγοι αὐτοχειρίῃ πάντα — κτείνουσι] Explicanda haec sunt ex doctrina Magorum ac Persarum de duobus geniis, bono uno (Ormuzd), altero pravo (Ahriman), quorum ille omnium bonorum, hic omnium malorum fons atque principium. Ille bonis adest hominibus, hic pravos regit et ad suum arbitrium ducit. *Ille* bona sibi habet animalia, ad utilitatem hominum procreata, hic malis praeest, *bestiis*, feris humano generi nocivis damnumque plurimum inferentibus. Cum vero unumquemque hominem oporteat bonum genium (Ormuzd) sequi, ipsumque inde probum fieri, omnia iste agat necesse est, omnibusque operari debet, quibus pravi daemonis regnum minuatur, eiusdemque vis in res mundanas ac terrestres coerceatur. Semper, qui probus ac fere beatus fieri velit, vigilare debet semperque esse intentus, nec unquam socordiae aut ignaviae deditus; semper persequatur mala, quae mali genii vis procreavit atque aluit, semper insidietur pravis bestiis, ne illi de bonis detrahant, regnumve pravi sui genii adaugeant. Sed Magis, qui proximi

θρώπου, κτείνουσι· καὶ ἀγώνισμα μέγα τοῦτο ποιεῦνται, κτείνοντες ὁμοίως μύρμηκάς τε καὶ ὄφεις, καὶ τἆλλα ἑρπετὰ καὶ πετεινά. καὶ ἀμφὶ μὲν τῷ νόμῳ τούτῳ ἐχέτω ὡς καὶ ἀρχὴν ἐνομίσθη. ἄνειμι δὲ ἐπὶ τὸν πρότερον λόγον.

141 Ἴωνες δὲ καὶ Αἰολέες, ὡς οἱ Λυδοὶ τάχιστα κατεστράφατο ὑπὸ Περσέων, ἔπεμπον ἀγγέλους ἐς Σάρδις παρὰ Κῦρον, ἐθέλοντες ἐπὶ τοῖσι αὐτοῖσι
2 εἶναι τοῖσι καὶ Κροίσῳ ἦσαν κατήκοοι. ὁ δὲ, ἀκού-

Iones, metu belli a Cyro, qui solis Milesiis amicitiam dedisset, urbes muniunt, et Spartam legatos mittunt.

---

sunt dei interpretes atque cultores, prae ceteris par est, exstirpatis omnibus pravis animalibus, quae ad Ahrimanii pertineant regnum, istud ipsum pro viribus minuere aut ad melius transponere. Confer Creuzeri symbolic. I p. 714 seqq. 720 seq. ibiq. laudat. et potissimum Plutarch. Moral. (II) pag. 369, F. 537, A. Sic, uti hoc utar, serpentes, scorpiones, alia id genus insecta nociva ad Ahrimanii regnum pertinent, quae ideo expressim hic nominari minime mirum. Vid. Creuzer. l. l. pag. 722 not. 72. Contra canis ad bona animalia pertinet, referturque ad mortem atque immortalitatem, ne alia dicam, quibus hocce animal insigne esse voluerunt veteres Persae Magive; vid. Creuzer. l. l. p. 752 not. 102.

καὶ ἀγώνισμα μέγα τοῦτο ποιεῦνται] Sic iterum e Schellershemiano dedimus cum Gaisf. Vulgo τοῦτο μέγα. Idem fecimus supra, scribentes ποιέοντας ταῦτα pro ταῦτα ποιέοντας. In seqq. ἀμφὶ τῷ νόμῳ τούτῳ est: *quod attinet ad hanc legem*, *de hac lege*. Plura praepositionis dativo iunctae exempla leguntur apud Matth. §. 583, β pag. 1158.

ὡς καὶ ἀρχὴν ἐνομίσθη] i. e. *ut apud istos omnino* (inde a principio) *more receptum fuit*. Videtur Herodotus his verbis indicare velle, se rationem huius moris, quô insigniter ab Aegyptiis sacerdotibus differant Magi, utique nescire, nec ullam ipse proferre posse talem, quae merito et ipsi et reliquis, ad quos scribit, satisfaciat.

Cap. CXLI.

ὡς οἱ Λυδοὶ τάχιστα κατεστράφατο] Vulgo κατεστρέφατο, minus ad Ionum loquendi morem. Conf. I, 27. 166. — In seqq. ἐπὶ τοῖσι αὐτοῖσι est: *sub iisdem conditionibus*. Sic ἐπὶ supra I, 22. 60 et in fine huius ipsius capitis: ἐπ' οἷσι.

τοῖσι καὶ Κροίσῳ ἦσαν κατήκοοι] Nomini κατήκοος hic dativum adstruxit, mox (I, 143) genitivum. De quo usu confer

σας αὐτῶν τὰ προΐσχοντο, ἔλεξέ σφι λόγον· „Ἄν-
„δρα, φάς, αὐλητὴν, ἰδόντα ἰχθῦς ἐν τῇ θαλάσσῃ,
„αὐλέειν, δοκέοντά σφεας ἐξελεύσεσθαι ἐς γῆν. ὡς
„δὲ ψευσθῆναι τῆς ἐλπίδος, λαβεῖν ἀμφίβληστρον,
„καὶ περιβαλεῖν τε πλῆθος πολλὸν τῶν ἰχθύων καὶ
3 „ἐξειρύσαι. ἰδόντα δὲ παλλομένους, εἰπεῖν ἄρα αὐ-
„τὸν πρὸς τοὺς ἰχθῦς· Παύεσθέ μοι ὀρχεόμενοι,
„ἐπεὶ οὐδ' ἐμέο αὐλέοντος ἠθέλετε ἐκβαίνειν ὀρχεό-
4 „μενοι.“ Κῦρος μὲν τοῦτον τὸν λόγον τοῖσι Ἴωσι
καὶ τοῖσι Αἰολεῦσι τῶνδε εἵνεκα ἔλεξε, ὅτι δὴ οἱ
Ἴωνες πρότερον, αὐτοῦ Κύρου δεηθέντος δι' ἀγγέ-

Matth. §. 362 not. 1. 2 p. 677. In seqq. pro αὐτέων in vulgatis dedimus cum Gaisf. αὐτῶν.

τὰ προΐσχοντο] i. e. *quae postulabant*, *proponebant*. Sic I, 3, ubi vid., I, 164. III, 137. Male hic vulgo προέσχοντο.

ἔλεξέ σφι λόγον] λόγος hic *apologum*, *fabulam* notat, ut in Xenoph. Memorab. II, 7, 13; unde Aesopus Nostro dicitur λογοποιὸς (II, 134) *fabularum scriptor*. Conf. Creuzer. in: historisch. Kunst d. Gr. pag. 177. — De genitivo τῆς ἐλπίδος post ψεύδεσθαι monuit Matth. §. 338 pag. 646.

ἐπεὶ οὐδ' ἐμέο αὐλέοντος ἠθέλετε ἐκβαίνειν ὀρχεόμενοι] οὐδ' pro vulg. οὐκ e pluribus libris reduximus cum Schweigh. et Gaisf. Est enim οὐδ' hic nostrum: *auch nicht*. Ad argumentum verborum apte comparat Schweigh. sacrae scripturae verba in Evangel. Matth. XI v. 17: ηὐλήσαμεν ὑμῖν καὶ οὐκ ὠρχήσασθε. Nam ὀρχεῖσθαι *saltandi* vocabulum de piscibus dici, ex Oppiani Cyneget. I, 59. 61 monet Larcherus. De piscibus, qui cantu illiciuntur, Aelianus nonnulla scribit Hist. Animal. I, 39.

Κῦρος μὲν τοῦτον τὸν λόγον — τῶνδε εἵνεκα ἔλεξε] Hoc loco οὗτος ad antecedentia, ὅδε ad sequentia spectat. Conf. ad I, 137 init. Pro δι' ἀγγέλων prave in quibusdam δι' ἀγγέλου. Sed vid. supra I, 76. 99 et potissimum I, 69 ibiq. not. — κατεργασμένων miror intactum relictum esse a Gaisfordio, qui supra I, 123 recte dederat κατειργασμένου pro vulg. κατεργασμένου. Rescripsi igitur κατειργασμένων τῶν πρηγμάτων i. e. *rebus confectis*. Nam perfectum et plusquamperfectum huius verbi *passivo* plerumque sensu usurpatur, aoristus *activo*, ut praecipit Taylor. ad Lys. pag. 874 Reisk. — Ad ὀργῇ ἐχόμενος conf. I, 35 συμφορῇ ἐχόμενος. III, 50 θυμῷ ἐχόμενος etc. — De Paeonio vid. infra I, 148.

λων ἀπίστασθαί σφεας ἀπὸ Κροίσου, οὐκ ἐπείθοντο· τότε δὲ κατειργασμένων τῶν πρηγμάτων, ἦσαν ἑτοῖμοι πείθεσθαι Κύρῳ. ὁ μὲν δὴ, ὀργῇ ἐχόμενος,
5 ἔλεγέ σφι τάδε. Ἴωνες δὲ ὡς ἤκουσαν τούτων ἀνενειχθέντων ἐς τὰς πόλιας, τείχεά τε περιεβάλλοντο ἕκαστοι, καὶ συνελέγοντο ἐς Πανιώνιον οἱ ἄλλοι πλὴν Μιλησίων· πρὸς μούνους γὰρ τούτους ὅρκιον
6 Κῦρος ἐποιήσατο, ἐπ' οἷσί περ ὁ Λυδός. τοῖσι δὲ λοιποῖσι Ἴωσι ἔδοξε κοινῷ λόγῳ πέμπειν ἀγγέλους
142 ἐς Σπάρτην, δεησομένους Ἴωσι τιμωρέειν. Οἱ δὲ Ἴωνες οὗτοι, τῶν καὶ τὸ Πανιώνιόν ἐστι, τοῦ μὲν οὐρανοῦ καὶ τῶν ὡρέων ἐν τῷ καλλίστῳ ἐτύγχανον ἱδρυσάμενοι πόλιας πάντων ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς
2 ἴδμεν. οὔτε γὰρ τὰ ἄνω αὐτῆς χωρία τὠυτὸ ποιέει τῇ Ἰωνίῃ, οὔτε τὰ κάτω, οὔτε τὰ πρὸς τὴν ἠῶ, οὔτε τὰ πρὸς τὴν ἑσπέρην· τὰ μὲν, ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ τε καὶ ὑγροῦ πιεζόμενα· τὰ δὲ, ὑπὸ τοῦ θερ-

Ioniae urbes duodecim: earum situs praeclarus, et linguae varietas quadruplex.

Cap. CXLII.

τοῦ μὲν οὐρανοῦ καὶ τῶν ὡρέων ἐν τῷ καλλίστῳ κ. τ. λ.] *ὡρέων* nunc praebet Schellershemianus liber, quemadmodum iam dudum voluerat Valckenarius aliique viri docti probaverant. Vulgo *ὀρέων*, sive *οὐρέων*; quod pravum esse, ubi non de *montibus* sed de *coeli temperie* sit sermo, nemo non videt. Atque omnem dubitationem eximit ipse Noster I, 149 fin. et Pausanias VII, 5 *Ἴωσι δὲ ἔχει μὲν ἐπιτηδειότατα ὡρῶν κράσεως ἡ χώρα.* Nam *ὧραι*, unde *ὡρέων* Ionice pro *ὡρῶν*, dicuntur anni tempestates et quae inde exoritur coeli aërisque temperies. Confer I, 32. II, 4. 77. III, 106. IV, 199. Alios locos adiicit Valckenarius. Cr. addit insignem Hippocratis locum, de aër. aq. et loc. §. 83 et seqq., longiorem tamen quam qui huc describatur. Loquitur ille de ea Asiae regione, quam Ioniam esse nemo intelligens dubitare potest, summamque eius fertilitatem et laudat et iisdem de causis repetit, quibus Herodotus, adeo ut in singulis prope verbis conveniat. Tu vid. Coraem interpret. p. 204 — 206.

τὰ μὲν — πιεζόμενα] Alias (III, 146. VIII, 142 etc.) Noster *πιεζεύμενος* dixit, cum et hoc loco et IX, 60 vulgarem

3 μοῦ τε καὶ αὐχμώδεος. Γλῶσσαν δὲ οὐ τὴν αὐτὴν
οὗτοι νενομίκασι, ἀλλὰ τρόπους τέσσερας παραγω-
4 γέων. Μίλητος μὲν αὐτῶν πρώτη κέεται πόλις
πρὸς μεσαμβρίην· μετὰ δὲ, Μυοῦς τε καὶ Πριήνη· 90
αὗται μὲν ἐν τῇ Καρίῃ κατοίκηνται, κατὰ ταὐτὰ
5 διαλεγόμεναί σφι. αἵδε δὲ ἐν τῇ Λυδίῃ· Ἔφεσος,

---

formam πιεζόμενος praeferret. Nam in usu erat et πιέζω et πιεζέω; quod ipsum vel ad Atticos scriptores transiit. Conf. quae dixi ad Plutarch. Alcibiad. pag. 82. 83 coll. 66.

γλῶσσαν δὲ οὐ τὴν αὐτὴν οὗτοι νενομίκασι] i. e. *in usu habent* s. *utuntur*, *uti solent.* Conf. I, 131 ibiq. not.

ἀλλὰ τρόπους τέσσερας παραγωγέων] i. e. *quatuor modos deductionum* (usurpant) s. *linguâ utuntur in quatuor modos et proprietates deducta*, ut locum interpretatus est H. Stephanus, probante Schweighaeusero. Agitur enim hic de quatuor formis diversis, in quas Ionum lingua abierit, quasque in fine huius capitis vocat χαρακτῆρας (conf. Gregor. Corinth. pag. 9 seq.). Easdem hic appellat παραγωγὰς i. e. *deflexiones*, *mutationum genera*, *varietates;* vocabulo deducto a verbo παράγειν (*seducere*, *in diversum ducere*, *flectere*), de quo vid. I, 91. Haec Schweighaeuserus monet, addens praeterea, eodem sensu eâdem in re a Gregorio Corinthio et Ioanne Grammatico (vid. Gregor. Corinth. p. 490. 491) dici παρατροπὴν, quod prave illic mutatum fuerit in περιτροπήν.

Μίλητος μὲν αὐτῶν πρώτη κ. τ. λ.] αὐτῶν hic rescripsi pro αὐτέων, itemque mox αἵδε δὲ ἐν τῇ Λυδίῃ, ubi male vulgo edunt αἱ δέ. Ita quoque Stephanus Byzantinus s. v. Ἔφεσος. Mileti autem Neleus, Ionum s. Atheniensium dux consedisse fertur, expulsis iis gentibus barbaris, quae olim hanc regionem tenuerant (cf. I, 149). Qui Neleus cum tres urbes condidisse perhibeatur, praeter Miletum, vix dubium est, illas fuisse *Myuntem* et *Prienen*. Unde etiam illis tribus communem linguam fuisse nemo mirabitur. Nec porro mirum Myuntis incolas, cum inundatione quadam urbs esset vastata, Miletum se recepisse et in unam eandemque civitatem cum Milesiis coaluisse. Pluribus probavit Raoul-Rochette l. l. III p. 85 seq. Prienen post venit Thebanorum colonia, duce Philota.

αἵδε δὲ ἐν τῇ Λυδίῃ· Ἔφεσος, Κολοφὼν κ. τ. λ.] Ephesus, quae primo loco hic nominatur et quae reapse longum per tempus omnium Graecarum per Asiam urbium fuit illustrissima, multum ante Ionum adventum iam exstitisse fertur; quam in rem multa disputat Raoul-Rochette l. l. III p. 87 seqq. Quae

si vera sunt, evidens est Androclum, Codri filium, qui Ionum coloniam Ephesum duxisse dicitur, id potius fecisse, ut indigenis eiectis, eorum sedes colonis suis assignaret. Nec aliter fere de *Colophone* statuit vir doctissimus (l. l. p. 90), quippe quo Ionum coloni profecti Cretenses in his regionibus habitantes eiecerint. Et illi ipsi Iones Mileto egressi videntur indeque Colophon pro Mileti colonia habenda. *Lebedum* olim Cares tenuisse videntur; quos alius quidam Codri filius hinc eiecit Ionesque suos colonos eorum in loco collocavit. Viginti stadia distat tum a Teiorum urbe, tum a Colophone. *Teos*, quae prius ab Aeolibus condita perhibetur, post demum Ionum recepisse dicitur coloniam, ab alio quodam Codri filio huc deductam; et in eam cessisse dicuntur Minyae isti Orchomenii, quos Ionum expeditioni interfuisse ipse Noster indicat I, 146. Conf. Raoul-Rochette l. l. p. 91 et C. O. Müller. in Orchomenos pag. 399. 400. Nunc vicus ibi, cui nomen *Sigesi* vel *Bodrun*, ut alii dicunt. Conf. Poppo ad Thucydid. I, 2 pag. 459. — *Clazomenae* non eadem aetate, qua reliquae Ionum urbes, conditae sunt, sed postea, ducibus Colophoniis nonnullis; ita ut Colophonis colonia existimari queat. Conf. Raoul-Rochette III pag. 93. *Phocaea* quoque posteriore tempore condita esse perhibetur, colonia Atheniensium illuc deducta; cui cum multi quoque interfuerint Phocidis terrae incolae, inde nomen urbis derivandum esse probabiliter statuunt. Conf., ne plura, Raoul-Rochette III pag. 94. Nunc eius nomen *Palaeo Foia* s. *Phoggia*. Atque infra I, 146 Phocenses (Φωκέες) itidem in iis dicuntur, qui cum Ionibus in Asiam simul immigrarint. De ternis reliquis civitatibus, quae ad Ionum foedus pertinuerint, pauca nec ea satis disposita secumque concordantia apud scriptores antiquos reperiuntur; e quibus hoc efficere studuit Raoul-Rochette l. l. pag. 95 seqq. *Chium* atque *Erythras* ab una eademque colonia conditas videri, praesertim cum par quoque fuerit eorum lingua.

Φώκαια] Stephanus Byz. de hac civitate loquens et Herodotum libro primo testem citans, monet dici quoque Φωκαίη. Atque sic Φωκαίην reperies I, 80. 164; sed idem Noster Φώκαιαν II, 106. Φώκαια II, 178. Unde nostri loci lectio satis se tuebitur. De eo nunc nolim monere, quod eadem urbs Heraclidi Pontico §. 34, ut notat Cr., dicitur Φωκέα, quod nomen de Graeca terrà unice usurpari vulgo contendunt, ut Φώκαια de Asiae urbe Ionica. Scripturam istam apud Heraclidem satis tueri studet Koeler. ad h. l. pag. 86, cui addit Creuzer. Spanhemii disputat. in Begeri Thesaur. Brandenburg. I p. 495 et in notatis ad Callimachi

6 αὗται δὲ αἱ πόλιες τῇσι πρότερον λεχθείσῃσι ὁμολογέουσι κατὰ γλῶσσαν οὐδὲν, σφὶ δὲ ὁμοφωνέουσι. ἔτι δὲ τρεῖς ὑπόλοιποι Ἰάδες πόλιες, τῶν αἱ 95 δύο μὲν νήσους οἰκέαται, Σάμον τε καὶ Χίον· ἡ
7 δὲ μία ἐν τῇ ἠπείρῳ ἵδρυται, Ἐρυθραί. Χῖοι μέν νυν καὶ Ἐρυθραῖοι κατὰ τὠυτὸ διαλέγονται, Σάμιοι δὲ ἐπ' ἑωυτῶν μοῦνοι. οὗτοι χαρακτῆρες γλώσσης 71 τέσσερες γίνονται.

143 Caeteros Iones fuisse infirmos, et sui eos nominis puduisse.

Τούτων δὴ ὦν τῶν Ἰώνων οἱ Μιλήσιοι μὲν ἦσαν ἐν σκέπῃ τοῦ φόβου, ὅρκιον ποιησάμενοι. τοῖσι δὲ αὐτῶν νησιώτῃσι ἦν δεινὸν οὐδέν· οὔτε γὰρ Φοίνικες ἦσάν κω Περσέων κατήκοοι, οὔτε αὐ-
2 τοὶ οἱ Πέρσαι ναυβάται. Ἀπεσχίσθησαν δὲ ἀπὸ τῶν ἄλλων Ἰώνων οὗτοι κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν, ἀσθενέος

Hymn. in Pallad. vs. 24 p. 632 seqq.

ἡ δὲ μία ἐν τῇ ἠπείρῳ ἵδρυται, Ἐρυθραί] Grammatici scribi volunt Ἐρυθραὶ, si Ionum intelligatur civitas, sed Ἐρύθραι, si de Boeotica huius nominis urbe sermo sit. Conf. Schol. ad Iliad. II, 489 et Wesseling. ad Diodor. Sicul. T. II pag. 365. Nunc, ut Cr. monuit, accuratius de his statuit Göttlingius (in Syllog. Inscriptt. Graecc. ed. Osann. fascic. I pag. 5), reiectis Grammaticorum nugis, ex analogia docens scribi posse Ἔρυθρα et in plurali Ἐρυθραί. Hinc rescripsi Ἐρυθραί, probante quoque Siebel. ad Pausan. VII, 3 §. 4 pag. 113.

Σάμιοι δὲ ἐπ' ἑωυτῶν μοῦνοι] ἐφ' ἑαυτοῦ is dicitur, qui *quid facit per se et apud se, solus, aliis exclusis.* Vid. quae dixi in Melett. Creuz. III p. 71. Ita cap. sequenti ἐπὶ σφέων αὐτῶν, quod citat Matthiae Gr. Gr. §. 584, a pag. 1163.

Cap. CXLIII.

ἦσαν ἐν σκέπῃ τοῦ φόβου] i. e. *in eo foedere, quod cum Cyro icerant, metus tutamen habebant*, ut Wesselingius interpretatur, s. *tuti erant a metu* propter illud foedus. Recurrit locutio VII, 172. 215, quam eandem imitatus est Aristides I p. 476 alii. Vid. Wesselingium ad h. l.

τοῖσι δὲ αὐτῶν] αὐτῶν bis hoc capite et I, 144 cum Gaisf. rescripsi pro αὐτέων. — De κατήκοος conf. ad I, 141.

ἀπεσχίσθησαν δὲ ἀπὸ τῶν ἄλλων Ἰώνων οὗτοι κ. τ. λ.] οὗτοι, si vulgarem sermonis

3 δὲ ἐόντος τοῦ παντὸς τότε Ἑλληνικοῦ γένεος, πολλῷ δὲ ἦν ἀσθενέστατον τῶν ἐθνέων τὸ Ἰωνικὸν, καὶ λόγου ἐλαχίστου· ὅτι γὰρ μὴ Ἀθῆναι, ἦν οὐδὲν ἄλλο πόλισμα λόγιμον. οἱ μέν νυν ἄλλοι Ἴωνες καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἔφυγον τὸ οὔνομα, οὐ βουλόμενοι
4 Ἴωνες κεκλῆσθαι· ἀλλὰ καὶ νῦν φαίνονταί μοι οἱ πολλοὶ αὐτῶν ἐπαισχύνεσθαι τῷ οὐνόματι. αἱ δὲ δυώδεκα πόλιες αὗται τῷ τε οὐνόματι ἠγάλλοντο, καὶ ἱρὸν ἱδρύσαντο ἐπὶ σφέων αὐτῶν, τῷ οὔνομα ἔθεντο Πανιώνιον· ἐβουλεύσαντο δὲ αὐτοῦ μετα-

---

usum spectes, referendum erit ad proxime antecedentia indeque de insulanis accipiendum. Larcherus in versione Gallica ad Milesios retulit, qui induciis cum Cyro factis, se a reliquorum Ionum societate seiunxerant. Alter Gallus interpres de utrisque intellexit, de Milesiis et de insulanis. Utut est, hos Iones vult Herodotus se a reliquis Ionibus seiunxisse non aliam ob causam quandam, verum ideo quod, cum omnis stirps Graeca tunc temporis infirma fuerit, multo tamen infirmissima exstiterit gens Ionica, nec magni momenti. Iam vides, quomodo sibi cohaereant κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν et ἀσθενέος δὲ ἐόντος κ. τ. λ. — Ad dictionem ὅτι — μὴ conf. I, 18. λόγιμον ex h. l. laudat Thomas Mag. p. 580 explicans ἐλλόγιμον, λόγου ἄξιον. Pollux in Onomast. II, 122 citat πόλις λογίμη.

οἱ μὲν νυν ἄλλοι Ἴωνες καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἔφυγον τὸ οὔνομα κ. τ. λ.] Male in vulgatis olim omissum οἱ ante Ἀθηναῖοι. Nos cum recentt. editt. secuti sumus librorum probatorum auctoritatem. Pro τοὔνομα e Schellershem. libro alioque Parisino cum recentt. dedimus τὸ οὔνομα. Caeterum οἱ ἄλλοι Ἴωνες erunt omnes Iones, exceptis iis, qui duodecim illas urbes incolebant, cum Noster mox scribat αἱ δὲ δυώδεκα πόλιες αὗται κ. τ. λ. Spectare videtur potissimum Ionum colonos vel omnino eos, qui Ionica quamvis et ipsi oriundi stirpe non in Asiae Ionia verum aliis aliarum regionum locis sedes posuerant. — Ad loci argumentum conf. Plutarchum de Herod. Malign. p. 858, F coll. Apophthegm. p. 174, E. — In verbis: ἱρὸν ἱδρύσαντο ἐπὶ σφέων αὐτῶν secuti sumus Schweighaeus. atque Gaisfordium, qui libris manu scriptis commoti sic ediderunt. De ἐπὶ dixi ad I, 142 fin. — Structura verbi μεταδοῦναι (in fin. cap.) satis nota ex Matth. Gr. Gr. §. 326, 3 pag. 634.

δοῦναι μηδαμοῖσι ἄλλοισι Ἰώνων· οὐδ' ἐδεήθησαν
144 δὲ οὐδαμοὶ μετασχεῖν, ὅτι μὴ Σμυρναῖοι. Κατάπερ οἱ ἐκ τῆς Πενταπόλιος νῦν χώρης Δωριέες, πρότερον δὲ Ἑξαπόλιος τῆς αὐτῆς ταύτης καλεομένης, φυλάσσονται ὦν μηδαμοὺς ἐσδέξασθαι τῶν προσοίκων Δωριέων ἐς τὸ Τριοπικὸν ἱρόν· ἀλλὰ

Doriensium Hexapolis, Pentapolis facta, Halicarnasso exclusa. Triopius Apollo.

οὐδ' ἐδεήθησαν δὲ οὐδαμοὶ μετασχεῖν] *δὲ* ut in diversis orationis partibus, sic in eodem membro hic repetitum observat Werferus in Actt. phill. Monacc. I, 1 pag. 98.

Cap. CXLIV.

Κατάπερ οἱ ἐκ τῆς Πενταπόλιος νῦν χώρης κ. τ. λ.] Cave credas praeter has quinque s. sex Doriensium civitates, quae foedere inter se iunctae erant, nullas alias urbes insulasve in illis regionibus Doricae stirpis fuisse. Plures recensentur a C. O. Müllero (in Dor. I p. 105 seqq.) quae vel ab illis sex maioribus pendebant vel maximam partem erant solutae ab illis ac liberae, quippe discordiis atque controversiis, ut videtur, ab istis sex civitatibus foederatis mature iam seiunctae et alienatae. Neque etiam, si Müllero credas, multum ad res publicas omnino hocce foedus valuit. Apollinem Dores illi deum tutelarem foederi praeposuerant; quod nemo mirabitur, qui huius dei cultum Doricae stirpis gentibus quasi proprium esse cognoverit. Eum etiam deum primi illi in Asiaticas colonias secum duxisse (ut *ἀρχαγήτην*) eiusdemque sacra instituisse videntur, minime tamen remotis iis numinibus, quae ante Doriensium adventum his in regionibus forte culta fuerint, sed adeo iunctis Apollini, ita ut Triopicis diis communia sacra facerent; in quibus praeter Apollinem summo loco cultum etiam Neptunus Nymphaeque feruntur. Vid. Müller. l. l. p. 262. Nec tamen dubium videtur Boeckhio (Corp. Inscript. I, 1 p. 45) illud sacrum Triopicum Cereale potissimum fuisse; ita ut Cereris sacra, de quibus nihil Noster memoriae prodidit, hic adiicienda essent.

ἐς τὸ Τριοπικὸν ἱρόν] *Triopium* urbis Caricae est nomen conditum a Triopa, Erysichthonis patre. Unde eiusdem cognominis promontorium, in quo templum istud Apollini a Doribus in Cariam immigratis foedereque iunctis exstructum, ut communi deo principi sacra facerent festumque agerent. Vid. quae citat Wasse ad Thucyd. VIII, 35. Hodie dicitur *Cape Crio.* Utrum res publicas quoque in hoc festo, ubi omnes Dores sex civitatum convenerant, egerint, haud cognitum habemus; quamquam credibile videtur nonnullis, in rebus sacris peragendis illos se continuisse. Confer St. Croix des

καὶ σφέων αὐτῶν τοὺς περὶ τὸ ἱρὸν ἀνομήσαντας
2 ἐξεκλήϊσαν τῆς μετοχῆς. ἐν γὰρ τῷ ἀγῶνι τοῦ Τριο-
πίου Ἀπόλλωνος ἐτίθεσαν τὸ πάλαι τρίποδας χαλ-
κέους τοῖσι νικῶσι· καὶ τούτους χρῆν τοὺς λαμβά-
νοντας ἐκ τοῦ ἱροῦ μὴ ἐκφέρειν, ἀλλ' αὐτοῦ ἀνα-
3 τιθέναι τῷ θεῷ. ἀνὴρ ὦν Ἁλικαρνησσεύς, τῷ οὔ-
νομα ἦν Ἀγασικλέης, νικήσας, τὸν νόμον κατηλό-
γησε· φέρων δὲ πρὸς τὰ ἑωυτοῦ οἰκία προσεπασ-
4 σάλευσε τὸν τρίποδα. διὰ ταύτην τὴν αἰτίην αἱ πέντε
πόλιες, Λίνδος, καὶ Ἰήλυσσός τε καὶ Κάμειρος, καὶ

Gouvernements fédératifs p. 154 et Müllerum l. l. Apollo autem inde *Triopici* cognomen accepit. De *tripodibus* diximus ad I, 92. Solemnes illi in Dorum sacris Apollinisque festis. Cr. confert C. O. Müllerum in Amalth. Böttigeri I pag. 125 seq., plura de more eo monentem, quo in solemnibus certaminibus victores tripodes acciperent, in templa dedicandos propter perpetuam rei memoriam. Et valde amplos, magnosque istos fuisse notat, quos ad parietes aedium collocari, clavisque solo infigi necesse erat. Unde perspicitur, cur paulo post legamus: πρὸς τὰ ἑωυτοῦ οἰκία προσεπασσάλευσε (*clavis adfixit*) τὸν τρίποδα.

ἀνὴρ ὦν Ἁλικαρνησσεὺς κ. τ. λ.] Scripsimus Ἁλικαρνησσεὺς cum duplici litera σ, ut mox Ἁλικαρνησσόν in fine capitis eodem modo quo in principio operis Herodotei. Conf. Wasse ad Thucydid. VIII, 42. — In verbis τὸν νόμον κατηλόγησε nihil variant libri, nisi quod unus Parisinus exhibet τῶν νόμων, quemadmodum etiam ἀλογεῖν, καταφρονεῖν, alia eius generis verba reperiuntur, quibus secundum casum plerumque adstruunt scriptores. Nec tamen quartus casus non reperitur. Vid. Matthiae Gr. Gr. §. 378 not. 2 pag. 696.

διὰ ταύτην τὴν αἰτίην αἱ πέντε πόλιες κ. τ. λ.] Tres urbes, quae hic primo loco nominantur, in Rhodo insulâ fuere, ut satis constat; quae tamen vix a Doribus immigrantibus primitus exstructae esse videntur, sed iam ante Troianam expeditionem exstitisse. Quare Althemenes, qui vulgo coloniam Dorum, oraculi iussu, Rhodum deduxisse fertur, illas urbes invenisse quidem, sed multum excoluisse et ampliasse censendus erit, ita ut ad Dorum foedus, quod tunc initum fuisse videtur, accesserint, auctore Raoul-Rochette Hist. de l'Etabliss. d. colon. III pag. 71 seqq. Nam eodem ferme tempore Cos insula Dorum coloniam eiusdem

Κῶς τε καὶ Κνίδος, ἐξεκλήϊσαν τῆς μετοχῆς τὴν ἕκτην πόλιν Ἁλικαρνησσόν. τούτοισι μέν νυν οὗτοι ταύτην τὴν ζημίην ἐπέθηκαν.

145 Δυώδεκα δέ μοι δοκέουσι πόλιας ποιήσασθαι οἱ Ἴωνες, καὶ οὐκ ἐθελῆσαι πλεῦνας ἐσδέξασθαι, τοῦδε εἵνεκα, ὅτι καὶ ὅτε ἐν Πελοποννήσῳ οἴκεον, δυώδεκα ἦν αὐτῶν μέ-

Quot partes Ionum fuerint, quum Peloponnesum habitarent; quot item sint Achaeorum, qui eam terram, exactis Ionibus, tenuerunt.

---

stirpis recepisse videtur, adeoque *Cnidus* et *Halicarnassus*; quam utramque urbem iam antea exstitisse, vix dubium erit. De *Cnido* conf. infra ad I, 174.

ἐξεκλήϊσαν τῆς μετοχῆς τὴν ἕκτην πόλιν] μετοχὴ secundum St. Croix l. l. pag. 155 de sacrorum communione tantum ac de festo communiter peragendo accipiendum. Ac sequitur hoc iure ex iis, quae ille in universum de hoc festo atque Dorum consessu statuit, supra nobis indicata. — In seqq. cum Gaisf. e binis libris ordinem verborum nonnihil mutavimus scribentes οὗτοι ταύτην τὴν ζημίην pro ταύτην τὴν ζημίην οὗτοι et mox δυώδεκα δέ μοι δοκέουσι pro δοκέουσι δέ μοι δυώδεκα.

Cap. CXLV.

τοῦδε εἵνεκα, ὅτι καὶ ὅτε ἐν Πελοποννήσῳ κ. τ. λ.] Ad meliorem loci intelligentiam haec addimus: Ionem, Xuthi filium, Athenarumque regem (unde Athenienses etiam Iones dicti sunt), coloniam Aegialeam in Peloponneso deduxisse, regibus Sicyoniis tunc subditam; dein Helice Selini regis filia in matrimonium ducta, unâ cum illâ Sicyonii huius regis terram accepisse ita ut incolae etiam *Ionum* nomen nunc reciperent. Postea tamen hos Iones terrâ pulsos ab Achaeis in Atticam terram se recepisse indeque rursus cum Codri filiis in Asiam immigrasse, ubi duodecim illas civitates conderent. Cf. praeter copiosam Larcheri ad h. l. disputationem Beck. in: Allgem. Weltgeschicht. I pag. 829. — „Catalogum duodecim urbium fecerunt etiam (praeter Pausan. VII, 6) Herodotus I, 145, Polybius II, 41 (eius aetate omnes praeter Olenum et Helicen adhuc supererant), et Strabo VIII p. 385 (299 seqq.). Quae de singulis his urbibus narranda erant, ea Pausanias inde a VII, 17 §. 3 persequitur.“ *Siebelis.* ad Pausan. l. l., qui idem, quo melius intelligatur, quomodo tum in nominibus tum in ordine harum XII urbium scriptores de iis narrantes discrepent, comparationem instituit; unde apparet, inter Herodotum et Strabonem summam esse consensionem, sed discedere ab iis Polybium et rursus aeque ab illis atque ab hoc Pausaniam. *Leontium* enim solus habet Polybius, *Ceryneam* omiserunt Herodotus et Strabo, *Rhypes* et *Aegas* Polybius et *Patras* Pausanias.

ρεα· καθάπερ νῦν Ἀχαιῶν, τῶν ἐξελασάντων Ἴωνας, δυώδεκά ἐστι μέρεα· Πελλήνη μέν τε πρώτη

Πελλήνη μέν τε πρώτη πρὸς Σικυῶνος] Male olim πρὸ Σικυῶνος. Quod nos cum prioribus editt. reposuimus, valet: *Sicyonem versus*. Conf. I, 84 atque Pausan. VII, 26 §. 5: πρὸς Σικυῶνος δὲ οὗτοι (i. e. Pellenenses) καὶ μοίρας τῆς Ἀργολίδος Ἀχαιῶν οἰκοῦσιν ἔσχατοι. — In seqq. dedi ἀπ' ὅτου cum recentt. pro ἀπὸ τοῦ, quod libris melioribus invitis reduxit Matthiae. Sed conf. not. ad I, 7. Quem illic laudavi Struve, is h. l. scribi vult ἀπ' ὅτευ, cum ex ὅτεο ortum sit (v. c. I, 7. 119 aliisque locis permultis), vid. pag. 48. Atque etiam Schaeferus sic ediderat.

De situ urbium, quae hoc loco commemorantur, duumviri prae ceteris monuerunt, C. O. Müller. in Dorr. II pag. 427 seqq. et Siebelis. ad singulos Pausaniae locos. Iam *Pellene*, quae primo loco ponitur, describitur a Pausania VII, 26—27. Urbs sita inter Sicyonem et Aegiram, cuius quaedam rudera inveniuntur in loco cui nunc nomen *Trikala*. Sequitur occidentem versus inde *Aegira*, in cuius locum nunc successisse volunt *Palaeokastro*, aliis tamen aliter statuentibus (conf. Siebel. ad Pausan. VII, 26 §. 1. C. O. Müller. l. l. pag. 428). Hinc occidentem versus Crathis fluvius; iuxta quem quae inveniuntur ruinae, ad *Aegas* referunt. Eadem fere directione pergentem via ducit *Buram*, de qua Pausanias VII, 25 §. 5. Quae urbs mature eversa terrae motu, in vicino colle dein recens fuit condita, ubi quaedam adhuc exstant rudera. Unde septentrionem versus ad maris sinum, qui nunc dicitur *Bukaphiae*, *Helice* fuit sita, de qua Pausanias VII, 24 seqq. (ubi cf. Siebel. p. 181). Quadraginta stadia hinc remotum *Aegium* Selinusque fluvius. Nunc vocatur *Vostizza*. Triginta stadia inde occidentem versus progressis *Rypes* sunt, iam Pausaniae aetate eversae (VII, 23 §. 45). Unde longius remota *Patreensium* urbs, vel nostra aetate cognita; de qua multus est Pausanias VII, 18 seqq. Vetus urbs ad mare ipsum haud fuit exstructa, sed moenibus ac portu iuncta mari. A Corintho viginti horarum itinere distare nunc scribunt recentiores, alia quoque de hodierna urbis conditione proferentes (vid. Siebel. ad Pausan. l. l. Müller. l. l.). A Patris octoginta stadia fere distat *Rirus* fluvius, nunc nomine *Kaminitsa* notus, ad quem adiacent *Pharae* (Φαρέες, alii Φαρεῖς atque Φαραιεῖς; vid. Siebelis. ad Pausan. VII, 22 §. 3). *Olenum* haud longe abfuisse a flumine Riro testantur veteres, recentiores urbis rudera prope Palaeo-Achaia ponunt, trium horarum et dimidii spatio

πρὸς Σικυῶνος· μετὰ δὲ, Αἴγειρα, καὶ Αἰγαί· (ἐν τῇ Κρᾶθις ποταμὸς ἀέναός ἐστι, ἀπ' ὅτευ ὁ ἐν 3 Ἰταλίῃ ποταμὸς τὸ οὔνομα ἔσχε·) καὶ Βοῦρα, καὶ Ἑλίκη, (ἐς τὴν κατέφυγον Ἴωνες ὑπὸ Ἀχαιῶν μάχῃ ἑσσωθέντες,) καὶ Αἴγιον, καὶ Ῥύπες, καὶ Πατρέες, καὶ Φαρέες, καὶ Ὤλενος, (ἐν τῷ Πεῖρος ποταμὸς μέγας ἐστί·) καὶ Δύμη, καὶ Τριταιέες, οἳ 72
146 μοῦνοι τούτων μεσόγαιοι οἰκέουσι. Ταῦτα δυώδεκα μέρεα νῦν Ἀχαιῶν ἐστι, καὶ τότε γε Ἰώνων ἦν. 2 τούτων δὴ εἵνεκα καὶ οἱ Ἴωνες δυώδεκα πόλιας ἐποιήσαντο· ἐπεὶ, ὥς γε τι μᾶλλον οὗτοι Ἴωνές εἰσι τῶν ἄλλων Ἰώνων, ἢ κάλλιόν τι γεγόνασι, μωρίη

Iones Duodecapolitani quibus e nationibus commixti fuerint: qui eorum Athenis venissent, eos Caricas uxores duxisse: harum ira et lex in maritos.

---

remota a Patris (conf. Siebelis. ad Pausan. VII, 18 §. 1). Ab Oleno quadraginta stadia abest *Dyme*, in cuius locum nunc successit vicus *Karabosta* (Iliad. VII, 17 §. 3). Restat *Tritaea*, a Pharis remota centum viginti stadiis, interior urbs, de qua Pausanias VII, 22 §. 4. Haec sola μεσόγαιος ideo dici videtur, quoniam reliquae urbes aut mari adiacebant, aut portubus certe mari iunctae fuere.

Crathis fluvius itidem commemoratur Pausan. VII, 25 §. 7, ubi plura Siebelis. Nunc vocatur *Sacrates* s. *Acrato*. De *Riro* fluvio vid. ibid. VII, 22 §. 1. Hodie ei nomen *Kamenitsa*.

ἐν τῇ Κρᾶθις ποταμὸς] ἐν τῇ dixit sensum magis, quam grammaticam structuram secutus, cum antecedat Αἰγαὶ in plurali, ubi licet intelligas πόλις.

Cap. CXLVI.

καὶ τότε γε Ἰώνων ἦν] In numero duodecim urbium, quae ad Ionum foedus pertinuerint, utique scriptores antiqui consentiunt. Nec tamen uno eodemque fere tempore illas esse conditas, nec etiam Ionibus inde ab origine hocce fuisse consilium, quod Herodotus vult, contendit Raoul-Rochette l. l. III pag. 83 seqq. De singulis civitatibus conf. ad I, 142.

ἐπεὶ, ὥς γε τι μᾶλλον οὗτοι Ἴωνές εἰσι — μωρίη πολλὴ λέγειν] Olim legebatur ὥς γε τοι, cuius loco Wesselingius ὥς γέ τι edidit, quod binis libris firmatum retinuimus, mutato tantum accentu. Est vero haec Herodoti sententia, absurdum esse dicere, hos Iones, quorum sint duodecim istae urbes, magis Iones esse quam reliquos aliarum terrarum Iones, nobiliorive genere oriundos ac

πολλὴ λέγειν· τῶν Ἄβαντες μὲν ἐξ Εὐβοίης εἰσὶ οὐκ ἐλαχίστη μοῖρα, τοῖσι Ἰωνίης μέτα οὐδὲ τοῦ
3 οὐνόματος οὐδέν· Μινύαι δὲ Ὀρχομένιοι ἀναμεμίχαται, καὶ Καδμεῖοι, καὶ Δρύοπες, καὶ Φωκέες

---

honestiori loco natos. Hoc enim sibi volunt verba: *κάλλιόν τι γεγόνασι*. Inde haud vana videtur Dahlmanni (in Herodot. pag. 116) suspicio, Herodotum haec pronuntiare contra Hecataeum Milesium, simulque Ionicae gentis arrogantiam quandam in iactando genere nobili reprimere voluisse, summâ inde curâ eos recensentem, si qui forsan alius stirpis Ionum expeditioni in Asiam commigrantium interfuerint, quibus integritas Ionicae stirpis imminuta fuerit. Facit huc quoque a *Cr.* citatus C. O. Müller. in Orchomen. pag. 399 seq., ubi eos recenset Boeotios, Cadmaeos sive Thebanos aliosve, qui unâ cum Ionibus in Asiam profecti sint. Tu conf. potissimum Pausaniae locum classicum VII, 2 §. 2 coll. VII, 3 §. 5.

τῶν Ἄβαντες μὲν ἐξ Εὐβοίης κ. τ. λ.] Consentit Pausanias l. l. Primitus autem haec gens ex Thraciae regionibus profecta in Phocide sedes fixit, unde post in Euboeam insulam immigravit, auctore Strabone X p. 682, B. C, coll. Schol. ad Homer. Il. II, 536, ubi nomen gentis ab Alante rege, Neptuni filio repetitur.

Μινύαι δὲ Ὀρχομένιοι ἀναμεμίχαται] Libri omnes *Ὀρχομενίοισι*; quod cum pravum esse pateat, Palmerii emendatio nunc in textum recepta est: *Ὀρχομένιοι*. Egregie hoc probat Pausaniae locus laudatus, ubi in gentibus, quae Ionibus tunc accesserint, recensentur *Ὀρχομένιοι Μινύαι συγγενείᾳ τῶν Κόδρου παίδων* (nam Codri Atheniensis regis filios Ionum expeditioni praefuisse constat). Eosdem Minyas Orchomenios Teum condentes memorat idem VII, 3 §. 3. Add. IX, 37 fin.

καὶ Δρύοπες, καὶ Φωκέες ἀποδάσμιοι] Dryopes primas sedes habebant circa Oetam montem, contiguas Doridi terrae. Unde eiecti in Phocidem iuxta Parnassum montem se receperunt; qua terrâ relicta, ab Hercule in Peloponnesum ducti occuparunt Asinem terrae Argolidis. Conf. Homer. Il. II, 560. Et inde Ionibus quosdam sese adiunxisse in Asiam transvectis, verisimile videtur Larchero. Post vero Asine iterum eiecti Dryopes aliam in terra Messeniaca accepere regionem ab Lacedaemoniis, aliamque illic condiderunt Asinem urbem, de qua Noster VIII, 73.

καὶ Φωκέες ἀποδάσμιοι] *Φωκέες* sunt Phocenses Graeciae terrae, a quibus valde discernendi *οἱ Φωκαιέες* Iones (de quibus infra I, 163 seqq.

ἀποδάσμιοι, καὶ Μολοσσοὶ, καὶ Ἀρκάδες Πελασγοὶ,
καὶ Δωριέες Ἐπιδαύριοι, ἄλλα τε ἔθνεα πολλὰ ἀνα-
4 μεμίχαται. οἱ δὲ αὐτῶν, ἀπὸ τοῦ πρυτανηΐου τοῦ
Ἀθηναίων ὁρμηθέντες, καὶ νομίζοντες γενναιότατοι

---

coll. I, 142), quamvis saepe cum his confusi. Cr. conf. de scriptura Spanhem. ad Callim. H. in Pallad. 24 pag. 632 et Koeler. ad Heraclid. Pontic. pag. 86. Qui vero h. l. sint Φωκέες ἀποδάσμιοι, egregie indicat Pausanias l. l.: μετέσχον δὲ καὶ Φωκεῖς οἱ ἄλλοι πλὴν Δελφῶν. E quo intelligitur, Phocenses dici ἀποδασμίους i. e. *a reliquis divisos* et *divulsos*. Nam ἀπόδασμος dicitur *portio* s. *pars quaedam a multitudine avulsa*, monente Wesselingio. Add. Thucydid. I, 12 et conf. infra II, 103.

καὶ Ἀρκάδες Πελασγοὶ] Pertinet hoc eo, quod ex veterum quorundam sententia Pelasgi, utpote indigena Graeciae gens, primi tenuerint Arcadiam indeque Arcadica stirps dici queant. Conf. Pausan. VIII, 1 §. 2 et potissimum Ephorum apud Strabon. V p. 337, ubi vid. quae alia addidit Marx. in fragmentt. Ephori pag. 157 seq. Nostro loco usus est Raoul-Rochette, quo Pelasgos non barbaram gentem, sed primigenios Graeciae incolas esse probaret; vid. Histoire de l'Etabliss. d. colon. Grecq. I pag. 137 seqq. 142, cui add. Kruse Hellas I p. 424 coll. 462, Herodoti effatum a vero non abhorrere statuentem, modo partem tantum Arcadiae olim a Pelasgis occupatam dixeris, cum reliquam eamque maiorem regionis partem alia a Pelasgis diversa gens primitus tenuerit indigena. *Dorienses Epidaurios* non Dores sed Iones fuisse Epidauro pulsos a Doribus ingredientibus volunt Clavierus atque Raoul-Rochette l. l. III p. 76 testemque afferunt Pausaniam II, 26. VII, 2.

ἀπὸ τοῦ πρυτανηΐου τοῦ Ἀθηναίων ὁρμηθέντες] Satis constat de more veterum in coloniis deducendis. Nam sacra ex metropoli secum ducebant coloni ignemque sacrum ex patriae penetrali depromptum et accensum. Nam in prytaneo s. curia uniuscuiusque urbis ignis servabatur perpetuus nec unquam exstinguendus, Vestae consecratus. Ex eo coloni accensum ignem adportabant in urbem condendam. Sufficient haec, opinor, ad Herodoti locum intelligendum, qui his verbis designat Athenienses veros i. e. eos, qui vere ad Athenarum civitatem pertinuerint et civitate Atticâ usi fuerint, qui pro more colonorum, cum patriam terram relinquerent cum Ionibus in Asiam transvecturi, ignem sacrum ex prytaneo accenderint et secum tulerint. Cf. quem Wesseling. iam laudavit (nam plura in re satis cognita

εἶναι Ἰώνων, οὗτοι δὲ οὐ γυναῖκας ἠγάγοντο ἐς τὴν ἀποικίην, ἀλλὰ Καείρας ἔσχον, τῶν ἐφόνευσαν
5 τοὺς γονέας. διὰ τοῦτον δὲ τὸν φόνον αἱ γυναῖκες αὗται, νόμον θέμεναι, σφίσι αὐτῇσι ὅρκους ἐπήλασαν, καὶ παρέδοσαν τῇσι θυγατράσι, μή κοτε ὁμοσιτῆσαι τοῖσι ἀνδράσι, μηδὲ οὐνόματι βῶσαι τὸν ἑωυτῆς ἄνδρα· τοῦδε εἵνεκα, ὅτι ἐφόνευσαν σφέων τοὺς πατέρας καὶ ἄνδρας καὶ παῖδας, καὶ ἔπειτεν,
6 ταῦτα ποιήσαντες, αὐτῇσι συνοίκεον. ταῦτα δὲ ἦν
147 γινόμενα ἐν Μιλήτῳ. Βασιλέας δὲ ἐστήσαντο, οἱ μὲν αὐτῶν, Λυκίους, ἀπὸ Γλαύκου τοῦ Ἱππολόχου γεγονότας· οἱ δὲ, Καύκωνας Πυλίους, ἀπὸ Κόδρου

Quae reges habuerint, et qui numerandi sint Iones.

---

addere putidum) Henr. Valesium ad Excerpt. Polyb. T. VII pag. 90 seq. ed. Schweighaeus.

οὗτοι δὲ οὐ γυναῖκας ἠγάγοντο ἐς τὴν ἀποικίην κ. τ. λ.] In verbis *οὗτοι δὲ*, quibus repetuntur antecedentia *οἱ δὲ αὐτῶν*, nemo paulo peritior Graeci ac potissimum Herodotei sermonis haerebit. Conf. Buttmann. in Excurs. XII ad Demosthen. Midian. p. 152. Werfer. in Actt. philoll. Monacc. I, 1 pag. 97. In narratione ipsa cum Herodoto prorsus consentit Pausanias VII, 2 §. 3. Iones narrat, Caricas mulieres, quarum patres maritosque interemerant, sibi matrimonio iunxisse. Nam Carum fuit terra, in qua considere constituerant Iones, ubi tres postea urbes condiderunt, Miletum, Myuntem, Prienen, ut ipse Noster auctor est I, 142.

ὅρκους ἐπήλασαν] i. e. *iusiurandum sibi adduxerunt* s. *iureiurando se obstrinxerunt.* Vid. VI, 62. — In seqq. de forma *βῶσαι* conf. ad I, 10 dicta. — In fine cap. scripsimus *ἔπειτεν* cum Reizio (Praefat. ad Herodot. p. XVI) aliisque pro vulg. *ἐπεί τε*, cuius hic nullus est locus.

Cap. CXLVII.

Λυκίους, ἀπὸ Γλαύκου τοῦ Ἱππολόχου γεγονότας] Glaucus Hippolochi filius, Lyciorum dux in bello Troiano originem duxit ab Aeolo Hellenis filio; a quo eodem descendebat Codrus, Melanthi filius. Videas Larcher. ad h. l. De Glauco Homerus Il. VI, 150 seqq.

οἱ δὲ, Καύκωνας Πυλίους] Caucones hic intelliguntur ii, qui Lepreatarum et Cyparissiorum terram occuparant urbemque Macisten in Triphylide. Quos Pylios dicit Noster, quo distinguantur ab iis Cauconibus, qui in Elide prope Dymen urbem

τοῦ Μελάνθου· οἱ δὲ, καὶ συναμφοτέρους. ἀλλὰ γὰρ περιέχονται τοῦ οὐνόματος μᾶλλόν τι τῶν ἄλ-
2 λων Ἰώνων. ἔστωσαν δὲ καὶ οἱ καθαρῶς γεγονότες Ἴωνες· εἰσὶ δὲ πάντες Ἴωνες, ὅσοι ἀπ' Ἀθηνῶν γε-
3 γόνασι, καὶ Ἀπατούρια ἄγουσι ὁρτήν. ἄγουσι δὲ πάντες, πλὴν Ἐφεσίων καὶ Κολοφωνίων· οὗτοι γὰρ 73
μοῦνοι Ἰώνων οὐκ ἄγουσι Ἀπατούρια· καὶ οὗτοι

---

consederant. Illi enim Nestori subditi erant. Vid. potissimum Strabon. VIII p. 631, B seq. coll. Herodot. IV, 148.

ἀλλὰ γὰρ περιέχονται τοῦ οὐνόματος μᾶλλον τι τῶν ἄλλων Ἰώνων] Hos Iones (qui duodecim illas condiderint urbes in Asia) magis huic (Ionum) nomini adhaerere, illudque magis tueri quam reliquos Iones, qui eiusdem sint stirpis, Herodoti est sententia, quae sane congruit cum iis, quae I, 146 idem posuerat de his Ionibus, quos nobiliori stirpe prognatos si quis dicere vellet, absurdum id dixerat. Quapropter addit: ἔστωσαν δὲ καὶ οἱ καθαρῶς γεγονότες i. e. *sint vero etiam hi genuini Iones;* quibus declarat se nihil intercedere velle, si quis eos habere vellet genuinos Iones, modo hoc teneatur, omnes alios quoque Iones esse, quotquot Athenis oriundi Apaturiorum agant festum.

περιέχονται] i. e. *valde tenent ac tuentur, amplectuntur.* Vid. I, 71 coll. III, 72. Hinc genitivus additus facile explicari poterit.

καὶ Ἀπατούρια ἄγουσι ὁρτήν] De *Apaturiis* copiose monuerunt Meursius, Corsinius (in fast. Atticc. II pag. 306), Creuzerus (in Symb. III p. 505), alii. Nos pauca, quae huc proxime spectant, moneamus. Est enim festum antiquissimum, conditum in Bacchi honorem et quidem multo ante Ionum expeditiones ex Attica terrà in Asiam, cum eius origines ad annum 1190 a. Chr. n. referant. Nec solum sacris dicatum illud, verum publicis etiam rebus; quippe infantes in phratrias sive curias inscribebantur, adolescentes in civium indicem; et sacra ab iis offerebantur, qui primi illis indicibus inscribebantur. Quae alia inde ad civitatis iura fluxerant, nunc omittimus, hoc in universum tenentes, summam fuisse huius festi vim in rebus publicis indeque illud Ionibus coloniis omnibus propemodum receptum esse.

καὶ οὗτοι κατὰ φόνου τινὰ σκῆψιν] καὶ οὗτοι *et quidem* illustrat Matth. Gr. Gr. §. 470, 6 pag. 872. Verba sequentia verte: *ob caedis causam quandam s. praetextum, caedem quandam praetexentes, praetendentes.* Sic σκῆψις saepius de causa sive vera sive ficta, quam praeten-

148 κατά φόνου τινὰ σκῆψιν. Τὸ δὲ Πανιώνιον ἐστὶ
τῆς Μυκάλης χῶρος ἱρὸς πρὸς ἄρκτον τετραμμένος,
κοινῇ ἐξαραιρημένος ὑπὸ Ἰώνων Ποσειδέωνι Ἑλι-
κωνίῳ· ἡ δὲ Μυκάλη ἐστὶ τῆς ἠπείρου ἄκρη, πρὸς
ζέφυρον ἄνεμον κατήκουσα Σάμῳ, ἐς τὴν συλλεγό-
μενοι ἀπὸ τῶν πολίων Ἴωνες, ἄγεσκον ὁρτὴν, τῇ
2 ἔθεντο οὔνομα Πανιώνια. πεπόνθασι δὲ οὔτι μοῦ-
ναι αἱ Ἰώνων ὁρταὶ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ Ἑλλήνων πάν-
των ὁμοίως πᾶσαι ἐς τὠυτὸ γράμμα τελευτῶσι, κα-

Panionium, locus in Mycale promontorio sacer, et Panionia, festum: Graeca festa in eandem omnia litteram exeuntia.

---

dimus; V, 30. VII, 168. Pro τινὰ Schweighaeuserus maluit τινός.

Cap. CXLVIII.

τὸ δὲ Πανιώνιον ἐστὶ τῆς Μυκάλης χῶρος ἱρός] Panionium terna stadia mari remotum, in radice montis Mycales, auctore Strabon. XIV pag. 947 s. p. 639. Nominis ipsius rationem facile est perspicere; genitivus τῆς Μυκάλης pertinet ad verba πρὸς ἄρκτον τετραμμένος, vel certe cogitatione erit ad illa repetendus, ita ut locus iste sacer septentrionem versus a Mycale situs fuisse dicatur.

κοινῇ ἐξαραιρημένος ὑπὸ Ἰώνων Ποσειδέωνι Ἑλικωνίῳ] ἐξαραιρημένος Ionum more augmento reduplicato pro ἐξῃρημένος, indicat locum *exemtum* e *reliquis*, et in usum sacrum *selectum*. Conf. IV, 161. II, 168. Ac frequens hac notione adiectivum ἐξαιρετός.

Neptuno huic nomen est *Heliconio*, ab Helice, Achaiae urbe, in qua Iones olim templum illi exstruxerant, quod ἁγιώτατον ipsis fuisse tradit Pausanias. Unde posthac pulsi, in Atticam ac dein Asiam colonorum more deum patrium secum advexerunt, templumque ei condiderunt, retento dei antiquo ac priori cognomine. Conf. Strab. VIII p. 589 s. p. 384 ed. Casaub. et Pausan. VII, 24 §. 4. Ac praeter Neptunum mentio fit *Apollinis Panionii;* de quo tamen plura non constant. Cf. Schneider. ad Vitruv. de architect. IV, 1 §. 5 (p. 230 annott.).

πρὸς ζέφυρον ἄνεμον κατήκουσα Σάμῳ] i. e. *occidentem versus porrigens* s. *pertendens ad Samum;* ita ut occidentem versus a Mycale proficiscenti proxima sit Samus. — De locutione πρὸς ζέφυρον ἄνεμον, ubi ἄνεμον abundare videtur, conf. I, 6. — Mox in verbis ἀπὸ τῶν πολίων attende articuli vim: ex *iis* duodecim civitatibus Ionum in Asia, de quibus ante actum est.

ἐς τὠυτὸ γράμμα τελευτῶσι] τελευτῶσι cum recentt. editt. rescripsi pro τελευτῶσαι, quod

τάπερ τῶν Περσέων τὰ οὐνόματα. αὗται μὲν αἱ
149 Ἰάδες πόλιές εἰσι. Αἵδε δὲ αἱ Αἰολίδες, Κύμη, ἡ

Aeolicae urbes, in terra continenti.

olim vulgatum erat. Est enim haec Herodoti sententia, omnia festorum Graecorum nomina in eandem desinere literam, quemadmodum Persarum nomina, quae omnia in unam eandemque literam σ exire supra I, 139 docuerat.

Cap. CXLIX.

Αἵδε δὲ αἱ Αἰολίδες κ. τ. λ.] De Aeolicis coloniis, quas breviter recenset Herodotus, disserere longum est; inde paucis, quae ad singula Nostri verba rite intelligenda faciant, nos continebimus. Plura qui discupiat, legat copiosam disputationem Galli docti Raoul-Rochette, histoire de l'Etabliss. d. colon. Grecq. T. III pag. 34 seqq. coll. Larcher. in Chronolog. Herodot. pag. 449. Sunt vero potissimum Lesbus insula et Cyme s. Cuma urbs, unde reliquae urbes conditae fuisse videntur; quare utraque reliquarum urbium metropolis fere, et Cyme omnium, quotquot fuere civitates Aeolicae, maxima celebrata. Cyme condita erat a Graecis, duce Malao et Cleva, qui genus suum ab Agamemnone repetebant, et magno exercitu comparato ubi diutius in Locride terra ad Phricium montem commorati erant, in Asiam dein traiecerunt ibique *Cymen* condiderunt, quae ob prioris sedis memoriam ad Phricium montem olim vocabatur *Phryconis*, nunc, uti volunt *Calate* vel Sanderli. Conf. potissimum Strabon. XIII p. 582 s. 873, A. B. Quo eodem nomine invenimus apud eundem Strabonem XIII p. 621 s. 922, B *Larissam* (sic enim illic scriptum legimus pro eo, quod in Herodoto est *Λήρισσαι*) nuncupatam esse, quippe urbem Pelasgicam, ut vel nomen indicat, nunc vero desertam. Septuaginta stadia fuit remota a Cyme. *Neotichos* iidem illi Graeci contra hos Pelasgos Larissaeos exstruxisse feruntur, vel antequam, terrae imperio acquisito, Cymen ipsam condiderint; quamquam auctor vitae Homericae hoc oppidum Cymes coloniam dicit, quod de colonia serius in prius munimentum ac propugnaculum deductâ intelligi vult Raoul-Rochette l. l. p. 40. Distat a Larissa triginta tantum stadia.

Reliquae urbes Aeolicae ab Herodoto recensitae vix ab alia colonia, quam quae Cymen condidit, nec alio tempore valde remoto conditae fuisse videntur. *Temnus* ad Hermi ostia sinumque Smyrnaeum exstructa erat, sed Plinii tempore iam diruta. Nec meliora fata contigerunt *Cillae*, quae urbs Apollinis Cillaei templo et cultu insignis fuit. Conf. Heyne ad Homer. Iliad. I, 38. T. I pag. 13. *Notium* mari imminens, a vetere Colophone duo ferme millia pas-

Φρικωνὶς καλεομένη, Λήρισσαι, Νέον τεῖχος, Τῆμνος, Κίλλα, Νότιον, Αἰγιρόεσσα, Πιτάνη, Αἰγαῖ-

---

suum aberat, ut Livius tradit XXXVII, 26. Nam Colophonii cives, quorum urbs ab Itamane capta erat, illic primum consederunt urbique originem dederunt, auctore Thucydide III, 34, ubi conf. interpret. — De *Aegiroessa* vide posthac monita. *Pitane*, de qua Strabo l. l., duobus portubus ad Elaiticum sinum instructa; praeterfluit illam Evenus fluvius. *Aegaeae* (s. ut alii *Aegae*, *Αἰγαὶ* s. *Αἶγαι*) in ipsis Myrinae agris sita esse dicitur, intra Myrinam urbem et Cymen. Prave eam Danvillius intra Cymen Phocaeam et Temnum collocare dicitur a Raoul-Rochette l. l. p. 42, qui Myrinae coloniam fuisse illam censet. *Myrina* ipsa, quam Mela a vetustate primam dixit Aeolicam civitatem, quadraginta stadiis abfuit a Cyme, et ab Aeolibus Lesbiis condita fuisse perhibetur; vid. Vellei. Patercul. I, 4. Quo testimonio fretus Raoul-Rochette l. l. eam vel ante Cymen conditam fuisse probabiliter ponit. *Grynea*, *Γρύνεια*, apud Strabonem dicitur *Γρύνιον, πολίχνιον Μυριναῖον, καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος*, oraculumque vetus ac templum splendidum albo ex marmore confectum. A Myrina distabat quadraginta stadia. Ac satis notus Apollo Gryneus, quippe in cuius templo Aeolicas civitates foederatas solemniter convenisse statuit St. Croix, des anciens gouvern. fédérat. p. 156. *Smyrna*, quae extremo loco nominatur, ab Aeolibus illis, qui Cymen tenuerunt, condita est, si vera tradit Homericae vitae auctor; nisi, quo Velleius Paterculus ducere videtur, ab Aeolibus Lesbiis ante iam fuit exstructa. Ac multos Pelasgorum, qui olim circa Cymen habitaverant, inde pulsos huc sedes transtulisse vult Raoul-Rochette l. l. pag. 48. Sed Strabo refert, primam urbis originem Ionibus Ephesiis deberi; quos tamen post ab Aeolibus eiectos Colophonem se recepisse. Unde iam intelligimus, cur Colophoniorum exsules urbis Smyrnae aggrediendae consilium capiant et re peractà illam teneant, Aeolibus Smyrnaeis loco cedentibus. Conf. Raoul-Rochette l. l. pag. 99. 100.

Λήρισσαι] Iam monuimus, aliis, ut Straboni, urbem dici *Λάρισσαν*; a quo Herodotei libri absunt. Inveniuntur in nonnullis *Λήρισαι*, quae varietas recurrit IX, 1, ubi unus liber *Ληρισαῖος*. Conf. tamen Schol. Apollon. Rhod. I, 40. Numi frequenter *ΛΑΡΙΣΑΙΩΝ*. — Mox *Τῆμνος* nunc recte editum pro *Τῆνος*, quemadmodum Cycladum una appellatur.

Αἰγιρόεσσα] Huius nominis civitatem Aeolicam nuspiam memoratam invenimus. Est unum Megaricae terrae oppidum obscurum, quod nominatur *Αἰ-*

αι, *Μύρινα*, *Γρύνεια*· αὗται ἕνδεκα *Αἰολέων* πόλιες αἱ ἀρχαῖαι. μία γάρ σφεων παρελύθη ὑπὸ Ἰώνων,
2 *Σμύρνη*. ἦσαν γὰρ καὶ αὗται δυώδεκα αἱ ἐν τῇ ἠπείρῳ. οὗτοι δὲ οἱ *Αἰολέες* χώρην μὲν ἔτυχον κτίσαντες ἀμείνω Ἰώνων, ὡρέων δὲ ἥκουσαν οὐκ ὁμοίως.

150 *Σμύρνην* δὲ ὧδε ἀπέβαλον *Αἰολέες*. *Κολοφωνίους* ἄνδρας στάσει ἑσσωθέντας, καὶ ἐκπεσόντας
2 ἐκ τῆς πατρίδος, ὑπεδέξαντο. μετὰ δὲ, οἱ φυγάδες τῶν *Κολοφωνίων* φυλάξαντες τοὺς *Σμυρναίους* ὁρτὴν ἔξω τείχεος ποιευμένους *Διονύσῳ*, τὰς πύλας
3 ἀποκληΐσαντες, ἔσχον τὴν πόλιν. βοηθησάντων δὲ πάντων *Αἰολέων*, ὁμολογίῃ ἐχρήσαντο, τὰ ἔπιπλα ἀποδόντων τῶν Ἰώνων, ἐκλιπεῖν *Σμύρνην* *Αἰολέας*.

Smyrna ex iis amissa.

γειρούσῃ apud Strabonem IX p. 394 s. 604, C. D. Quare quaerunt, an hic potius *Elaea* sit intelligenda (Ἐλαία), quam urbem Aeolicam, in hoc Herodoti recensu omissam, Strabo aliquoties nominat atque Stephanus Byzant. Schweighaeusero olim placuit scribere Ἀργινόεσσα, ut una eaque praestantior intelligeretur *Arginusarum* insula, quas ad Aeolicam gentem pertinuisse constat. De his conf. Poppo ad Thucydid. P. I Vol. II p. 448 seq. Sed ipsum virum doctum non fugit, adversari hoc Herodoti verbis, qui has civitates omnes in continenti posuerit. — In seqq. pro Αἰγαῖαι unus liber Αἰγαία, nec aliter Valla exprimens: *Aegaea*.

μία γάρ σφεων παρελύθη ὑπὸ Ἰώνων] i. e. haec una *ademta* est illis (Aeolicis civitatibus) s. *separata*, *divulsa* ab Ionibus.

ὡρέων δὲ ἥκουσαν οὐκ ὁμοίως] i. e. (quae vero terra) *coeli temperie* non *aequabat Ionum regionem*. De ὡρέων vidimus ad I, 142. De verbo ἥκειν ad I, 30.

Cap. CL.

Σμύρνην δὲ ὧδε ἀπέβαλον Αἰολέες] Eadem, quae hic legimus, Pausanias refert VII, 5, cui Strabon. iunge XIV p. 940, B. C. Conf. quae ad I, 149 hac de re nott. sunt. In seqq. Schaef. eumque secutus Schwgh. et Gaisf. refinxerunt στάσι, uti τῇ πόλι II, 67. 137. Vulgo στάσει nec ulla varietas e libris enotatur, nisi quod unus habet στάσιϊ. Hinc retinui στάσει, quod et ipse Gaisfordius iure retinuit I, 60.

τὰ ἔπιπλα ἀποδόντων] Cf. ad I, 94.

4 ποιησάντων δὲ ταῦτα Σμυρναίων, ἐπιδιείλοντό σφεας
αἱ ἕνδεκα πόλιες, καὶ ἐποιήσαντο σφέων αὐτέων
151 πολιήτας. Αὗται μέν νυν αἱ ἠπειρώτιδες Αἰολίδες
πόλιες, ἔξω τῶν ἐν τῇ Ἴδῃ οἰκημένων· κεχωρίδα-
2 ται γὰρ αὗται. αἱ δὲ τὰς νήσους ἔχουσαι, πέντε
μὲν πόλιες τὴν Λέσβον νέμονται· τὴν γὰρ ἕκτην ἐν
τῇ Λέσβῳ οἰκεομένην Ἀρίσβαν ἠνδραπόδισαν Μη-
θυμναῖοι, ἐόντας ὁμαίμους. ἐν Τενέδῳ δὲ μία οἰ-
κέεται πόλις, καὶ ἐν τῇσι Ἑκατὸν Νήσοισι καλεο-
3 μένῃσι ἄλλη μία. Λεσβίοισι μέν νυν καὶ Τενεδίοι-
σι, κατάπερ Ἰώνων τοῖσι τὰς νήσους ἔχουσι, ἦν

Urbes Aeolicae in Ida, cum illis non coniunctae. Caeterae urbes, in insulis. Aeolenses propter Cyrum adiungunt se Ionibus.

Cap. CLI.

ἔξω τῶν ἐν τῇ Ἴδῃ οἰκημένων] Triginta numero suspiceris fuisse haec oppida circa Idam montem sita, maximaque ex parte a Cymaeis Lesbiisque condita. Cf. Strab. XIII p. 622 ed. Casaub. s. p. 924, A.

Ἀρίσβαν ἠνδραπόδισαν Μεθυμναῖοι] Meminit huius urbis, quae ab alia eiusdem nominis in Troade terra dignosci debet, et huius ipsius loci Stephanus Byzant. s. v. Ἀρίσβη, cuius locum utique corruptum tractat Marx. ad Ephori fragm. pag. 116 seq. Nomen urbs accepisse fertur ab Arisba, Meropis filia. Ubi sita fuerit, vix certo nunc definire licet, quamvis probabile sit, eam in Methymnae vicinia sitam fuisse. Conf. Plehn. in Lesbiacc. libro pag. 21. Quas praeterea Lesbo Noster assignat quinque civitates Aeolicas, cum eodem Plehnio pag. 43 fuisse existimes Mytilenen, Methymnam, Antissam, Eresum, Pyrrham, quippe omnibus rerum scriptoribus commemoratas.

καὶ ἐν τῇσι Ἑκατὸν Νήσοισι καλεομένῃσι] Meminit harum insularum Diodorus XIII, 77 atque Strabo XIII pag. 919, qui nomen illarum deducit ab Ἕκατος, qui sit Apollinis in Asiae hac ora maxime culti titulus, ita ut Apollinis insulae sint dictae. Quod nimis quaesitum sane videri debet, cum a magna exiguarum insularum copia nomen hoc deductum esse sponte intelligatur. Sitae sunt istae insulae, quarum numerum re vera viginti aut certe quadraginta fuisse scribunt, in freto, quod est inter Lesbum atque Asiam. Nunc iis nomen *Moschonnesia.*

Λεσβίοισι μέν νυν καὶ Τενεδίοισι κ. τ. λ.] His verbis a digressione de Graecorum in Asia coloniis cap. 141 instituta Noster redit ad narrationem de Cyro. Ac respicit inprimis ea, quae cap. 143 initio leguntur.

δεινὸν οὐδέν· τῇσι δὲ λοιπῇσι πόλισι ἕαδε κοινῇ
Ἴωσι ἕπεσθαι, τῇ ἂν οὗτοι ἐξηγέωνται.

152 Ὡς δὲ ἀπικέατο ἐς τὴν Σπάρτην τῶν Ἰώνων
καὶ Αἰολέων οἱ ἄγγελοι, (κατὰ γὰρ δὴ τάχος ἦν
ταῦτα πρησσόμενα,) εἵλοντο πρὸ πάντων λέγειν
2 τὸν Φωκαέα, τῷ οὔνομα ἦν Πύθερμος. ὁ δὲ, πορ- 74
φύρεόν τε εἷμα περιβαλόμενος, ὡς ἂν πυνθανόμε-
νοι πλεῖστοι συνέλθοιεν Σπαρτιητέων, καὶ καταστὰς,
ἔλεγε πολλὰ, τιμωρέειν ἑωυτοῖσι χρήζων. Λακεδαι-
μόνιοι δὲ οὔ κως ἤκουον, ἀλλ' ἀπέδοξέ σφι μὴ
3 τιμωρέειν Ἴωσι. οἱ μὲν δὴ ἀπαλλάσσοντο· Λακε-
δαιμόνιοι δὲ ἀπωσάμενοι τῶν Ἰώνων τοὺς ἀγγέλους,
ὅμως ἀπέστειλαν πεντηκοντέρῳ ἄνδρας, ὡς μὲν ἐμοὶ
δοκέει, κατασκόπους τῶν τε Κύρου πρηγμάτων καὶ
4 Ἰωνίης. ἀπικόμενοι δὲ οὗτοι ἐς Φώκαιαν, ἔπεμπον
ἐς Σάρδις σφέων αὐτῶν τὸν δοκιμώτατον, τῷ οὔ-
νομα ἦν Λακρίνης, ἀπερέοντα Κύρῳ Λακεδαιμο-
νίων ῥῆσιν, „γῆς τῆς Ἑλλάδος μηδεμίαν πόλιν σινα-

Lacedaemonii auxilium his negant: sed iidem Cyro, ne damnum Graeciis inferret, denuntiant.

— De dativo Ionico πόλισι cf., si tanti est, Matth. Gr. Gr. §. 80 p. 180 ac de forma ἕαδε eundem §. 161 pag. 297.

Cap. CLII.

ὡς δὲ ἀπικέατο] ἀπικέατο est forma aoristi secundi pro ἀφίκοντο; unde discernendum ἀπίκατο, quae plusquamperfecti est forma pro ἀφιγμένοι ἦσαν, ut I, 2. Vid. Matth. §. 204, 7, b pag. 738.

πορφύρεόν τε εἷμα περιβαλόμενος] Ita cum recentt. editt. scripsimus pro περιβαλλόμενος. Caeterum bene hic notat Larcherus, purpuream vestem mulieribus potius quam viris in usu fuisse; indutam a Pythermo haud dubie eam ob causam, ut hominum animos adverteret eorumque ora in se coniiceret. — In seqq. καταστὰς est: *ad dicendum consistens* de eo, qui dicendi causa stat et quasi consistit. Vid. Wyttenbachium ad Plutarch. Moral. II p. 923 seqq. — In fine cap. scripsimus σφέων αὐτῶν (pro αὐτέων) et μηδεμίαν πόλιν pro μηδεμίην, praeeunte Gaisfordio. Pro σιναμωρέειν nonnulli codices σιναμωρέειν. Sed vid. VIII, 35. V, 92, et conf. Siebel. ad Pausan. II, 32, 8. Est vero: *laedere, damnum inferre.*

153 „μωρέειν, ὡς αὐτῶν οὐ περιοψομένων.“ Ταῦτα
εἰπόντος τοῦ κήρυκος, λέγεται Κῦρον ἐπείρεσθαι
τοὺς παρεόντας οἱ Ἑλλήνων „τίνες ἐόντες ἄνθρω-
„ποι Λακεδαιμόνιοι, καὶ κόσοι πλῆθος, ταῦτα ἑωυ-
2 „τῷ προαγορεύουσι.“ πυνθανόμενον δέ μιν, εἰπεῖν
πρὸς τὸν κήρυκα τὸν Σπαρτιήτην· „Οὐκ ἔδεισά
„κω ἄνδρας τοιούτους, τοῖσι ἐστὶ χῶρος ἐν μέσῃ
„τῇ πόλει ἀποδεδεγμένος, ἐς τὸν συλλεγόμενοι ἀλ-
3 „λήλους ὀμοῦντες ἐξαπατῶσι. τοῖσι, ἢν ἐγὼ ὑγιαί-
„νω, οὐ τὰ Ἰώνων πάθεα ἔσται ἔλλεσχα, ἀλλὰ τὰ
4 „οἰκήϊα.“ Ταῦτα ἐς τοὺς πάντας Ἕλληνας ἀπέῤ-
ῥιψε ὁ Κῦρος τὰ ἔπεα, ὅτι ἀγορὰς κτησάμενοι ὠνῇ
5 τε καὶ πρήσει χρέωνται. αὐτοὶ γὰρ οἱ Πέρσαι ἀγο-
ρῇσι οὐδὲν ἐώθασι χρῆσθαι, οὐδέ σφι ἐστι τὸ πα-

Cyrus contemtim respondet: praeficit Sardibus Tabalum Persam, auro Pactyam Lydum: redit, Croeso abducto, bellum aliis ipse, Ionibus per legatum facturus.

Cap. CLIII.

τίνες ἐόντες ἄνθρωποι Λακεδαιμόνιοι κ. τ. λ.] Usum relativi pronominis illustrat Matthiae Gr. Gr. §. 567 p. 1118.

οὐ τὰ Ἰώνων πάθεα ἔσται ἔλλεσχα, ἀλλὰ τὰ οἰκήϊα] i. e. „*non de Ionum calamitatibus illi confabulabuntur verum de suis ipsorum.*“ Quae, monente Schlossero Universalg. I, 1 p. 290, de deliberationibus aeque ac de confabulationibus et quotidiano sermone sunt intelligenda. Pro ἔλλεσχα male olim ἄλεσχα, cum ἔλλεσχα (i. e. ἐν λέσχῃ γενόμενα) ea sint, de quibus homines inter se colloquuntur, de quibus sermo fit inter homines. Inde περιλεσχήνευτος *hominum sermone celebratus*, infra II, 135, ubi Grammatici explicant περιβόητος, περιλάλητος; inde πρόλεσχος in Aeschyl. Supplic. 208. Conf. Wesseling. ad h. l. Vocula λέσχη *colloquium*, *confabulatio*, *sermo familiaris*, infra II, 32. IX, 71.

ἀπέῤῥιψε ὁ Κῦρος τὰ ἔπεα] ἀπέῤῥιψε, ut Latini: *proiecit*, *iactavit*. Conf. infra VIII, 92.

αὐτοὶ γὰρ οἱ Πέρσαι ἀγορῇσι οὐδὲν ἐώθασι χρῆσθαι κ. τ. λ.] Haec eadem Strabo tradit, XV p. 1067, B. Nec refragatur Xenophon in Cyropaed. I, 2 §. 3 forum quidem apud Persas fuisse commemorans, verum nec tale, quale vulgo rebus vendendis atque emendis destinatum, sed ubi liberaliter instituti homines convenirent beneque morati nec nisi proba ac bona verba audirentur. Quo etiam alludit Appianus de bell. civill. II pag. 803.

6 ῥάκαν ἀγορῇ. Μετὰ ταῦτα ἐπιτρέψας τὰς μὲν Σάρ-
δις Ταβάλῳ ἀνδρὶ Πέρσῃ, τὸν δὲ χρυσὸν, τόν τε
Κροίσου καὶ τὸν τῶν ἄλλων Λυδῶν, Πακτύῃ ἀν-
δρὶ Λυδῷ κομίζειν, ἀπήλαυνε αὐτὸς ἐς Ἀγβάτανα,
Κροῖσόν τε ἅμα ἀγόμενος, καὶ τοὺς Ἴωνας ἐν οὐ-
7 δενὶ λόγῳ ποιησάμενος τὴν πρώτην εἶναι. ἥ τε γὰρ 45

μετὰ ταῦτα ἐπιτρέψας τὰς μὲν Σάρδις Ταβάλῳ κ. τ. λ.] Usus est hoc loco Heerenius in iis, quae disputat de Persici imperii administrandi ratione; vid. Ideen etc. I, 1 pag. 403. Nec mirum, eandem fere Cyri ac Persarum fuisse rationem, quae posthac fuit Mongolorum et ducis illorum Dschingischan, cum par fuerit et ducum et gentium ratio. Namque in terris occupatis plerumque copias relinquunt, quarum duces provinciam subditam teneant, imperiumque tueantur. Istis adduntur alii regis ministri, qui tributa cogant regique transmittant; ac saepe etiam ab utrisque diversi inveniuntur urbium praefecti, qui praesidiis praesint, quae in singulis urbibus sunt collocata. Ita Cyrus Mazarem ducem exercitui praeficit, Tabalo Sardes permittit, Pactyam tributis colligendis atque omnino regiis reditibus thesaurisque praeponit. — *κομίζειν* cum Larchero aliisque interpretor: *transferre*, *deferre*, ad Cyrum scilicet, in regios thesauros.

καὶ τοὺς Ἴωνας ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιησάμενος τὴν πρώτην εἶναι] Negotium fecere haec verba interpretibus, locum mendosum existimantibus, varieque inde illum tentantibus. Sic Valckenarius proponit: *καὶ ἐπὶ Ἴωνας ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιησάμενος τὴν πρώτην ἰέναι* vel *εἶναι*; comparans geminum locum III, 134. Nec Wesselingio haec displicuit coniectura, cum prius verba sic ordinanda censuisset: *καὶ τοὺς Ἴωνας τὴν πρώτην ἐν ο. λ. ποιησάμενος εἶναι*: *et Ionum nullam initio rationem habendam esse ratus*. Sed recte monet Schweigh. in frequenti apud Nostrum usu dictionis *ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιεῖσθαι* et huic similium, nusquam alibi verbum *εἶναι* adiectum inveniri; quod si adverbio *τὴν πρώτην* iunctum abundare dixeris, non certe Herodoteo usui hoc adversabitur, simulque locus ipse, qui pariter ab omnibus libris manu scriptis exhibetur, incolumis stare poterit. Laudant hanc in rem Herodot. IV, 33 et II, 44, alia, quae haud scio an magis huc faciant, Matthiae Gr. Gr. §. 545 pag. 1071, cui *τὴν πρώτην εἶναι* sonare videtur: *wenigstens im Anfang*. Quam quidem interpretationem lubentissime amplectimur.

ἥ τε γὰρ Βαβυλὼν οἵ ἦν

Βαβυλών οἱ ἦν ἐμπόδιος, καὶ τὸ Βάκτριον ἔθνος,
καὶ Σάκαι τε καὶ Αἰγύπτιοι, ἐπ' οὓς ἐπεῖχέ τε στρα-
τηλατέειν αὐτός, ἐπὶ δὲ Ἴωνας ἄλλον πέμπειν στρα-
154 *τηγόν. Ὡς δὲ ἀπήλασε ὁ Κῦρος ἐκ τῶν Σαρδίων,* Lydi Pactya duce rebellant.
τοὺς Λυδοὺς ἀπέστησε ὁ Πακτύης ἀπό τε Ταβάλου
καὶ Κύρου· καταβὰς δὲ ἐπὶ θάλασσαν, ἅτε τὸν χρυ-
σὸν ἔχων πάντα τὸν ἐκ τῶν Σαρδίων, ἐπικούρους
τε ἐμισθοῦτο, καὶ τοὺς ἐπιθαλασσίους ἀνθρώπους
ἔπειθε σὺν ἑωυτῷ στρατεύεσθαι. ἐλάσας δὲ ἐπὶ τὰς
Σάρδις, ἐπολιόρκεε Τάβαλον, ἀπεργμένον ἐν τῇ
ἀκροπόλι.

ἐμπόδιος κ. τ. λ.] Nihil de his apud Ctesiam vel potius in eius excerptis Persicis relatum legimus. Cyrus enim antequam Croeso bellum inferret, contra Bactros atque Sacas militasse dicitur apud Ctesiam l. l. §. 2. 3. Post, Croeso devicto Lydiaque subacta, Derbices bello petiit, mox fatis cessurus (§. 6 seqq. ibid.). Atque ipse Herodotus, quod ad Ctesiae fragmenta p. 93 seq. monui, in narratione progressus, nec de Bactris nec de reliquis gentibus quidquam protulit, vel plane oblitus vel aliarum rerum, quae Graecorum forsitan animos magis adverterent, narratione abreptus. Nec aliud quidquam Xenophon (Cyropaed. I, 1, 4), nisi quod in gentibus Cyro subiectis Bactros et Sacas nominat. De Sacis, quos Scythas esse putamus, gentem nomadum, quae regiones supra Persidem ac Mediam tenuerit, pluribus dixi ad Ctesiae fragmm. pag. 95 seqq.

ἐπ' οὓς ἐπεῖχέ τε στρατηλατέειν αὐτός] De *ἐπεῖχε* conf. ad I, 80 monita. Magis nos remoratur particula *τε*, quae si proba est, refertur ad sequens *δὲ*, ita ut in bipartita oratione particulae *τε* et *δὲ* sibi invicem respondeant; quo de usu conf. quae praecipit Matthiae Gr. Gr. pag. 1264. Nec tamen displicet, quod acute invenit Buttmannus in Gramm. Graec. mai. II pag. 32 *ἐπεῖχέ τε* ortum esse ex *ἐπείχετε*, cuius geminam formam *ἐνείχεε* notavimus supra I, 118.

Cap. CLIV.

ἀπεργμένον ἐν τῇ ἀκροπόλει] i. e. *in arce inclusum*, *seclusum*. Namque *ἀπέργειν* (pro *ἀπείργειν*) est *secludere*, *excludere*. Tu conf. V, 64. VI, 79, ne plura.

155 Croesus a Cyro sententiam de Lydis rogatus, quod ei consilium dederit.

Πυθόμενος δὲ κατ' ὁδὸν ταῦτα ὁ Κῦρος, εἶπε
πρὸς Κροῖσον τάδε. „Κροῖσε, τί ἔσται τὸ τέλος
„τῶν γινομένων τούτων ἐμοί; οὐ παύσονται Λυδοὶ,
„ὡς οἴκασι, πρήγματα παρέχοντες, καὶ αὐτοὶ ἔχον-
„τες. φροντίζω, μὴ ἄριστον ᾖ ἐξανδραποδίσασθαί
2 „σφεας. ὁμοίως γάρ μοι νῦν γε φαίνομαι πεποιη-
„κέναι, ὡς εἴ τις πατέρα ἀποκτείνας, τῶν παίδων
„αὐτοῦ φείσαιτο· ὣς δὲ καὶ ἐγὼ Λυδῶν τὸν μὲν
„πλέον τι ἢ πατέρα ἐόντα σὲ λαβὼν ἄγω, αὐτοῖσι
„δὲ Λυδοῖσι τὴν πόλιν παρέδωκα· καὶ ἔπειτα θωυ-
3 μάζω εἴ μοι ἀπεστᾶσι;" Ὁ μὲν δὴ τά περ νόεε,
ἔλεγε· ὁ δ' ἀμείβετο τοῖσδε, δείσας μὴ ἀναστάτους
ποιήσῃ τὰς Σάρδις· „Ὦ βασιλεῦ, τὰ μὲν οἰκότα

Cap. CLV.

οὐ παύσονται — πρήγματα παρέχοντες, καὶ αὐτοὶ ἔχοντες] i. e. *non desinent mihi negotia facessere et sibi ipsi molestiam creare.* Quae ad locutionem πράγματα παρέχειν καὶ ἔχειν illustrandam pertinent, citavi ad Plut. Pyrrh. pag. 174. — In seqq. φροντίζω, μὴ ἄριστον ᾖ eodem modo dictum quo δέδοικα μὴ, alia id genus, de quibus conf. Matth. Gr. Gr. §. 520. Latini: *vereor, ne optimum sit* pro: *puto optimum esse.*

ὡς εἴ τις πατέρα ἀποκτείνας, τῶν παίδων αὐτοῦ φείσαιτο] Herodoto in his obversatum esse contendunt Stasini versiculum illum, pluribus celebratum, ut in proverbium adeo cesserit:

νήπιος, ὃς πατέρα κτείνων, παῖδας καταλείπει.

Vid. Clement. Alexandr. Stromat. VI pag. 451 Sylb. Aristotel. Rhetor. I, 16. II, *17.* Polyb. XXII, 8. — In seqq. nota articuli transpositionem quandam bene observatam a Matthiae in Gr. Gr. §. 275 p. 560. Dicere enim consentaneum erat: ὣς δὲ καὶ ἐγὼ σέ, τὸν μὲν πλέον τι ἢ πατέρα ἐόντα.

καὶ ἔπειτα θωυμάζω εἴ μοι ἀπεστᾶσι] Gaisfordio ex uno Schellershemiano edenti θωμάζω non obtemperavimus, cum reliquorum librorum auctoritas vetaret. De usu particulae εἰ (pro ὅτι), hoc loco laudato exposuit Matth. Gr. Gr. §. 617 pag. 1251. In νόεε observa augmentum syllabicum rarius neglectum, ut monet idem Matthiae §. 160 pag. 292. Inde non mirum, aliquot codices exhibere ἐνόεε, formâ ad vulgatum dicendi genus mutatâ.

„εἴρηκας· σὺ μέντοι μὴ πάντα θυμῷ χρέω, μηδὲ
„πόλιν ἀρχαίην ἐξαναστήσῃς, ἀναμάρτητον ἐοῦσαν
4 „καὶ τῶν πρότερον, καὶ τῶν νῦν ἑστεώτων. τὰ μὲν
„γὰρ πρότερον ἐγώ τε ἔπρηξα, καὶ ἐγὼ ἐμῇ κεφα-
„λῇ ἀναμάξας φέρω. τὰ δὲ νῦν παρεόντα, Πακτύης
„γάρ ἐστι ὁ ἀδικέων, τῷ σὺ ἐπέτρεψας Σάρδις,
5 „οὗτος δότω τοι δίκην. Λυδοῖσι δὲ συγγνώμην
„ἔχων, τάδε αὐτοῖσι ἐπίταξον, ὡς μήτε ἀποστέωσι,

σὺ μέντοι μὴ πάντα θυμῷ χρέω, μηδὲ πόλιν ἀρχαίην ἐξαναστήσῃς] Ad verba *θυμῷ χρέω* conf. quae diximus ad I, 137 ac de structura particulae *μὴ* in huiusmodi locis Matth. Gr. Gr. §. 511 pag. 972. — Verba: *καὶ τῶν πρότερον, καὶ τῶν νῦν ἑστεώτων* verte: *quod attinet ad ea, quae prius acta sunt et quae nunc aguntur.* Vid. Matth. §. 339 pag. 647.

καὶ ἐγὼ ἐμῇ κεφαλῇ ἀναμάξας φέρω] i. e. *et ego meo capite culpam luo.* Imitatus Noster videtur Homerum, ut Cr. monet, in Odyss. XIX, 92 (— ὃ σῇ κεφαλῇ ἀναμάξεις). Alia de verbo *ἀναμάττειν* laudat Creuzerus ad Procli Commentt. in Platonis Alcibiad. T. I pag. 300.

τὰ δὲ νῦν παρεόντα, Πακτύης γάρ ἐστι ὁ ἀδικέων, τῷ σὺ κ. τ. λ.] De particula *γὰρ* vidimus ad I, 2. Est enim sensus: „Pactyas poenas tibi det; *nam ille* est, qui iniuste egit, qui praesens scelus commisit.“ Sed maior difficultas in eo posita est, quod Pactyas hoc loco nominetur, cui a Cyro Sardes fuerint permissae, plane aliter atque I, 154, ubi Tabalus est, quem Sardibus rex praefecit, Pactyae curâ thesaurorum demandatâ. Itaque, ne Herodotus sibi ipse contraria pronuntiare censeatur, Wesselingius in eam incidit suspicionem, ut ad *ἀδικέων* adsumatur *τοῦτον* s. *ἐκεῖνον* (scil. *τὸν Τάβαλον*), hoc fere sensu: *Pactyas is est, qui offendit eum* (sc. Tabalum), *cui tu Sardes commisisti.* Quae sententia merito frigida videtur Schweighaeusero, qui ipse malit fateri, minus accurate hic loquentem Croesum fecisse Herodotum, nisi forte consulto ita dicentem Croesum Noster induxerit.

τάδε αὐτοῖσι ἐπίταξον, ὡς μήτε ἀποστέωσι κ. τ. λ.] Quae hic de Lydis proponuntur, iis merito attendi iubet Heeren. in Ideen I, 1 pag. 407. Est enim hoc omnino eorum consilium, qui, imperium suum longe lateque propagatum quo melius tueantur, subditas gentes luxuria diffluentes, enervatas, emollitas reddunt, ne unquam iugum impositum abiicere tentent, neve ullum prorsus periculum inde victori sit timendum.

6 „μήτε δεινοί τοι ἔωσι. ἄπειπε μέν σφι πέμψας „ὅπλα ἀρήϊα μὴ ἐκτῆσθαι· κέλευε δέ σφεας κιθῶ„νάς τε ὑποδύνειν τοῖσι εἵμασι, καὶ κοθόρνους
7 „ὑποδέεσθαι· πρόειπε δ' αὐτοῖσι κιθαρίζειν τε καὶ „ψάλλειν καὶ καπηλεύειν παιδεύειν τοὺς παῖδας. „καὶ ταχέως σφέας, ὦ βασιλεῦ, γυναῖκας ἀντ' ἀν„δρῶν ὄψεαι γεγονότας, ὥστε οὐδὲν δεινοί τοι

156 „ἔσονται μὴ ἀποστέωσι.“ Κροῖσος μὲν δὴ ταῦτά οἱ ὑπετίθετο, αἱρετώτερα ταῦτα εὑρίσκων Λυδοῖσι, ἢ ἀνδραποδισθέντας πρηθῆναι σφέας· ἐπιστάμενος ὅτι ἢν μὴ ἀξιόχρεων πρόφασιν προτείνῃ, οὐκ ἀναπείσει μιν μεταβουλεύσασθαι· ἀῤῥωδέων δὲ, μὴ καὶ ὕστερόν κοτε οἱ Λυδοὶ, ἢν τὸ παρεὸν ὑπεκδράμω-
2 σι, ἀποστάντες ἀπὸ τῶν Περσέων ἀπόλωνται. Κῦρος δὲ ἡσθεὶς τῇ ὑποθήκῃ, καὶ ὑπεὶς τῆς ὀργῆς,

Mazares Medus a Cyro in Lydos mittitur.

Sed bene h. l. istud tenendum, Cyrum hoc agere, auctore Croeso, qui eo ipso populum olim suum servare voluerit, ne alias in sedes transduceretur. Nam hoc quoque istiusmodi imperatores iisdem de causis inducti factitant, ut gentes subiectas suis terris patriis cedere cogant in alias multum inde remotas terras. Cuius generis exempla aliquot in Persarum inveniuntur historia. Vid. Heeren. l. l. — Sic Babyloniis desciscentibus hanc poenam a Xerxe irrogatam esse legimus apud Plutarch. II p. 173; de Lydis praeter Herodoti locum conf. Iustin. I, 6 et Polyaen. VII, 6, 4. Formam coniunctivi Ionicam ἔωσι explicuit Matth. Gr. Gr. §. 217 pag. 414 seq., qui idem §. 534, 4, 1 pag. 1046 seq. consulendus de locutione ἄπειπε — μὴ ἐκτῆσθαι. καπηλεύειν quid sit, et quo dicatur sensu, monuimus ad I, 94.

ὥστε οὐδὲν δεινοί τοι ἔσονται μὴ ἀποστέωσι] Dictum hoc pro: ὥστε οὐδὲν δεινόν τοι ἔσται, μὴ ἐκεῖνοι ἀποστέωσι. Vid. Matth. §. 297 pag. 595.

Cap. CLVI.

Κροῖσος μὲν δὴ ταῦτά οἱ ὑπετίθετο] Particulam τε male post ταῦτα a Gronovio insertam, cum recentt. delevimus librorum plurimorum iussu. — Ad ὑπεὶς τῆς ὀργῆς conf. Matthiae Gr. Gr. §. 338 pag. 646. — καὶ πρὸς (in fine capitis), insuper, praeterea, nonnullis exemplis illustravit Wesseling. ad h. l. Tu vid. Viger. de idiotism. pag. 175. 662.

3 ἔφη οἱ πείθεσθαι. καλέσας δὲ Μαζάρεα ἄνδρα Μῆ-
δον, ταῦτά οἱ ἐνετείλατο προειπεῖν Λυδοῖσι, τὰ ὁ
Κροῖσος ὑπετίθετο· καὶ πρὸς, ἐξανδραποδίσασθαι
τοὺς ἄλλους πάντας, οἳ μετὰ Λυδῶν ἐπὶ Σάρδις
ἐστρατεύσαντο, αὐτὸν δὲ Πακτύην πάντως ζῶντα
157 ἀγαγεῖν παρ' ἑωυτόν. Ὁ μὲν δὴ ταῦτα ἐκ τῆς
ὁδοῦ ἐντειλάμενος, ἀπήλαυνε ἐς ἤθεα τὰ Περσέων.
2 Πακτύης δὲ πυθόμενος ἀγχοῦ εἶναι στρατὸν ἐπ'
3 ἑωυτὸν ἰόντα, δείσας ᾤχετο φεύγων ἐς Κύμην. Μα-
ζάρης δὲ ὁ Μῆδος ἐλάσας ἐπὶ τὰς Σάρδις, τοῦ
Κύρου στρατοῦ μοῖραν ὅσην δή κοτε ἔχων, ὡς
οὐκ εὗρε ἔτι ἐόντας τοὺς ἀμφὶ Πακτύην ἐν Σάρ-
δισι, πρῶτα μὲν τοὺς Λυδοὺς ἠνάγκασε τὰς Κύρου 1
ἐντολὰς ἐπιτελέειν· ἐκ τούτου δὲ κελευσμοσύνης
4 Λυδοὶ τὴν πᾶσαν δίαιταν τῆς ζόης μετέβαλον. Μα-
ζάρης δὲ μετὰ τοῦτο ἔπεμπε ἐς τὴν Κύμην ἀγγέ-
λους, ἐκδιδόναι κελεύων Πακτύην· οἱ δὲ Κυμαῖοι 76
ἔγνωσαν, συμβουλῆς πέρι ἐς θεὸν ἀνῷσαι τὸν ἐν 6
5 Βραγχίδῃσι. ἦν γὰρ αὐτόθι μαντήϊον ἐκ παλαιοῦ

Pactyas Cumam effugit: Lydi quam vitam exercere iussi: Cumani, Persis Pactyam exposcentibus, rem ad oraculum in Branchidis referunt.

Cap. CLVII.

μοῖραν ὅσην δή κοτε ἔχων] De usu nominis ὅσος in hisce monuit Matthiae Gr. Gr. §. 486 not. 1 pag. 909, h. l. sic vertens: „*eine Abtheilung, wie gross sie auch seyn mochte.*" Et sic omnino ὅσος δή III, 52 de multitudine, quae quanta sit, definiri non potest. Add. Siebel. ad Pausan. VII, 3 §. 4.

ὡς οὐκ εὗρε — τοὺς ἀμφὶ Πακτύην ἐν Σάρδισι] τοὺς ἀμφὶ Πακτύην intellige Pactyam cum suis copiis, Sardes occupantibus, excepta arce, in qua Tabalum regium ducem fidum tenuerunt inclusum (I, 154 fin.).

— ἔγνωσαν, συμβουλῆς πέρι ἐς θεὸν ἀνῷσαι τὸν ἐν Βραγχίδῃσι] συμβουλῆς πέρι est: *quod attinet ad consilium ipsis hac de re capiendum.* Confer Matth. §. 589 pag. 1175. — ἀνῷσαι pro olim vulgato ἀνοῖσαι dedimus cum recentt. editt. Formam Ionicam illustrat Matthiae §. 254 pag. 494; locutionem (ἀναφέρειν εἴς τινα *ad aliquem referre*) Valckenarius, exemplo adposito, VII, 149. — De Branchidis monitum est ad I,

ἱδρυμένον, τῷ Ἴωνές τε πάντες καὶ Αἰολέες ἐώθε-
σαν χρέεσθαι. ὁ δὲ χῶρος οὗτος ἐστὶ τῆς Μιλησίης
158 ὑπὲρ Πανόρμου λιμένος. Πέμψαντες ὦν οἱ Κυμαῖοι
ἐς τοὺς Βραγχίδας θεοπρόπους, εἰρώτευν „περὶ
Πακτύην ὁκοῖόν τι ποιέοντες θεοῖσι μέλλοιεν „χα-
ριεῖσθαι.“ ἐπειρωτῶσι δέ σφι ταῦτα χρηστήριον
2 ἐγένετο „ἐκδιδόναι Πακτύην Πέρσῃσι.“ Ταῦτα δὲ
ὡς ἀπενειχθέντα ἤκουσαν οἱ Κυμαῖοι, ὁρμέατο
3 ἐκδιδόναι. ὁρμεωμένου δὲ ταύτῃ τοῦ πλήθεος, Ἀρι-
στόδικος ὁ Ἡρακλείδεω, ἀνὴρ τῶν ἀστῶν ἐὼν δό-
κιμος, ἔσχε μὴ ποιῆσαι ταῦτα Κυμαίους, ἀπιστέων
τε τῷ χρησμῷ, καὶ δοκέων τοὺς θεοπρόπους οὐ
λέγειν ἀληθέως· ἐς ὃ, τὸ δεύτερον περὶ Πακτύεω
ἐπειρησόμενοι, ἤεσαν ἄλλοι θεοπρόποι, τῶν καὶ
159 Ἀριστόδικος ἦν. Ἀπικομένων δὲ ἐς Βραγχίδας,
ἐχρηστηριάζετο ἐκ πάντων Ἀριστόδικος, ἐπειρωτέων
2 τάδε· „Ὦ ναξ, ἦλθε παρ' ἡμέας ἱκέτης Πακτύης
„ὁ Λυδὸς, φεύγων θάνατον βίαιον πρὸς Περσέων·
„οἱ δέ μιν ἐξαιτέονται, προεῖναι Κυμαίους κελεύ-
„οντες· ἡμεῖς δὲ δειμαίνοντες τὴν Περσέων δύνα-

Oraculum bis consultum, bis iubet Pactyam dedi, et Aristodicum increpat.

---

46. 92. Ad χρέεσθαι, quod mox sequitur, conf. ob Ionicam formam Matth. §. 10 pag. 44.

Cap. CLVIII.

Ἔσχε μὴ ποιῆσαι ταῦτα Κυμαίους] i. e. *retinuit, cohibuit, ne haec facerent.* De structura conf. ad I, 155: ἄπειπε — μὴ ἐκτῆσθαι laudata.

Cap. CLIX.

προεῖναι Κυμαίους κελεύοντες] E binis libris cum Gaisford. mutavimus vulgarem ordinem: *κελεύοντες Κυμαίους*. Verba sequentia: *ἡμεῖς δὲ δειμαίνοντες κ. τ. λ.* equidem sic interpretor: „nos vero quamvis timentes Persarum potentiam, haud tamen sustinuimus adhuc supplicem tradere illis, antequam tua nobis certo declarata sit sententia, utrum nobis faciendum sit.“ *τὸ ἀπὸ σεῦ* sive *τὸ σὸν* *id quod a te provenit, sententia tua*, illustratum a Matthiae Gr. Gr. §. 573 pag. 1130. Conf. VII, 101. IX, 7. *ποιέωμεν* coniunctivus deliberativus est, quem vocant. Conf. I, 53. 76 ibiq. not.

„μιν, τὸν ἱκέτην ἐς τόδε οὐ τετολμήκαμεν ἐκδιδό-
„ναι, πρὶν ἂν τὸ ἀπὸ σεῦ ἡμῖν δηλωθῇ ἀτρεκέως
3 „ὁκότερα ποιέωμεν.“ Ὁ μὲν ταῦτα ἐπειρώτα· ὁ δ'
αὖτις τὸν αὐτόν σφι χρησμὸν ἔφαινε, κελεύων ἐκ-
4 διδόναι Πακτύην Πέρσῃσι. πρὸς ταῦτα ὁ Ἀριστόδι-
κος ἐκ προνοίης ἐποίεε τάδε· περιϊὼν τὸν νηὸν
κύκλῳ, ἐξαίρεε τοὺς στρουθοὺς, καὶ ἄλλα ὅσα ἦν
5 νενοσσευμένα ὀρνίθων γένεα ἐν τῷ νηῷ. ποιέοντος
δὲ αὐτοῦ ταῦτα, λέγεται φωνὴν ἐκ τοῦ ἀδύτου γε-
νέσθαι, φέρουσαν μὲν πρὸς τὸν Ἀριστόδικον, λέ-
6 γουσαν δὲ τάδε· „Ἀνοσιώτατε ἀνθρώπων, τί τάδε
„τολμᾷς ποιέειν; τοὺς ἱκέτας μου ἐκ τοῦ νηοῦ κε-
7 „ραΐζεις;“ Ἀριστόδικον δὲ, οὐκ ἀπορήσαντα, πρὸς
ταῦτα εἰπεῖν· „Ὦ ἄναξ, αὐτὸς μὲν οὕτω τοῖσι ἱκέ-
„τῃσι βοηθέεις· Κυμαίους δὲ κελεύεις τὸν ἱκέτην

χρησμὸν ἔφαινε] φαίνειν de oraculis aliisque rebus futuris indicandis; quas vates animo suo praevidet, indeque aperta, clara reddit reliquis mortalibus. Tu vide de isto vocabulorum genere disputantem Creuzerum in Symbol. I p. 12. 13. — In seqq. formulam ἐκ προνοίης (*dedita opera*, *de industria*, *consulto*, s. ut Gallus explicat interpres: *de dessein prémédité*, *après s'être bien consulté*) illustrat Larcherus ad h. l. Cr. confert Platonis Phaedr. pag. 241, E ibique Heindorf. p. 235 et Ast. pag. 269.

ἐξαίρεε τοὺς στρουθοὺς, καὶ ἄλλα ὅσα ἦν νενοσσευμένα ὀρνίθων γένεα ἐν τῷ νηῷ] νενοσσευμένα retinuimus, viris doctis iure probatum. Ad argumentum conf. Aeliani Var. Hist. V, 17, ubi Athenienses legimus Atarbem morti tradidisse, quoniam ἱερὸν στρουθὸν in Aesculapii templo male tractaverat. Conf. etiam ibid. XIII, 31 et interprett. ad h. l. Nec aliae nationes, orientales potissimum, liberae hac superstitione, quâ aves (praecipue columbas), quae ad templa nidos collocarunt, expellere aut interficere vetant, easque tranquillas et inturbatas sinere iubent, quippe sub dei, cui aedes dicata est, tutela collocatas. Laudavit, quae huc pertinent, Creuzerus in Symbolic. II pag. 71. — In seqq. φωνὴν — φέρουσαν μὲν πρὸς τὸν Ἀριστόδικον intellige vocem ad Aristodicum *conversam*, *directam*.

8 „ἐκδιδόναι;“ Τὸν δὲ αὖτις ἀμείψασθαι τοῖσδε. „Ναὶ
„κελεύω, ἵνα γε ἀσεβήσαντες θᾶσσον ἀπόλησθε· ὡς
„μὴ τὸ λοιπὸν περὶ ἱκετέων ἐκδόσιος ἔλθητε ἐπὶ τὸ
160 „χρηστήριον.“ Ταῦτα ὡς ἀπενειχθέντα ἤκουσαν οἱ
Κυμαῖοι, οὐ βουλόμενοι οὔτε ἐκδόντες ἀπολέσθαι,
οὔτε παρ' ἑωυτοῖσι ἔχοντες πολιορκέεσθαι, ἐς Μυ-
τιλήνην αὐτὸν ἐκπέμπουσι. οἱ δὲ Μυτιληναῖοι, ἐπι-
πέμποντος τοῦ Μαζάρεος ἀγγελίας ἐκδιδόναι τὸν
Πακτύην, παρεσκευάζοντο ἐπὶ μισθῷ ὅσῳ δή· οὐ 77
γὰρ ἔχω τοῦτό γε εἰπεῖν ἀτρεκέως· οὐ γὰρ ἐτελεώ-
3 θη. Κυμαῖοι γὰρ, ὡς ἔμαθον ταῦτα πρησσόμενα
ἐκ τῶν Μυτιληναίων, πέμψαντες πλοῖον ἐς Λέσβον,
4 ἐκκομίζουσι Πακτύην ἐς Χίον. ἐνθεῦτεν δὲ, ἐξ ἱροῦ
Ἀθηναίης Πολιούχου ἀποσπασθεὶς ὑπὸ Χίων, ἐξε-

Chii Pactyam a Cumanis ad ipsos ablegatum qua mercede illecti Persis tradiderint.

ἵνα γε ἀσεβήσαντες] Stegero Praef. ad Herod. p. X magis ex loquendi usu Herodoti videtur: *ἵνα τε ἀσεβήσαντες*. Quod tamen, me auctore, minime recipiendum.

Cap. CLX.

ἐς Μυτιλήνην — οἱ δὲ Μυτιληναῖοι] De vocis scriptura egimus ad I, 27.— Universam Nostri narrationem de Pactya Mytilenaeorumque et Chiorum prava agendi ratione reprehendit Plutarchus (II p. 859, A), quod Herodotus in Graecorum, popularium suorum, rebus tradendis non satis illorum gloriae consuluerit. Ac Charonis Lampsaceni opponit auctoritatem, nihil de Chiorum nec Mytilenaeorum scelere referentis. Sed ipsius Charonis verba non rite intelligi poterunt, nisi copiosiorem adsumseris Herodoti narrationem, nec iste scriptor fide usquequaque dignus, quem ab Herodoto in historia sua conscribenda consultum aut certe illi obversatum esse eo minus crediderim. Vid. Creuzer. in fragmm. historicc. p. 100 seq. et Dahlmann. Herodot. p. 117 seq.

παρεσκευάζοντο ἐπὶ μισθῷ ὅσῳ δή] i. e. „*um einen Lohn, wie gross oder gering er auch seyn mochte.*“ Ita interpretatur haec Matthiae eo loco, quem iam laudavi ad I, 157. Conf. II, 109.

ἐξ ἱροῦ Ἀθηναίης Πολιούχου ἀποσπασθεὶς κ. τ. λ.] Minervam Athenarum in arce pie cultam *Πολιάδα* s. *Πολιοῦχον*, deam tutelarem nemo fere ignorat. Inde hanc deam Iones ex Attica secum in colonias duxisse,

δόθη· ἐξέδοσαν δὲ οἱ Χῖοι ἐπὶ τῷ Ἀταρνέϊ μισθῷ· τοῦ δὲ Ἀταρνέος τούτου ἔστι χῶρος τῆς Μυσίης,
5 Λέσβου ἀντίος. Πακτύην μέν νυν παραδεξάμενοι οἱ Πέρσαι εἶχον ἐν φυλακῇ, θέλοντες Κύρῳ ἀπο-
6 δέξαι. ἦν δὲ χρόνος οὗτος οὐκ ὀλίγος γενόμενος, ὅτε Χίων οὐδεὶς ἐκ τοῦ Ἀταρνέος τούτου οὔτε οὐλὰς κριθῶν πρόχυσιν ἐποιέετο θεῶν οὐδενὶ, οὔτε πέμματα ἐπέσσετο καρποῦ τοῦ ἐνθεῦτεν, ἀπείχετό τε τῶν πάντων ἱρῶν τὰ πάντα ἐκ τῆς χώρης ταύ-

---

eidem in colonia quoque templum exstruxisse nemo mirabitur. Conf. quae dixi in Dissertat. de Apolline et Minerva primigeniâ (Heidelberg. 1820) pag. 6 seq.

ἐπὶ τῷ Ἀταρνέϊ μισθῷ] i. e. Atarnensem terram pacti mercedem, s. eâ sub conditione, ut Atarnensem terram pro mercede Pactyae traditi acciperent. De *ἐπὶ* conf. I, 60. 141. — Scripsimus e codd. cum recentt. *Ἀταρνέϊ* pro vulg. *Ἀταρνεῖ*. Est vero *ὁ Ἀταρνεὺς* nomen et regionis Chiorum civitati concessae et oppidi hac in regione non valde spatiosa exstructi. Add. VIII, 106. Conveniunt cum Herodoto Diodor. XIII, 65. XVI, 52, ubi conf. Wesseling. Pausan. IV, 35 §. 6.

θέλοντες Κύρῳ ἀποδέξαι] *ἀποδέξαι monstrare eum ut vivum adhuc, s. in conspectum Cyri eum producere, tradere vivum illum Cyro.*

ἦν δὲ χρόνος οὗτος — γενόμενος] Nota locutionem *ἦν — γενόμενος*, cuius similia quaedam attigimus ad I, 57.

οὔτε οὐλὰς κριθῶν πρόχυσιν ἐποιέετο θεῶν οὐδενὶ] De *ποιεῖσθαι* duplici accusativo iuncto vidimus ad I, 68. *οὐλαὶ κριθῶν* indicant molam ex hordeo confectam indeque tostam, in sacris adhiberi solitam eo prorsus modo, quo Romani in victimis mactandis *mola salsa* utebantur. Cf. Homer. Odyss. III, 442 seq. et Schneiderus in Lexic. Gr. s. v., ne plura. *πρόχυσις* dicitur profusio molae intra hostiae cornua, quae hoc ritu diis dicatur. Gregorius Corinth. de dialect. Ionic. §. 110 (p. 515), hunc locum opinor respiciens, explicuit *τὸ ἀποσπεῖσαι*.

ἀπείχετό τε τῶν πάντων ἱρῶν τὰ πάντα] *ἀπείχετο* vulgo hic passive accipiunt: *removebantur — omnia.* Cum vero *ἀπέχεσθαι* vix passive hoc sensu inveniatur, Koenius ad Gregor. Corinth. p. 432, assentiente Larchero, suspicatur legendum esse *ἀπέργετο*, *arcebantur*. Sed cum *ἀπέχειν* in activo inveniatur *arcendi*, *removendi* notione (ut VIII, 20.

της γινόμενα. Χῖοι μὲν νυν Πακτύην ἐξέδοσαν.

161 Μαζάρης δὲ μετὰ ταῦτα ἐστρατεύετο ἐπὶ τοὺς συμ-
2 πολιορκήσαντας Τάβαλον. καὶ τοῦτο μὲν, Πριηνέας ἐξηνδραποδίσατο· τοῦτο δὲ, Μαιάνδρου πεδίον πᾶν ἐπέδραμε, ληΐην ποιεύμενος τῷ στρατῷ· Μαγνησίην δὲ ὡσαύτως. μετὰ δὲ ταῦτα αὐτίκα νούσῳ τελευτᾷ.

Mazares, variis rebus gestis, moritur.

162 Ἀποθανόντος δὲ τούτου, Ἅρπαγος κατέβη διάδοχος τῆς στρατηγίης, γένος καὶ αὐτὸς ἐὼν Μῆδος, τὸν ὁ Μήδων βασιλεὺς Ἀστυάγης ἀνόμῳ τραπέζῃ ἔδαισε, ὁ τῷ Κύρῳ τὴν βασιληΐην συγκατερ-
2 γασάμενος. οὗτος ὡνὴρ τότε ὑπὸ Κύρου στρατηγὸς ἀποδεχθεὶς, ὡς ἀπίκετο ἐς τὴν Ἰωνίην, αἵρεε τὰς πόλιας χώμασι· ὅκως γὰρ τειχήρεας ποιήσειε, τὸ ἐνθεῦτεν χώματα χῶν πρὸς τὰ τείχεα ἐπόρθεε.
3 πρώτῃ δὲ Φωκαίῃ Ἰωνίης ἐπεχείρησε.

Harpagus imperio suffectus, aggreditur Phocaeam.

163 Οἱ δὲ Φωκαιέες οὗτοι ναυτιλίῃσι μακρῇσι πρῶ-

Phocaeensium longae naviga-

---

22), non video iustam causam, cur passive idem dici negemus, ipsamque lectionem immutare audeamus. Caeterum notamus particularum coniunctionem: οὔτε — οὔτε — τε, ut Latinorum *nec* — *et*. Conf. Boeckh. ad Axioch. Praef. p. XV.

Cap. CLXII.

Ἅρπαγος κατέβη διάδοχος τῆς στρατηγίης] Conf. not. ad I, 153 de hoc ducum genere, ac de Harpago ipso coenâque ista famosa I, 119. Pertinent huc, quae apud Diodor. Excerptt. §. 31 (T. II p. 27 nov. scriptt. coll. ed. Mai.) relata invenimus de Graecis ad Harpagum de foedere ineundo legatos mittentibus sed repulsam ferentibus, nisi ultro servos sese Persarum fidei tradere vellent. Sed legantur ipsa verba, orientalium principum superbiam fastumque optime declarantia.

ὅκως γὰρ τειχήρεας ποιήσειε] τειχηρὴς proprie non ad urbes, sed ad urbium incolas referendum, cum sit: *intra moenia compulsus*, *intra murum inclusus*. Sed huiusmodi structurae ad sensum magis quam ad verba accommodatae neminem remorabuntur.

Cap. CLXIII.

οἱ δὲ Φωκαιέες οὗτοι ναυτιλίῃσι μακρῇσι κ. τ. λ.] Conf. de ναυτιλίῃσι μακρ. I, 1.

τοι Ἑλλήνων ἐχρήσαντο· καὶ τόν τε Ἀδρίην καὶ τὴν Τυρσηνίην καὶ τὴν Ἰβηρίην καὶ τὸν Ταρτησσὸν οὗτοι

tiones: Arganthonii regis Tartessiorum liberalitate murus a Phocaeensibus aedificatus.

καὶ τόν τε Ἀδρίην καὶ τὴν Τυρσηνίην καὶ τὴν Ἰβηρίην καὶ τὸν Ταρτησσὸν κ. τ. λ.] τὸν Ἀδρίην hinc *mare* indicare sive *sinum Adriaticum* apte monet Larcherus. Dicitur enim ὁ Ἀδρίας sinus, ἡ Ἀδρία urbs, auctore Stephano Byzantino. Nec quidquam video, cur τὸν Ἀδρίην hic minus de ipso mari quam de regionibus adiacentibus huic mari s. de litore atque ora sit intelligendum. Contendit quidem nuperrime C. O. Müller. (Etruscc. I p. 140), eas regiones paludosas ac stagnosas intelligi, quas Padus et Adigo permeant, mare petentes. Ipsamque vocem Etrusco sermone vult declarare *aquarum concursum*. — Quae sequitur terra Τυρσηνίη, non de Etruria unà, verum de omni Italia, quam nos dicimus, accipiendum, quod pluribus monstravit Bredow. in Uranologia p. XXIV. Quam enim nos vulgo dicimus Italiam, ea potius Tyrrheniae est pars Herodoto. De *Iberia*, quae Hispania est, monere non attinet. De *Tartesso*, quid statuas, difficilius utique, cum huius nominis et fluvius et insula et ipsa regio vel oppidum occurrat, nec loci tam remoti situs accurate definiri queat. Nam orientalibus hominibus hoc Tartessi nomine omnino indicantur loca remotissima quaeque occidentem versus. Phoenicibus meridionalis Hispaniae pars subdita communi cognomine hoc innotuisse videtur, unde intelligi potest, qui factum sit, ut et fluvius et insula et ipsa regio tale nomen accipere potuerit. Quodsi enim de fluvio sermo, intelligitur Baetis sive Guadalquivir; qui ubi in mare infundit binis ostiis, insula inde efficitur, in qua Tartessi urbem Strabo ponit. Et sic nomine hoc latius serpente tum regionem istam, tum vel colonias in ea sitas ita nominatas esse videmus. Quare si re vera exstitit urbs Tartessi, nec regio tantum, eam a Phoenicibus in maris ora conditam fuisse utique probabile est. Nec minus probabile vel ex hoc Nostri loco fit, hanc coloniam, quae prius Phoenicum fuerat, post sui fuisse iuris, regibus suis parentem, nec Phoenicum imperia patientem. Tu conf. de his Heeren. in Ideen I, 2 p. 46 seqq. 52.

οὗτοί εἰσι οἱ καταδέξαντες] Eodem significatu καταδεικνύναι *monstrandi*, *aperiendi*, indeque *detegendi*, *inveniendi* infra I, 171. Atque hoc ipso verbo Herodotum vix illud tantum declarare voluisse existimat C. O. Müller. (Etruscc. I p. 192), Phocaeenses Tyrrhenum mare pernavigasse, sed potius illud, primos commercium instituisse cum Tyrrhenis Tyrrhenorum ipsa in terra. Initium vero navigationum istarum idem vir do-

2 εἰσι οἱ καταδέξαντες. ἐναυτίλλοντο δὲ οὐ στρογγύλῃσι νηυσὶ, ἀλλὰ πεντηκοντέροισι. ἀπικόμενοι δὲ ἐς τὸν Ταρτησσὸν, προσφιλέες ἐγένοντο τῷ βασιλέϊ τῶν Ταρτησσίων, τῷ οὔνομα μὲν ἦν Ἀργανθώνιος· ἐτυράννευσε δὲ Ταρτησσοῦ ὀγδώκοντα ἔτεα, ἐβίωσε
3 δὲ πάντα εἴκοσι καὶ ἑκατόν. τούτῳ δὲ τῷ ἀνδρὶ

---

ctus (p. 193) ponit circa Olymp. tricesimam vel vicesimam.

δὲ οὐ στρογγύλῃσι νηυσὶ, ἀλλὰ πεντηκοντέροισι] Conf. quae supra disputavimus ad I, 2. Nam rotundis navibus vulgo olim utebantur ad commercia, longis ad bella. Hinc ut peculiare notare debebat Herodotus, Phocaeenses, quos mercaturae causâ navigantes rotundis uti navibus consentaneum erat, penteconteris fuisse usos, quae naves ad bellicum usum fuere paratae, quinquaginta remis uno ordine instructae. Cf. quae ad Ctesiae Persica citavi pag. 142. His vero navibus Phocaeenses in huiusmodi navigationibus uti necesse erat, quoniam Tyrrhenum quod aiunt mare tunc Tuscis latronibus repletum erat, illoque tempore Tusci in illo mari classibus dominabantur, et tum commerciis tum vero potissimum latrociniis cuiusvis generis insignes adeoque infames fuere. *Cr.* confert Niebuhr. Röm. Gesch. I p. 130 seq. ed. sec. Tu add. Müller. l. l. p. 192. 288.

τῷ οὔνομα μὲν ἦν Ἀργανθώνιος] Quae de aetate et regni et vitae Arganthonii scribit Herodotus, eadem ferme Plinius Hist. Nat. VIII, 48, Cicero de senectut. 19, alii, quamquam in ipso annorum numero non omnes consentiunt, quorum centum et quinquaginta annos illum regem vixisse quidam enarrant. Quod ut intelligatur, teneamus necesse est ipsum numerum *ter quadraginta* et *bis quadraginta* annorum. Nam numerus *quadraginta* s. dierum s. annorum apud veteres subinde ita ponitur, ut longum omnino temporis spatium nec accurate definitum declaretur. Quo numero indefinito vel ipsae hominum aetates (γενεαὶ) significantur, hoc quadraginta annorum spatio haud definito consumptae, ita ut duplex s. triplex iste numerus totidem denotet aetates s. γενεάς. Accedit, quod orientales homines hoc numero omnino *multum quoddam* indicant. Monuit Bredow. in Untersuch. über Gegenstände d. Gesch. u. Geogr. I pag. 108 seqq. 111. 113 seq. *Cr.* addit: Münter. der Stern der Weisen, p. 27. Haec igitur si respexeris, vixdum haerebis in tot annorum numero, qui Arganthonio regi tribuuntur.

ἐβίωσε δὲ πάντα] πάντα, quod Viger. p. 135 interpretatur *omnino*, Hermanno (p. 729 ibid.) displicet scribenti τὰ

προσφιλέες οἱ Φωκαιέες οὕτω δή τι ἐγένοντο, ὡς τὰ μὲν πρῶτά σφεας ἐκλιπόντας Ἰωνίην ἐκέλευσε τῆς ἑωυτοῦ χώρης οἰκῆσαι ὅκου βούλονται· μετὰ δὲ, ὡς τοῦτό γε οὐκ ἔπειθε τοὺς Φωκαιέας, ὁ δὲ 78
πυθόμενος τὸν Μῆδον παρ' αὐτῶν ὡς αὔξοιτο, ἐδίδου σφι χρήματα τεῖχος περιβαλέσθαι τὴν πόλιν. 4 ἐδίδου δὲ ἀφειδέως· καὶ γὰρ καὶ ἡ περίοδος τοῦ τείχεος οὐκ ὀλίγοι στάδιοί εἰσι· τοῦτο δὲ πᾶν λίθων
164 μεγάλων καὶ εὖ συναρμοσμένων. Τὸ μὲν δὴ τεῖχος τοῖσι Φωκαιεῦσι τρόπῳ τοιῷδε ἐξεποιήθη. ὁ δὲ Ἅρπαγος ὡς ἐπήλασε τὴν στρατιὴν, ἐπολιόρκεε αὐτοὺς, προϊσχόμενος ἔπεα „ὡς οἱ καταχρᾷ, εἰ βού-

Phocaeenses oppugnati, rebus omnibus collectis, navigant in Chium.

πάντα. Cui oblocutus est Schaefer. ad Dionys. Halicarn. de composit. verbb. pag. 335, cum πάντα etiam sine articulo praeposito hoc reperiatur sensu. Est enim: *in Allem*. Vid. Matth. Gr. Gr. §. 266 not. Aliud est πάντα, de quo ad I, 50 monuimus. — Mox cum Gaisford. rescripsi τούτῳ δὲ pro vulg. τούτῳ δή.

ὅκου βούλονται] De indicativi usu conf., ne plura, Matth. §. 507, 3, quem eundem §. 421 not. 1 consul. de structura verbi πείθειν. — Mox scripsi τοῦτό γε, ubi vulgo male abest γέ.

ὁ δὲ πυθόμενος τὸν Μῆδον παρ' αὐτῶν ὡς αὔξοιτο] Notamus in his particulam δὲ repetitam, cum istud quod praecesserat μετὰ δὲ, utique sufficiat. Similia quaedam praebet Matth. Gr. Gr. pag. 1268. De structura verbb. seqq. τὸν Μῆδον — ὡς αὔξοιτο, pro ὁ Μῆδος etc. monere vix opus. Sed in ipsa voce τὸν Μῆδον haeserunt viri docti, ita ut, cum Harpagus Medus intelligi nequeat, τὸν Λυδὸν (i. e. *Croesum*) hic substitui mallent. Tu *Cyrum* intellige *Medum*, id est *Medorum regem;* cum Persas Medorum nomine apud Graecos frequentissime significari nemo nesciat.

ἐδίδου σφι χρήματα τεῖχος περιβαλέσθαι τὴν πόλιν] ἐδίδου explicuit Matthiae §. 210 not. 1 pag. 394, idem §. 426 de verbi περιβάλλεσθαι structura bene praecipiens. — De structura: ἡ περίοδος — στάδιοί εἰσι conf. ad I, 93.

Cap. CLXIV.

προϊσχόμενος ἔπεα, ὡς οἱ καταχρᾷ, εἰ βούλονται Φωκαιέες κ. τ. λ.] De προΐσχεσθαι conf. I, 3. 141. In sequentibus tene praesentis temporis usum in indicativo, ubi oratio-

„λονται Φωκαιέες προμαχεῶνα ἕνα μοῦνον τοῦ τεί-
2„χεος ἐρεῖψαι, καὶ οἴκημα ἓν κατιρῶσαι.“ οἱ δὲ
Φωκαιέες, περιημεκτέοντες τῇ δουλοσύνῃ ἔφασαν
„θέλειν βουλεύσασθαι ἡμέρην μίαν, καὶ ἔπειτα
„ὑποκρινέεσθαι. ἐν ᾧ δὲ βουλεύονται αὐτοί, ἀπα-
„γαγεῖν ἐκεῖνον ἐκέλευον τὴν στρατιὴν ἀπὸ τοῦ 1
3„τείχεος.“ Ὁ δ' Ἅρπαγος ἔφη „εἰδέναι μὲν εὖ τὰ
„ἐκεῖνοι μέλλοιεν ποιέειν, ὅμως δέ σφι παριέναι
4„βουλεύσασθαι.“ Ἐν ᾧ ὦν ὁ Ἅρπαγος ἀπὸ τοῦ
τείχεος ἀπήγαγε τὴν στρατιήν, οἱ Φωκαιέες ἐν τού-
τῳ κατασπάσαντες τὰς πεντηκοντέρους, ἐσθέμενοι
τέκνα καὶ γυναῖκας καὶ ἔπιπλα πάντα, πρὸς δὲ καὶ 5
τὰ ἀγάλματα τὰ ἐκ τῶν ἱρῶν, καὶ τὰ ἄλλα ἀναθή-

---

ne obliquâ traduntur res. Conf. Matth. §. 529, 5 pag. 1030. Nec eo non pertinet, quod cap. antecedenti legitur οἰκῆσαι ὅκου βούλονται. — καταχρᾷν est *sufficere*, *satis esse*, ut IV, 118. VII, 70.

προμαχεῶνα ἕνα μοῦνον τοῦ τείχεος ἐρεῖψαι] προμαχεῶνας iam novimus I, 98. Hoc loco vulgo reddunt: *propugnaculum;* Suidas exponit ἔπαλξιν, Hesychius utrumque explicat πύργος; quin apud Pollucem in Onomast. I, 10 §. 170 tria haec vocabula continua ponuntur, nullo indicato eorum discrimine. Quare cum Larchero hic *turrim* ut munitionis s. moenium partem s. propugnaculum unum intelligere licet.

καὶ οἴκημα ἓν κατιρῶσαι] i. e. *unas aedes consecrare regi, in obedientiae argumentum et Persicae dominationis.* Haec quidem verissima videtur interpretatio maximeque et rei et loco consentanea; nam κατιρῶσαι alias de diis, quibus quidpiam dedicatur atque consecratur, hic ad regem ipsum transfertur, cum quidquid ad eum pertineret, quasi sacrum haberetur. Hinc nulla opus mutatione, nec ea, quam Reiskius proposuit, a Wesselingio satis iam refutatâ, nec alterâ illâ, a Wesselingio ipso propositâ: καὶ οἴκημα ἓν κατειρῦσαι i. e. *unam habitationem detrahere.* Nec libri addicunt. — In seqq. scripsi μίαν cum Gaisf. pro μίην, quod ex Aldo propagatum fuit. Ad ἔπιπλα conf. I, 94. 150. Verbis ἐν ᾧ respondent verba ἐν τούτῳ, quod Herodotus haud semel fecit, monstrante Struve Specim. Quaest. Herod. p. 39. 41, qui laudat III, 19. IV, 95. VI, 89. IX, 23. I, 186. VII, 26.

ματα, χωρὶς ὅτι χαλκὸς ἢ λίθος ἢ γραφὴ ἦν, τὰ δὲ ἄλλα πάντα ἐσθέντες, καὶ αὐτοὶ ἐσβάντες, ἔπλεον ἐπὶ Χίου. τὴν δὲ Φωκαίην ἐρημωθεῖσαν ἀνδρῶν
165 ἔσχον οἱ Πέρσαι. Οἱ Φωκαιέες, ἐπεί τε σφι Χῖοι τὰς νήσους τὰς Οἰνούσσας καλεομένας οὐκ ἐβούλοντο ὠνεομένοισι πωλέειν, δειμαίνοντες μὴ αἱ μὲν ἐμπόριον γένωνται, ἡ δὲ αὐτῶν νῆσος ἀποκληϊσθῇ τούτου εἵνεκα, πρὸς ταῦτα οἱ Φωκαιέες ἐστέλλοντο

Inde summoti, reversi domum, trucidato praesidio Persico, diras imprecati manentibus aut redeuntibus, quum traiicerent in Corsicam, pars maior ex itinere patriam repetit Alalia urbs.

χωρὶς ὅτι χαλκὸς ἢ λίθος ἢ γραφὴ ἦν] χωρὶς ὅτι non differt a μὴ ὅτι, quod legitur I, 18. 143. Conf. Matth. Gr. Gr. §. 624, 3, b. Nec opus cum Valckenario legere: χωρὶς ἢ ὅ,τι. Werferus in Actt. phill. Monacc. I pag. 81 scribi iubet: χωρὶς ὅ, τι, quem secutus Gaisfordius, ita tamen, ut pro more suo virgulam istam omitteret. — γραφὴ est *pictura.*

τὴν δὲ Φωκαίην — ἔσχον οἱ Πέρσαι] Incidit haec urbis obsidio incolarumque migratio in ann. a. Chr. 542 s. Olymp. 59¾ statuente Schultzio in Apparat. ad Annall. pag. 38. Nec aliter Larcher. in tab. chronolog.

Cap. CLXV.

τὰς νήσους τὰς Οἰνούσσας καλεομένας οὐκ ἐβούλοντο ὠνεομένοισι πωλέειν] Oenussae insulae prope Chium, inter eam ipsam insulam terramque Asiae continentem. Conf. Thucydidem VIII, 24 ibique Wassium. De numero insularum disceptatur, cum apud Stephanum Byz. ac Plinium una tantum huius nominis appelletur insula. Sed recentiores quinque illas numero esse narrant, navigantibus amplum portum praebentes, nomine *Spalmatori.* — Mox plerique libri recte: ἐβούλοντο, cum olim vulgo esset editum ἐβούλευντο. — ὠνεομένοισι tu verte: *emturientibus*, cum in verbo ὠνέομαι hic voluntatis atque conatus insit notio, de quâ Wesselingius dixit ad I, 68. — *Cyrnus* insula, quo dein Phocaeenses se converterunt, Corsica est, nomine deducto a Cyrno, Herculis filio. Sed de eo satis constat. Conf. Diodor. Sicul. V, 13.

ἡ δὲ αὐτῶν νῆσος ἀποκληϊσθῇ] scil. τοῦ ἐμπορίου; timebant scilicet, ne hâc colonia Phocaeensium ipsi mercatura et commercio excluderentur. — αὐτῶν, ut alias, hic quoque e Schellershemiano dedimus, praeeunte Gaisfordio. Vulgo αὐτέων. — ἀνεστήσαντο vulgo intelligunt: *excitarunt, erexerunt* i. e. *condiderunt.* Schweighaeuserus mavult explicare: „*eiectis cultoribus* (ἀναστάτων ποιηθέντων) *urbe potiri.*“

2 ἐς Κύρνον. ἐν γὰρ τῇ Κύρνῳ εἴκοσι ἔτεσι πρότε-
ρον τούτων ἐκ θεοπροπίου ἀνεστήσαντο πόλιν, τῇ
οὔνομα ἦν Ἀλαλίη. Ἀργανθώνιος δὲ τηνικαῦτα
3 ἤδη τετελευτήκεε. στελλόμενοι δὲ ἐπὶ τὴν Κύρνον,
πρῶτα καταπλεύσαντες ἐς τὴν Φωκαίην, κατεφό-
νευσαν τῶν Περσέων τὴν φυλακήν, ἥ ἐφρούρεε πα-
4 ραδεξαμένη παρὰ Ἁρπάγου τὴν πόλιν. μετὰ δὲ, ὡς
τοῦτό σφι ἐξέργαστο, ἐποιήσαντο ἰσχυρὰς κατάρας
τῷ ὑπολειπομένῳ ἑωυτῶν τοῦ στόλου. πρὸς δὲ
ταύτῃσι, καὶ μύδρον σιδήρεον κατεπόντωσαν, καὶ 79
ὤμοσαν „μὴ πρὶν ἐς Φωκαίην ἥξειν, πρὶν ἢ τὸν
5 „μύδρον τοῦτον ἀναφῆναι." Στελλομένων δὲ αὐ-
τῶν ἐπὶ τὴν Κύρνον, ὑπὲρ ἡμίσεας τῶν ἀστῶν
ἔλαβε πόθος τε καὶ οἶκτος τῆς πόλιος καὶ τῶν ἠθέ-
ων τῆς χώρης· ψευδόρκιοι δὲ γενόμενοι, ἀπέπλεον
6 ὀπίσω ἐς τὴν Φωκαίην. οἳ δὲ αὐτῶν τὸ ὅρκιον
ἐφύλασσον, ἀερθέντες ἐκ τῶν Οἰνουσσέων ἔπλεον.

τῇ οὔνομα ἦν Ἀλαλίη] *Alalia* urbs posthac vocata est *Aleria*, quippe quo Sylla coloniam duxit, in media ora orientali sita. Mendose apud Diodorum Sicul. V, 13 scribitur *Calaris*. Et confer quoque Senecam in Consolat. ad Helviam c. 8, ubi Phocaeam cum Phocide confundit ille. Incidit hoc in annum 562 a. Chr. s. Olymp. 54⅔; vid. Schultzii Apparat. etc. p. 38. 39. Add. C. O. Müller. in Etruscc. I p. 181 seq.

καὶ μύδρον σιδήρεον κατεπόντωσαν] μύδρος est *massa quaevis ignita*, unde μύδρος σιδήρεος *ferrum candens* s. *ferri massa ardens*. Vid. Blomf. in Glossar. ad Aeschyl. Prometh. vinct. vs. 374. Postea quoque de *massa lapidea* occurrit; quam etiam hoc in loco intellexisse videtur Horatius Epod. XVI, 25. Simili iurisiurandi genere usus est Aristides, ut in eius vita refert Plutarchus cap. XXV pag. 334, A. Unde vel in proverbium abiit Φωκαέων ἀρά. Vid. Suidam s. v.

πρὶν ἢ τὸν μύδρον τοῦτον ἀναφῆναι] ἀναφῆναι hic intransitive positum videtur, ita ut non opus sit emendatione ἀναφανῆναι. Pertinere huc videtur Schweighaeusero Hesychii glossa: ἀναφῆναι· ἀναφανῆναι. Vertendum: *apparere*, *emergere*.

166 Ἐπεί τε δὲ ἐς τὴν Κύρνον ἀπίκοντο, οἴκεον κοινῇ
μετὰ τῶν πρότερον ἀπικομένων ἐπ' ἔτεα πέντε, καὶ
2 ἱρὰ ἐνιδρύσαντο. καὶ ἄγον γὰρ δὴ καὶ ἔφερον τοὺς
περιοίκους ἅπαντας, στρατεύονται ὦν ἐπ' αὐτοὺς
κοινῷ λόγῳ χρησάμενοι Τυρσηνοὶ καὶ Καρχηδόνιοι,
3 νηυσὶ ἑκάτεροι ἑξήκοντα. οἱ δὲ Φωκαιέες πληρώ-
σαντες καὶ αὐτοὶ τὰ πλοῖα, ἐόντα ἀριθμὸν ἑξήκον-
τα, ἀντίαζον ἐς τὸ Σαρδόνιον καλεόμενον πέλαγος.
4 συμμισγόντων δὲ τῇ ναυμαχίῃ, Καδμείη τις νίκη
τοῖσι Φωκαιεῦσι ἐγένετο. αἱ μὲν γὰρ τεσσεράκοντά

Qui Corsicam pervenerunt, quinquennio post a Tyrrhenis et Carthaginiensibus bello afflicti, Rhegium abeunt.

Cap. CLXVI.

μετὰ τῶν πρότερον ἀπικομένων ἐπ' ἔτεα πέντε] *ἐπ' ἔτεα πέντε* hic est: *per quinque annos*. Cf. Matth. Gr. Gr. p. 1169. — In seqq. de formula *ἄγειν καὶ φέρειν* (*diripere*, *abducere*), vide quos laudavi ad Plutarch. Flamin. 116. 253.

κοινῷ λόγῳ] i. e. *communi consilio*; quae eadem hinc Pausaniae frequens est locutio. Plura collegit Siebelis. ad I, 29 §. 4.

κοινῷ λόγῳ χρησάμενοι Τυρσηνοὶ καὶ Καρχηδόνιοι κ. τ. λ.] Tyrsenos sive Tuscos tunc temporis inprimis classe valuisse et in isto mari dominatos esse iam supra monui ad I, 163. Unde non mirum eos coniunctos hic reperiri cum Carthaginiensibus, per inferius idem mare dominantes nec ullo modo alienigenis gentibus maris fructum coloniasque condendi occasionem permittentes. Itaque postea utramque nationem foedere iunctam invenimus apud Pindar. Pyth. I, 139 seq. Nec vero omnes Tuscos hic intelligi vult Niebuhrius (cuius locum adscripsit Cr. Röm. Gesch. I p. 130 seq. ed. sec.), verum eos tantum, qui Agyllam habitarint, Caerites, quos etiam solos scelus in captivis commissum luisse infra legimus I, 167. Vix enim par erat, eos poenam sceleris dare, ad quos istud ipsum minime pertinuerit, qui nullam culpae partem in se admiserint. De foederibus inter Tuscos et Carthaginienses Cr. consuli vult eundem Niebuhr. I p. 132. Nam vel Aristotelis aetate illa exstitisse dicuntur.

Καδμείη τις νίκη τοῖσι Φωκαιεῦσι] *Cadmea* victoria dicitur (ut Schweighaeuseri utar verbis), „quum plus incommodi accepit victor, quam intulit;" ita ut hostes cladem quidem acceperint priusque ex acie se receperint, ipsi tamen victores Phocaeenses tam afflicti e pugna discesserint, ut victos potius quam victores existimaveris. Vid. Wesseling. ad Diodor. Sic. XI,

σφι νῆες διεφθάρησαν· αἱ δὲ εἴκοσι αἱ περιεοῦσαι,
ἦσαν ἄχρηστοι· ἀπεστράφατο γὰρ τοὺς ἐμβόλους.
5 καταπλώσαντες δὲ ἐς τὴν Ἀλαλίην, ἀνέλαβον τὰ
τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας, καὶ τὴν ἄλλην κτῆσιν ὅσην
οἷαί τε ἐγίνοντο αἱ νῆές σφι ἄγειν· καὶ ἔπειτα ἀφέν-
167 τες τὴν Κύρνον ἔπλεον ἐς Ῥήγιον. Τῶν δὲ δια-
φθαρεισέων νεῶν τοὺς ἄνδρας, οἵ τε Καρχηδόνιοι

Eos qui bello capti, lapidibus obruti perierunt,

---

12 et Excerpt. libri XXII (T. II p. 495). *Cr.* addit: „Ast. ad Platon. de Legg. I, 11 pag. 65 et Schol. Aristid. pag. 188 ed. Frommel.“ Bene caeterum Larcherus monet, hanc victoriam non confundendam esse cum ea, quam Phocaeenses Massiliam condentes de Carthaginiensibus reportasse Thucydides scribat I, 13. Nam Massiliam conditam esse ante haec tempora (de quibus hic agitur) sexagesimo fere anno. Quod si verum est, non mirum, hic loci nullam fieri mentionem coloniae a Phocaeensibus Massiliam deductae, nec illud iure mireris, Phocaeenses patriâ relicta non ad suos Massilienses, verum alio se convertisse, quum hi arctis finibus fuerint adhuc inclusi, barbarisque gentibus cincti. Quum vero sint, qui hâc occasione Massiliam a Phocaeensibus conditam narrent, ut Pausanias X, 8. Ammian. Marcellin. XV, 9, eos et tempora et res diversas utique permiscuisse nunc statuunt. Nam vix credibile, Herodotum huiusmodi res tam accurate et studiose indagantem, tale quid si re vera acciderit, omisisse, praesertim qui in ea Italiae parte ipse diu commoratus fuerit, ubi Phocaeenses dein consederint. Conf. Dahlmanni Herodot. p. 141. Haec ad Herodoti locum sufficiant; de originibus Massiliae urbis aliis disserendi negotium permittimus. *Cr.* confert Iohannsen.: Veteris Massiliae res et instituta (Kiliae 1817) pag. 10 seq., qui tamen ipse non satis ab illa confusione sibi cavisse videtur, quam supra notavimus.

ἀπεστράφατο] Male Mediceus ἀπεστρέφετο. Conf. I, 141. — Mox pro vulgato ἐγένοντο cum recentt. e Schellershemiano scripsi ἐγίνοντο. Obloquitur censor in Ephem. Ienenss. 1817 nr. 164 pag. 373.

καταπλώσαντες — ἀνέλαβον] ἀναλαμβάνειν hac in re proprium notat Siebelis. ad Pausan. I, 4 §. 3, qui Herodoti orationem imitatus est.

Cap. CLXVII.

τῶν δὲ διαφθαρεισέων νεῶν τοὺς ἄνδρας, οἵ τε Καρχηδόνιοι κ. τ. λ.] Locum modo mendosum suspectumque, modo lacunosum habuerunt viri docti. Quibus multo melius Schweighaeuserus, αὐτῶν ad Phocae-

καὶ οἱ Τυρσηνοὶ ἔλαχόν τε αὐτῶν πολλῷ πλείους,
2 καὶ τούτους ἐξαγαγόντες κατέλευσαν. μετὰ δὲ Ἀγυλ-
λαίοισι πάντα τὰ παριόντα τὸν χῶρον, ἐν τῷ οἱ
Φωκαιέες καταλευσθέντες ἐκέατο, ἐγίνετο διάστροφα
καὶ ἔμπηρα καὶ ἀπόπληκτα, ὁμοίως πρόβατα καὶ
3 ὑποζύγια καὶ ἄνθρωποι. οἱ δὲ Ἀγυλλαῖοι ἐς Δελ-
φοὺς ἔπεμπον, βουλόμενοι ἀκέσασθαι τὴν ἁμαρ-
τάδα. ἡ δὲ Πυθίη σφέας ἐκέλευσε ποιέειν τὰ καὶ

quomodo sibi Agyllenses placent: Hyela urbe a Phocaeensibus condita: Cyrnus Heros.

---

enses referens, locum sic interpretatus est: *Carthaginienses Tyrrhenique plures captivos fecerunt quam Phocaeenses eosque inter se partiti sunt; dein eosdem in terram expositos lapidibus obruerunt.* Iungendum enim esse: οἵ τε Καρχηδόνιοι καὶ οἱ Τυῤῥ. dein ἔλαχόν τε — — καὶ κατέλευσαν. Quae quidem recte monuit, in eo tamen, si bene eius sententiam percepi, lapsus, quod αὐτῶν genitivum a comparativo πολλῷ πλείους pendere existimat et hunc in modum etiam locum interpretatus est. Mihi enim genitivus partitivus, ut aiunt, esse videtur, ut hic loci sit sensus: *multo plures virorum e navibus submersis interceptorum Phocaeensium, Carthaginienses Tyrrhenique, sortitione factâ, abductos lapidibus obruerunt.* Nam postquam initio dixerat τοὺς ἄνδρας (qui accusativus obiecti ad verba sequentia pertineat), mox accuratius sententiam suam explicans, subiungit αὐτῶν (i. e. τῶν ἀνδρῶν) πολλῷ πλείους; ita ut proprie ei dicendum fuisset τῶν ἀνδρῶν. Sed huiusmodi genitivos haud raro neglectos esse monstrant ea, quae Matthiae collegit in Gr. Graec. §. 319, quibus hic ipse locus optime addi poterit. Scripsimus vero αὐτῶν e tribus libris cum Gaisford. pro vulg. αὐτέων. — Qui deinceps memorantur *Agyllaei*, sunt incolae eius urbis, quae post dicta est *Caere*, quamque olim Agyllam dictam esse scriptores uno fere ore pronuntiant, a Pelasgis Thessalicis, ut volunt, conditam. Cf. Raoul-Rochette Histoire de l'établiss. des colon. Grecq. I pag. 305 et alia quae congessit Creuzerus in Antiquitt. Romann. compendio pag. 12 s. 14 ed. sec. Add. C. O. Müller. Etruscc. I p. 87 seq. — De forma Ionica ἐκέατο conf. Matth. l. l. pag. 468.

διάστροφα καὶ ἔμπηρα καὶ ἀπόπληκτα] i. e. *distorta, mutila* et *membris capta s. fracta.*

ἀκέσασθαι τὴν ἁμαρτάδα] *mederi delicto s. reparare, expiare delictum.* Vocem ἁμαρτάδα Ionicam dicunt terminationem, quamquam eâ alii quoque multo posteriores scriptores sunt usi. Tu vid. Creuzeri not. ad Olympiodor. Commentt. in

νῦν οἱ Ἀγυλλαῖοι ἔτι ἐπιτελέουσι· καὶ γὰρ ἐναγίζουσί σφι μεγάλως, καὶ ἀγῶνα γυμνικὸν καὶ ἱππικὸν ἐπιστᾶσι. καὶ οὗτοι μὲν τῶν Φωκαιέων τοιούτῳ μόρῳ διεχρήσαντο. οἱ δὲ αὐτῶν ἐς τὸ Ῥήγιον καταφυγόντες, ἐνθεῦτεν ὁρμεώμενοι, ἐκτήσαντο πόλιν γῆς τῆς Οἰνωτρίης ταύτην, ἥτις νῦν Ὑέλη καλέεται. ἔκτισαν δὲ ταύτην, πρὸς ἀνδρὸς Ποσειδωνι-

---

Alcib. I pag. 65. — In seqq. apte usus est verbo ἐπιτελεῖν; quippe quod verbum de sacris faciundis ludisve instituendis solemne. Vid. ad Ctesiae fragmm. pag. 436 a me laudata.

καὶ γὰρ ἐναγίζουσί σφι μεγάλως] καταγίζειν quid sit, explicuimus ad I, 86. ἐναγίζειν (*iusta persolvere*, *parentare*) potissimum ad mortuos refertur, indeque ad heroum atque Manium cultum. Conf. Gregor. Corinth. de dialect. Ion. §. 109 pag. 515, ubi legimus: ἐναγίζειν· τὸ χοὰς ἐπιφέρειν ἢ θύειν τοῖς κατοιχομένοις. Vid. Koen. ad h. l. et Creuzeri Symbolic. III pag. 51 seq. — Ad διεχρήσαντο conf. quae ad I, 110 notavimus.

ἐκτήσαντο πόλιν γῆς τῆς Οἰνωτρίης ταύτην] Arrideret, quod Schweigh. coniecit ἔκτισαν (pro ἐκτήσαντο), nisi id ipsum continuo legeretur, ut vix probabile sit, idem paulo antea olim exstitisse. Larcherus maluerat ἐκτίσαντο. Neutrum bene. Est enim ἐκτήσαντο *sibi acquisiverunt*; quo ipso indicatur, non primos fuisse Phocaeenses, qui hoc in loco urbem condiderint, sed antea iam alias aliarum illic gentium fuisse sedes. Congruit ipsum urbis nomen, quod origine Etruscum in huius gentis monumentis occurrit (*FEΛIΛ*). Vide Münter. Velia pag. 15, qui hoc factum esse existimat anno 553 ante Chr. n. Ex ipso tamen nomine nihil istiusmodi concludi posse vult C. O. Müller. Etrusc. I p. 170 coll. 191. Sed ipse p. 412 affert Etruscas voces *Fel*, *Felia* (*Velia*). Οἰνωτρίη terra non universa, quam nos dicimus Italia est, verum eius pars quaedam australis, quam ipsam Herodotus *Italiae* quoque nomine consignavit. Vid. Bredow. in Uranolog. Herodot. pag. XXVI. Unde legimus apud Ammian. Marcellin. XV, 9 §. 7, ubi vid. interpretes, Phocaeensium istorum nonnullos in *Lucania* Veliam condidisse. Oenotri enim olim habitabant Bruttium agrum et Lucaniam, et ante Sabellorum invasionem ora occidentalis quoque usque ad Posidoniam Oenotriae adnumerabatur. Cr. confert Niebuhr. Röm. Gesch. I p. 16. 58 ed. secund.

ἥτις νῦν Ὑέλη καλέεται] Est ea urbs, quae et *Elea* et *Velia*

ήτεω μαθόντες, ὡς τὸν Κύρνον σφι ἡ Πυθίη ἔχρησε
κτίσαι ἥρων ἐόντα, ἀλλ' οὐ τὴν νῆσον. Φωκαίης
168 μέν νυν πέρι τῆς ἐν Ἰωνίῃ οὕτως ἔσχε. Παραπλή-
σια δὲ τούτοισι καὶ Τήϊοι ἐποίησαν. ἐπεί τε γάρ
σφεων εἷλε χώματι τὸ τεῖχος Ἅρπαγος, ἐσβάντες
πάντες ἐς τὰ πλοῖα, οἴχοντο πλέοντες ἐπὶ τῆς Θρη-
ϊκίης, καὶ ἐνθαῦτα ἔκτισαν πόλιν Ἄβδηρα· τὴν

Teii, Harpago moenibus urbis potito, in Thraciam profecti Abdera ibi condunt: Heros Timesius.

---

vocatur; quod enim e Stephano Byzantino advocatur Θύελλα, natum videtur ex *ΟΥΕΛΛΑ* male scripti codicis aut *ΟΥΕΛΙΑ*, ut bene iam observavit Wesselingius. De nomine urbis Ὑέλη s. Ἐλέα monuerunt, ut Cr. notat, Mazochi in Commentt. ad Tabb. Heracleenss. pag. 43. 120. 516 seq. Rasche in Lexic. rei numar. vett. T. V Part. II p. 797 seq., et quae in Scholiis Platonicis ad Sophistae initium traduntur pag. 35 coll. pag. 78 Cod. Clark. ed. Gaisford. Graecum urbis nomen, quale Herodotus effert, in omnibus numis reperitur, postmodo varie pronuntiatum, unde etiam in scriptura variatum, monente Müntero (Velia in Lucanien pag. 20—22), qui varia hinc orta urbis nomina recenset. Latinis scriptoribus ut plurimum dicitur *Velia*.

ὡς τὸν Κύρνον σφι ἡ Πυθίη ἔχρησε κτίσαι] τὸν Κύρνον κτίσαι *condere Cyrnum* i. e. *Cyrnum ut heroem colere sacris in eius honorem institutis*. Ita nulla in loco difficultas aut obscuritas, nec ulla opus mutatione, qualem v. c. nuper proposuit Steger. in Praefat. ad Herodot. p. X: ὡς τὸν Κύρνον σφι ἡ Π. ἔχρ. τίσαι ἥρων ἐόντα, ἀλλ' οὐ τὴν νῆσον κτίσαι.

ἥρων ἐόντα] De accusativi forma (ἥρων) monuit Matthiae §. 70 not. 3 pag. 153. Cyrnum, Herculis filium, a quo Graece dicatur Corsica insula, nominat Servius ad Virgil. Ecl. IX, 30; quod cur negat Schwgh. equidem non perspicio. Rectius ille iudicat de Benedicti coniectura (in act. semin. philol. Lips. Vol. II T. II p. 283), quà legendum sit: ἕλος ἐόντα; ut paludum, in quibus Phocaeenses teste Dionysio Halicarn. I, 20 Veliam urbem condiderunt, nomen fuerit Κύρνος. — In fine cap. οὕτως e pluribus libris dedimus cum Gaisf. Vulgo ex Aldo propagatum erat οὕτω.

Cap. CLXVIII.

καὶ ἐνθαῦτα ἔκτισαν πόλιν Ἄβδηρα] Cum Herodoto in narratione de Abdera condita consentiunt Strabo XIV p. 644 ed. Cas. p. 953, B. Scymnus Ch. v. 670 tom. II pag. 38 Hudson. Namque binae sunt distinguendae coloniae, a viris doctis in unam temere confusae,

πρότερος τούτων Κλαζομένιος Τιμήσιος κτίσας, οὐκ ἀπώνητο, ἀλλ' ὑπὸ Θρηΐκων ἐξελασθεὶς, τιμὰς νῦν ὑπὸ Τηΐων τῶν ἐν Ἀβδήροισι ὡς ἥρως ἔχει. 80

169 Caeteri ex Ionibus Epirotis victi, servitutem subeunt: insulani ultro se dedunt.

Οὗτοι μὲν νυν Ἰώνων μοῦνοι, τὴν δουλοσύνην οὐκ ἀνεχόμενοι, ἐξέλιπον τὰς πατρίδας. οἱ δ' ἄλλοι Ἴωνες, πλὴν Μιλησίων, διὰ μάχης μὲν ἀπικέατο Ἁρπάγῳ, κατάπερ οἱ ἐκλιπόντες, καὶ ἄνδρες ἐγένοντο ἀγαθοὶ, περὶ τῆς ἑωυτοῦ ἕκαστος μαχόμενοι· ἑσσωθέντες δὲ καὶ ἁλόντες, ἔμενον κατὰ χώρην
2 ἕκαστοι, καὶ τὰ ἐπιτασσόμενα ἐπετέλεον. Μιλήσιοι δὲ, ὡς καὶ πρότερόν μοι εἴρηται, αὐτῷ Κύρῳ ὅρ-

---

quarum prior Clazomeniorum, quae teste Eusebio incidit in Olymp. XXXI, 1, Abderam ducta est a Timesio, altero posterior Teiorum, qui Persarum dominationem fugientes huc sese receperunt urbemque denuo condiderunt, Olymp. LIX, 4 sive 541 a. Chr. n. Haec pluribus persequitur Raoul - Rochette Histoire de l'établiss. d. colon. Grecq. III p. 400 seq.

Κλαζομένιος Τιμήσιος κτίσας, οὐκ ἀπώνητο] Qui Herodoto *Timesius*, is aliis dicitur *Timesias*, laudatus ob civilem prudentiam ac virtutem. Vid. Aelian. Var. Hist. XII, 9, Plutarch. rei publ. gerend. praecept. pag. 812, A et de Amicorum Multitud. pag. 96, B, ad quem locum nunc plura de hoc viro eiusque aetate disputat Wyttenbachius t. I p. 655 Animadverss. — De forma *ἀπώνητο* praeter Thomam Magistr. s. v. *ὠνήσομαι* pag. 932 conf. Matthiae Gr. Gr. pag. 477. — In seqq. cum Gaisfordio, pluribus libris addicentibus, restituimus *ἐξελασθεὶς* pro *ἐξελαθεὶς*, quod ex Aldo propagatum, tuetur Piersonus ad Moerid. p. 13, apud quem alteram formam *ἑλληνικῶς* dici legimus. Et bene dici *ἐξελαθεὶς* in Attico scriptore, non est quod negemus, sed Herodotum asperiores formas diligere, apte monuit Schweighaeuserus, laudans *κατεκαύσθη* (pro *κατεκαύθη*) I, 130. VI, 71, alia. Accedit praeterea librorum auctoritas, qui in asperiori illa formâ plerumque conspirant; ut I, 173. III, 46. 51. IV, 4. V, 145. Apud Pausaniam eadem formae varietas, ut modo sine *σ*, modo cum illa litera inveniatur. Vid. Siebelis. ad Pausan. I, 12 §. 5.

Cap. CLXIX.

διὰ μάχης μὲν ἀπικέατο] De forma *ἀπικέατο* conf. ad I, 152.

ὡς καὶ πρότερόν μοι εἴρηται] Vid. I, 143.

κιον ποιησάμενοι, ἡσυχίην ἦγον. Οὕτω δὴ τὸ δεύ-
τερον Ἰωνίη ἐδεδούλωτο. ὡς δὲ τοὺς ἐν τῇ ἠπείρῳ
Ἴωνας ἐχειρώσατο Ἅρπαγος, οἱ τὰς νήσους ἔχοντες
Ἴωνες, καταῤῥωδήσαντες ταῦτα, σφέας αὐτοὺς ἔδο-
170 σαν Κύρῳ. Κεκακωμένων δὲ Ἰώνων καὶ συλλεγο-
μένων οὐδὲν ἧσσον ἐς τὸ Πανιώνιον, πυνθάνομαι
γνώμην Βίαντα ἄνδρα Πριηνέα ἀποδέξασθαι Ἴωσι
χρησιμωτάτην· τῇ εἰ ἐπείθοντο, παρεῖχε ἄν σφι εὐ-
δαιμονέειν Ἑλλήνων μάλιστα· ὃς ἐκέλευε „κοινῷ
„στόλῳ Ἴωνας ἀερθέντας πλέειν ἐς Σαρδώ, καὶ
2 „ἔπειτα πόλιν μίαν κτίζειν πάντων Ἰώνων. καὶ οὕ-
„τω ἀπαλλαχθέντας σφέας δουλοσύνης εὐδαιμονή-
„σειν, νήσων τε ἁπασέων μεγίστην νεμομένους, καὶ

Biantis consilium, ut Iones communi classe in Sardiniam abirent: aliud ante a Thalete datum, ut curiam haberent communem.

οὕτω δὴ τὸ δεύτερον Ἰωνίη ἐδεδούλωτο] Primus enim Croesus Iones in ditionem suam redegerat, ut supra I, 6. 28 legimus. Quare verisimillimum videtur, quod Plehn. contendit in Lesbiacc. libro pag. 55 eodem etiam tempore *Lesbios* in Persarum fidem atque potestatem se permisisse.

Cap. CLXX.

πυνθάνομαι γνώμην Βίαντα — ἀποδέξασθαι Ἴωσι] De locutione *γνώμην ἀποδείκνυσθαι* s. *ἀποφαίνεσθαι* (*sententiam declarare, exponere*) multa citavimus, quae huc adhiberi volumus, ad Plutarch. Pyrrh. p. 161. — *κακοῦσθαι* hic est: *in servitutem redigi*, notante Siebel. ad Pausan. I, 4 §. 1, qui scriptor ex Herodoti imitatione saepius usus est hoc verbo.

πλέειν ἐς Σαρδὼ κ. τ. λ.] Conf. Nostrum V, 106. VI, 2. Ac vituperatur Noster a Dahlmanno (Herodot. p. 55), quod miro errore lapsus, Sardiniam omnium insularum maximam dixerit. Sed hic quidem non suam ipsius ille refert sententiam, verum Biantis de Sardiniâ sic existimantis; nec ipse in Sardiniam usque pervenire poterat, ut, quae istius insula sit amplitudo et magnitudo, comperiret. Quare communem et suo tempore vulgatam de hac insulâ famam secutus esse videtur; quo faciunt etiam ea, quae de hac insula disputat Heerenius in Ideen II, 1 p. 69 seqq., quippe principem fere Carthaginiensibus fuisse provinciam summoque loco habitam, omnis frumenti copiâ abundantem, metalla aliaque largiter suppeditantem. Quae si perpenderis, minus certe temeritatis Nostrum incusabis.

„ἄρχοντας ἄλλων· μένουσι δέ σφι ἐν τῇ Ἰωνίῃ οὐκ
3 „ἔφη ἐνορᾶν ἐλευθερίην ἔτι ἐσομένην.“ Αὕτη μὲν Βίαντος τοῦ Πριηνέος γνώμη, ἐπὶ διεφθαρμένοισι Ἴωσι γενομένη. χρηστὴ δὲ καὶ πρὶν ἢ διαφθαρῆναι Ἰωνίην Θάλεω ἀνδρὸς Μιλησίου ἐγένετο, τὸ ἀνέκαθεν γένος ἐόντος Φοίνικος· ὃς ἐκέλευε ἓν βουλευτήριον Ἴωνας ἐκτῆσθαι, τὸ δὲ εἶναι ἐν Τέῳ· Τέων
4 γὰρ μέσον εἶναι Ἰωνίης. τὰς δὲ ἄλλας πόλιας οἰκεομένας μηδὲν ἧσσον νομίζεσθαι κατάπερ εἰ δῆμοι εἶεν. οὕτω μὲν δή σφι γνώμας τοιάσδε ἀπεδέξαντο.

171 Ἅρπαγος δὲ καταστρεψάμενος Ἰωνίην, ἐποιέετο στρατηΐην ἐπὶ Κᾶρας καὶ Καυνίους καὶ Λυκίους,
2 ἅμα ἀγόμενος καὶ Ἴωνας καὶ Αἰολέας. Εἰσὶ δὲ
1

Cares, olim insulani, Minoi parentes, et Leleges dicti: eorum tria inventa: ipsi

---

ἐπὶ διεφθαρμένοισι Ἴωσι] i. e. *postquam Ionum res iam perversae erant.* Cf. Matth. §. 565 not. 1. — Ad γενομένη suppl. ἦν, quod additum invenimus supra I, 161 fin. ἦν δὲ χρόνος οὗτος οὐκ ὀλίγος γενόμενος. De omissione verbi vid. Schaefer. ad Lambert. Bos. de Ellips. L. Gr. pag. 608.

τὸ ἀνέκαθεν γένος ἐόντος Φοίνικος] In Phoenicia Thaletis origine plures cum Nostro concinunt, a Wesselingio ad h. l. excitati, ut Diogen. Laert. I, 12. Clemens Alexandr. Stromat. I p. 352. Quod nihil impedit, quo minus Mileti sedem ipsi fixerit, cum maiores fuerint Phoenices. Inde vero explicandum, quod nonnullis Phoenix, aliis Milesius habetur. Ad ἀνέκαθεν singularem Herodoti usum observant Grammatici Graeci, cum Attici *de loco* unice ita dixerint, minime *de tempore*, Nec vero semel, ut Thomas Magister vult, Herodotus hac voce ita est usus, sed aliquoties: V, 55. 65. VI, 35. 125. 128. VII, 221, nec alii Attici scriptores, in quibus Lucianus, eâ abstinuerunt, ut abunde notarunt interpretes ad Thomam Magist. p. 77 seq. et ad Phrynich. pag. 270. Grammaticus a Bekkero vulgatus (Anecdd. Gr. I p. 18. 26): ἀνέκαθεν· εὑρίσκεται ἐπὶ τόπου εἰρημένον, οὐκ ἐπὶ χρόνου, ὡς παρ' Ἡροδότῳ.

Cap. CLXXI.

ἅμα ἀγόμενος καὶ Ἴωνας καὶ Αἰολέας] Hoc explicandum ex Persarum more, quo victores victam gentem unâ secum ducerent, copiisque suis continuo illam adderent. Cf. Heeren. Ideen I, 1 pag. 513.

εἰσὶ δὲ τούτων Κᾶρες μὲν

τούτων Κᾶρες μὲν ἀπιγμένοι ἐς τὴν ἤπειρον ἐκ τῶν νήσων. τὸ γὰρ παλαιὸν ἐόντες Μίνω τε κατήκοοι, καὶ καλεόμενοι Λέλεγες, εἶχον τὰς νήσους, φόρον μὲν οὐδένα ὑποτελέοντες, ὅσον καὶ ἐγὼ δυνατός εἰμι μακρότατον ἐξικέσθαι ἀκοῇ· οἱ δὲ, ὅκως Μί-
8 νως δέοιτο, ἐπλήρουν οἱ τὰς νέας. ἅτε δὲ δὴ Μίνω

de se quomodo tradant: Iupiter Carius: Mysus, Lydus, Car, tres fratres germani.

ἀπιγμένοι ἐς τὴν ἤπειρον κ. τ. λ.] *Cares*, quos Graecae stirpis volunt esse, primitus e Graecia ipsa profectos Aegaei maris insulas occupasse, narrant historici, eosdemque et mercatura et latrociniis maritimis inclytos fuisse addunt. Primus iugum illis imposuisse dicitur Minos, qui primus Graecorum classe plurimum valuit, nonnullos subigendo suisque Cretensibus adiiciendo, alios, qui iugum ferre nollent, eiiciendo, ita ut insulis relictis ad proxima Asiae litora sese reciperent, ibique sedes figerent. Unde sunt rursus pulsi multo post advenientibus e Graecia Ionibus, de quibus vidimus ad I, 142. Ad priora tempora quod attinet, illi cum Cretensibus in unam fere gentem coaluisse adeoque loquendi genus istorum assumsisse videntur. *Leleges* a Caribus non diversi aut certe cum iis ita permixti, ut pro una eâdemque gente merito haberi possint, id quod praeter Herodotum Strabo, Pausanias, alii, asserunt. Tu vid. pluribus haec exponentem Raoul - Rochette, Histoire de l'établiss. des colon. Grecq. I pag. 378 sqq. 384 sq. ibiq. Strabon. XIV pag. 976 s. pag. 661 ed. Casaub. coll. XIII p. 909 s. pag. 611 Cas.

Μίνω τε κατήκοοι] De structura conf. ad I, 143.

εἶχον τὰς νήσους] Videtur obloqui Thucydides I, 4, Cares narrans a Minoe insulis Cycladibus eiectos esse. Et re vera potuit eos eiicere Minos, si qui ipsius imperium recusarent aliosque in eorum locum ducere colonos, reliquâ terra iis relicta, qui imperium ipsius agnoscerent. — In verbis sequentibus *δυνατός εἰμι μακρότατον κ. τ. λ.* Werferus in Actt. philoll. Monaco. I, 2 pag. 244 ante *μακρότατον* inseri vult *ἐπὶ*, quod uti aliis locis additum invenitur, ita tamen hoc loco cur necessario adiiciendum sit, nulla mihi idonea apparet causa. Conf. infra II, 29 init. Schweigh. in Lexic. Herod. II p. 84 eandem profert suspicionem, Herodotum forsitan scripsisse: *ἐπὶ μακρότατον*; ipsum vero locum sic reddidit: „*quantum ego, superiorum temporum memoriam altissime repetens, audita cognoscere potui.*"

οἱ δὲ — ἐπλήρουν οἱ τὰς νέας] *οἱ δὲ — ἐπλήρουν* dixit, ac si antea legeretur: *φόρον μὲν οὐδένα ὑπετέλεον*; ita

τε κατεστραμμένου γῆν πολλὴν, καὶ εὐτυχέοντος
τῷ πολέμῳ, τὸ Καρικὸν ἦν ἔθνος λογιμώτατον τῶν
ἐθνέων ἁπάντων κατὰ τοῦτον ἅμα τὸν χρόνον μα-
4κρῷ μάλιστα. καί σφι τριξὰ ἐξευρήματα ἐγένετο,
5τοῖσι οἱ Ἕλληνες ἐχρήσαντο. καὶ γὰρ ἐπὶ τὰ κράνεα
λόφους ἐπιδέεσθαι Κᾶρές εἰσι οἱ καταδέξαντες, καὶ
6ἐπὶ τὰς ἀσπίδας τὰ σημήϊα ποιέεσθαι. καὶ ὄχανα
ἀσπίσι οὗτοί εἰσι οἱ ποιησάμενοι πρῶτοι· τέως δὲ 81
ἄνευ ὀχάνων ἐφόρεον τὰς ἀσπίδας πάντες οἵπερ
ἐώθεσαν ἀσπίσι χρέεσθαι, τελαμῶσι σκυτίνοισι οἰη-
κίζοντες, περὶ τοῖσι αὐχέσι τε καὶ τοῖσι ἀριστεροῖσι

---

ut οἱ δὲ non ad diversam personam s. subiectum sit referendum, verum ad idem istud, quo antecedentia, quibus μὲν particula adiecta est, spectant. Conf. Matth. Gr. Gr. §. 289 not. 9 p. 582. — Paulo post e Schellersh. scripsimus cum Gaisf. ἅτε δὲ δὴ Μίνω τε, ubi vulgo omittunt δέ et τε. — Ad locutionem μακρῷ μάλιστα, superlativo λογιμώτατον postpositam cf. Matth. §. 461 p. 860.

καὶ γὰρ ἐπὶ τὰ κράνεα λόφους ἐπιδέεσθαι κ. τ. λ.] Tria haec inventa Strabo quoque Caribus adscribit XIV p. 976, B usus, quod ad cristas galeis impositas attinet, Alcaei testimonio. Nec dissentit Aelian. Animal. Hist. XII, 30, cui add. Plutarchi locum in Artaxerx. cap. 10 pag. 1016, B. — Ad καταδέξαντες conf. I, 163. — ὄχανα sunt *ansae*, *quibus clypeus gestabatur et regebatur, manubria*. Namque antea ad clypeos portandos loris latis utebantur, quibus nomen τελαμῶνες. Testis est Homerus, apud quem frequentissime istiusmodi lora memorantur, Il. II, 388. IV, 796. 798. XI, 38. XII, 401 etc. Herodotus infra eos vocat τελαμῶνας σκυτίνους, lora e corio facta.

οἵπερ ἐώθεσαν ἀσπίσι χρέεσθαι] Male olim ἐώθ ε ι σαν, quod cum recentt. mutavimus. Conf. Matthiae Gr. Gr. §. 198 not. 5 pag. 360 coll. §. 191 not. 3. — In seq. οἰηκίζοντες est *gubernantes*, *regentes*. Namque οἰακίζειν, quod proprie est *navem gubernare*, *navis cursum gubernaculo regere*, non aliter atque οἴαξ (*gubernaculum*) ad multas alias res dein transfertur, quibus omnino *gubernandi* et *regendi* notio declarari debet. Cf. οἰακοστρόφος apud Aeschyl. S. c. Theb. 62. Prometh. 524. Pers. 773. οἰκονόμος apud eundem in Prometh. 153 coll. S. c. Th. 3.

περὶ τοῖσι αὐχέσι — περικείμενοι] i. e. *illa circum cer-*

7 ὤμοισι περικείμενοι. Μετὰ δὲ, τοὺς Κᾶρας χρόνῳ
ὕστερον πολλῷ Δωριέες τε καὶ Ἴωνες ἐξανέστησαν
ἐκ τῶν νήσων· καὶ οὕτω ἐς τὴν ἤπειρον ἀπίκοντο.
8 Κατὰ μὲν δὴ Κᾶρας οὕτω Κρῆτες λέγουσι γενέσθαι.
οὐ μέντοι αὐτοί γε ὁμολογέουσι τούτοισι οἱ Κᾶρες·
ἀλλὰ νομίζουσι αὐτοὶ ἑωυτοὺς εἶναι αὐτόχθονας
ἠπειρώτας, καὶ τῷ οὐνόματι τῷ αὐτῷ αἰεὶ διαχρεω-
9 μένους τῷπερ νῦν. ἀποδεικνῦσι δὲ ἐν Μυλάσοισι
Διὸς Καρίου ἱρὸν ἀρχαῖον, τοῦ Μυσοῖσι μὲν καὶ

---

vices humerosque sinistris alligata habentes. Ad verbum περικείμενοι suppl. τὰς ἀσπίδας, ut bene praecipit Matthiae Gr. Gr. §. 424, 2 pag. 781. Nam quaevis emendatio hic supervacua est.

μετὰ δὲ, τοὺς Κᾶρας χρόνῳ ὕστερον πολλῷ κ. τ. λ.] Sensus loci non obscurus, modo recte distinxeris, ita ut post μετὰ δὲ ponatur comma. Nam Herodotus vult postea (postquam scilicet Minoi subditi essent facti Cares) et quidem longo post tempore Cares a Doribus Ionibusque insulis illis, quas inde a Minois aetate adeoque iam antea tenuerant, pulsos esse, coactosque ut inde in terram Asiae continentem cederent. Dorum vero et Ionum migratio ea est, de qua antea exposuerat I, 142 seqq.

νομίζουσι αὐτοὶ ἑωυτοὺς εἶναι αὐτόχθονας ἠπειρώτας] De structura accusativi cum infinitivo, ubi nominativo potius locus erat, monuit Matth. Gr. Gr. §. 536 not. Conf. II, 2. Ad argumentum verbb. seqq. Larcherus annotat, probabile esse re vera Cares nullo alio unquam usos esse nomine, verum ab exteris potuisse dici Leleges, quum utriusque gentis homines in unum coaluerint.

ἀποδεικνῦσι δὲ ἐν Μυλάσοισι Διὸς Καρίου ἱρὸν ἀρχαῖον] Μυλάσοισι cum recentt. scripsimus tum binorum librorum ex auctoritate tum Strabonis e loco. Vulgo Μυλάσσοισι. De *Mylasa*, Cariae urbe satis amplâ ut videtur ornatâque, vid. Strabon. XIV p. 658 p. 973 seq. In illa templum fuit Iovis Carii, quem eundem atque Stratium (στράτιον) perhibet Aelianus de Nat. Animall. XII, 30. Rectius Strabo inter utrumque distinguit, varia utriusque dei templa commemorans et cum Herodoto egregie conspirans, lib. XIV p. 973, C. 974, A. Nam facit eo Herodotus quoque V, 119. Quamquam igitur hic distingui necesse est, ne dua templa unius quidem dei sed variis cognominibus ornati confundamus, tamen si altius inquirere velis,

Λυδοῖσι μέτεστι, ὡς κασιγνήτοισι ἐοῦσι τοῖσι Καρσί. τὸν γὰρ Λυδὸν καὶ τὸν Μυσὸν λέγουσι εἶναι Καρὸς ἀδελφεούς. τούτοισι μὲν δὴ μέτεστι· ὅσοι δὲ, ἐόντες ἄλλου ἔθνεος, ὁμόγλωσσοι τοῖσι Καρσὶ ἐγένοντο, τούτοισι δὲ οὐ μέτα.

172 *Οἱ δὲ Καύνιοι αὐτόχθονες, δοκέειν ἐμοὶ, εἰσί· αὐτοὶ μέντοι ἐκ Κρήτης φασὶ εἶναι. προσκεχωρήκασι δὲ γλῶσσαν μὲν πρὸς τὸ Καρικὸν ἔθνος, ἢ οἱ Κᾶρες πρὸς τὸ Καυ-*

Caunii quam originem habeant: eorum lingua Caricae affinis: mos compotandi, et Deos peregrinos expellendi.

---

vix notione ac significatione multum inter utrumque Iovem intererit. Namque constat Cares ut bellicosam gentem deos quoque armis indutos, militari ferme specie et cogitasse et repraesentasse; ita ut Iovem Cares simili modo, quo Iovem *στράτιον*, armis instructum, repraesentasse et coluisse crediderim. Plura qui discupiat, eum amandamus ad Creuzeri Symbolic. II pag. 493 sq. IV pag. 62 sq.

ὡς κασιγνήτοισι ἐοῦσι τοῖσι Καρσί] Conf. Strabonem XIV p. 976. — His verbis et sequentibus si nihil aliud, certe communem originem atque stirpem istarum gentium satis declarari putem; quare in Lydis atque Mysiis colonos Carum quaerunt, hanc ipsam ob causam sacrorum participes. Conf. Raoul-Rochette Histoire de l'établiss. I pag. 389 seq. Quae si vera sint aut certe veri speciem quandam praebeant, intelligitur, cur reliquos alienigenos, quamvis eandem linguam edentes excluserint. Pertinuisse enim isti videntur ad alias gentes indigenas, ante illorum colonorum adventum hanc terram tenentes, mox vero oppressas a colonis victoribus, quorum vel linguam ut victi adsciverint.

Cap. CLXXII.

οἱ δὲ Καύνιοι αὐτόχθονες κ. τ. λ.] Nec hic nec cap. 171 init. Mediceo parendum esse offerenti *Καυκωνίους* et *Καυκώνιοι*, satis docet tum reliquorum librorum consensus apud Herodotum, et his locis et I, 176, tum Strabonis auctoritas, eNostro haud dubie proficiscentis XIV p. 964, A s. pag. 652 Casaub. Namque Herodotus Cauconios utique ignoravit, nec Caucones idem novit, quos poeta nominat in Iliad. X, 429. — In verbis seqq. ad *δοκέειν ἐμοὶ* conf. Matth. Gr. Gr. pag. 1070.

προσκεχωρήκασι δὲ γλῶσσαν μὲν πρὸς τὸ Καρικὸν ἔθνος] i. e. *accesserunt, quod ad linguam attinet, ad Caricam nationem s. accommodarunt suam linguam ad Caricae nationis linguam.* — Iablonskio (Diss. de Lingua Lycaon. t. III p. 95 Opuscc.) scribere placuit: *πρὸς τὸ Καρικὸν ἦθος* (pro *ἔθνος*): *ad morem loquendi et consuetu-*

νικόν· τοῦτο γὰρ οὐκ ἔχω ἀτρεκέως διακρῖναι.
2 νόμοισι δὲ χρέωνται κεχωρισμένοισι πολλὸν τῶν τε
ἄλλων ἀνθρώπων καὶ Καρῶν. τοῖσι γὰρ κάλλιστόν
ἐστι κατ' ἡλικίην τε καὶ φιλότητα εἰλαδὸν συγγίνε-
σθαι ἐς πόσιν, καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξὶ καὶ παισί.
3 ἱδρυνθέντων δέ σφι ἱρῶν ξεινικῶν, μετέπειτα ὥς
σφι ἀπέδοξε, (ἔδοξε δὲ τοῖσι πατρίοισι μοῦνον χρᾶ-
σθαι θεοῖσι,) ἐνδύντες τὰ ὅπλα ἅπαντες Καύνιοι

---

dinem Caricam. Minus feliciter in hoc loco explicando versatur Heyne in Observv. ad Iliad. I, 117 pag. 51. Nam ipse Homerus (Il. II, 867) Cares dicit βαρβαροφώνους, quod quomodo sit accipiendum, disceptant veteres interpretes atque grammatici, quorum sententias retulit Heyne ad h. l. pag. 434 seq. Equidem propter Strabonis locum (XIV p. 977 seq.) βαρβαροφώνους eam ob caussam Cares a poeta dici putem, quod Graecum sermonem, quem adsciverant, aspere et corrupte retulerint, male dicentes et pronuntiantes. Multa eandem in rem disputat Iablonsk. l. l. p. 11 seq. 94 seq. satis constare arbitratus, Carum antiquiorum linguam, quamvis a Graecis quaedam assumserit, tamen propter id ipsum a Graeca dialecto discernendam. — In seqq. *κατ' ἡλικίην τε καὶ φιλότητα: secundum aetatem* atque *amicitiam.*

ἱδρυνθέντων δέ σφι ἱρῶν ξεινικῶν κ. τ. λ.] Sensus loci is fere est: „Cum olim peregrina sacra apud ipsos instituta essent, postea ubi hoc ipsis displicuit (placuit vero patriis tantum uti diis), omnes Caunii puberes, armis indutis, hastis aërem ferientes usque ad Calyndicos fines progressi sunt, dicentes se eiicere deos peregrinos. „Qui dii peregrini quales fuerint, aeque ignoramus atque patrios illorum deos, quos solos nunc colere constituerant, nisi eosdem, quos Cares venerabantur, Iovem potissimum, fuisse suspiceris. Atque in universum notandum est, in veterum religionibus sibi haud raro opponi deos *patrios*, quorum sacra a maioribus tradita, sive publica sive privata singulorum civium, et *deos peregrinos*, *externos*, adeoque *hospites*, quos scilicet aliunde adsciverant publiceque receperant. Eorum quoque in honorem instituta τὰ Θεοξένια, quae haud raro in Graecorum civitatibus occurrunt, ut notat Casaubon. ad Athen. IX p. 372, A (p. 88 t. V Animadvss. Schwgh.). Vid. Hemsterhus. ad Hesych. t. I p. 1694 ed. Albert.“ *Cr.* — ἡβηδὸν ad omnes *puberes s. iuvenes* spectat. Conf. not. nostram ad Plutarch. Alcibiad. pag. 165.

ἥβηδὸν, τύπτοντες δούρασι τὸν ἠέρα, μέχρι οὔρων τῶν Καλυνδικῶν ἕποντο, καὶ ἔφασαν ἐκβάλλειν τοὺς ξεινικοὺς θεούς. καὶ οὗτοι μὲν τρόποισι τοιούτοισι χρέωνται.

173 Οἱ δὲ Λύκιοι ἐκ Κρήτης τὠρχαῖον γεγόνασι. τὴν γὰρ Κρήτην εἶχον τὸ παλαιὸν πᾶσαν βάρβαροι. διενειχθέντων δὲ ἐν Κρήτῃ περὶ τῆς βασιληΐης τῶν Εὐρώπης παίδων, Σαρπηδόνος τε καὶ Μίνω, ὡς ἐπεκράτησε τῇ στάσει Μίνως, ἐξήλασε αὐτόν τε Σαρπηδόνα καὶ τοὺς στασιώτας αὐ- 2τοῦ· οἱ δὲ ἀπωσθέντες, ἀπίκοντο τῆς Ἀσίης ἐς γῆν τὴν Μιλυάδα· τὴν γὰρ νῦν Λύκιοι νέμονται, αὕτη 8τὸ παλαιὸν ἦν Μιλυάς· οἱ δὲ Μιλύαι τότε Σόλυμοι

Lycios e Creta in Asiam profectos, ductu Sarpedonis a Minoe fratre pulsi, Milyadem terram a Solymis habitatam occupasse, veteri nomine Termilas, novo dictos a Lyco Pandionis filio: eorum genealogia ex matribus.

μέχρι οὔρων τῶν Καλυνδικῶν] οὔρων ab οὖρος *finis*, nec ab ὄρος *mons*; quod si esset (nec aliter prave redderunt priores interpretes), scribendum foret, iudice Valckenario, οὐρέων, ut I, 110. II, 28, alibi. Sed οὔρων (ab οὖρος) IV, 99. 125. Simile quoddam de Segestanis matronis virginibusque Dianam ex urbe exportantibus et usque ad agri fines prosequentibus narrat Cicero in Verr. IV, 35. Alia huius generis praeterea laudavit Valckenarius. *Calynda* urbs in Lyciae atque Cariae finibus ad mare sita erat, unde modo Lyciae modo Cariae adscribitur. Conf. Strabon. XIV p. 963, B ibique Casaub. Plin. H. N. V, 28.

Cap. CLXXIII.

τὴν γὰρ Κρήτην εἶχον τὸ παλαιὸν πᾶσαν βάρβαροι] De insulae Cretae incolis antiquissimis vid. Diod. Sicul. V, 64. 80. Primitus enim fuisse Eteocretas s. indigenas, quorum rex fuerit Cres, multarum rerum utilium inventor. His multo post Pelasgos supervenisse, insulae partem quandam, ubi appulerant, obtinentes. Tertios immigrasse Dores, Tectamo Dori filio duce. Et arcessisse quartum hominum genus, quod e promiscuis undique barbaris in Cretam confluxerit, eandemque linguam, qua reliqui Cretenses uterentur, assumserit. Asterium, porro narrant, Tectami filium, Europam in matrimonium duxisse filiosque, a Iove ante susceptos, adoptasse, Minoem, Rhadamanthum atque Sarpedonem. Qui Minos avus est eius Minois, quem post maris imperium obtinuisse scimus. Conf. Diodor. Sic. IV, 60. Sunt quoque ad Cretensium res notandi Herodoti loci VII, 169—171 incl.

αὕτη τὸ παλαιὸν ἦν Μιλυάς· οἱ δὲ Μιλύαι τότε Σόλυ-

ἐκαλέοντο. τέως μὲν δὴ αὐτῶν Σαρπηδὼν ἦρχε· οἱ
δὲ ἐκαλέοντο, τό περ τε ἠνείκαντο οὔνομα, καὶ
νῦν ἔτι καλέονται ὑπὸ τῶν περιοίκων οἱ Λύκιοι,
4 Τερμίλαι. ὡς δὲ ἐξ Ἀθηνέων Λύκος ὁ Πανδίονος, 82
ἐξελασθεὶς καὶ οὗτος ὑπὸ τοῦ ἀδελφεοῦ Αἰγέως,
ἀπίκετο ἐς τοὺς Τερμίλας παρὰ Σαρπηδόνα, οὕτω
δὴ κατὰ τοῦ Λύκου τὴν ἐπωνυμίην Λύκιοι ἀνὰ
5 χρόνον ἐκλήθησαν. νόμοισι δὲ, τὰ μὲν Κρητικοῖσι
τὰ δὲ Καρικοῖσι χρέωνται. ἓν δὲ τόδε ἴδιον νενομί-
κασι, καὶ οὐδαμοῖσι ἄλλοισι συμφέρονται ἀνθρώ-
πων· καλέουσι ἀπὸ τῶν μητέρων ἑωυτοὺς, καὶ οὐκὶ

μοι ἐκαλέοντο] Eadem Strabo ex Herodoti auctoritate XII pag. 858 s. pag. 573 ed. Casaub. Ac bene tenendum vel postera aetate *Milyadis* nomen, olim universae Lyciae tributum, de una quadam Lyciae interiore parte dici, cuius fines accuratius indicat Strabo XIII in fine. Hoc sensu accipiendum apud Arrianum Exped. Alex. I, 24. Polyb. V, 73. 77. Hinc verba: οἱ δὲ Μιλύαι τότε Σόλυμοι ἐκαλέοντο, malim sic interpretari: „*Ii qui nunc Milyae dicuntur*, *tum* (cum sc. omnis terra Lycia diceretur Milyas) *Solymi vocabantur*.“ Hosce Milyas nominat Noster VII, 77. Iam planum erit τότε spectare ad τὸ παλαιὸν nec ullo modo mutandum esse. — In seqq. scripsimus αὐτῶν pro αὐτέων; quod recurrit in fine capitis.

καὶ νῦν ἔτι καλέονται ὑπὸ τῶν περιοίκων οἱ Λύκιοι, Τερμίλαι] Et classicus Nostri locus VII, 92 eiusdem argumenti: Λύκιοι δὲ Τερμίλαι ἐκαλέοντο ἐκ Κρήτης γεγονότες· ἐπὶ δὲ Λύκου τοῦ Πανδίονος, ἀνδρὸς Ἀθηναίου ἔσχον τὴν ἐπωνυμίην. Add. Siebelis. ad Pausan. I, 19 §. 4. — In seqq. dedimus ἐξελασθεὶς ut I, 168. — ἀνὰ χρόνον est *temporis successu s. decursu*, i. e. *post*. Nam ἀνὰ hic quoque temporis continuati notionem retinere, non dubium. Conf. Fischerum ad Weller. III, a pag. 163. Ex Herodoto conf. II, 151. V, 27. VII, 10.

ἓν δὲ τόδε ἴδιον νενομίκασι, καὶ οὐδαμοῖσι ἄλλοισι συμφέρονται ἀνθρώπων] De verbo νομίζειν cf. not. ad I, 131. Consuetudo ea natos secundum matris nomen appellandi Xanthiis, Lyciorum genti, a Plutarcho tribuitur (Opp. II p. 248, D, ubi consul. Wyttenbach. Animadverss. II pag. 9), ipsisque Lyciis a Nicolao Damasceno (pag. 148 ed. Orell., ubi cf. nott. pag. 229). *Cr.* praeterea confert Orell. in Suppll. ad Nicol. pag. 75. Alias antiquita-

6 ἀπὸ τῶν πατέρων. εἰρομένου δὲ ἑτέρου τὸν πλησίον, τίς εἴη, καταλέξει ἑωυτὸν μητρόθεν, καὶ τῆς
7 μητρὸς ἀνανεμέεται τὰς μητέρας. καὶ ἢν μέν γε γυνὴ ἀστὴ δούλῳ συνοικήσῃ, γενναῖα τὰ τέκνα νενόμισται· ἢν δὲ ἀνὴρ ἀστὸς, καὶ ὁ πρῶτος αὐτῶν, γυναῖκα ξείνην ἢ παλλακὴν ἔχῃ, ἄτιμα τὰ τέκνα γίνεται.

174 Caria subacta: irritus Cnidiorum conatus isthmi perfodiendi.

Οἱ μέν νυν Κᾶρες οὐδὲν λαμπρὸν ἔργον ἀποδεξάμενοι, ἐδουλώθησαν ὑπὸ Ἁρπάγου· οὔτε αὐτοὶ οἱ Κᾶρες ἀποδεξάμενοι οὐδὲν, οὔτε ὅσοι Ἑλλήνων
2 ταύτην τὴν χώρην οἰκέουσι. οἰκέουσι δὲ καὶ ἄλλοι, καὶ Λακεδαιμονίων ἄποικοι Κνίδιοι, τῆς χώρης τῆς σφετέρης τετραμμένης ἐς πόντον, τὸ δὴ Τριόπιον
3 καλέεται. ἀργμένης δὲ ἐκ τῆς χερσονήσου τῆς Βυ-

---

tis nationes hunc morem secutas esse, mihi non liquet. Advertit tamen, quod C. O. Müller. (Etruscc. I pag. 403 seq.) attulit e sepulcralibus Etruscorum inscriptionibus, in quibus multo crebrius matris commemoratur nomen, quam patris. Quod ille ad praecipuum quendam apud Etruscos honorem feminarum refert. Quae Larcherus ad Herodoti locum adscripsit de origine istius moris, malumus silentio praeterire. — In futuro καταλέξει inest significatio eius, quod fieri solet. Tu conf. Matth. Gr. Gr. §. 502, 3. — Pro ἀνανεμέεται haud opus legere ἀναμνέεται (i. e. *commemorat*), ut volebat H. Stephanus. Nam ἀνανέμεσθαι, explicante Suidâ, idem valet atque καταλέγειν, recensere, *enumerare*.

Cap. CLXXIV.

καὶ Λακεδαιμονίων ἄποικοι Κνίδιοι] Heraclidae duce Hippota Cnidum olim condidisse feruntur, e Peloponneso huc profecti. Cui famae etiam fidem addere existimant Veneris cultum in Cnidiorum urbe, quae vix alia sit atque Cytherea Venus, a Laconum colonis huc advecta. Conf. Diodor. Sicul. V, 9. 53. C. O. Müller.: die Dorer, I p. 123 seq. coll. Raoul-Rochette Hist. de l'établ. d. colon. Grecq. III p. 8 seq. 72.

τὸ δὴ Τριόπιον καλέεται] i. e. „quae quidem regio (sive *promontorium*) appellatur Triopium." Conf. supra I, 144.

ἀργμένης δὲ ἐκ τῆς χερσονήσου τῆς Βυβασσίης] Libri *Βυβλησίης*, quod nihili est. Receperunt inde editores, quod

βασσίης, ἐούσης τε πάσης τῆς Κνιδίης, πλὴν ὀλίγης, περιῤῥόου· (τὰ μὲν γὰρ αὐτῆς πρὸς βορῆν ἄνεμον, ὁ Κεραμεικὸς κόλπος ἀπέργει· τὰ δὲ πρὸς νότον, ἡ κατὰ Σύμην τε καὶ Ῥόδον θάλασσα·) τὸ ὦν δὴ ὀλίγον τοῦτο, ἐὸν ὅσον τε ἐπὶ πέντε στάδια, ὤρυσσον οἱ Κνίδιοι, ἐν ὅσῳ Ἅρπαγος τὴν Ἰωνίην κατεστρέφετο, βουλόμενοι νῆσον τὴν χώρην ποιῆσαι. ἐντὸς δὲ πᾶσά σφι ἐγένετο· τῇ γὰρ ἡ Κνιδίη

Is. Vossius coniecerat ad Pompon. Mel. I, 16, 10 *Βυβασσίης*. Conf. Diodor. Sic. V, 62 ibiq. Wesseling. Plin. H. N. V, 28 et Ovid. Metamorph. IX, 642. Sensum loci recte intellexisse videtur Larcherus, cum ita verba iungi vellet: *τῆς Βυβασσίης ἀργμένης ἐκ τῆς Χερσονήσου*: i. e. *cum Bubassus regio a Chersoneso inciperet*; inde extra Chersonesum sita erat, quae ipsa tota ad Cnidiorum ditionem pertinebat et, si ab una eaque exigua parte discesseris (scil. eà, quà cum terrà continenti coniuncta erat), circum circa ferme mari erat cincta. Ibi igitur, ubi Chersonesus, quae tota Cnidiorum erat, desiit, incipiebat in terra continenti Bubassus ibique etiam isthmum perfodere instituerunt Cnidii. A septentrione Chersonesum istam alluit sinus Ceramicus, qui nunc dicitur Golfo di Castel Marmora; vetere appellatione probabiliter deducta ab urbe Ceramo, quae ad illum fuit exstructa; meridiem versus mare, quod iuxta Symen et Rhodum est, Chersonesum circumdat.

τὰ μὲν γὰρ αὐτῆς κ. τ. λ.] *αὐτῆς* scil. *χερσονήσου*, quod prave olim litera initiali maiori erát scriptum. — *ἀπέργει* cum Gaisf. dedi pro *ἀπείργει*, addicentibus tribus libris. Confer I, 72.

ἡ κατὰ Σύμην τε καὶ Ῥόδον θάλασσα] *Syme* insula meridiem versus a Cnidia ditione sita, nec ipsa valde remota a terra continenti, inter Chium et Rhodum insulam. Hodie dicitur *Symo* s. *Symio*. Tu vid. Wass. ad Thucydid. VIII, 41 et Poppo ad Thucydid. I, 2 pag. 471.

ὤρυσσον] id est: *perfodere constituerunt*; ubi in imperfecto voluntatis atque conatus significatio inest. Conf. I, 68 ibiq. not.

ἐντὸς δὲ πᾶσά σφι ἐγένετο] Ad *ἐντὸς* supple *τοῦ ἰσθμοῦ*, et ad *πᾶσα* intellige *χώρη ἡ Κνιδίη*. „*Omnis Cnidiorum ditio intra isthmum illum erat* (qui scil. peninsulam terrae continenti iungebat); *ita ut ibi terminaretur, ubi isthmus ille terraque Asiae continens inciperet.*“ Haec si teneas, vix ulla opus emendatione; nam certatim viri do-

χώρῃ ἐς τὴν ἤπειρον τελευτᾷ, ταύτῃ ὁ ἰσθμός ἐστι
5 τὸν ὤρυσσον. καὶ δὴ πολλῇ χειρὶ ἐργαζομένων τῶν Κνιδίων· μᾶλλον γάρ τι καὶ θειότερον ἐφαίνοντο τιτρώσκεσθαι οἱ ἐργαζόμενοι τοῦ οἰκότος τά τε ἄλλα τοῦ σώματος, καὶ μάλιστα τὰ περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς, θραυομένης τῆς πέτρης· ἔπεμπον ἐς Δελφοὺς
6 θεοπρόπους ἐπερησομένους τὸ ἀντίξοον. ἡ δὲ Πυ- 83
θίη σφι, ὡς αὐτοὶ Κνίδιοι λέγουσι, χρᾷ ἐν τριμέτρῳ τόνῳ τάδε·

Ἰσθμὸν δὲ μὴ πυργοῦτε, μηδ' ὀρύσσετε·
Ζεὺς γάρ κ' ἔθηκε νῆσον, εἴ κ' ἐβούλετο.

7 Κνίδιοι μὲν, ταῦτα τῆς Πυθίης χρησάσης, τοῦ τε ὀρύγματος ἐπαύσαντο· καὶ Ἁρπάγῳ, ἐπιόντι σὺν τῷ στρατῷ, ἀμαχητὶ σφεας αὐτοὺς παρέδοσαν.

---

cti in loco, qui interpretatione illustrandus, non coniectura mutandus erat, emendationes proposuerunt; in quibus recensendis eo minus immorari lubeat, quo magis istae ad unum omnes supervacuae videantur. Plura vid. in nott. Valckenarii, Wesselingii et Schweigh. ad h. l.

μᾶλλον γάρ τι καὶ θειότερον ἐφαίνοντο κ. τ. λ.] Hoc quoque loco enunciationem causalem per particulam γὰρ praemissam invenimus, et eam, quâ effectus notatur (ἔπεμπον κ. τ. λ.), postpositam; de quo diximus ad I, 24. τιτρώσκεσθαι hoc loco omnino: *affici, laborare.* Sic τρᾶυμα *vulnus* pro *plaga*, *clade* supra I, 18. Nec aliena sunt, quae ad Plutarch. Alcibiad. pag. 215 citavi. — τοῦ οἰκότος cum comparativis praegressis iungendum: *magis quam consentaneum erat.*

θραυομένης τῆς πέτρης] i. e. „dum id ipsum saxum, quo isthmus constabat, quoque terrae continenti iuncta erat peninsula illa s. Cnidiorum ditio, perfringebatur Cnidiorum manibus.“ — τὸ ἀντίξοον est *id, quod ipsis adversaretur*, a quo latente (ipsos) tanta mala (ipsis) infligerentur opus facientibus. Ἀντίξοος *contrarius*, *adversarius* frequens Nostro: I, 218. IV, 129. VI, 7. VII, 49. 150. 192. VIII, 119.

εἴ κ' ἐβούλετο] κε contra vulgarem usum hic protasi additum iure notat Matthiae Gr. Gr. §. 508 not. 1, ubi vid. Plura citat Schaeferus in Melett. critt. p. 51. Steger. Praefat. ad Herodot. pag. X scribi vult εἴ γ' ἐβούλετο, comparans II, 43.

175 Ἦσαν δὲ Πηδασέες οἰκοῦντες ὑπὲρ Ἁλικαρνησσοῦ 95 μεσόγαιαν· τοῖσι ὅκως τι μέλλοι ἀνεπιτήδεον ἔσεσθαι, αὐτοῖσί τε καὶ τοῖσι περιοίκοισι, ἡ ἱερείη
2 τῆς Ἀθηναίης πώγωνα μέγαν ἴσχει. τρίς σφι τοῦτο ἐγένετο. οὗτοι τῶν περὶ Καρίην ἀνδρῶν μοῦνοί τε ἀντέσχον χρόνον Ἁρπάγῳ, καὶ πρήγματα παρέσχον πλεῖστα, ὄρος τειχίσαντες, τῷ οὔνομά ἐστι Λίδη.
176 3 Πηδασέες μέν νυν χρόνῳ ἐξαιρέθησαν. Λύκιοι δὲ, 1 ὡς ἐς τὸ Ξάνθιον πεδίον ἤλασε ὁ Ἅρπαγος τὸν

Pedasensium virtus: Minervae sacerdos in adversis eorum barbata.

Xanthus Lyciae urbs, postquam incolae flammis omnia consum-

Cap. CLXXV.

ἦσαν δὲ Πηδασέες οἰκοῦντες ὑπὲρ Ἁλικαρνησσοῦ μεσόγαιαν] Male vulgo Ἁλικαρνασσοῦ. Nos secuti sumus Gaisfordium. Ad argumentum conf. VIII, 104, ubi idem, quod hoc loco, de sacerdote Minervae narratur; sed *bis* tantum istud accidisse ibi legimus; id quod ex hoc loco corrigendum censuit Casaubon. ad Strabon. XIII p. 909 pag. 611 ed. Casaub., qui idem scriptor haec citat Herodoti verba.

τοῖσί ὅκως τι μέλλοι ἀνεπιτήδεον ἔσεσθαι] ἀνεπιτήδεον videtur scripsisse pro more Graecorum rem gravem leniori designans nomine atque mitiori. Sic ἀπεπιτήδεον i. e. *importunum*, *incommodum* dixit de *malo gravi publice imminenti*. Infra VIII, 104 scripsit χαλεπόν. — αὐτοῖσί τε καὶ τοῖσι περιοίκοισι: *et ipsis* (Pedasensibus) *et ipsorum accolis*; hinc nulla emendandi causa.

πώγωνα μέγαν ἴσχει] ἴσχει (ἔχει) hic idem fere atque παρέχει: *praebet*, *accipit*. — „De barba huius sacerdotis, quâ res futurae portendantur, loquitur etiam Aristoteles Hist. Animal. III, 11.“ Cr.

ἀντέσχον χρόνον] χρόνον est *diu* (i. e. per aliquod tempus) explicante Matthiae in Gr. Gr. §. 425, 2, b. Sed χρόνῳ, quod in fine cap. exstat, est: *tandem*. Conf. supra ad I, 68. 84. — De monte *Lide*, cuius proxime mentio fit, tacent scriptores veteres, qui ad nos pervenerunt. Apud unum Ptolemaeum V, 3 oppidum Cariae inveniri Λίδδαι monet Wesselingius, sed idem addit, varie scribi istud nomen, et *Clyde* et Χύδαι.

Cap. CLXXVI.

ἐς τὸ Ξάνθιον πεδίον] *Xanthus* Lyciae est urbs, Strabone auctore septuaginta stadia distans a mari; in quo quidem refragatur Plinius Hist. Nat. V, 27. Strabonis locus exstat XIV p. 981, B. C. Iuxta Xanthus fluvius, in cuius ripa sinistra sita fuit urbs, ut intelligitur ex

siccent, et ipsi pugnando perirent, item Caunus modo eodem expugnata.

στρατὸν, ὑπεξιόντες, καὶ μαχόμενοι ὀλίγοι πρὸς
πολλοὺς, ἀρετὰς ἀπεδείκνυντο· ἑσσωθέντες δὲ, καὶ
κατειληθέντες ἐς τὸ ἄστυ, συνήλισαν ἐς τὴν ἀκρό-
πολιν τάς τε γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα καὶ τὰ χρήμα-
τα καὶ τοὺς οἰκέτας· καὶ ἔπειτα ὑπῆψαν τὴν ἀκρό-
2 πολιν πᾶσαν ταύτην καίεσθαι. ταῦτα δὲ ποιήσαν-
τες καὶ συνομόσαντες ὅρκους δεινοὺς, ὑπεξελθόντες
3 ἀπέθανον πάντες Ξάνθιοι μαχόμενοι. τῶν δὲ νῦν
Λυκίων φαμένων Ξανθίων εἶναι, οἱ πολλοὶ, πλὴν
ὀγδώκοντα ἱστιέων, εἰσὶ ἐπήλυδες· αἱ δὲ ὀγδώκον-
τα ἱστίαι αὗται ἔτυχον τηνικαῦτα ἐκδημέουσαι, καὶ
4 οὕτω περιεγένοντο. τὴν μὲν δὴ Ξάνθον οὕτως ἔσχε
5 ὁ Ἅρπαγος. παραπλησίως δὲ καὶ τὴν Καῦνον ἔσχε.
καὶ γὰρ οἱ Καύνιοι τοὺς Λυκίους ἐμιμήσαντο τὰ
πλέω.

177 Cyrus Asiam domat superiorem.

Τὰ μὲν νυν κάτω τῆς Ἀσίης Ἅρπαγος ἀνάστατα

Arrian. Expedit. Alexandr. I, 24.

καὶ κατειληθέντες ἐς τὸ ἄστυ, συνήλισαν κ. τ. λ.] Ad *κατειληθέντες* conf. I, 24. 80. — *συνήλισαν* (*congregarunt*) recte meliores libri. Male olim nonnulli *συνείλησαν*. Ad rem ipsam conf. Appian. Bell. Civil. IV, 80 (tom. II pag. 633 ed. Schweigh.), qui ter Xanthios scribit tam illustre exemplum in tuenda libertate edidisse, primum istud, quod narrat Herodotus, alterum Alexandri Magni tempore, tertium, cum a Bruto Romanisque obsiderentur; de quo eodem testis est Plutarchus in Brut. pag. 998, D coll. Philon. Quod omnis Prob. Lib. pag. 883.

καὶ ἔπειτα ὑπῆψαν — καίεσθαι] Infinitivi abundantis fere usum observat Matth. Gr. Gr. §. 535, c not. 1. Equidem locum sic explicem: „*ac deinde ignem subiecerunt s. accenderunt, ita ut tota arx flammis absumeretur.*" Ubi iam nihil abundare videtur.

τῶν δὲ νῦν Λυκίων φαμένων Ξανθίων εἶναι] De Genitivo *Ξανθίων*, qui infinitivo additur, monuit Matth. §. 536 pag. 1053. Et conf. quoque I, 51. — In seqq. *ἱστίαι* sunt (*aedes, domus*) *familiae*. Conf. V, 40. VI, 86.

Cap. CLXXVII.

τὰ μὲν νυν κάτω τῆς Ἀσίης Ἅρπαγος κ. τ. λ.] *τὰ κάτω τῆς Ἀσίης* s. inferiorem Asiae partem dicit eam, quae vulgo *Asia*

ἐποίεε· τὰ δὲ ἄνω αὐτῆς αὐτὸς Κῦρος, πᾶν ἔθνος 2καταστρεφόμενος, καὶ οὐδὲν παριείς. τὰ μέν νυν αὐτῶν πλέω παρήσομεν· τὰ δέ οἱ παρέσχε πόνον τε πλεῖστον, καὶ ἀξιαπηγητότατά ἐστι, τούτων ἐπιμνήσομαι.

178 Κῦρος ἐπεί τε τὰ πάντα τῆς ἠπείρου ὑποχείρια 2ἐποιήσατο, Ἀσσυρίοισι ἐπετίθετο. Τῆς δὲ Ἀσσυρίης ἐστὶ τὰ μέν κου καὶ ἄλλα πολίσματα μεγάλα πολλά· τὸ δὲ ὀνομαστότατον καὶ ἰσχυρότατον, καὶ ἔνθα σφι, Νίνου ἀναστάτου γενομένης, τὰ βασιλήϊα κατεστήκεε, ἦν

Babylonis magnitudo, pulcritudo, fossa, murus.

---

minor appellatur et Halye flumine a reliqua Asia orientem versus disiungitur. Iam quae trans Halyn sita est Asia, eam dicit τὰ ἄνω, superioris Asiae regiones. Vid. ad I, 72 monita. Atque hac in expeditione Cyrum et Sacas et Bactrios sibi subegisse nec magno negotio, suspicatur Rennel. in Geograph. Herodot. pag. 515 ed. vernacul. Conf. Herodot. I, 153 et quae ibi adscripsimus. — Mox cum Gaisf. αὐτῶν pro αὐτέων. — *Assyriam* in seqq. sensu latiori dici, iam supra ad I, 102 attigimus.

Cap. CLXXVIII.

Νίνου ἀναστάτου γενομένης] Articulum τῆς ante *Νίνου* ex uno libro olim additum, cum ignorent reliqui libri, cum recentt. eiecimus. Ad argumentum tu conf. supra I, 106, ubi de Nino a Medis duce Cyaxare obsessà et expugnata. Add. Diodor. Sicul. II, 7, qui idem cap. 3 de urbe hac pluribus disputat.

ἦν Βαβυλών] Sequitur iam multis celebrata illa Babylonis et urbis et regionis descriptio, in qua illud principio lectores tenere velimus, Herodotum ipsum illam urbem adiisse singulaque perlustrasse, quae hic nobis describit. Hinc illi minime audiendi sunt, qui Assyriam sive Babyloniam nostrum scriptorem invisisse aut negarunt aut certe in dubium vocarunt, cum ea, quae cap. 181—183. 193 — 200 de his enarrant, satis indicent virum, qui eas terras ipse peragraverit intentisque oculis et auribus accurate omnia observarit. Sic I, 183 de statua Iovis disserens addit: *ἐγὼ μέν μιν οὐκ εἶδον.* Vid. Heyse Quaestt. Herodott. p. 99. Heeren. Ideen I, 2 pag. 159 seq., qui bene adnotat Herodotum non ea tantum, quae ipse viderit, referre, verum etiam alia quaedam, quae cum ipsius aetate non amplius existerent (ut v. c. moenia a Dario iam eversa), ab aliis accepta eum retulisse probabile fuerit. E ve-

3 Βαβυλών· ἐοῦσα τοιαύτη δή τις. πόλις κεῖται

teribus scriptoribus Ctesias potissimum de Babylone retulit, ex quo desumta sunt, quae apud Diodorum Siculum legimus I, 7 (Ctes. Fragmm. p. 397 seq.) in nonnullis copiosiora quidem Herodoteis. Atque Ctesias, ut Herodotus, tum quae ipse viderat, tum quae aliis accepta referebat, memoriae prodiderat. Reliqui scriptores, qui Babylonis urbis faciunt mentionem, alterutrum horum secuti esse videntur. Nec recentiori aetate defuere, qui locum urbis olim amplissimae investigantes ruderaque invisentes perlustrantesque accuratiora de his edocere veterumque auctorum descriptiones vel confirmare vel refellere conarentur. In quibus praeter Niebuhrium alios laudat Rennel. pag. 546 ed. vernac. Sed Angli praecipue homines tanto cum studio atque industria in haec inquisiverunt, ut iam certius de his nunc statuere possimus; *Rich.*, qui Brittanicarum rerum procurator in urbe Bagdad, pluries invisit rudera, quae Babylonis esse feruntur, binisque scriptionibus inventa sua publici fecit iuris*); *Ker-Porter.*, qui septem post annis in iisdem regionibus ruderibusque perlustrandis accuratissime versatus, ita de his disseruit, ut facile omnium consensu eos, qui ante ipsum has regiones inviserant ac descripserant, vicisse perhibeatur. Quem cum iure ducem assumserit Heeren., l. l. pag. 158 seq., nos quoque eum in singulis Herodoteae narrationis verbis illustrandis ducem sequamur necesse est. Hic in universum monitos velimus lectores ex eodem Heerenio (l. l. pag. 175); quae veteres scriptores, inprimis Herodotus, de loco et ambitu Babylonis veteris tradiderint, ea, quoad ex ruderibus adhuc exstantibus colligi potest, maxime videri probabilia optimeque confirmari et situ et magnitudine ruinarum, quas isti peregrinatores perquisiverunt. Nec omnino talia a re ipsa abhorrere, monstrant ea, quae de urbe haud minoris ambitus atque magnitudinis apud Sinas exstructâ recentioris aetatis peregrinator Marko Polo, haud dubiae fidei vir, narrat perquam similia iis, quae de Babylone pater historiae retulit. Vid. Heeren. l. l. p. 192 seq. His addo "recentissimi peregrinatoris disquisitionem de ambitu moenium Babylonicorum ipsiusque urbis, "Buckinghami Itinerar. in Mesopotam. Berolin. 1828 cap. XXIII pag. 492 seqq. „Add. Drummond. in the classical Iournal Vol. XVI p. 149 seq., ubi de auctoritate huius descriptionis Babyloniorum urbis etc. disputatur; et Hirt., die Geschichte der Baukunst bey d. Alten I p. 134 seqq.“ Cr. Mo-

*) Conf. Fundgruben des Orients III, 2 p. 129 seqq. 3 pag. 197 seqq. IV, 1 p. 86 coll. Classical Iourn. Vol. XII p. 287 seqq.

ἐν πεδίῳ μεγάλῳ, μέγαθος ἐοῦσα μέτωπον ἕκαστον εἴκοσι καὶ ἑκατὸν σταδίων, ἐούσης τετραγώνου· οὗτοι στάδιοι τῆς περιόδου τῆς πόλιος 84

---

nuit etiam de Babylone ex recentiorum, quos supra nominavi, itinerariis Van der Chys in Commentar. Geogr. in Arrian. (Exped. Alexandr. III, 16) pag. 63 seqq.

ἐοῦσα τοιαύτη δή τις] Sic cum Schweigh. distinximus, uti iam libri nonnulli manu scripti indicabant. Vulgo enim male his addunt vocem πόλις, quam melius utique sequentibus innxeris.

κέεται ἐν πεδίῳ μεγάλῳ] Quae quidem verissima esse nemo nunc dubitat, ubi de situ Babylonis illorum peregrinatorum studiis accuratiora sumus edocti. Qui in eo fere consentiunt, ut rudera, quae meridiem versus ab urbe Bagdad duodecim milliaria geographica proficiscenti ad vicum *Hilla*, qui nunc dicitur, compareant, ampla ac dispersa in utraque fluminis ripa, ad Babylonem veterem pertineant. Est quidem planities longe lateque patens, olim cultissima, nunc rudis et inculta, ita tamen ut manifesta vestigia appareant, olim eandem cultissimam fuisse. Descripserunt illam in singulis praeter alios *Rich.* et *Porter.*, indeque Ritter. in Erdkunde II p. 144. Heeren. Ideen I, 2 p. 161 seqq.

οὗτοι στάδιοι τῆς περιόδου κ. τ. λ.] In ambitu Babyloniae urbis definiendo moeniumque mensuris veteres admodum dissentiunt. Herodotum secuti videntur Plinius H. N. VI, 26, Philostrat. Vit. Apoll. I, 25, Orosius II, 6. Sed Ctesias *trecenta sexaginta* tantum ponit stadia; quem multi posterae aetatis scriptores sunt secuti. Cf. Strabo XVI pag. 1072, B, ubi a librariis peccatum esse volunt, cum CCCLXV stadiorum numerus esset ponendus. Reliqua excitavi ad Ctesiae fragmenta pag. 401 seq. coll. pag. 396 seq., ubi etiam recentioris aetatis viros indicavi doctos, qui diversas veterum sententias secum conciliare studuerint. Sunt qui ex mensurae diversitate diversum quoque stadiorum numerum explicari posse credant, cum Ctesiae stadia Herodoteis fuerint maiora indeque etiam numero pauciora, quamvis unam eandemque urbis amplitudinem declarantia. Herodotum enim (ita post alios statuit vir doctus in Recherch. nouvell. sur l'hist. ancien. III p. 56 seq.) loqui de stadiis Chaldaicis, Ctesiam de Assyriis, quorum tria aequent Chaldaica quatuor; ut quadringenta octoginta Chaldaica re vera non differant trecentis sexaginta Assyriis. Sed Rennelio (l. l. pag. 534) Ctesiae et Clitarchi potior in hisce videtur auctoritas, quoniam ipsi Babylonem inviserint ipseque numerus stadiorum ab illis indicatus, cum dierum anni numero mire

γίνονται συνάπαντες ὀγδώκοντα καὶ τετρακόσιοι. 30
4 τὸ μέν νυν μέγαθος τοσοῦτόν ἐστι τοῦ ἄστεος τοῦ Βαβυλωνίου. ἐκεκόσμητο δὲ ὡς οὐδὲν ἄλλο πόλισμα
5 τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. τάφρος μὲν πρῶτά μιν βαθέα τε καὶ εὐρέα καὶ πλέη ὕδατος περιθέει· μετὰ δὲ, τεῖ-

---

conveniat; qualia re vera a veteribus in exstruendis aedificiis, urbibus haud neglecta fuisse nemo nescit. Conf. I, 189. 190. Haec si vera sunt, urbis ambitus aequabit *novem fere* milliaria geographica, monente Wurm. de pondd. ratt. p. 112. Quod ne cui nimium et ab omni vero abhorrens videatur, is cogitet velim omnino modum, quo apud orientis gentes urbes et exstrui et habitari soleant. Ex imperatorum castris nomadumque sedibus iam firmis in victarum gentium terris oriuntur urbes amplissimae, nostris tamen urbibus dissimillimae in aedium exstruendarum more multoque spatio inter singulas aedes interiecto. Unde minor quoque incolarum multitudo pro tanto urbis ambitu. Forma urbis plerumque quadrangula, qualem hodieque Sinensium urbes quaedam repraesentant. Plura Rennel. l. l. pag. 535 seq. Heeren. Ideen etc. p. 155 seq. et Buckingham. l. l. pag. 514 seq.

τάφρος — βαθέα τε καὶ εὐρέα κ. τ. λ.] De his adiectivorum in foeminino formis εα pro εια ex Ionum more, consulatur Matth. Gr. Gr. pag. 54. 241. — In numeris, qui sequuntur, itidem variant scriptores iidem ferme, quos modo in magnitudine urbis *definienda* dissentientes reperimus. Vid. tabulam, quam post Larcherum (in annotat. ad h. l.) ipse dedi in fragmm. Ctesiann. pag. 403 ibiq. laud. Orelli ad Philon. Byz. §. 5 pag. 114 coll. 112. Altitudinem moenium Ctesias l. l., qui praeter alios hic consulendus et cum Nostro comparandus est, fuisse perhibet quinquaginta ὀργυιάς; qui numerus apprime conveniret cum Herodoti mensurâ, si πῆχυς communis apud hunc foret intelligendus. Nam ὀργυιαὶ quinquaginta efficiunt pedes trecentos, et πήχεις ducenti pedes totidem, cum ὀργυιὰ vulgo sex pedum sit, πῆχυς unius et alterius dimidiati. Cf. Ukert. Geograph. d. Griech. und Röm. I, 2 pag. 75. Quae cum ita sint, Ctesiam volunt sua ab Herodoto desumsisse ita tamen, ut cubitos Herodoti regios non satis attenderit, sed eosdem communes ad orgyiarum mensuram revocarit. De quo equidem nolim discernere, quamquam vix credibile est eum, qui Herodotum refellendum et corrigendum sibi sumserat, quique meliora de his utique ipse edoceri potuerat, ex hoc scriptore sua hausisse vel negligen-

χος πεντήκοντα μὲν πηχέων βασιληΐων ἐὸν τὸ εὖρος, ὕψος δὲ, διηκοσίων πηχέων. ὁ δὲ βασιλήϊος πῆχυς τοῦ μετρίου ἐστὶ πήχεος μέζων τρισὶ δακτύ-
179 λοισι. Δεῖ δή με πρὸς τούτοισι ἐπιφράσαι, ἵνα τε ἐκ τῆς τάφρου ἡ γῆ ἀναισιμώθη, καὶ τὸ τεῖχος ὅν-
2 τινα τρόπον ἐργάστο. ὀρύσσοντες ἅμα τὴν τάφρον, ἐπλίνθευον τὴν γῆν τὴν ἐκ τοῦ ὀρύγματος ἐκφερο-

Fossae munitio: muri forma: portae centum aereae: bitumen pro calce adhibitum.

---

ter adeo hunc descripsisse. Hoc addo, quinquaginta orgyias ad nostram mensuram redactas efficere propemodum trecentos pedes Rhenanos; accuratiora qui velit, adeat Ukertum l. l. Quae moenium altitudo utique maior, si Herodoteas mensuras praetuleris Ctesianis; ita ut trecenti triginta sex pedes et quod excurrit exiguum, existant. Utut est, non tantum certe dissensum istum esse, quam de quo tantopere clament viri docti, equidem sane exploratum habeo, neque altitudinem muri, quam trecentorum pedum fuisse Herodotus dicit, ipsam videri incredibilem, si vel cum aliis Aegypti molibus ipsisque reliquis Babylonicae urbis monumentis comparetur, expresse monet Buckingham. l. l. p. 504. In latitudine muri indicanda, Herodotum idem putat mensuram ab imo fundo aestimasse, cum Curtius atque Strabo, qui triginta duo sumant pedes, medium murum dimensi esse videantur.

Cap. CLXXIX.

ἵνα τε ἐκ τῆς τάφρου ἡ γῆ ἀναισιμώθη] ἵνα hic τοπικόν esse nemo nescit, sive accipias *ubi* sive *quonam* i. e. *quem in usum*; de quo disputat Schweighaeus. in Lex. Herod. s. v. — ἀναισιμοῦν eodem *insumendi* significatu I, 179. IV, 35. coll. I, 72. II, 11. 31. 125 etc. Confer praeterea Zonar. pag. 206.

ἐπλίνθευον τὴν γῆν τὴν ἐκ τοῦ ὀρύγματος ἐκφερομένην] Articulum τὴν post γῆν e libris bonis cum recentt. adscivimus. — In planitie tanta, qualis est Babylonica, defuerunt utique lapides, ad exstruenda aedificia apti, qui non nisi e regionibus septentrionalibus secundum Euphratem fluvium advehi poterant. Sed huic incommodo vel inopiae egregie ipsa natura prospexit; lapidum enim loco illic invenitur optima terra lateraria, quâ vel tosta sub sole, vel cocte in caminis lateres tam solidi firmique conficiuntur, ut hodieque eorum rudera supersint, inscriptionibus integris adeo repleta. Id quod recentiores peregrinatores satis probarunt. Conf. Heeren. I, 2 pag. 147 coll. Münter. l. l. pag. 121 sqq. 126. Quare ne mireris talem materiam aedibus struendis et

μένην· ἑλκύσαντες δὲ πλίνθους ἱκανὰς, ὤπτησαν
3 αὐτὰς ἐν καμίνοισι. μετὰ δὲ, τέλματι χρεώμενοι ἀσφάλτῳ θερμῇ, καὶ διὰ τριήκοντα δόμων πλίνθου ταρσοὺς καλάμων διαστοιβάζοντες, ἔδειμαν πρῶτα

---

aptissimam et naturâ ipsa quasi editam; hoc forsan magis mirum videri queat, Babyloniis lateribus, qui characteribus literarum insignes crebro adhuc inveniuntur, similes reperiri in hypogaeis Thebaicis et ipsos literis insignes. Monuit Cr. ex Iomard. in Descript. de l'Egypt. antiqq. Vol. II p. 368. De aliis fictilibus Babyloniorum operibus idem laudat Paciaudi in Monumm. Peloponn. II, 39 et de inscriptionibus laterum, Münter. Antiquar. Abhandll. p. 127 seqq. 135.

ἑλκύσαντες δὲ πλίνθους] ἑλκύειν πλίνθους aequat fere Latinorum: *ducere lateres*, Nostrates: *Ziegel streichen.* Nec differunt πλινθουλκὸς, πλινθουλκεῖν; quae e Polluc. Onomast. VII, 163 laudat Wesselingius, alia quaedam addens e Latinis scriptoribus. Infra II, 136 est πλίνθους εἴρυσαν, eodem sensu, quocum comparat Wesseling. Nahum. III, 14.

τέλματι χρεώμενοι ἀσφάλτῳ θερμῇ] i. e. luti s. calcis loco, quâ singula coniungi et compingi solent, utebantur asphalto calida s. bitumine calido. Namque regio ista cum calce careat, bitumine, quod frequentissimum illic hodieque invenitur, uti potuerunt et re vera usi sunt. Praeterea ligno ac truncis, quibus ad aedificia struenda opus est, cum aeque careat ista regio planissima, arundinum crates illorum loco stipabant inter laterum ordines, quo eodem ducebat regio arundinum feracissima. Unde satis patet, universam hanc struendi consuetudinem cum terrae ipsius indole ita convenire, ut aliud quidpiam locum habere non potuerit, nec mirum sit hodieque ex ruderibus aedium Babylonicarum dispersis cognosci posse, quam vere de his tradiderit historiae pater. Cf. Heeren. l. l. p. 147. 148 coll. 187 seq. Ritter. Erdkunde II pag. 148. — *De asphalto* qui egerint, eos citavit Creuzerus ad Bekkeri Specim. Philostrat. pag. 83 not.

καὶ διὰ τριήκοντα δόμων πλίνθου ταρσοὺς καλάμων διαστοιβάζοντες] „Simplex verbum στοιβάζειν Scholiast. Lucian. in Catapl. t. III p. 179 ed. Bipont. exponit πυκάζειν, περιβάλλειν, στεγάζειν, σκιάζειν.“ Cr. Ad δόμων notat Grammat. Graecus in Bekkeri Anecdd. I p. 89, 8: δόμων· οὐκ ἐπὶ τῆς οἰκίας, ἀλλ' ἐφ' οὗ ἡ συνήθεια τάττει· Ἡρόδοτος πρώτῳ καὶ δευτέρῳ (II, 127). Inde δόμος πλίνθου est, explicante Wyttenbachio in selectt. historr. pag. 353, *ordo laterum s. una linea singulorum laterum deinceps iuxta se invicem positorum*, ut in simili

μὲν τῆς τάφρου τὰ χείλεα· δεύτερα δὲ, αὐτὸ τὸ
4 τεῖχος τὸν αὐτὸν τρόπον. ἐπάνω δὲ τοῦ τείχεος

---

re II, 127. Idem tamen vir doctus aliquid desiderat ad narrationis perspicuitatem et singularum partium intelligentiam, praesertim in illo τριήκοντα, tum quod nulla mentio fiat materiae, praeter bitumen, inter pauciores aut singulos laterum ordines interiectae. Ac sanequam mirum videri potest, *tricesimo cuique laterum ordini* tantum, nec vero singulis ordinibus aut certe compluribus crates arundineas interpositas esse. Quare Salmasius ac post eum Wesselingius locum ita accipi malunt, ut *triginta imis laterum ordinibus* crates istae interpositae fuerint. Sed vereor, ut ipsa Graeca verba, qualia nunc leguntur, talem interpretationem admittant; nec ullus mihi certe innotuit locus, ubi διὰ cum genitivo tale quid exprimere potuerit. — ταρσοὺς καλάμων dicit *texta*, *crates arundineas*, non *alas arundinum*, quemadmodum olim reddiderant. Graeci explicant πλέγματα; cf. Gregor. Corinth. de dial. Ionic. §. 107 ibiq. interpr. et Thucydid. II, 76, ne alia afferam. Ad rem ipsam admonet Schweighaeuserus in Tavernerii Itinerario l. II cp. 7 inveniri similem muri veteris descriptionem, in quo interserta fuerint inter laterum ordines strata arundinea. Nos; nolumus repetere, quod modo ex Heerenio adscripsimus, eadem omnia, quae de moenium exstruendorum ratione scribit Herodotus, ruinis adhuc superstitibus optime confirmari, illasque crates arundineas laterum ordinibus intersertas integras nunc quoque conspici optime servatas, ut ante breve tantum tempus intersertas eas esse existimes. Invenerunt Beauchamp, Niebuhrius, de la Valle, alii, has crates arundineas lateribus insertas, sed altero quoque aut etiam sexto, septimo et octavo in ordine. Quibus testimoniis confisus, Rennelius existimat, in Herodoteo *triginta* laterum numero mendum subesse a librariis commissum. Conf. Geogr. Herodot. p. 559. Quare Steger. Praefatio ad Herodot. pag. X seq. voces διὰ τριήκοντα corrigi vult in δύο ἢ τριῶν κου; ubi δύο positum sit pro δυῶν, et genitivus pendeat a praepositione διὰ in verbo διαστοιβάζειν, κου vero esse *circiter*. Et qui nuperrime has regiones invisit monumentaque descripsit, Buckingham., confirmat priorum peregrinatorum narrationem de cratibus arundineis quinto aut sexto laterum ordini intersertis, causasque investigat, cur ita fecerint Babylonii. In numero laterum, quibus crates iniectae fuerint, facile mendum irrepere potuisse ipsi quoque probabile videtur. Conf. eius itinerar. in Mesopotamiam (Berolin. 1828) pag. 449. 505.

ἐπάνω δὲ τοῦ τείχεος παρὰ

παρὰ τὰ ἔσχατα, οἰκήματα μουνόκωλα ἔδειμαν, τετραμμένα ἐς ἄλληλα· τὸ μέσον δὲ τῶν οἰκημάτων
5 ἔλιπον τεθρίππῳ περιέλασιν. πύλαι δὲ ἐνεστᾶσι πέριξ τοῦ τείχεος ἑκατόν, χάλκεαι πᾶσαι· καὶ στα-
6 θμοί τε καὶ ὑπέρθυρα ὡσαύτως. ἔστι δὲ ἄλλη πόλις ἀπέχουσα ὀκτὼ ἡμερέων ὁδὸν ἀπὸ Βαβυλῶνος·

τὰ ἔσχατα] i. e. super muro ad ipsas eius extremas partes s. in extremis eius partibus, in utraque muri orâ.

οἰκήματα μουνόκωλα ἔδειμαν, τετραμμένα ἐς ἄλληλα] Sequimur in his explicandis Wyttenbachium l. l. p. 354 interpretantem; *aedificia unius membri, unius conclavis, quorum facies* (i. e. anteriores partes) *adversae sunt*, i. e. *ad se invicem conversae.* Sic olim *οἰκήματα μουνόκωλα* iam acceperat Gronovius, nec aliter fere Larcherus *turres unius conclavis* intelligens; a quo non valde abhorrent Laurentius Valla atque Aemilius Portus, quibus sunt *domunculae unius contignationis.* Quoniam vero *κῶλον* vulgo *latus* significet, Schweighaeuserus mavult intelligi *domunculas unum continuum latus, unam continuam superficiem offerentes*, id est, *contiguas et uno tenore continuatas.* Quod mihi non persuasit. Italus interpres expressit: *casipole d'una sola faccia*, idque propter II, 126, ubi *κῶλον* eodem modo inveniatur, tuetur contra eorum interpretationem, qui de uno conclavi cogitant. „Piuttosto," haec sunt eius verba, „qui lo storico accenna ch' esse non contenevano nessun cortile e non avevano che una facciata."

τὸ μέσον δὲ τῶν οἰκημάτων — περιέλασιν] Ex eodem Tavernerii itinerario (II, 8) hic adscribit Schweigh., in ea regione, ubi olim Babylon urbs steterit, muri reliquias conspici ea crassitudine, ut sex vehiculis una fronte currentibus spatium fuerit, lateres praeterea igne coctos denorum esse pedum in longitudinem et latitudinem, trium pedum altitudine.

πύλαι δὲ ἐνεστᾶσι — χαλκέαι πᾶσαι] Affert Iesaiae locum XLV, 2 Larcherus, ubi itidem aeneae portae memorentur. Nam Eustathius, qui eadem refert, Herodotum exscripsisse videtur (ad Dionys. Perieget. vs. 1005, ad Homer. Il. IX p. 758, 15). — *σταθμοὶ* in seqq. sunt *postes portae*, auctore Polluce Onomast. I §. 76 et Hesych. s. v. *ὑπέρθυρα* superiora portae limina, *superliminaria*, ut dicit Wyttenbachius (selectt. historicc. p. 354), quia sunt limina superiora, id est, transversa pars, quae duos postes superne iungit, limini opposita.

Ἶς οὔνομα αὐτῇ. ἔνθα ἐστὶ ποταμὸς οὐ μέγας· Ἶς καὶ τῷ ποταμῷ τὸ οὔνομα· ἐσβάλλει δὲ οὗτος ἐς
7 τὸν Εὐφρήτην ποταμὸν τὸ ῥέεθρον. οὗτος ὦν ὁ 55
Ἶς ποταμὸς, ἅμα τῷ ὕδατι θρόμβους ἀσφάλτου ἀναδιδοῖ πολλούς· ἔνθεν ἡ ἄσφαλτος ἐς τὸ ἐν Βα-
180 βυλῶνι τεῖχος ἐκομίσθη. Τετείχιστο μέν νυν ἡ Βαβυλὼν τρόπῳ τοιῷδε. ἔστι δὲ δύο φάρσεα τῆς πόλιος· τὸ γὰρ μέσον αὐτῆς ποταμὸς διέργει, τῷ οὔ-

Euphrates urbem interfluens: urbis domus et viae.

Ἶς οὔνομα αὐτῇ] Vix dubium esse potest, ab Herodoto eam indicari urbem, cui nunc nomen est *Hit*, ubi adhuc fontes isti fervidi ac fumantes conspici dicuntur, ipsaque fama, si penes Herbelot. fides, servata est, hoc bitumine Babylonem olim fuisse exstructam. Conf. Ritter. Erdkunde II pag. 148. Rennel. l. l. pag. 552 et Heeren. Ideen I, 2 pag. 148, qui bene addit, hosce fontes non unicos in illis regionibus esse, verum praeter alios in Tigri frequentes inveniri. De ipso fluvio, qui dicitur *Is*, nemo veterum recentiorumque quidquam dixit. Quae enim ex Etymologo atque Eustathio laudat Wesselingius, nil adiuvant nec aliunde nisi ex ipso Herodoto deprompta videntur. Nostra aetate urbis nonnulli mentionem fecere, fluvii nemo, ut de eo dubitare possis, nisi nunc forsan exsiccatum fuisse fluvium tibi persuadere velis. Sed haec minime tanta sunt, ut Herodoto fidem denegare possint, bene notante Breigero in Geograph. Herodot. Specim. pag. 54 seq., ubi multa de hoc fluvio quaerit; praesertim si quae supra ex Heerenii atque Ritteri libris adscripsimus, recentissimis peregrinatoribus comprobata sunt. — θρόμβοι ἀσφάλτου sunt *grumi bituminis* in ipso fluvio inter eius undas editi, quales adhuc in istis regionibus haud raro cernuntur.

Cap. CLXXX.

τετείχιστο μέν νυν ἡ Βαβυλὼν τρόπῳ τοιῷδε] Vulgo ἐτετείχιστο, quam scripturam auctoritate Schellershemiani libri reiecimus, ut paulo post διείργει, cuius loco ex eodem libro nunc receptum διέργει. De augmento reduplicato plusquamperfecti neglecto conf. I, 94 fin. — τρόπῳ τοιῷδε hic ad antecedentia spectat, cum alias ad ea, quae sequuntur, referatur. Conf. Matth. Gr. Gr. pag. 871.

τὸ γὰρ μέσον αὐτῆς ποταμὸς διέργει κ.τ.λ.] Haec, multum olim disceptata aut in dubium vocata, nunc pro veris habenda esse monet Heeren. l. l. pag. 177 recentiorum peregrinatorum libros secutus, qui in utraque fluvii ripâ urbem si-

οὔνομά ἐστι Εὐφρήτης. ῥέει δὲ ἐξ Ἀρμενίων, ἐὼν μέ- 85
γας, καὶ βαθὺς, καὶ ταχύς· ἐξίει δὲ οὗτος ἐς τὴν 60
8 Ἐρυθρὴν θάλασσαν. τὸ ὦν δὴ τεῖχος ἑκάτερον
τοὺς ἀγκῶνας ἐς τὸν ποταμὸν ἐλήλαται. τὸ δὲ ἀπὸ

---

tam contendunt ruderibusque adhuc inventis confirmant. Quae in occidentali fluvii ripâ fuerit urbis pars, eam utique maiorem fuisse videri et antiquiorem; orientalem minorem ac recentioris forsan aetatis. Praeterea nec Euphratem multum ab eo cursu, quem olim tenuerit, descivisse alioque se flexisse videri.

ῥέει δὲ ἐξ Ἀρμενίων κ.τ.λ.] Eodem fere modo supra I, 72 de Halye: — *ῥέει ἐξ Ἀρμενίου οὔρεος*. Ad rem ipsam quod attinet, vera Nostrum retulisse minime negant, verum minus accurate illum dixisse contendunt, minusque definite; id quod Herodoto eas regiones, ubi Euphratis sunt fontes, non visenti facile ignoscamus, praesertim cum Strabonem habeamus accuratius Euphratis fontes cursumque enarrantem XI p. 792, A. Ac re vera ex illa fluvius provenit regione, quam Armeniam vocarunt veteres, vicinam Cappadociae, prope urbem, quae nunc dicitur Erzerum s. Arzerum, in eiusdem nominis provincia. Conf. Breiger. de difficil. Geogr. Herodot. pag. 39 seqq. pluribus in ea ipsa inquirentem, coll. Rennel. pag. 505. Szabo Descript. Persic. imper. (Heidelberg. 1810) pag. 38 seq.

ἐξίει δὲ οὗτος ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν] Rubrum mare, quô alias non solum *sinus* Arabicus, sed totum quod vocamus Indicum mare unà cum sinu Arabico Persicoque designatur (conf. nott. ad I, 1), hic de uno sinu Persico intelligere licet, qui apud Herodotum non alia appellatione occurrit. Unde coniecturam ducit Heyse (in Quaestt. Herodott. 104) in hoc sinu non navigasse Herodotum, neque omnino Indici maris oram accuratius perspectam habuisse. Confer de his quoque Rennel. l. l. p. 463. Breiger. l. l. pag. 11 seq. et supra ad I, 1 adnotata. — De forma *ἐξίει* conf. supra ad I, 6.

τὸ ὦν δὴ τεῖχος ἑκάτερον τοὺς ἀγκῶνας ἐς τὸν ποταμὸν ἐλήλαται] i. e. murus utrimque (i. e. ab utraque fluvii ripa) brachia habet ad fluvium deducta s. muri brachia tum in orientali tum in occidentali urbis parte ad fluvium, qui urbem dividit, pertinent. „Quod sequitur *τὸ ἀπὸ τούτου*, intelligo de eo spatio, quod ripa fluvii inde ab uno muri brachio usque ad alterum obtinet. Ubi enim muri brachia fluvium attingunt, inde inflexam dicit procedere utrinque (i. e. iuxta utramque fluvii ripam) maceriam ex coctilibus lateribus, quae utrique

τούτου, αἱ ἐπικαμπαὶ παρὰ χεῖλος ἑκάτερον τοῦ
4 ποταμοῦ, αἱμασιὴ πλίνθων ὀπτέων παρατείνει. το δὲ ἄστυ αὐτὸ, ἐὸν πλῆρες οἰκιέων τριορόφων τε

---

fluvii labio praetendatur, dum ille urbem perfluat."

αἱ ἐπικαμπαὶ — παρατείνει] Loci structura utique impeditior, sensus ipse vix dubius. Absolute enim posita videntur verba *τὸ ἀπὸ τούτου, αἱ ἐπικαμπαὶ*, aut certe ita, ut verbum, quod illa excipere debebat, mox neglectum, eique substantivo, quod per epexegesin, ut Grammatici vocant, iunctum est priori (*αἱ ἐπικαμπαὶ*), adstructum sit. Namque verba *αἱ ἐπικαμπαὶ παρὰ χεῖλος ἑκάτερον τοῦ ποταμοῦ* accuratius declarant spatium, quod ante omnino indicatum erat verbis *τὸ ἀπὸ τούτου*, quodque ipsum fuisse addit maceriam, quae labio fluminis utrique praetendatur. Nam *παρατείνει* hic absolute s. neutraliter accipiendum. — Ad *αἱμασιὴ* conf. II, 138 et VI, 134 fin. coll. Pausan. VII, 21 §. 5. De *senticetis* intelligit Homer. in Odyss. XVIII, 358, ubi vid. Eustath. p. 676 supr., monente Cr., qui addit Apollon. Lex. Hom. p. 69. 70 ed. Toll. Ad Herodotum magis facit Grammatic. in Bekkeri Anecdd. I pag. 336, 6: *Αἱμασιά· τὸ ἐκ χαλίκων ᾠκοδομημένον τειχίον· κυρίως δὲ τοῖς ἠκανθωμένοις λέγεται φραγμοῖς ἤ τινες ἄρκ. ον* (sic.) *καὶ οἱ Ἴωνες οὕτω χρῶνται· δηλοῖ δὲ Ἡρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ· φαύλως δὲ οἱ πολλοὶ τὸ χωρίον αὐτὸ τὸ ὑπὸ αἱμασιῶν περιεχόμενον αἱμασιὰν καλοῦσιν.* Atque ante haec evulgata iam Winckelmann. Opp. I p. 360 ed. Dresd. monuerat, haud fuisse videri moenia, ex integris lateribus superstructis parata, sed qualia a Romanis post condita fuerint, lateribus scilicet extrinsecus quasi cortice circumdata, introrsum vero lapidibus, silicibus, calce, id genus aliis repleta. In munimentis *αἱμασιὰ* occurrit ubi est *agger e lapidibus factus*, *Steinwall*, *Steindamm*. Vid. Orelli ad Aeneam Tactic. cap. 2 pag. 127. — Caeterum ipsas huius molis ruinas secundum flumen invenisse sibi videntur recentiores peregrinatores, Rich. et Buckingham., cuius vid. Itinerar. in Mesopotam. (Berolin. 1828) pag. 484 seqq.

τὸ δὲ ἄστυ αὐτὸ, ἐὸν πλῆρες οἰκιέων τριορόφων τε καὶ τετρωρόφων] *τριορόφων* (pro vlg. *τριωρόφων*) cum Schwgh. recepimus e Schellershemiano codice. Probare tamen videtur vulgarem formam a Cr. laudatus Schaeferus ad Dionys. Halic. de composit. verbb. p. 203, laudans Eustath. ad Homer. Il. p. 640, 1 (499, 10), *ὑπερῴους, πολυστέγους, πολυωρόφους* proferentem. Intelligit autem Herodotus aedes trium et quatuor tabulatorum, amplas igitur altasque.

καὶ τετρωρόφων, κατατέτμηται τὰς ὁδοὺς ἰθείας, τάς τε ἄλλας, καὶ τὰς ἐπικαρσίας τὰς ἐπὶ τὸν πο-
5ταμὸν ἐχούσας. κατὰ δὴ ὦν ἑκάστην ὁδὸν ἐν τῇ αἱμασιῇ τῇ παρὰ τὸν ποταμὸν πυλίδες ἐπῆσαν, ὅσαι περ αἱ λαῦραι, τοσαῦται ἀριθμόν. ἦσαν δὲ καὶ αὗται χάλκεαι, φέρουσαι καὶ αὐταὶ ἐς αὐτὸν τὸν πο-

---

κατατέτμηται τὰς ὁδοὺς ἰθείας] Schweigh. explicat: κατατετμημένας ἔχει τὰς ὁδούς; melius opinor Matth. Gr. Gr. pag. 564: ὥστε ἰθείας εἶναι, monens quoque de articuli in his et vi et loco, quem occupat. In verbis proxime sequentibus, voculam τὰς ante ἐπικαρσίας deletam vult Valckenarius, ut sensus is fere inde enascatur: *in vias urbem divisam fuisse, ceteras quidem rectas, sed transversas, quae ad flumen ferebant.* Nec tamen his paruit Schweighaeuserus, optime loci sensum indicans, et ante eum Schaeferus ad Greg. Corinth. p. 564. Est enim haec Herodoti sententia: *per urbem ductas esse vias rectas s. ad lineam sectas, tam reliquas* (τὰς ἄλλας) *quam transversas* (τὰς ἐπικαρσίας), *quae ad flumen tendebant.* Omnes igitur vias, quotquot per urbem ductae fuerunt, *rectas* fuisse vult sive ad lineam sectas. — Ad ἐχούσας, cuius loco edd. vett. ἀγούσας, conf. I, 191.

πυλίδες ἐπῆσαν] ἐπῆσαν dabant libri, quibus iure recentt. editt. sunt obsecuti. Vulgo ἐπῄεσαν, quod Werferus in Actt. philologg. Monacc. I p. 104 mutatum voluit in ἐπήεσαν, quamquam, ut bene notat Schweigh., huiusmodi forma in plurali vix occurrit. Infra VII, 176 eodem modo πύλαι ἐπῆσαν. Λαῦραι quae deinceps appellantur, non aliae atque ὁδοὶ quas ante vocaverat, *vias s. plateas urbis.* *Cr.* confert Eustathium ad Odyss. XXII pag. 777, ad Iliad. pag. 1108. Schweighaeus. ad Athen. XII, 57 p. 540. Animadverss. t. VI p. 469 ed. Schwgh. Add. Gregor. Corinth. p. 505 ibiq. Koen. et Bast. „Boissonadius ad Aristaenet. p. 359 e glossa codicis affert: Λαύρας· τὰς πλατείας ῥύμας. Contra Coraes (ad Plut. Crass. vol. III p. 429) ex Eustathio atque Hesychio λαῦραν exponit στενωπὸν ἢ ῥύμην στενήν, minime vero πλατεῖαν ῥύμην. Ac denique Psellus Epist. XXVI (in Seebod. et Friedemann. Miscell. II, 4 p. 620) scribit: τῆς δὲ λαύρας τῶν κελλίων δοθείσης μοι, ubi conf. not.“ *Cr.*

ἦσαν δὲ καὶ αὗται χάλκεαι] Et eas portulas aeneas esse dicit, quemadmodum illas, quas in muri exteriori ambitu ex aere factas memoraverat I, 179. Addit, *et ipsas has portulas* (ut vias singulas) *ad hunc ipsum fluvium ducere.* In quo quod offenderit Werferum l. l. I p. 83,

181 ταμόν. Τοῦτο μὲν δὴ τὸ τεῖχος θώρηξ ἐστί. ἕτερον
δὲ ἔσωθεν τεῖχος περιθέει, οὐ πολλῷ τέῳ ἀσθενέ-
2στερον τοῦ ἑτέρου τείχεος, στεινότερον δέ. Ἐν δὲ
φάρσεϊ ἑκατέρῳ τῆς πόλιος τετείχιστο ἐν μέσῳ· ἐν

Murus interior: aedes regiae: Iovis Beli templum.

---

ut verba καὶ αὗται delenda censeret, equidem non satis perspicio. Sunt illa addita maiori quadam cum vi, ad faciliorem loci intelligentiam atque perspicuitatem. Haud quidem nego, illis remotis, locum intelligi posse, verum idem contendo, Herodotum ea pro more suo addidisse sive repetiisse ad meliorem descriptionis suae intelligentiam, ne ullum dubium legenti relinqueretur.

Cap. CLXXXI.

τοῦτο μὲν δὴ τὸ τεῖχος θώρηξ ἐστί] Intelligit murum exteriorem, de quo I, 179, sive munimentum istud exterius, quod urbem adversus hostium impetus extrinsecus tueretur. Hunc murum maiorem θ ώ ρ η- κ α vocat, ut qui urbem eo modo, quo lorica hominem tueatur atque obtegat. Sic recte exponit Schweigh. in Lex. Herodot. Italus interpres Nostrum loqui censet „con più ardita figura.“

οὐ πολλῷ τ έ ῳ ἀσθενέστερον] De τέῳ et forma (pro τινι) et usu conf. Matth. Gr. Gr. pag. 284. 911.

τετείχιστο ἐν μέσῳ· ἐν τῷ ἤιεν τὰ βασιλήϊα κ. τ. λ.] Secuti sumus in his Schweigh. et Gaisf., qui librorum vetustorum lectionem restituerunt. Gronovius correxerat ἐν τῷ μ ὲ ν τὰ β., cui adstipulatur Wesselingius ad Diodor. II, 8 provocans. Koenius maluerat ἐν τῷ μ ὲ ν ἑ ν ὶ, quod responderet verbis sequentibus ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ. Sed magis placuit iis, qui post Herodotum edidere, Gronovii emendatio, quam impugnavit Schweigh. vulgatae lectioni patrocinans, in quâ merito, formam ἤιεν Homericam omnes libri, uno excepto, qui offert εἶεν, exhibeat, ut infra I, 196. Ac necessarium docet Schwgh. esse verbum praeteriti temporis ἦν s. ἤιεν, propter verba, quae opponuntur: ἐς ἐμὲ τοῦτο ἔτι ἐόν. Nec particulam μὲν aegre quis desiderabit, quae quidem commode addi poterat, nec minus bene omitti. Nuper quidem exstitit Struve (Specim. Quaest. Herodot. p. 37 not.), qui Gronovii lectionem unam probam indicat, quippe quam ipsa periodi conformatio et usus non Herodoti solum sed omnium omnino scriptorum postulet. Ac praeterea ἤιεν s. ἤιε soloecum esse pronuntiat, itemque ἔην. Verbum τετείχιστο (nam ita, ut I, 180 init. edidimus pro ἐτετείχιστο) impersonaliter erit accipiendum: *munitum erat* s. *munitiones exstructae erant* s. *aedificia munita.* Ad dativos πε-

τῷ ἦεν τὰ βασιλήϊα, περιβόλῳ μεγάλῳ τε καὶ ἰσχυρῷ· ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ, Διὸς Βήλου ἱρὸν χαλκόπυλον,

ριβόλῳ μεγ. τε καὶ ἰσχυρῷ cum Schweigh. suppleo τετειχισμένα sc. τὰ βασίλεια, ut sensus sit: *in altera quidem* (parte) *regia aula* (sc. exstructa erat) *vasto circuitu validoque.* Gaisfordius repetere mavult e superioribus ipsum τετείχιστο indeque sic locum interpretatur: *in utraque urbis regione munimenta exstructa erant: in ea scilicet, in qua regia aula, munimentum erat vastum validumque.* Quae interpretatio mihi quidem ab Herodoti sensu aberrare videtur, cum Herodotus de uno tantum aedificio regio vasti et validi circuitus loquatur, illam vero interpretationem si sequaris, bina distingui debeant, et ipsum munimentum, et regia aula, utrumque in una eademque urbis regione exstructum. Disputat quoque de hoc loco censor in Ephem. Ienenss. 1817 nr. 165 pag. 383, cui praecipue placet Gronovii emendatio voculae ἦεν in μέν.

ἐν τῷ ἦεν τὰ βασιλήϊα] Plerumque Diodoro auctore l. l. has aedes regias in occidentali urbis parte fuisse statuunt indeque colligunt, Beli templum in altera parte, quae orientalis est, positum olim fuisse. Quam sententiam vel Rennelius tuetur, pag. 542 seqq., impugnatam posthac a Portero, quem sequitur Heeren., alia quoque addens argumenta (Ideen I, 2 p. 177 seqq.) atque Münter.: die Relig. d. Babylon. pag. 48 seqq., ubi de templi forma, ornatu ac fatis ipsis plura narrantur. Quod enim Diodorus scribit, id ita explicandum vult Heeren., *fuisse quidem in occidentali urbis parte aulam regiam, eamque veterem videri a Semiramide exstructam ante Chaldaeorum aetatem, qui alteram arcem regiam mox in altera i. e. orientali, urbis parte exstruxerint, cuius etiam hodieque maiora et ampliora supersint rudera quam alterius arcis antiquioris in occidentali parte exstructae.* Haec si perpendas, statues, Herodotum hic de ea regia aula loqui, quae posteriori aetate structa esse videatur in orientali parte, quam etiam priori vastiorem et ampliorem fuisse, vix dubitare licet. Huius palatii rudera in colle, cui nunc nomen *Mudschellibe* inveniri, contendit recentissimus peregrinator Buckingham. in itinerar. Mesopotam. (Berolin. 1828) p. 477 coll. 472 seqq. 483, cum olim prave in hoc colle Beli arcem posuissent.

Διὸς Βήλου ἱρὸν χαλκόπυλον] Est utique *Baal* s. *Bel* notum deorum multorum per Asiam cognomen, quo nihil ferme aliud nisi *dominum* exprimi vulgo statuunt. Tu vide de hoc deorum genere Creuzerum in Symbolic. II pag. 85 seqq. 88 seqq. Iam Herodotus quo Graeci, quibus scribebat, intel-

καὶ ἐς ἐμὲ τοῦτο ἔτι ἐὸν, δύο σταδίων πάντῃ, ἐὸν

ligerent, qualis hoc cognomine deus ex ipsorum notione significaretur, addidit Διός. Nam *Bel* summo loco inter deos a Babyloniis habitus est, nec alio quam quo Ζεύς apud Graecos et *Iuppiter* apud Romanos; ut nil mirum, Graecos Romanosve scriptores his nominibus Babylonium nomen interpretari. Nolo ipsos afferre locos, ne acta agam post accuratam Gesenii disputationem in Commentarr. ad Iesai. vol. II p. 335 seqq. coll. Münter. l. l. pag. 18. 19. Ad sidera Gesenius Belum refert illumque planetam Iovis vel deum in eo habitantem fuisse e pluribus sacrae scripturae locis minime dubium esse censet. Qui idem Belus summus deus unà cum Venere omnium bonorum princeps atque auctor habitus summàque reverentia cultus. Inde amplissimum ac splendidissimum templum tanto numine profecto dignum, quale Herodotus h. l., Diodorus, II, 10 coll. Strab. XVI p. 738 s. p. 1073 describunt. Plura praesertim Diodorus addit, quae in Herodoteis haud leguntur, explicita ab Gesenio l. l. p. 356. Praeter Gesenium de Belo disputarunt Berthold. ad Daniel. I, 2 pag. 180 seq. Hammer. in Wiener Jahrbüch. X pag. 239 not. 1, ac nuper admodum Münterus in libro de Babyloniorum religione (Kopenhag. 1827) pag. 16. Qui haud scio an merito Gesenio obloquatur, Belum vel Solem ipsum vel certe Solis genium esse, indeque demum pro summo deo coelique domino cultum contendens, id quod vix in eum, qui Iovis tantum planeta sit habitus, conferri potuerit. Itaque in Belo Babyloniorum antiquissimo astronomiae minus quam cosmogoniae ut aiunt, rationem habendam esse per totum orientem vulgatae, qua primigeniam quandam naturae vim dupliciter divisam cogitaverint, et gignentem s. naturantem et suscipientem s. naturatam. Illam pro Sole coelique domino habitam Belique nomine cultum hinc inter numina primum locum obtinuisse, hanc pro Lunâ eandemque coeli reginam habitam et cultam. Sed de ea infra ad I, 199. Hinc pro *Sole*, summo deo Bel accipit Palmblad. de reb. Babyll. pag. 42 seq. Beli vero templum non aliud fuisse atque Nimrodi arcem indeque etiam in occidentali urbis parte, quae prior sanequam fuit atque vetustior, collocatum, persuasit nobis Heerenius, Porteri Angli peregrinatoris argumentis ipse ductus. Monstrant enim hoc ruinae, quae hodieque supersunt testimoniumque edunt omnibus aliis maius atque firmius. Conveniunt mensurae et longitudinis et latitudinis, quantum hoc ex ruinarum cumulo colligi potest; conspiciuntur adhuc tres turres ex octo turribus, quas Herodotus recenset, exstant adeo vestigia ambitus quadrati, quo templum istud py-

3 τετράγωνον. ἐν μέσῳ δὲ τοῦ ἱροῦ πύργος στερεὸς
οἰκοδόμηται, σταδίου καὶ τὸ μῆκος καὶ τὸ εὖρος·
καὶ ἐπὶ τούτῳ τῷ πύργῳ ἄλλος πύργος ἐπιβέβηκε,
καὶ ἕτερος μάλα ἐπὶ τούτῳ, μέχρις οὗ ὀκτὼ πύρ-
4 γων. ἀνάβασις δὲ ἐς αὐτοὺς ἔξωθεν κύκλῳ περὶ
5 πάντας τοὺς πύργους ἔχουσα πεποίηται. μεσοῦντι
δέ κου τῆς ἀναβάσιος, ἔστι καταγωγή τε καὶ θῶκοι
ἀμπαυστήριοι, ἐν τοῖσι κατίζοντες ἀμπαύονται οἱ
6 ἀναβαίνοντες. ἐν δὲ τῷ τελευταίῳ πύργῳ νηὸς ἔπε-
στι μέγας· ἐν δὲ τῷ νηῷ κλίνη μεγάλη κέεται εὖ

---

ramidale septum fuisse dicitur. Quodsi igitur Nimrodi arcem existimemus Beli templum, ad antiquissima Babylonis rudera pertinere haecce iure hinc nobis colligere videtur Heerenius (l. l. pag. 179). Nec quidquam impedit, quo minus hanc esse turrim existimemus post diluvium ab hominibus tunc nondum seiunctis exstructam, nec finitam summi numinis consilio. Quae probabiliter in occidentali parte sita fuit, cum inde orientem versus gentes profectas esse sacra scriptura doceat. Nec materia, quam ruinae adhuc ostendunt, alia atque ea, ex qua turrim confectam esse tradit sacra scriptura.

δύο σταδίων πάντη, ἐὸν τετράγωνον κ. τ. λ.] Quod ita intelligendum, ut quaquaversus duorum stadiorum fuerit templi ambitus. Quae sequuntur de templi turribus, his paria in aliis Indorum templis antiquissimis reperiri monet Münter. l. l. pag. 50.

μέχρις οὗ ὀκτὼ πύργων] *μέχρις οὗ* pro simplici *μέχρις* ponere solet Noster, ut II, 19. 53. 173. III, 104. In quibus locis, uno excepto, cum legatur *μέχρι οὗ*, hoc quoque loco ex Ionismo rectius forsan legi *μέχρι οὗ* viri docti statuunt. Nec tamen equidem in his constantem Herodotum mihi reperisse videor; ut nihil hoc loco mutare audeam. Caeterum de ipsa locutione conf. etiam Matthiae Gr. Gr. §. 480, b not. pag. 898.

μεσοῦντι δέ κου τῆς ἀναβάσιος] De dativi participiorum usu admonuit Matthiae Gr. Gr. pag. 711, quem eundem propter genitivum verbo *μεσοῦντι* adiectum consul. p. 668. „*θῶκοι* exponuntur Graecis *καθέδραι*; vid. Apollon. Lex. Homer. pag. 354 ed. Toll. Odyss. V, 3 ibiq. Eustath. ne plura.“ *Cr.* — In seqq. *νύκτα* accipiendum *noctu*, des Nachts, docente eodem Matth. l. l. p. 785. — De *ὅτι μὴ* conf. ad I, 18.

7 ἐστρωμένη, καὶ οἱ τράπεζα παρακέεται χρυσέη. ἄγαλμα δὲ οὐκ ἔνι οὐδὲν αὐτόθι ἐνιδρυμένον· οὐδὲ νύκτα οὐδεὶς ἐναυλίζεται ἀνθρώπων, ὅτι μὴ γυνὴ μούνη τῶν ἐπιχωρίων, τὴν ἂν ὁ θεὸς ἕληται ἐκ πασέων, ὡς λέγουσι οἱ Χαλδαῖοι, ἐόντες ἱρέες τού-

---

καὶ οἱ τράπεζα παρακέεται χρυσέη] Pluribus mensam hanc describit Diodorus Siculus II, 9. Iure autem hoc ad *lectisternia*, quae non solum Romanis Graecisve usitata, per Asiam quoque, testante sacra scriptura, inveniuntur communi veterum gentium ex superstitione, refert a *Cr.* laudatus Gesenius in Commentariis ad Iesai. t. II pag. 286 (coll. 283 seq.). 335. 346 testimoniisque sacrorum scriptorum firmat, qui in Beli cultu non semel memorant haec lectisternia ciborumque apparatus splendidos, Belo oblatos.

ὡς λέγουσι οἱ Χαλδαῖοι, ἐόντες ἱρέες τούτου τοῦ θεοῦ] De Chaldaeis dicere longum, si varias virorum doctorum de his sententias excutere velis. Nos, reliquis praetermissis, iis potissimum insistamus, quae nostra aetate viri doctissimi, Gesenius in Commentarr. ad Iesai. t. II pag. 349 seqq. Heeren. (Ideen I, 2 pag. 152 sqq. 194 sqq.), Ritterus (Erdkunde II p. 797 seqq.), alii, quos ad Ctesiam p. 140 seq. citavi, monuerunt. Iam quae Chaldaeorum origo, quae gentis prima sedes, unde profecta illa in Babylonem; haec et talia ut h. l. copiosius disseram, vix a me quisquam exspectabit. Quare in universum moneo, Chaldaeorum nomine proprie nomadum gentem designari in campis ab Araxe superiore irrigatis palantem; quae cum non alius atque Persicae stirpis primitus fuisse videatur, eodem quoque pacto credibile est, habuisse sacerdotum tribum quandam, qualem Magos ferme atque alios apud alias Asiae superioris nationes invenimus. Ut enim existimem, Chaldaeos, rudem atque incultam gentem, tum demum, cum sedibus prioribus in Asia superiori relictis Babylonem occupassent, sacris colendis et Astronomiae (quâ per totum orbem celebres) discendae se dedisse, nunquam a me impetrare possum. Palmblad. de reb. Babyll. pag. 67 seqq. 70 Chaldaeos statuit fuisse *Kushitas*. Quidquid statuis, Chaldaeorum gens olim ferocissima et bellicosissima, ubi subacta Mesopotamiâ, Babylone sedes cepit, inprimis sacris deorumque cultu et sideribus perscrutandis conspicua fuit. Inde hoc loco memoratur sacerdotum tribus, qualis vel multo post Herodotum, Alexandri Magni adeoque Strabonis aetate adhuc occurrit, ubi certam quandam Babylonis urbis partem soli habitasse dicuntur, a reliquorum hominum consor-

182 του τοῦ θεοῦ. Φασὶ δὲ οἱ αὐτοὶ οὗτοι, ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες, τὸν θεὸν αὐτὸν φοιτᾶν τε ἐς τὸν νηὸν, καὶ ἀμπαύεσθαι ἐπὶ τῆς κλίνης, κατάπερ ἐν Θήβῃσι τῇσι Αἰγυπτίῃσι κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὡς λέγουσι οἱ Αἰγύπτιοι· καὶ γὰρ δὴ ἐκεῖθι κοιμᾶται ἐν τῷ τοῦ Διὸς τοῦ Θηβαιέος γυνή· 86

Iupiter Belus, et apud Aegyptios Iupiter Thebaeus cum muliere cubans; in urbe Pataris Lyciae, Deus [Apollo] cum antistita.

---

tio seiuncti, ipsique divisi per plures familias sive tribus. Iam nomen Chaldaeorum non de populo quodam verum de sacerdotum gente unice intelligendum, quae, cum idolorum cultui praecipue operaretur, maxime invisa fuit Iudaeis Persisve, qui ipsi religionem magis puram eoque Iudaicae similem sectabantur, semotis omnibus deorum simulacris ac signis. Unde intelligitur, cur Persarum reges e Chaldaeorum templis signa auferre studuerint, ut infra legimus I, 183. Nam de Iudaeorum scriptoribus tacebo; qui quoties in huncce idolorum cultum invehantur, satis constat. Astrologia autem sive accuratiori siderum cognitione, quae adeo cum ipsa religione et cultu deorum coniuncta ferebatur, praecipue Chaldaeos sacerdotes inclaruisse quamvis nemo ignoret, haud tamen poenitebit contulisse quae egregie eam in rem disputat Gesenius l. l. pag. 351 seqq., cui adde Münterum l. l. pag. 79 seqq. 83 seqq.

Cap. CLXXXII.

φασὶ δὲ οἱ αὐτοὶ οὗτοι] Articulum *οἱ*, male in quibusdam editionibus omissum, merito revocarunt Schaeferus, Schwgh., Gaisf., cum omnes fere libri scripti eum retineant.

ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες] Istis hominibus, qui semper nobis de mala Herodoti fide clamant auresque obtundunt, cum Herodotum sacerdotum ministrum dictitent, turpiterque ab his ipsis falsum et in fraudes inductum, nec hac occasione oblata, nec alias omnino respondere quidquam placet; adscribere tamen iuvat Larcheri notam ad h. l. Gallico sermone his verbis conceptam: „Malgré la credulité du siècle, où vivait Herodote, on trouve dans ses écrits des preuves d'un jugement sain et éclairé.“ Infra I, 183 narrationem concludit verbis Noster hisce: *ἐγὼ δέ μιν οὐκ εἶδον· τὰ δὲ λέγεται ὑπὸ Χαλδαίων, ταῦτα λέγω.*

καὶ γὰρ δὴ ἐκεῖθι κοιμᾶται ἐν τῷ τοῦ Διὸς τοῦ Θηβαιέος γυνή] De forma *Θηβαιέος* vid. Stephan. Byzant. s. v. *Θῆβαι* et infra II, 42. 54. Alias Noster cum aliis scriptoribus usurpat adiectivi formam *Θηβαῖος* (II, 166) eodemque sensu *Θηβαϊκός* II, 4 coll. Apoll. Rhod. schol. p. 43 et p. 641 Paris. — Ad rem ipsam comparari volumus Strabon. XVII p. 1171 s. p. 601. Tzsch. et Minutoli: Rei-

Σάμφότεραι δὲ αὗται λέγονται ἀνδρῶν οὐδαμῶν ἐς ὁμιλίην φοιτᾶν· καὶ κατάπερ ἐν Πατάροισι τῆς Λυκίης ἡ πρόμαντις τοῦ θεοῦ, ἐπεὰν γένηται· οὐ γὰρ ὦν αἰεί ἐστι χρηστήριον αὐτόθι· ἐπεὰν δὲ γένηται, τότε ὦν συγκατακλήϊεται τὰς νύκτας ἔσω ἐν τῷ νηῷ.1

---

se z. Temp. d. Jupiter Ammon p. 121. Hic enim in templi Aegyptiaci, quod *Karnak* in ruderibus est, imaginem invenit, ubi iuxta regem sacerdotesque puellae quoque conspiciuntur; id quod haud iniuria ad huiusmodi stupra sacra relatum volunt, haud improbante Müntero l. l. pag. 72.

κοιμᾶται ἐν τῷ τοῦ Διὸς τοῦ Θηβαιέος γυνή] His adde Strabonis locum XVII p. 1171 (pag. 816, D ed. Casaub.). Alia profert Wesselingius, laudans praecipue Clericum ad Hesiod. Theogon. vs. 940.

ἀνδρῶν οὐδαμῶν ἐς ὁμιλίην φοιτᾶν] φοιτᾶν in rebus venereis tum de viro tum de femina usitatum, plures testantur loci; vid. II, 111. 115 ibique Gronov. et Schweigh. IV, 1 ibiq. Valckenar. Quibus aliud *Cr.* adiicit exemplum e Plutarch. Sympos. VIII pag. 718 pag. 960 Wyttenb. — Fuisse autem has mulieres earum ex genere, quae ἱεροδούλων nomine per multas regiones Asiae atque ipsius Graeciae occurrunt, haud negari poterit. De qua re eo minus disputare velim, quo acrius nostra admodum aetate est disceptatum inter doctos Berolinenses. Hic, quae cum Herodoteis comparentur, paucula adscribam. Faciunt enim huc ἱερόδουλοι Anaitidis Armeniae, de quibus Creuzerus disseruit in Symbolic. II pag. 26, itidemque Comanenses ἱερόδουλοι sex mille (ibid. p. 28 seqq.), alia quae attigit idem Creuzerus l. l. I pag. 250 not. 13, ut *Isiacae sacrariae lenae* in urbe Romana, Corinthiorum instituta ἱεροδουλίας et Hetaerarum societas Athenis a Solone constituta. Quae omnia id unum evincunt, non singulare quoddam videri hoc institutum de mulieribus sacris in Beli templo, verum ex communi gentium praecipue Asiaticarum superstitione, qua virgines ita diis consecratas voluerint, hoc esse repetendum.

ἐπεὰν δὲ γένηται] sc. ἡ πρόμαντις; *quando scilicet fatidica adest sacerdos oraculaque edit.* Refert enim Servius ad Virgil. Aen. IV, 143, Apollinem sex mensibus hiemalibus apud Patara, Lyciae civitatem, dare responsa, unde Pataraeus Apollo dicatur, sex mensibus aestivis apud Delum. De *Apolline Lycio* consul. Creuzerum in Symbol. II, 136 seqq. πρόμαντις eadem Delphis occurrit, nec differt significatione a voce προφῆτις, quamquam alii distingui contendunt inter utram-

183 Ἔστι δὲ τοῦ ἐν Βαβυλῶνι ἱροῦ καὶ ἄλλος κάτω νηός· ἔνθα ἄγαλμα μέγα τοῦ Διὸς ἔνι κατήμενον χρύσεον, καί οἱ τράπεζα μεγάλη παρακέεται χρυσέη, καὶ τὸ βάθρον οἱ καὶ ὁ θρόνος χρύσεός ἐστι· καὶ ὡς ἔλεγον οἱ Χαλδαῖοι, ταλάντων ὀκτακοσίων χρυσίου πεποίηται ταῦτα. ἔξω δὲ τοῦ νηοῦ, βωμός ἐστι χρύσεος. ἔστι δὲ καὶ ἄλλος βωμὸς μέγας, ὅπου [3]θύεται τὰ τέλεα τῶν προβάτων. ἐπὶ γὰρ τοῦ χρυσέου βωμοῦ οὐκ ἔξεστι θύειν, ὅτι μὴ γαλαθηνὰ [4]μοῦνα. ἐπὶ δὲ τοῦ μέζονος βωμοῦ καὶ καταγίζουσι λιβανωτοῦ χίλια τάλαντα ἔτεος ἑκάστου οἱ Χαλδαῖοι, τότε ἐπεὰν τὴν ὁρτὴν ἄγωσι τῷ θεῷ τούτῳ. [5]Ἦν δὲ ἐν τῷ τεμένεϊ τούτῳ ἔτι τὸν χρόνον ἐκεῖνον

Iovis Beli signum, sacrificia, festum anniversarium: alia statua furto a Xerxe ablata.

---

que vocem. Conf. II, 55. VI, 66. VIII, 135 ibiq. Wesseling. et Valcken. ad Schol. in Eurip. Phoeniss. 210.

Cap. CLXXXIII.

καὶ τὸ βάθρον οἱ καὶ ὁ θρόνος χρύσεός ἐστι] τὸ βάθρον est *scabellum* s. ut Curtius vertit, *gradus imus*, quo ad θρόνον i. e. sellam celsiorem et altiorem, quâ reges plerumque utuntur diive, adscenditur, s. quod in θρόνῳ sedentium pedibus supponitur. Hinc Diodorus XVII, 66 vocat τὸ κατὰ τὸν θρόνον ὑπόβαθρον, quod ita ut dixi reddidit Curtius V, 2; alii dicunt ὑποπόδιον. — *Octingenta* talenta ponderis, iudice Larchero, aequabunt summam 56,160,000 Francorum nummorum (Francs).

ὅπου θύεται τὰ τέλεα τῶν προβάτων] Werferus h. l. citans in Actt. phill. Monacc. I, 1 pag. 85 restitui vult magis Ionicum ὅκου pro ὅπου. Sed talia sine libris mutare velle, vetat religio; nec ipsum Herodotum in hisce constantem sibi videri fuisse, aliquoties iam monuimus. τὰ τέλεα de victis adultis, integris, quae omnibus numeris sunt perfectae, nec ullum mendum praebent; ut apud Homer. Il. I, 66. XXIV, 34. De ipsa vocis forma Ionica conf. Matth. Gr. Gr. pag. 53. — De ὅτι μὴ in seqq. conf. I, 18. 181, ac de καταγίζειν I, 86. 167. — Ad voc. προβάτων cf. I, 133. — Mille talenta efficient, eodem Larchero teste, circa 51,432 turis libras. De ipso festo nihil fere aliunde constat. Conf. Münter. l. l. p. 66.

ἔτι τὸν χρόνον ἐκεῖνον] i. e. Xerxis aetate, ut e sequentibus colligitur. Ad verba proxima: ἐγὼ μέν μιν οὐκ εἶδον conf. not. ad I, 178.

καὶ ἀνδριὰς δυώδεκα πηχέων, χρύσεος, στερεός. ἐγὼ μέν μιν οὐκ εἶδον· τὰ δὲ λέγεται ὑπὸ Χαλ-
6 δαίων, ταῦτα λέγω. τούτῳ τῷ ἀνδριάντι Δαρεῖος μὲν ὁ Ὑστάσπεος ἐπιβουλεύσας, οὐκ ἐτόλμησε λαβεῖν· Ξέρξης δὲ ὁ Δαρείου ἔλαβε, καὶ τὸν ἱρέα ἀπέκτεινε, ἀπαγορεύοντα μὴ κινέειν τὸν ἀνδριάντα.
7 τὸ μὲν δὴ ἱρὸν τοῦτο οὕτω κεκόσμητο. ἔστι δὲ καὶ ἴδια ἀναθήματα πολλά.

184 Τῆς δὲ Βαβυλῶνος ταύτης πολλοὶ μέν κου καὶ ἄλλοι ἐγένοντο βασιλέες, τῶν ἐν τοῖσι Ἀσσυρίοισι λόγοισι μνήμην ποιήσομαι, οἳ τὰ τείχεά τε ἐπεκό-
2 σμησαν καὶ τὰ ἱρά· ἐν δὲ δὴ καὶ γυναῖκες δύο. ἡ μὲν πρότερον ἄρξασα, τῆς ὕστερον γενεῇσι πέντε

Semiramis [uxor Nabonassari, qui regnavit ab anno 747 ad 733] per campum innundari ab Euphrate solitum aggeres duxit.

Ξέρξης δὲ ὁ Δαρείου] Accidit hoc eo tempore, quo redux erat factus ex infelici in Graecos expeditione, auctore Arriano in Exped. Alex. VII, 17. Diodor. Sicul. II, 9. Cur signum ablatum fuerit, Persis invisum, supra ad I, 181 indicavi. Atque iam in sacris literis invenimus, quae Cyrum Persam simulacrorum atque idolorum ex odio Beli cultum ac sacra evertisse prodant. Vid. Gesen. in Commentt. ad Iesai. II p. 100. Add. Münter. l. l. pag. 51. — De particula *μὴ* post *ἀπαγορεύοντα* cf. I, 158 et III, 128, ne plura adscribam, quae suppeditabit Baguet. ad Chrysipp. fragm. pag. 355 not. 205. — *κεκόσμητο* e Schellershemiano receptum est. Vulgo *κεκόσμηται*. Conf. I, 180. 181.

Cap. CLXXXIV.

πολλοὶ μέν κου καὶ ἄλλοι ἐγένοντο βασιλέες] *βασιλέες* dedi e plerisque libris cum Gaisfordio. Vulgo *βασιλῆες*. Babyloniorum regum seriem si quis cupiat, adeat Beckium in Weltgeschicht. I pag. 187 seq., qui illam e veterum scriptorum locis concinnavit. Add. ibid. pag. 617 seqq.

ἐν τοῖσι Ἀσσυρίοισι λόγοισι] Conf. not. ad I, 106.

ἡ μὲν πρότερον ἄρξασα, τῆς ὕστερον γενεῇσι πέντε πρότερον γενομένη κ. τ. λ.] De dativo *γενεῇσι* conf. Matthiae Gr. Gr. pag. 732. De Semiramide plurima leguntur apud Diod. II, 4 seqq. usque ad 21, e Ctesia maximam certe partem hausta. Conf. Ctesiae fragmm. p. 393 seqq. Quae cum Nini uxor perhibeatur multoque remotiora ad tempora pertineat, Herodotea verba in numeris mendosa habuere vv. dd. varieque illa tentarunt, quo inter Herodotum at-

πρότερον γενομένη, τῇ οὔνομα ἦν Σεμίραμις. αὖ-

---

que Ctesiam esset consensus. Sic, uti hoc utar, pro *πέντε* Iosephus Scaliger rescriptum voluit *πεντήκοντα*, Vitringa *δεκαπέντε* (*ιε΄*); quo neutro opus esse iam dudum mihi persuasit Wesselingius. Nam nec Nini, nec Semiramidis, quae eius fuerit uxor, quaeque Babylonem exstruxerit, ulla apud Nostrum mentio, qui hoc uno loco unam eam commemorat Semiramidem, quae quinque generationibus ante aliam regiam feminam Nitocrin vixerit, et Babyloniorum regi cuiquam, cuius nomen tacet Herodotus, nupta videri queat. Plures enim huius nominis reginas olim in Asia fuisse et in historiis nuncupari, ad fabularum rationes quae traductae aut quibus multa fabulosa admixta fuerint, nemo quisquam peritior in dubium vocaverit. Neque raro eas, quae pro temporum ratione distingui debeant, confundi inter se, notum est. Quapropter virum doctum miror, qui in Recherches nouvelles sur l'hist. anc. t. III cap. VI pag. 36 sq. unam eandemque fuisse contendit et Herodoti et Ctesiae Semiramidem, quae Babylonem olim condiderit; adeo ut Ctesiae auctoritas in hisce Herodoto praeferenda sit, qui Chaldaeorum ac Babyloniorum narrationibus in fraudem se induci passus sit. Nolumus longius in his subsistere, quae vereor ut unquam conciliari possint. De illa Semiramide (non Herodoteà, sed priori illà, per totam fere Asiam quae celebrata est) praeter Diodorum vel potius Ctesiam h. l. confer. Beck. l. l. pag. 192 sqq. Herodoteam Semiramidem Larcherus ponit anno 746 a. Chr. n., si quidem Nitocris incidat in annum 620 a. Chr.; de quo vid. ad I, 185 init.

Iam quod ad Semiramidis opera attinet, supra iam annotavi, per omnem fere Asiam superiorem summa quaeque eiusdem nomine celebrari eique adscribi. Sic de operibus quibusdam Semiramidis in Media magna loquitur Diodorus II, 13 ibiq. Wesseling. et Geograph. minor. II, 6 ed. Hudson. et quae alia ex orientalibus scriptoribus profert Hoeck. in veter. Med. et Pers. monument. p. 115 seqq. de Semiramidis statua et columna. De magnis operibus, aquaeductibus praecipue prope Ecbatana idem Diodorus l. l. itemque de ruderibus hodieque ibi locorum obviis prope urbem Hamadan, vid. Hoeckium l. l. pag. 155 seq. Alia eius opera in Armenia memorantur exstitisse; vid. ibid. p. 100. Notissimum quoque reginae opus hortorum pensilium, de quibus Philo Byzant. de sept. orb. miracc. pag. 4 seqq. *ibique* annotat. pag. 72 seqq. ed. Orell. Nec tamen haec hoc loco uberius sunt explicanda et illustranda, nec magis fabulosa ista sectanda, quorum nonnulla attigit Creuzerus in Symbolic. II

τῃ μὲν ἀπεδέξατο χώματα ἀνὰ τὸ πεδίον ἐόντα ἀξιοθέητα· πρότερον δὲ ἐώθεε ὁ ποταμὸς ἀνὰ τὸ
185 πεδίον πᾶν πελαγίζειν. Ἡ δὲ δὴ δεύτερον γενομένη ταύτης βασίλεια, τῇ οὔνομα ἦν Νίτωκρις, Nitocris [uxor Nabuchodonosori, qui regnavit ab a. 604 ad 561]

---

pag. 80. „Est vero Pollucis locus, qui huc spectare videatur, in Histor. phys. pag. 82 ed. Hardt. Abraham illic dicitur aequalis Nini, qui condidit Ninive. Huic successit Semiramis; ubi iam sequuntur haec verba: μεθ᾽ ὃν ἐβασίλευσεν Ἀσσυρίων ἡ τούτου γυνὴ Σεμείραμις, ἥτις κατεσκεύασε τὰ χώματα διὰ τοὺς κατακλυσμούς. Conf. Cetren. et Syncell. add. Interprett. ad Oracull. Sibyll. p. 332—336 ed. Gal.“ *Cr.*

πρότερον δὲ ἐώθεε ὁ ποταμὸς ἀνὰ τὸ πεδίον πᾶν πελαγίζειν] i. e. „antea solebat flumen per totam planitiem omnia inundare ut maris ferme speciem campus praeberet.“ Sunt enim non admodum elatae Euphratis fluminis hanc planitiem tantam perfluentis ripae, ita ut facile loca proxima inundentur. Quod praesertim quotannis illo tempore accidit, quo nix in montibus Armeniis, unde exoritur Euphrates, dissolvitur aquae copiam mirum in modum augens, ut fluvio isto superfuso non aliter atque Nilo Aegyptio omnia longe lateque inundentur. Cui rei incolarum sollertia ita prospexit, ut non solum aggeribus exstruendis fluminis vim cohiberent, verum etiam canalibus inde deductis, quibus simul terram alias siccam et solis calore tostam irrigarent, eamque fertilissimam redderent. De quibus consul. Heeren. Ideen I, 2 pag. 135 seqq. 139, ubi etiam illud optime monet, eos aggeres antiquissimis temporibus iam exstructos videri ideoque Semiramidi vulgo adscribi, quippe cui per totam Asiam quaevis opera magna, aedificia, moles, de quorum auctoribus non liqueat, adtribuantur. Ut ad Herodotum redeam, bene hunc ipsum locum ad explicandum prophetae locum (Ies. XXI, 1) adhibuit Gesenius in Commentarr. ad Ies. l. l. pag. 652 a *Cr.* laudatus; qui iam de Babylone Euphratis undis tecta erat intelligendus. Abydenum quoque *Cr.* laudat (ap. Euseb. praepar. evangel. IX p. 457), narrantem omnem hanc regionem primitus aquis submersam pro mari habitam esse. Sed haec alio spectare videntur.

Cap. CLXXXV.

τῇ οὔνομα ἦν Νίτωκρις] Cuiusnam regis uxor fuerit, valde inter viros doctos disceptatur. Multi (in quibus etiam Heeren. Ideen etc. I, 2 p. 154) Nabuchodonosori s. Nebucadnezaris uxorem esse volunt, indeque aviam ultimi Babyloniorum regis Labyneti s. Nabone-

Euphratis cursum flexuosum reddit: aggerem in utraque ripa exstruit: lacunam ingenti ambitu effodit.

(αὕτη δὲ συντατωτέρη γενομένη τῆς πρότερον ἀρξάσης,) τοῦτο μὲν, μνημόσυνα ἐλίπετο τὰ ἐγὼ ἀπηγήσομαι· 87 τοῦτο δὲ, τὴν Μήδων ὁρῶσα ἀρχὴν μεγάλην τε καὶ οὐκ ἀτρεμίζουσαν, ἄλλα τε ἀραιρημένα ἄστεα αὐτοῖσι, ἐν δὲ δὴ καὶ τὴν Νίνον, προεφυλάξατο

---

di, qui apud Danielem vocatur Beltzasar. Quos sequitur Larcherus, qui Medica stirpe illam progenitam Babyloniorum regi huic elocatam ponit 620 a. Chr. n. Wesselingio aliisque Nebucadnezaris filio, qui dicitur Evilmerodachus, nupta fuisse videtur, quem regno exceperit Beltzasar (Nebucadnezaris nepos idemque Nabonedus dictus), Babyloniorum extremus. Addunt Herodotum ipsum I, 188, ubi Nitocrim Labyneti, qui regum Babyloniorum ultimus fuit, matrem (non aviam, ut illi perhibent) appellat, comprobantque hoc Iesaiae vatis testimonio XXVII, 7, canentis Nebucadnezari, filio et nepoti, non ultra dicto audientes fore gentes. Quod vero obiicitur, Ninum Nitocri regnante iam captam fuisse, id quod acciderit anno 603 a. Chr. n. (conf. not. ad I, 106), igitur multum post Nitocrim anno 620 a. Chr. locatam Babyloniorum regi, id nihil valere censet Wesseling., cum haud necesse sit, nec ipsa Herodoti verba exigant, ut illius reginae tempore urbs subiugata censeatur. Namque anno 633 iam a Cyaxare illa obsideri coepta est. Sed verba Herodotea: ἄλλα τε ἀραιρημένα ἄστεα αὐτοῖσι, ἐν δὲ δὴ καὶ τὴν Νίνον, clare indicare videntur, Ninum urbem ex Herodoti mente, non obsessam verum captam ac domitam censendam esse. Neque vero propterea Bouherium sequar, qui Ninum bis in Medorum ditionem et potestatem venisse suspicabatur, primum Cyaxare obsidente, alterum Astyage occupante; conf. Dissert. Herodot. cp. 21, 11 pag. 240. Nam universa antiquitas huiusmodi sententiam respuit. Equidem nolim in his quidquam pronuntiare nisi illud, mihi omnia haec incerta videri nec unquam expedienda in tanta et nominum et temporum confusione, ubi omne conciliandi studium irritum videri queat.

αὕτη δὲ συντατωτέρη γενομένη κ. τ. λ.] Participii usum in hac parenthesi, ubi refertur ad antecedens participium γενομένη, declaravit Matthiae Gr. Gr. pag. 1093. — In seqq. ἀρχὴν — οὐκ ἀτρεμίζουσαν dicit regnum, suis finibus non contentum nec quietem quasi agens, sed loco suo se movens, ut imperium augeat aliasque gentes proximas sibi subigat.

ἐν δὲ δὴ καὶ τὴν Νίνον] Cf. I, 106. Male Pauvius olim suspicabatur ἐν δὲ δὴ καὶ τὴν

2ὅσα ἐδύνατο μάλιστα. Πρῶτα μὲν τὸν Εὐφρήτην ποταμὸν, ῥέοντα πρότερον ἰθὺν, ὅς σφι διὰ τῆς πόλιος μέσης ῥέει, τοῦτον, ἄνωθεν διώρυχας ὀρύξασα, οὕτω δή τι ἐποίησε σκολιὸν, ὥστε δὴ τρὶς ἐς τῶν τινὰ κωμέων τῶν ἐν τῇ Ἀσσυρίῃ ἀπικνέε-
3ται ῥέων. τῇ δὲ κώμῃ οὔνομά ἐστι, ἐς τὴν ἀπι-

Ἵνα, ut ea urbs intelligatur, de qua supra I, 179.

ἄνωθεν διώρυχας ὀρύξασα] ἄνωθεν scil. τῆς Βαβυλῶνος πόλιος, ut iam Breigerus de difficil. Herod. geograph. loc. pag. 42 bene monuerat.

ὥστε δὴ τρὶς ἐς τῶν τινὰ κωμέων τῶν ἐν τῇ Ἀσσυρίῃ ἀπικνέεται — ὁ Εὐφρήτης, Ἀρδέρικκα] Primus Larcherus hoc explicare et addita delineatione illustrare sententiam suam conatus est. Statuit enim fluvium praeterfluentem ita ductum fuisse, ut altera tantum ripa vicum attingeret adeoque triplici vel quadruplici curvamine fluvius ipse flecteretur. Quem post secutus est Italus Herodoti interpres. Paulo aliter rem expedire studuit Breigerus l. l. pag. 41. Qui, reiecta ea sententia, quae toties curvatum fuisse vult fluvium, Herodoti verbis nil aliud contineri contendit, nisi ter ad eundem locum rediisse fluvium, minime vero ter eum flexum esse. Atque hoc sic factum esse sibi fingit, ut primo fluvius superne vicum allueret, secundo vero loco semel inflexus per medium vicum flueret, cuius ad alteram partem deinde iterum curvatus tertio loco ad vicum rediret, quem hac vice infra alluere posset. Sed fateor, mihi haec magis quaesita minusque simplicia videri prae illa sententia, quae fluvium ter curvatum esse docet, praesertim cum nihil legatur apud Herodotum, fluvium per medium vicum perfluxisse; id quod ponit Breigerus. Addimus hisce Heerenium in: Ideen I, 2 pag. 138 seq. de hoc loco disserentem. Ubi existimat opus hoc fluvii curvati iis in regionibus factum esse, ubi Euphrates scopulis saxisque repletus labitur celeri cursu indeque periculosa eius navigatio. Cui ut subveniret probabiliter institutum illud esse (quod inde magnum fuisse „Schleussenwerk" coniicias), simulque etiam, cum propter frequentes canalis curvationes plura eiusmodi opera, quae nos appellamus Schleussen, permeanda essent, illud sic diductum fuisse, ut navigatio per vicum Ardericca trium fuerit dierum, tum propter canales, fluminis lapsum vehementem quo minuerent, ita circumductos, ut extrema vici pars utraque utrumque etiam canalem attingeret, mediusque canalis ipsam urbem permearet, tum propter multum tempus, quod iis insumendum fuerit, qui

κνέεται ὁ Εὐφρήτης, Ἀρδέρικκα. καὶ νῦν οἳ ἂν κομίζωνται ἀπὸ τῆσδε τῆς θαλάσσης ἐς Βαβυλῶνα, καταπλέοντες ἐς τὸν Εὐφρήτην ποταμὸν, τρίς τε

---

toties illa opera (Schleussen vocant) transirent. Haec quidem probabilia tantum ponit vir doctus, probabiliora tamen habet, quam si quis unice propter canalium longitudinem tres dies navigatione consumptos fuisse statueret. — In clausula paucis de eorum errore monuisse sufficiat, si qui existiment, naves in Euphrate permeando non solum per anfractus plures, sed etiam per ipsam lacunam (de qua mox) vectas esse. Obstant enim et aliorum et ipsius Herodoti testimonia, ut pluribus exposuit Breiger. l. l. p. 44 seq.

Ἀρδέρικκα] Notat Heerenius l. l. pag. 139 ex hoc nomine forsitan colligi posse, indicari urbem quae nunc vocatur *Akkerkuf*, quaeque super Bagdad urbem sita est, ruinasque adhuc continet magnas operis Babylonici. Ipse tamen vir cautus mox relinquit hanc sententiam, cum Akkerkuf Tigri fluvio adiaceat, Ardericca Euphrati. Tu conf. etiam Herod. VI, 119, ubi similis nominis urbs ad Tigrim sita memoratur in regione Cissia, multum utique diversa ab ea, cuius hoc loco mentio iniicitur. Rectius fortasse ad horum operum reliquias referes, quod testibus Niebuhrio, Richio, circa Hilla iis fere in locis, ubi Babylonis veteris ruinas detexisse sibi illi videntur, inveniuntur fluvii nunc exsiccati, sed facili operà reparandi, cum bene adhuc servati fuerint. Conf. Ritter. Erdkunde II pag. 136.

ἀπὸ τῆσδε τῆς θαλάσσης] Cave accipias de Persico sinu, cum intelligatur Graecum mare, Aegaeum sive mediterraneum, ab Herodoto hac appellatione designari solitum, ut monuimus ad I, 1. Intelligit enim eos, qui mari hoc pernavigato, inde navi relicta in Syria escendunt, Babylonem petentes. Quo ex itinere pedestri ubi ad Euphratem pervenerunt, naves denuo conscendunt et secundo flumine vehuntur usque ad Babylonem, ter ante praeternavigare coacti vicum Ardericca.

καταπλέοντες ἐς τὸν Εὐφρήτην] Hoc perincommode dictum videtur Schweighaeusero, cum ista verba nihil aliud soneat nisi: *in Euphratem navigantes*, Herodotum vero dicere voluisse adpareat: *qui Euphrate fluvio Babylonem proficiscuntur*. Quare ferri non posse praepositionem ἐς, male insertam aut casu, uti fit, aut librariorum inscitià. Sed poterit καταπλέοντες hic accipi sensu praegnanti: *quando ad Euphratem devenerint* (s. *descenderint* e locis altioribus, montibus, quos transscendere oportebat Mesopotamiam e mare mediterraneo petentes), *eoque Babylonem vehun-*

ἐς τὴν αὐτὴν ταύτην κώμην παραγίνονται, καὶ ἐν
4 τρισὶ ἡμέρῃσι. τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτο ἐποίησε. Χῶ-
μα δὲ παρέχωσε παρ' ἑκάτερον τοῦ ποταμοῦ τὸ χεῖ-
λος, ἄξιον θώυματος, μέγαθος καὶ ὕψος ὅσον τί 45
5 ἐστι. κατύπερθε δὲ πολλῷ Βαβυλῶνος ὤρυσσε ἔλυ-
τρον λίμνῃ, ὀλίγον τι παρατείνουσα ἀπὸ τοῦ ποτα-
μοῦ, βάθος μὲν ἐς τὸ ὕδωρ αἰεὶ ὀρύσσουσα, εὖρος
δὲ τὸ περίμετρον αὐτοῦ ποιεῦσα εἴκοσί τε καὶ τε-

---

tur. Conf. not. praecedentem. Quapropter miror Letronne (Journ. d. Savans 1807 p. 48), locum sic emendantem, ut post *θαλάττης* distinctionem ponat eamque repetat post *καταπλέοντες;* quo iungentur *κομίζονται ἐς τὸν Εὐφρήτην* et *καταπλέοντες ἐς Βαβυλῶνα*, hoc sensu: *et nunc qui, ab hoc nostro mari Euphratem profecti, secundo flumine Babylonem versus devehuntur, ter ad eundem vicum!* Quo quid lucremur, equidem haud sane intelligo. Unum hoc probamus, quod in clausula addit verbum *κομίζεσθαι* non de maritimo tantum itinere usurpari (ut II, 60), sed de terrestri quoque, ut V, 98. VII, 182.

μέγαθος καὶ ὕψος ὅσον τί ἐστι] i. e. *tantae est illud opus magnitudinis et altitudinis, quantae vix quidquam aliud invenitur.* Hoc modo locum facilius explicari posse censeo, quam si cum Schweigh. *ὅσον* statuas dictum esse pro *ὅτι τοσοῦτό ἐστι.* — De ipso opere conf. Heeren. Ideen I, 2 pag. 140 seq. Breiger. de difficill. quibusd. Asiae Herodot. loc. pag. 48 seqq.

ὤρυσσε ἔλυτρον λίμνῃ] *λίμνῃ* plerique libri exhibent, quamquam genitivum linguae leges non respuunt. Conf. IV, 173. Pausan. VII, 27. II, 27. *ἔλυτρον*, quod alias vulgo est *tegumentum*, *involucrum*, Grammaticisque exponitur *σκέπη*, apud Herodotum eiusque imitatorem Pausaniam pro *alveo* s. *receptaculo aquarum* poni videtur. Conf. locos laudatos. Regina enim (haec est Breigeri l. l. sententia) lacum effodi iussit, in quo stagnans aqua, quae agros corrumperet, paulatim se recipere et in quem simul (sed hoc pro coniectura habitum vult) in posterum, si denuo fluvius in nimiam cresceret altitudinem, magna pars aquae derivari posset. Consilium vero primarium quod reginae in effodienda lacuna Noster fuisse scribit, quo hostes prohiberet, firmari idem ait Diodori verbis II, 7. — In proxime seqq. *ἐς τὸ ὕδωρ* est: *donec aqua scaturiret*, ut Nostrates quoque: *bis auf Wasser graben.*

τρακοσίων σταδίων· τὸν δὲ ὀρυσσόμενον χοῦν ἐκ
τούτου τοῦ ὀρύγματος ἀναισίμου παρὰ τὰ χείλεα
6 τοῦ ποταμοῦ παραχέουσα. ἐπεί τε δέ οἱ ὤρυκτο,
λίθους ἀγαγομένη, κρηπῖδα κύκλῳ περὶ αὐτὴν ἤλα-
7 σε. Ἐποίεε δὲ ἀμφότερα ταῦτα, τόν τε ποταμὸν
σκολιόν, καὶ τὸ ὄρυγμα πᾶν ἕλος· ὡς ὅ τε ποτα-
μὸς βραδύτερος εἴη, περὶ καμπὰς πολλὰς ἀγνύμε-
νος, καὶ οἱ πλόοι ἔωσι σκολιοὶ ἐς τὴν Βαβυλῶνα·
ἔκ τε τῶν πλόων ἐκδέκηται περίοδος τῆς λίμνης
8 μακρή. κατὰ τοῦτο δὲ εἰργάζετο τῆς χώρης τῇ αἵ
τε ἐσβολαὶ ἦσαν, καὶ τὰ σύντομα τῆς ἐκ Μήδων
ὁδοῦ, ἵνα μὴ ἐπιμισγόμενοι οἱ Μῆδοι ἐκμανθάνοιεν

ὡς ὅ τε ποταμὸς βραδύτερος εἴη — καὶ οἱ πλόοι ἔωσι σκολιοὶ ἐς τὴν Βαβυλῶνα] Haud temere in modis variasse videtur Noster, qui in re probabili tantum, quae fieri aut effici queat, optativo (εἴη) usus est, coniunctivo autem in eo, quod sibi certum habeat propositum quodque suo consilio operâque effectum velit. Conf. I, 196 et Matth. Gr. Gr. p. 994. Similia apud Pausaniam observavit Siebelis. ad II, 37 §. 4.

ἔκ τε τῶν πλόων ἐκδέκηται περίοδος τῆς λίμνης μακρή] Haec ad verbum sic reddenda: *ut ex navigatione per Euphratem* (hostes) *exciperet longa paludis circuitio*, s. ut finita per Euphratem navigatione, ubi in terram escenderint, Babylonem pedestri viâ petentes, cogerentur longo itinere circumire lacum istum eoque modo facilius cohiberentur, quam si recta viâ Babylonem peterent. Ἐκ τῶν πλόων *ex navigatione* i. e. *continuo post navigationem*, quam usque ad lacum illam experti erant, nunc egredientes eo consilio, ut iam pedestri itinere quippe magis compendioso Babylonem peterent. Hoc modo explicatus locus nullam meo iudicio admittit emendationem, qualem plures docti viri olim tentarunt. Eundem in finem disputat Breigerus l. l. pag. 45 contra eos, qui prave hic statuunt, navigationem ex Euphrate per lacunam istam continuatam fuisse idque Herodoteis verbis effici posse contendunt.

κατὰ τοῦτο δὲ — τῇ αἵ τε ἐσβολαὶ ἦσαν, καὶ τὰ σύντομα τῆς ἐκ Μήδων ὁδοῦ] De κατὰ τοῦτο — τῇ conf. supra I, 84. ἐσβολαὶ sunt fauces, quibus aditus s. introitus patet e Media in Babyloniam terram; τὰ σύντομα τῆς ἐκ Μ. ὁ indicant viam breviorem, compendiosiorem,

186 αὐτῆς τὰ πρήγματα. Ταῦτα μὲν δὴ ἐκ βάθεος πε-
ριεβάλετο· τοιήνδε δὲ ἐξ αὐτῶν παρενθήκην ἐποιή-
2 σατο. Τῆς πόλιος ἐούσης δύο φαρσέων, τοῦ δὲ
ποταμοῦ μέσον ἔχοντος, ἐπὶ τῶν πρότερον βασιλέ-
ων ὅκως τις ἐθέλοι ἐκ τοῦ ἑτέρου φάρσεος ἐς τοὔ-
3 τερον διαβῆναι, χρῆν πλοίῳ διαβαίνειν. καὶ ἦν,
ὡς ἐγὼ δοκέω, ὀχληρὸν τοῦτο· αὕτη δὲ καὶ τοῦτο
προεῖδε. ἐπεί τε γὰρ ὤρυσσε τὸ ἔλυτρον τῇ λίμνῃ,
μνημόσυνον τόδε ἄλλο ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἔργου ἐλί-
4 πετο. ἐτάμνετο λίθους περιμήκεας· ὡς δέ οἱ ἦσαν
οἱ λίθοι ἑτοῖμοι, καὶ τὸ χωρίον ὀρώρυκτο, ἐκτρέ-
ψασα τοῦ ποταμοῦ τὸ ῥέεθρον πᾶν ἐς τὸ ὤρυσσε

Fluminis labra intra urbem opere lateritio munit et ponte iungit.

---

quà e Media in Babyloniam perveniri possit. — In fine cap. *ἐπιμίσγεσθαι* est: *commercium* mutuum instituere, indeque propius accedere, consuetudinis ineundae periculum facere. Cf. II, 104. 151.

Cap. CLXXXVI.

ταῦτα μὲν δὴ —περιεβάλετο] i. e. *his igitur munitionibus e profundo effossis* (s. fossâ istâ eductis) *se circumvallavit et ab hoste tueri studuit.*

τῆς πόλιος ἐούσης δύο φαρσέων] i. e. *cum urbs duas partes habeat.* De genitivi structura conf. Matth. Gr. Gr. p. 623 et not. ad h. l., ubi praeterea laudat Herod. V, 92. Pindar. Pyth. III, 108 coll. Sophocl. Oedip. Col. 144. Ai. 1004. — *ἐξ αὐτῶν* Reiskius interpretatur: *post ea* (opera scil. quae I, 185 retulerat) *perfecta.* Equidem malim: *statim post illa perfecta.* Conf. de praepositione *ἐκ* I, 86.

ὤρυσσε] De imperfecti usu pro aoristo conf. Matth. §. 503 init. pag. 958. Paulo post plusquamperfecto (ὀρώρυκτο) Noster usus est, cum continuo sequatur ὤρυσσε, imperfectum. De forma ὀρώρυκτο idem Matthiae pag. 307. Cr. confert Gregor. Corinth. p. 407 ed. Schaefer. — Ad ἑτοῖμος conf. I, 10.

μνημόσυνον τόδε ἄλλο ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἔργου ἐλίπετο] Vix licebit *ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἔργου* pro simplici genitivo positum explicare: *eiusdem operis monumentum.* Malim, ad propriam ac nativam huius praepositionis vim respiciens: *ex simili opera profectum, effectum;* quod scilicet simili operà confectum est, atque illud, quod circa lacum istum exstructum erat ab eadem regina, ut cap. antecedenti enarraverat.

5 χωρίον· ἐν ᾧ ἐπίμπλατο τοῦτο, ἐν τούτῳ ἀπεξη-
ρασμένου τοῦ ἀρχαίου ῥεέθρου, τοῦτο μὲν, τὰ χεί-
λεα τοῦ ποταμοῦ κατὰ τὴν πόλιν καὶ τὰς καταβά-
σιας, τὰς ἐκ τῶν πυλίδων ἐς τὸν ποταμὸν φερού-
σας, ἀνοικοδόμησε πλίνθοισι ὀπτῇσι, κατὰ τὸν αὐ-
τὸν λόγον τῷ τείχεϊ· τοῦτο δὲ, κατὰ μέσην κου
μάλιστα τὴν πόλιν, τοῖσι λίθοισι, τοὺς ὠρύξατο,
οἰκοδόμεε γέφυραν, δέουσα τοὺς λίθους σιδήρῳ τε 88
6 καὶ μολίβδῳ. ἐπιτείνεσκε δὲ ἐπ' αὐτὴν, ὅκως μὲν
ἡμέρη γένοιτο, ξύλα τετράγωνα, ἐπ' ὧν τὴν διά-
βασιν ἐποιεῦντο οἱ Βαβυλώνιοι· τὰς δὲ νύκτας τὰ
ξύλα ταῦτα ἀπαιρέεσκον, τοῦδε εἵνεκα, ἵνα μὴ δια-
7 φοιτέοντες τὰς νύκτας κλέπτοιεν παρ' ἀλλήλων. ὡς
δὲ τό τε ὀρυχθὲν λίμνη πλήρης ἐγεγόνεε ὑπὸ τοῦ

ἐν ᾧ ἐπίμπλατο] Recepi ᾧ, quod plurimi et optimi ferebant libri, commotus etiam iis locis, quos Struve attulit, laudatus supra ad I, 164, ubi vid. Vulgo exstat ἐν τῷ, quod Gaisfordius retinuit.

ἐν τούτῳ ἀπεξηρασμένου] ἀπεξηρασμένου, quod unice verum habemus, nunc bini praebent libri. Vulgo ἀπεξηραμένου, neglecta literâ σ, in his addi solitâ (conf. I, 130), aut ἀποξηραμένου, quod qui Ionismi ratione tueri voluerit, merito in Buttmanni cadet reprehensionem in Gramm. Gr. maiori I pag. 325 not.**. Conf. VII, 109. — In seqq. ἀνοικοδομεῖν erit simpliciter: *murum educere*, *exstruere*, non *obstruere aedificando*, ut bene monuit Wesseling. Intelliguntur enim opera, quae nostra aetate dicuntur: *Quai's*, *Molo's* s. *Schlachten*. Conf. Heeren. Ideen I, 2 pag. 140.

ἐποιεῦντο οἱ Βαβυλώνιοι] Vulgo edunt τοὶ, quod hoc ipso ex loco laudat Matth. Gr. Gr. pag. 139. Quum vero omnes libri praebeant οἱ insolitamque Herodoto formam respuant, cum recentt. editt. reposuimus οἱ. Vid. Struvii Specim. Quaest. Herod. p. 10 not. 12 not. — In seqq. libri prave exhibent ἀπαίρεσκον, a Wesselingio iam mutatum in ἀπαιρέεσκον, cum huiusmodi literarum omissiones haud raro inveniantur.

ὡς δὲ τό τε ὀρυχθὲν λίμνη πλήρης κ. τ. λ.] Pauwius olim maluerat λίμνῃ πλῆρες; quo minime opus, cum iustus verborum sit ordo: ὡς — τὸ ὀρυχθὲν ἐγεγόνεε λίμνη πλήρης. In seqq. libros secuti sumus,

ποταμοῦ, καὶ τὰ περὶ τὴν γέφυραν ἐπεκόσμητο, τὸν Εὐφρήτην ποταμὸν ἐς τὰ ἀρχαῖα ῥέεθρα ἐκ τῆς λίμνης ἐξήγαγε· καὶ οὕτω τὸ ὀρυχθὲν, ἕλος γενόμενον, ἐς δέον ἐδόκεε γεγονέναι, καὶ τοῖσι πο-
187 λιήτῃσι γέφυρα ἦν κατεσκευασμένη. Ἡ δ' αὐτὴ αὕτη βασίλεια καὶ ἀπάτην τοιήνδε τινὰ ἐμηχανήσατο. Ὑπὲρ τῶν μάλιστα λεωφόρων πυλέων τοῦ ἄστεος τάφον ἑωυτῇ κατεσκευάσατο μετέωρον ἐπιπολῆς αὐτέων τῶν πυλέων. ἐνεκόλαψε δὲ ἐς τὸν τάφον γράμματα λέγοντα τάδε· ΤΩΝ ΤΙΣ ΕΜΕΥ ὙΣΤΕΡΟΝ ΓΙΝΟΜΕΝΩΝ ΒΑΒΥΛΩΝΟΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, ΗΝ ΣΠΑΝΙΣΗι ΧΡΗΜΑΤΩΝ, ΑΝΟΙΞΑΣ ΤΟΝ ΤΑΦΟΝ, ΛΑΒΕΤΩ ὉΚΟΣΑ ΒΟΥΛΕΤΑΙ ΧΡΗΜΑΤΑ. ΜΗ ΜΕΝΤΟΙ ΓΕ, ΜΗ ΣΠΑΝΙΣΑΣ

Sepulcrum eius cum dolosa inscriptione: Darius id aperiens, delusus.

---

edentes ἐξήγαγε. Ex Ald. vulgatum fluxerat ἐξάγαγε, haud quidem contra Herodoti usum, sed libris adversantibus, quos in his rebus, ubi variasse scriptorem vix negandum erit, unice sequi volumus. Ad ἐς δέον conf. I, 119 ibiq. not.

καὶ τοῖσι πολιήτῃσι γέφυρα ἦν κατεσκευασμένη] Hunc pontem quinque stadiorum fuisse longitudine asserit Diodorus II, 8. Cui cum Strabo adversari videatur, qui Euphratem unius tantum stadii mensuram explere narrat (XVI pag. 1073, A), monet Larcherus, in exstruendo ponte non communem ac solemnem Euphratis alveum respexisse reginam, verum id quoque tempus, quo iste fluvius pro more suo alveo solito excedere et loca proxima inundare soleat. Recentiori quoque aetate fuere, qui pontis huius rudera valde solida eximieque constructa se vidisse dicerent. Conf. quae refert Buckingham. in Itinerar. supra laudat. p. 482 seq. in not.

Cap. CLXXXVII.

ἢν σπανίσῃ χρημάτων] χρήματα quidam libri contra usitatam verbi σπανίζειν cum secundo casu structuram, de qua vid. Spanhem. ad Aristoph. Nub. 1288 (1275) p. 418 ed. Beck. De ipso verbo Cr. confert Zonar. Lexic. p. 1665.

μὴ μέντοι γε, μὴ σπανίσας γε, ἄλλως ἀνοίξῃ] Verba ita iungenda, prout ad faciliorem intelligentiam commate ea distinximus. Iam intelligetur duplex negandi particula, et duplex istud γε, quod primo loco ad verbum ἀνοίξῃ referendum,

ΓΕ, ΑΛΛΩΣ ΑΝΟΙΞΗι. ΟΥ ΓΑΡ ΑΜΕΙΝΟΝ.
3 Οὗτος ὁ τάφος ἦν ἀκίνητος, μέχρι οὗ ἐς Δαρεῖον
4 περιῆλθε ἡ βασιληΐη. Δαρείῳ δὲ καὶ δεινὸν ἐδόκεε
εἶναι τῇσι πύλῃσι ταύτῃσι μηδὲν χρέεσθαι· καὶ χρη-
μάτων κειμένων, καὶ αὐτῶν τῶν χρημάτων ἐπικα-
5 λεομένων, μὴ οὐ λαβεῖν αὐτά. τῇσι δὲ πύλῃσι
ταύτῃσι οὐδὲν ἐχρᾶτο, τοῦδε εἵνεκα, ὅτι ὑπὲρ κε- 1
6 φαλῆς οἱ ἐγίνετο ὁ νεκρὸς διεξελαύνοντι. ἀνοίξας
δὲ τὸν τάφον, εὗρε χρήματα μὲν οὔ, τὸν δὲ νε-
κρὸν, καὶ γράμματα λέγοντα τάδε· *ΕΙ ΜΗ ΑΠΛΗ-
ΣΤΟΣ ΤΕ ΕΑΣ ΧΡΗΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΑΙΣΧΡΟ-* 5

---

altero loco ad *σπανίσας*, bene monente Matth. Gr. Gr. §. 602 fin. pag. 1208. Conf. Werfer. in Actt. phill. Monacc. I, 1 pag. 98.

οὐ γὰρ ἄμεινον] Formulam hanc, qua potissimum utebantur, si quid noxium atque inutile fore testarentur, exemplis aliquot illustravit Wesselingius. E Nostro conf. III, 71. 82.

μέχρι οὗ — περιῆλθε] Plurimi libri *μέχρις* contra Herodoteum usum, de quo conf. ad I, 181. De *περιέρχεσθαι* in his usitato conf. I, 7. 120. 96.

μὴ οὐ λαβεῖν αὐτά] *μὴ οὐ* posuit, quoniam, quamvis non expressa in antecedentibus negatione, tamen sententia negativa quae dicitur antecedit. Cf. Matth. l. l. pag. 1129. — In seqq. libros meliores secuti, cum Gaisf. rescripsimus *ἐγίνετο* (pro vulg. *ἐγένετο*) et *τὸν δὲ νεκρὸν* pro *τὸν νεκρὸν δέ*.

εἰ μὴ ἄπληστος τε ἔας] *ἔας* plerique libri iique optimi exhibent. Alii *ἔεις*. Vulgo *ἦς*. Illud tamen retinuimus, cum *ἔα* sit forma imperfecti antiquior, Homero atque Herodoto usitata. Vid. Fischer. ad Weller. II p. 498. Matth. Gr. Gr. pag. 412 coll. Heyne Observv. ad Iliad. IV, 321 pag. 616. Inscriptionem ipsam plures scriptores posterae aetatis repetierunt, a Wesseling. ad h. l. laudati. Tu vid. potissimum Plutarch. Moral. II pag. 173, B (ubi *Semiramidi* tribuitur) ibiq. Wyttenbach. in Animadverss. I, 2 pag. 1043 seq. Ad universum huius capitis argumentum *Cr.* observat (ex Münteri libro: Antiquarisch. Abhandl. pag. 98 seq.), thesauros in sepulcris regum depositos alibi quoque per antiquitatem memorari nec omnino hoc abhorrere ab indole cogitandique more veterum. Ac perquam simili ratione Salomon in Davidis patris sepulcro magnos thesauros condidisse fertur (vid. Ioseph. Antiqq. Iudd. VII, 15. XIII, 8); quos qui postea aggressus est Hero-

ΚΕΡΔΗΣ, ΟΥΚ ΑΝ ΝΕΚΡΩΝ ΘΗΚΑΣ ΑΝΕΩΓΕΣ. Αὕτη μέν νυν ἡ βασίλεια τοιαύτη τις λέγεται γενέσθαι.

188 *Ὁ δὲ δὴ Κῦρος ἐπὶ ταύτης τῆς γυναικὸς τὸν παῖδα ἐστρατεύετο, ἔχοντά τε τοῦ πατρὸς τοῦ ἑωυτοῦ τοὔνομα Λαβυνήτου καὶ τὴν Ἀσσυρίων ἀρχήν.* 2 *Στρατεύεται δὲ δὴ βασιλεὺς ὁ μέγας καὶ σιτίοισι*

Invadit Cyrus Labynetum [is erat a Nitocri quartus et ultimus rex Babyloniorum]: regi Persarum in expeditionem proficiscenti, omnis victus domo simul devehitur.

---

des, pari fere modo falsus fuisse narratur atque Darius in Nitocris sepulcro. De Beli sepulcro, quod Xerxes simili ex consilio, nec meliori tamen successu aperiri iussit, auctor est Aelian. V. H. XIII, 3 coll. Ctes. fragmm. Persicc. §. 21.

Cap. CLXXXVIII.

τοὔνομα Λαβυνήτου] Magis usitatum quidem esse *τοὔνομα Λαβύνητον*, sed retulisse videri Herodotum genitivum ad *τοῦ πατρὸς τοῦ ἑωυτοῦ* monet Matthiae. De argumento loci disputavimus ad I, 185 init. Hoc loco illud addimus, *Labyneti* nomen, quod a Nabonedi nomine haud diversum quidam volunt, videri titulum potius indicare, quam ipsum regis nomen; cuiusmodi tituli apud alias orientis gentes reperiuntur. Sed vid. I, 77. 74.

στρατεύεται δὲ δὴ βασιλεὺς ὁ μέγας κ. τ. λ.] Persarum regem (i. e. *magnum regem*) optimis quibusque cibis ac potionibus ex omni regni sui ambitu conquisitis frui, ab orientalium principum more non abhorret. De Persarum regibus multa exstant testimonia, collecta a Brissonio de reg. Persar. princip. I, 87. Add. Heeren. Ideen etc. I, 1 pag. 474. Ex quibus etiam intelligi poterit, minime legi posse *εὖ ἐσκευασμένος*, quod olim hic requirebat Schweighaeuserus, cum Herodotus loquatur de cibis *bene praeparatis indeque omnium optimis ad edendum*. *πρόβατα* quo sensu dicat Noster, vidimus ad I, 133. — In iis, quae de *Choaspis* aquâ retulit Noster, consentiunt alii, inprimis Ctesias, ubi consul. quae notavi pag. 226 seq. Namque Hammerus scribit vel hodieque intemeratam remansisse egregiam huius aquae vim, quae subfrigida quidem, facile tamen cibos praestet coctos nec ullam fruentibus faciat molestiam, cum ad ipsos cibos concoquendos perquam sit accommodata. Qui idem Choaspem contendit eundem esse atque *Elaeum* sive *Eulaeum* fluvium, cuius apud Plinium, Arrianum (in Exped. Alexandr. VII, 7) fiat mentio, cuique nunc nomen *Kerah*. Tu vid. potissimum Hoeck. Vet. Med. et Pers. Monumm. p. 93 seq. 95 coll. Mannert. Geogr. d. Gr. u. Röm. V, 2 pag. 472

εὖ ἐσκευασμένοισι ἐξ οἴκου, καὶ προβάτοισι· καὶ δὴ καὶ ὕδωρ ἀπὸ τοῦ Χοάσπεω ποταμοῦ ἅμα ἄγεται τοῦ παρὰ Σοῦσα ῥέοντος, τοῦ μούνου πίνει
3 βασιλεὺς, καὶ ἄλλου οὐδενὸς ποταμοῦ. τούτου δὲ τοῦ Χοάσπεω τοῦ ὕδατος ἀπεψημένου πολλαὶ κάρτα 89
ἅμαξαι τετράκυκλοι ἡμιόνειαι κομίζουσαι ἐν ἀγ- 16
γείοισι ἀργυρέοισι, ἕπονται ὅκῃ ἂν ἐλαύνῃσι ἑκάστοτε.
189 Ἐπεί τε δὲ ὁ Κῦρος πορευόμενος ἐπὶ τὴν Βαβυλῶνα ἐγίνετο ἐπὶ Γύνδῃ ποταμῷ, τοῦ αἱ μὲν

Gyndes amnis quo itinere fluat: ob unum e sacris

---

et van der Chys Comment. geograph. in Arrian. (Lugdun. Batav. 1828) pag. 119.

ἅμαξαι τετράκυκλοι, ἡμιόνειαι] Prave in binis libris exstat ἡμιονέαι. Vulgatam lectionem satis tuetur tum reliquorum librorum consensus, tum aliorum scriptorum usus, ut Homeri XXIV, 266, et alius poetae, ut *Cr.* monet, apud Philostr. Heroicc. p. 693 s. p. 98 Boissonad. (Orphicc. fragmm. nr. XXX pag. 489 Hermann.). τετράκυκλος illustrat Blomfield. in Glossar. ad Aeschyl. Prometh. 735, ubi praeter nostrum locum et Homeri in Odyss. (rectius in Il. XXIV, 324) praecipue Hippocratis locum de Aër. et Aq. 93 affert de Scythis nomadibus, quibus ἅμαξαι tribuuntur αἱ μὲν ἐλάχισται τετράκυκλοι, αἱ δὲ ἑξάκυκλοι. — In seqq. cum recentt. edidimus ἀγγείοισι ἀργυρέοισι mutato verborum ordine; ita enim bini iubebant libri auctoritasque Athenaei II p. 45, B et Eustathii ad Dionys. Perieg. 1073, ad Odyss. IV p. 1499 s. 173, 23.

ἕπονται ὅκῃ ἂν ἐλαύνῃσι ἑκάστοτε] Hanc lectionem, quae una veterum librorum auctoritate nititur, post Schwgh. lubenter adscivimus. Vulgo: ἕπονταί οἱ ὅποι ἂν ἐλαύνῃ ἑκάστοτε; in quo οἱ libri prorsus ignorant, qui iidem ὅκῃ exhibent, nonnulli etiam iique meliores ἐλαύνῃσι, qua forma antiquiori cur Herodotus uti non potuerit, nemo unquam affirmaverit. Parisini libri pro more vulgatam formam praebent ἐλαύνῃ. „De ὅκῃ, quod saepissime sic cum ὅκοι confunditur, vid. Ast. ad Platon. Sympos. p. 196. Boissonad. ad Philostrat. Heroic. p. 604.“ *Cr.*

Cap. CLXXXIX.

ἐγίνετο ἐπὶ Γύνδῃ ποταμῷ] De *Gynde* fluvio vid. Herodot. V, 52, ubi una cum tribus aliis fluviis traiiciendus dicitur Epheso Susa proficiscentibus. Unde magnae exoriuntur difficultates in fluvii huius situ atque cursu definiendo. Rennelio (Geogr.

πηγαὶ ἐν Ματιηνοῖσι οὔρεσι, ῥέει δὲ διὰ Δαρδανέων, ἐκδιδοῖ δὲ ἐς ἕτερον ποταμὸν Τίγριν· ὁ δὲ παρὰ Ὦπιν πόλιν ῥέων ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν ἐκδιδοῖ· τοῦτον δὴ τὸν Γύνδην ποταμὸν ὡς δια-

equis abreptum, siccatus a Cyro, in rivos trecentos et sexaginta dispersus.

---

d. Herod. p. 531) alterum altero loco fluvium Noster designasse videtur adeoque duos diversos confudisse fluvios. Quem si audias, hoc loco eum intellexit Herodotus fluvium, qui nunc vocatur *Mendeli*, altero loco eam, qui hodie appellatur *Diala*. Larcherus (Tab. Geogr. t. VIII p. 231 seq.) utroque loco eundem fluvium intelligi statuit, qui nunc est *Mendeli*, Danvillii quoque rationes refellere studuit, qui tres fluvios Gyndis nomine vocatos distingui voluerat, falsa scilicet apud Tacitum lectione deceptus. Ac vix quidem mihi persuaderi patiar, plures eosque diversos Nostrum intellexisse fluvios aut temere illos confudisse, praesertim cum, quae reliqua de huius fluvii fontibus cursuque Noster scribit, minime a vero abhorreant, ut monstrat Breiger. in Comment. de Asia geogr. etc. pag. 56. Quare malim in Larcheri partes accedere. Neque res ipsa repugnat. Nam Sardibus expugnatis Ioniaque subacta Cyrum legimus in Asiam superiorem esse profectum; cui deinde ab Ecbatanis (quo se receperat teste Herodoto I, 143) Babylonem versus expeditionem instituenti Gyges sane traiiciendus erat, antequam in Mesopotamiam deveniret.

ῥέει δὲ διὰ Δαρδανέων] De grammatica loci structura consul. Matthiae in Gr. Gr. p. 792. — Verba *διὰ Δαρδανέων* spuria quibusdam videntur, quum nulli omnino hac in terra sint *Dardani*. Quocirca Reiskius maluerat scribi *διὰ Δαραέων*, ubi respicit urbem *Daras*. Aliis placuit *διὰ Δαρνέων*, cum *Darnam* urbem hoc fere in tractu memoret Ptolemaeus in Geogr. VI, 1 coll. Niebuhr. Voyage en Arab. II pag. 269. Nunc appellatur *Derna*. Quoniam vero non urbis alicuius sed gentis nomen exspectari debeat, Breiger. l. l. pag. 57 coniicit *δι' Ἀρμενίων*, quum aliunde constet, Herodoteum Gyndem per aliquam certe Armeniae partem fluere. Nos in talibus quidquam, invitis libris, mutare, temerarium iudicamus; itaque reliquimus vulgatam *διὰ Δαρδανέων*. Quae quidem gens si accuratius nobis non sit cognita, num quaeso alia sors tot orientis gentium, quae ipsae cum vix iisdem aliquamdiu sedibus maneant, sed habitandi loca frequentius permutent, quid mirum, in tanto temporis ac loci intervallo, nobis non satis de unaquaque earum constare?

ὁ δὲ παρὰ Ὦπιν πόλιν ῥέων — ἐκδιδοῖ] De situ oppidi *Opis* non prorsus liquet. Strabo

βαίνειν ἐπειρᾶτο ὁ Κῦρος, ἐόντα νηυσὶ περητὸν, ἐνθαῦτά οἱ τῶν τις ἱρῶν ἵππων τῶν λευκῶν ὑπὸ ὕβριος ἐσβὰς ἐς τὸν ποταμὸν, διαβαίνειν ἐπειρᾶτο. ὁ δέ μιν συμψήσας, ὑποβρύχιον οἰχώκεε φέρων. 2 *κάρτα τε δὴ ἐχαλέπαινε τῷ ποταμῷ ὁ Κῦρος τοῦτο ὑβρίσαντι, καί οἱ ἐπηπείλησε, οὕτω δή μιν ἀσθε-*

(XVI p. 739 s. p. 1074 vicum appellat emporiumque, quod tamen ad mare ipsum vix situm esse videtur. Xenophon. Anabas. II, 4, 25 (ubi consul. Krüger.) magnam vocat urbem, quae non infra Tigrim, sed multum supra erit collocanda. Unde Herodotum de his regionibus non certam notitiam habuisse colligit Rennelius l. l. p. 466. Tu conferas praeterea Breiger. l. l. pag. 53 et Mannert. Geogr. d. Gr. u. Röm. V, 2 pag. 371 seqq. Qui nuper has regiones adierunt, Opin sitam fuisse tradunt in eo loco, ubi hodie parvus fluvius *Kufri* aquas suas miscet cum Tigride. Vid. van der Chys l. l. p. 119. 120 (ad Arrian. VII, 8).

τῶν τις ἱρῶν ἵππων τῶν λευκῶν] De his equis confer VII, 55. Soli consecrati fuere hi equi Iovisque currum trahebant. Conf. Brisson. de reg. Pers. princip. II §. 5 seqq. III, 98. 99 et Kleuker. Append. ad Zendavest. II, 1 pag. 86. 87. — *ὑπὸ ὕβριος* est: *prae ferocia* s. *petulantia.*

ὁ δέ μιν συμψήσας] Grammatici veteres (ut Suidas s. v. et Gregor. Corinth. de dial. Ion. §. 104) *συμψήσας* explicant *συντρίψας*, quod quo spectet, difficile dictu videtur Schweighaeusero, nisi illud eo sensu accipias, quo apud Polybium frequentetur: *frangens vires et ferociam equi*, aut *evertens*, *deturbans*, *prosternens illum.* Ipse Vallae interpretationem retinuit: *contorquens*, quamquam rectius forsitan ab H. Stephano et postmodo a Schneidero redditum indicat: *absorbens* et *e conspectu hominum subducens.* Quae interpretatio nobis quoque valde commendatur. Exstat praeterea Iamblichi locus apud Suidam alterque Eusebii philosophi apud Stobaeum (Eclog. II, 9. P. II t. I p. 416 Heer.), qui Herodoteam locutionem imitati esse videntur. Add. Biel. in Thesaur. Philol. V t. III p. 364. Quos locos Schweighaeusero in Lex. Herodot. pag. 300 debeo.

ἐχαλέπαινε — τοῦτο ὑβρίσαντι] *τοῦτο* iam Sylburgius ad Brisson. l. l. III, 98 emendaverat pro *τούτῳ*, quo intelligatur fluvius, *qui istam ei fecerat iniuriam.* Unus Schellershemianus liber confirmat hanc emendationem, reliqui prave vulgatam sequuntur. Conf. III, 118. — Ad rem quaedam disserit Larcherus, quibus Cyrum superstitiosum excuset, ita agentem, quoniam idem, quod

νέα ποιήσειν, ὥστε τοῦ λοιποῦ καὶ γυναῖκάς μιν
3 εὐπετέως, τὸ γόνυ οὐ βρεχούσας, διαβήσεσθαι. με-
τὰ δὲ τὴν ἀπειλὴν, μετεὶς τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνα στρά-
τευσιν, διαίρεε τὴν στρατιὴν δίχα. διελὼν δὲ, κατέ-
τεινε σχοινοτενέας ὑποδέξας διώρυχας ὀγδώκοντα
καὶ ἑκατὸν παρ' ἑκάτερον τὸ χεῖλος τετραμμένας
4 τοῦ Γύνδεω πάντα τρόπον. διατάξας δὲ τὸν στρα-
τὸν, ὀρύσσειν ἐκέλευε. οἷα δὲ ὁμίλου πολλοῦ ἐρ-
γαζομένου, ἤνετο μὲν τὸ ἔργον, ὅμως μέντοι τὴν
θερείην πᾶσαν αὐτοῦ ταύτῃ διέτριψαν ἐργαζόμενοι.

190 Ὡς δὲ τὸν Γύνδην ποταμὸν ἐτίσατο Κῦρος, ἐς τριη-

Cyrus Babylonios praelio victos et in urbem compulsos, frustra obsidet.

---

equo sacro, copiis quoque suis ne accideret, timuerit. Conf. Senecam de ira III, 21 eadem enarrantem. — In seqq. οὐ βρεχούσας cum plerisque libris edidimus. Vulgo μὴ βρεχούσας.

κατέτεινε — διώρυχας] i. e. „*tensis funibus monstravit* (designavit) *fossas ducendas*." Sic Schweighaeuserus in Lex. Herodot., ubi hoc dictum monet pro: ὑπέδεξε διώρυχας, κατατείνας αὐτὰς σχοινοτενέας s. κατέτεινε σχοίνους, ὑποδέξας διώρυχας σχοινοτενέας. In seqq. cum Schwgh. e Schellersh. libro dedimus τετραμμένας τοῦ Γύνδεω pro τοῦ Γύνδ. τετραμ. — πάντα τρόπον (ut I, 199) est: *quaquaversum* s. *qualibet in directione*.

οἷα δὲ — ἤνετο μὲν τὸ ἔργον] De οἷα δὲ ante genitivos absolutos quos vocant, notavi quaedam ad Plutarch. Pyrrh. p. 176. — ἤνετο a verbo ἄνειν, quod olim dixere pro ἀνύειν, *perficere, absolvere;* unde vel hoc loco libri nonnulli, qui antiquum dicendi genus ad vulgarem sermonem plerumque conformant, exhibent ἠνύετο. Sed conf. Herodot. VII, 20. VIII, 71 aliosque poetarum locos apud Wesselingium in not. ad h. l. „Add. Odyss. II, 58 (ubi κατήνετο) et Apollon. Lex. Homeric. p. 133. Ast. ad Pindar. in Commentarr. philoll. Lipss. vol. II, 1 pag. 24 seq. Quare probamus, quod in Platonis Cratyl. pag. 415, A. Heindorfius (pag. 105) reponi iubet ἄνειν pro ἀνεῖν." Cr. — αὐτοῦ ταύτῃ (*eodem loco ibidem, eo ipso in loco*) coniungere solet Herodotus, ut I, 210. 214. III, 77. IV, 80. 135, ubi vid. Valckenar. Alia quaedam ipse dedi ad Pyrrh. pag. 144 seq., quibus add. Siebel. ad Pausan. II, 28 §. 7.

Cap. CXC.

ἐς τριηκοσίας καὶ ἑξήκοντά

κοσίας καὶ ἑξήκοντά μιν διώρυχας διαλαβὼν, καὶ
τὸ δεύτερον ἔαρ ὑπέλαμπε, οὕτω δὴ ἤλαυνε ἐπὶ
2 τὴν Βαβυλῶνα. οἱ δὲ Βαβυλώνιοι ἐκστρατευσάμενοι,
ἔμενον αὐτόν. ἐπεὶ δὲ ἐγένετο ἐλαύνων ἀγχοῦ τῆς
πόλιος, συνέβαλόν τε οἱ Βαβυλώνιοι, καὶ ἑσσω-
3 θέντες τῇ μάχῃ, κατειλήθησαν ἐς τὸ ἄστυ. οἷα δὲ
ἐξεπιστάμενοι ἔτι πρότερον τὸν Κῦρον οὐκ ἀτρεμί-
ζοντα, ἀλλ' ὁρέοντες αὐτὸν παντὶ ἔθνεϊ ὁμοίως
ἐπιχειρέοντα, προεσάξαντο σιτία ἐτέων κάρτα πολ-
4 λῶν. Ἐνθαῦτα οὗτοι μὲν λόγον εἶχον τῆς πολιορ- 90
κίης οὐδένα· Κῦρος δὲ ἀπορίῃσι ἐνείχετο, ἅτε χρό-
νου τε ἐγγινομένου συχνοῦ, ἀνωτέρω τε οὐδὲν τῶν

μιν διώρυχας διαλαβὼν] Tot igitur canales institui iussit, quot dies vulgo anni censentur. Nec hoc inconsulto illum fecisse crediderim, cum in talibus tesserariam quandam rationem spectasse veteres iam supra ad I, 178 monuerimus. — *διαλαβεῖν* hic valet: *dividere*, *diducere*, ut I, 201. V, 52. Iam supra ad I, 114 Grammaticum Graecum citavimus, qui ex hoc ipso loco profert alteram verbi *διαλαβεῖν* notionem, *τὸ εἰς δύο ἢ πλέονα διαχωρίσαι ἢ διελεῖν*. Hinc I, 201 *διέλαβε* explicat *ἀπέτεμε, διεῖλεν*. — Ad *ὑπέλαμπε* conf. VIII, 130.

ἀγχοῦ τῆς πόλιος] *ἀγχοῦ* i. e. *ἐγγύς*; conf. III, 85. 78. 111. Ad *κατειλήθησαν* conf. I, 80. 176 et ad *ἀρτεμίζοντα* I, 185.

προεσάξαντο σιτία ἐτέων κάρτα πολλῶν] Male nonnulli *προσάξαντο*. Nam *προεσάγεσθαι* optime hic in Babylonios convenit, qui commeatum rure in urbem ante (Cyri scil. adventum) s. prius (quam Cyrus adveniret) sibi comportarunt et collegerunt. Conf. VIII, 20. In ipsa re non dissentit Xenophon, qui Babylonios a Cyro obsessos commeatum necessarium viginti amplius in annos sibi collegisse scribit in Instit. Cyr. VII, 5 §. 13.

ἀπορίῃσι ἐνείχετο] De locutione conf. VIII, 52 et IV, 131. IX, 98, ubi pro *ἐνέχεσθαι* simplex *ἔχεσθαι*.

ἀνωτέρω τε οὐδὲν τῶν πρηγμάτων προκοπτομένων] *τε* meliores libri dabant pro vulg. *δέ*. Sensus loci est: „(cum) *neque eo ulterius res progrederentur* s. *cum neque melius res succederet*. *προκόπτεσθαι* eodem sensu III, 56.

191 πεπηγμάτων προκοπτομένων. Εἴτε δὴ ὦν ἄλλος οἱ
ἀπορέοντι ὑπεθήκατο, εἴ τε καὶ αὐτὸς ἔμαθε τὸ
2 ποιητέον οἱ ἦν, ἐποίεε δὴ τοιόνδε. τάξας τὴν στρα-
τιὴν ἅπασαν ἐξ ἐμβολῆς τοῦ ποταμοῦ, τῇ ἐς τὴν
πόλιν ἐσβάλλει, καὶ ὄπισθε αὖτις τῆς πόλιος τάξας
ἑτέρους, τῇ ἐξίει ἐκ τῆς πόλιος ὁ ποταμός· προεῖπε
τῷ στρατῷ, ὅταν διαβατὸν τὸ ῥέεθρον ἴδωνται γε-
3 νόμενον, ἐσιέναι ταύτῃ ἐς τὴν πόλιν. οὕτω τε δὴ
τάξας, καὶ κατὰ ταῦτα παραινέσας, ἀπήλαυνε αὐ-
4 τὸς σὺν τῷ ἀχρηΐῳ τοῦ στρατοῦ. Ἀπικόμενος δὲ
ἐπὶ τὴν λίμνην, τά περ ἡ τῶν Βαβυλωνίων βασί-
λεια ἐποίησε κατά τε τὸν ποταμὸν καὶ κατὰ τὴν
5 λίμνην, ἐποίεε καὶ ὁ Κῦρος ἕτερα τοιαῦτα. τὸν γὰρ
ποταμὸν διώρυχι ἐσαγαγὼν ἐς τὴν λίμνην ἐοῦσαν
ἕλος, τὸ ἀρχαῖον ῥέεθρον διαβατὸν εἶναι ἐποίησε,

Euphrate in lacunam derivato, intrans per alveum, incautos et ob festum diem laetitiae deditos opprimit, a. 536 extremo.

Cap. CXCI.

τῇ ἐξίει ἐκ τῆς πόλιος ὁ ποταμός] De forma ἐξίει conf. ad I, 180.

αὐτὸς σὺν τῷ ἀχρηΐῳ τοῦ στρατοῦ] Intelligit Larcherus „les troupes les moins bonnes, les moins aguerries, les moins experimentées," cum infra I, 211 eadem inveniatur locutio, quae I, 207 explicetur quasi verbis: τῆς στρατιῆς τὸ φαυλότατον. Nuper admodum in programmate academico, quod Erlangae prodiit 1827 et lectionum Homericarum continet specimen I, Doederlinus de significatione et usu vocis ἀχρεῖος quaesivit pag. 6 seq. Ἀχρεῖος enim (*inutilis*) monet de animantibus dici, ac primum de corpore ad opus quodlibet inutili, ita ut *imbecillitatem* indicet eorum maxime, qui militiae tolerandae vel armis tractandis impares sint. Ubi nostri loci non oblitus est vir doctus.

ἐσαγαγὼν ἐς τὴν λίμνην ἐοῦσαν ἕλος] Olim εἰσαγαγὼν; sed ἐσαγαγὼν libri scripti suppeditabant. Ad argumentum Wesselingius refert Ieremiae locum LI, 32, ubi nonnulla Grotius et Camp. Vitringa Observv. Sacrr. VI, 5 p. 298, Gesenius (cuius locum adscripsit Cr. in Commentt. ad Ies. t. II p. 88) Iesaiae locum XLIV, 27, ubi vid. Quod vero discrimen Wesselingius statuit inter λίμνην et ἕλος, quorum hoc sit *stagnum terra undique inclusum et exitu aquarum carens*, illud *palus, in quam aut fluvius incurrat, aut ducta fossa cum*

6 ὑπονοστήσαντος τοῦ ποταμοῦ. γενομένου δὲ τούτου τοιούτου, οἱ Πέρσαι, οἵπερ ἐτετάχατο ἐπ' αὐτῷ τούτῳ κατὰ τὸ ῥέεθρον τοῦ Εὐφρήτεω ποταμοῦ, ὑπονενοστηκότος ἀνδρὶ ὡς ἐς μέσον μηρὸν μάλιστά κῃ, κατὰ τοῦτο ἐσῄεσαν ἐς τὴν Βαβυλῶνα.
7 Εἰ μέν νυν προεπύθοντο, ἢ ἔμαθον οἱ Βαβυλώ-

---

ea coniungatur, *atque iterum exeat* (v. c. I, 104. 185. VII, 109), haud tale est, quod usquequaque probari possit. Nec ipsum fugit virum doctum; cf. Herod. I, 202. IV, 51 coll. Eustath. ad Il. υ', 220.

ὑπονενοστηκότος ἀνδρὶ ὡς ἐς μέσον μηρὸν μάλιστά κῃ] i. e. *qui* (fluvius) *regressus erat s. decreverat eum in modum ut viro medium femur vix attingeret*. Quod olim vulgatum erat ἀνδρείως (pro ἀνδρὶ), iam dudum reiectum est.

εἰ μέν νυν προεπύθοντο — οὐδ' ἄν, περιϊδόντες τοὺς Πέρσας — διέφθειραν κάκιστα] οὐδ' ἂν dedimus cum Gaisfordio librorum vetustorum iussu. Nam quod in quibusdam legitur οὐ μὰν quodque Wesselingio arrisit, antiquo more dictum pro οὐ μὴν, id ab hoc loco, ubi necessaria est particula ἄν, alienum esse nemo non videt. Neque propterea probaverim οὐκ ἄν, quod e mera coniectura in Reizii et Schweighaeus. editiones transiit. Videtur enim οὐδὲ hic positum, ut fortius neget, quam simplex negandi particula οὐκ, indeque vertendum: *minime, nequaquam*. Pertinebit vero, aeque ac particula ἂν non minus ad περιϊδόντες quam ad διέφθειραν; quod de particula ἂν bene vidit Werferus in Actt. philoll. Monacc. I, 2 pag. 249, in eo tamen, opinor, lapsus, quod οὐδ' ἂν distractis literis scribi monet, illudque relatum quodammodo vult ad similes quosdam locos, ubi μὲν et δὲ sibi invicem ita respondentes invenias, collectos ab ipso l. l. pag. 96. Maxime vero Gaisfordii displicet ratio, qui negligentia scriptoris potius quam librarii hic superioris commatis apodosin deesse videri dicit, v. g. ἐσώθησαν ἂν s. aliud quid huiusmodi. Equidem nihil desidero, ubi omnia adesse video. Nam quae protasis est εἰ — προεπύθοντο ἢ ἔμαθον οἱ Βαβυλώνιοι κ. τ. λ., ei respondet apodosis: οὐδ' ἂν περιϊδόντες — διέφθειραν. Neque verbis: εἰ μέν νυν προεπύθοντο κ. τ. λ. desunt quae respondeant. Verbis enim aliquot, quae causam continent rationemque quasi reddunt priorum, interpositis (κατακληΐσαντες γὰρ ἂν — ἔλαβον ἄν σφεας ὡς ἐν κύρτῃ), sequitur altera, quae opponitur periodus: νῦν δὲ ἐξ ἀπροσδοκήτου κ. τ. λ.

νιοι τὸ ἐκ τοῦ Κύρου ποιεύμενον, οὐδ' ἂν, περιϊδόντες τοὺς Πέρσας ἐσελθεῖν ἐς τὴν πόλιν, διέ-
8 φθειραν κάκιστα. κατακληΐσαντες γὰρ ἂν πάσας τὰς ἐς τὸν ποταμὸν πυλίδας ἐχούσας, καὶ αὐτοὶ ἐπὶ τὰς αἱμασιὰς ἀναβάντες τὰς παρὰ τὰ χείλεα τοῦ ποταμοῦ ἐληλαμένας, ἔλαβον ἂν σφεας ὡς ἐν κύρ-
9 τῃ. νῦν δὲ ἐξ ἀπροσδοκήτου σφι παρέστησαν οἱ Πέρσαι. ὑπὸ δὲ μεγάθεος τῆς πόλιος, ὡς λέγεται ὑπὸ τῶν ταύτῃ οἰκημένων, τῶν περὶ τὰ ἔσχατα τῆς πόλιος ἑαλωκότων, τοὺς τὸ μέσον οἰκέοντες τῶν

περιϊδόντες τοὺς Πέρσας ἐσελθεῖν] Verbo *περιορᾶν* hic praeter consuetudinem participii loco adiicitur infinitivus. Sed aliquoties hoc in nostro scriptore reperias. Vid. Matth. Gr. Gr. pag. 1086 (not. 2).

τὰς ἐς τὸν ποταμὸν πυλίδας ἐχούσας] *ἐχούσας* haud aliter atque I, 180 eodem modo quo alias dixit *φερούσας*. Confer Matth. Gr. Gr. pag. 932. — Quod ad particulam *ἂν* attinet, bis collocatam, monuit Werferus (Actt. philoll. Monn. I, 2 pag. 249), primo loco positam pertinere illam ad participium (*κατακληΐσαντες*), altero loco ad ipsum verbum finitum *ἔλαβον*.

ἔλαβον ἂν σφεας ὡς ἐν κύρτῃ] *κύρτη* s. *κύρτος*, ut alii dixere, est *nassa*, *fiscella e viminibus texta*, in piscibus capiendis usitata. „Cf. Heindorf. ad Platon. Sophist. pag. 285. Interprett. ad Theocrit. Idyll. XXI vs. 9-11. Pollux in Onomast. X, 36 §. 160 *caveam* exponit." Cr.

ὑπὸ δὲ μεγάθεος τῆς πόλιος, ὡς λέγεται κ. τ. λ.] Est structurae genus, quale ad I, 58 attigimus. Cr. hic addit Heindorf. ad Platon. Sophist. p. 436. Ad argumentum quod spectat, scribit Aristoteles Polit. III, 2 pag. 341, A urbe iam tertium diem capta, nondum illud omnibus incolis cognitum fuisse. Quod ei, qui urbis magnitudinem reputaverit (vid. ad I, 178), haud improbabile videbitur. In reliquis cum Herodoto consentit Xenophon, Cyropaed. VII, 5 §. 15, in eo unice dissentiens, quod non fortunâ istud accidisse, sed Cyri arte doloque praeparatum narrat. Nec refragatur sacra scriptura. Tu conf. Iesai. XXI, 5 ibiq. Gesen. pag. 655, qui etiam Daniel. V, 5 citat. Wesselingius praeterea huc refert Ierem. LI, 31. Festum ipsum quale fuerit, nisi omnino festum deorum quoddam dixeris, vix accuratius definire liceat. Confer Münter.: die Relig. d. Babylon. p. 67.

Βαβυλωνίων οὐ μανθάνειν ἑαλωκότας· ἀλλὰ (τυχεῖν γάρ σφι ἐοῦσαν ὁρτὴν) χορεύειν τε τοῦτον τὸν χρόνον, καὶ ἐν εὐπαθείῃσι εἶναι, ἐς ὃ δὴ καὶ τὸ κάρτα ἐπύθοντο, καὶ Βαβυλὼν μὲν οὕτω τότε πρῶτον ἀραίρητο.

192 Babylonica regio trientem aequat potentiae Asiaticae. Tritantaechmes: artaba: equorum foetura: canes Indici.

Τὴν δὲ δύναμιν τῶν Βαβυλωνίων πολλοῖσι μὲν
καὶ ἄλλοισι δηλώσω ὅση τίς ἐστι, ἐν δὲ δὴ καὶ τῷ-
δε. Βασιλέϊ τῷ μεγάλῳ ἐς τροφὴν αὐτοῦ τε καὶ
τῆς στρατιῆς διαραίρηται, πάρεξ τοῦ φόρου, γῆ
2 πᾶσα ὅσης ἄρχει. δυώδεκα ὦν μηνῶν ἐόντων ἐς τὸν
ἐνιαυτὸν, τοὺς τέσσερας μῆνας τρέφει μιν ἡ Βαβυ-
λωνίη χώρη· τοὺς δὲ ὀκτὼ τῶν μηνῶν, ἡ λοιπὴ
3 πᾶσα Ἀσίη. οὕτω τριτημορίη ἡ Ἀσσυρίη χώρη τῇ
δυνάμει τῆς ἄλλης Ἀσίης· καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς χώρης
ταύτης, τὴν οἱ Πέρσαι σατραπηΐην καλέουσι, ἔστι 91

οὕτω τότε πρῶτον ἀραίρητο] Altera vice Darius eam expugnavit, ut auctor est Noster III, 159. Prior haec urbis expugnatio incidit ex Larcheri calculis, in annum 538 a. Chr. n. Pro ἀραίρητο (*capta*, *expugnata* est Babylon) male olim ἀναίρητο, quod alienam ab hoc loco sententiam efficit. Conf. Nostrum IX, 101. VII, 83, ubi itidem ἀραίρητο, forma Ionica ab αἱρέω. Conf., si tanti est, Matth. §. 168 not. 2.

Cap. CXCII.

οὕτω τριτημορίη ἡ Ἀσσυρίη χώρη τῇ δυνάμει τῆς ἄλλης Ἀσίης] In lectione constituenda edd. recentt. secuti sumus. Magis a librorum vestigiis recedit vulgata lectio τριτημ ο ι ρ ί η χώρη, ubi omissum est ἡ Ἀσσυρίη, quod quamquam ad sensum haud incommode abesse potest, tamen haud minus bene librorum vetustorum auctoritate retinebis. Namque constat, ab Herodoto terram *Babyloniam* atque *Assyriam* promiscue dici; cf. I, 178. 193. Rennelium in Geogr. Herodot. pag. 497.

τὴν οἱ Πέρσαι σατραπηΐην καλέουσι] Quidam libri σατραπίην. Sed III, 89 sine ulla lectionis varietate σατραπηΐην. De Persarum *satrapis* plurima Barn. Brissonius de reg. Pers. princ. I, 168, cui quod ad nominis ipsius rationem attinet, adde not. nostram ad Ctesiae fragm. pag. 122. Summa rerum in provinciis erat penes hos magistratus, qui cum in omnibus ferme rebus pro arbitrio ac

ἀπασέων τῶν ἀρχέων πολλόν τι κρατίστη· ὅκου Τριτανταίχμῃ τῷ Ἀρταβάζου ἐκ βασιλέως ἔχοντι τὸν νομὸν τοῦτον, ἀργυρίου μὲν προσήει ἑκάστης ἡμέρης ἀρτάβη μεστή· ἡ δὲ ἀρτάβη, μέτρον ἐὸν Περσικὸν, χωρέει μεδίμνου Ἀττικῆς πλεῖον χοίνιξι 4 τρισὶ Ἀττικῇσι. ἵπποι δέ οἱ αὐτοῦ ἦσαν ἰδίῃ, πάρεξ

---

voluntate suà agerent, ipsi reges s. reguli fuisse videntur, summo Persarum regi vix inferiores potestate, divitiis atque luxurie. Ditissimos enim fuisse, vel hic locus declarat, nec alia huius rei desunt testimonia. Cf. Heeren. Ideen I, 1 p. 88.481. 495. Unde haud mirum vel regis cognatis vel iis, qui ullo modo affinitate cum rege coniuncti fuerint, tales magistratus sive satrapias permitti solitas. Nec illud mirum, huiusmodi satrapas sive regulos haud raro a rege summo descivisse eiusque auctoritatem neglexisse, quo ipsi regnum sibi conderent. Sed talia ex orientalium regnorum indole et conditione, quae vel nostram ad aetatem haud mutata permansit, explicanda sunt.

ὅκου Τριτανταίχμῃ — τὸν νομὸν τοῦτον] In Persici satrapae nomine valde variant libri. Quod dedimus, auctoritate nititur ipsius Herodoti VII, 82. 121; quorum locorum in priori Tritantaechmes *Artabani*, non *Artabasi* filius nominatur. Sed in talibus, ubi proclivis est confusio, quidquam mutare aut certum pronuntiare velle, temerarium videri debet. — De ὅκου (*quum*) conf. ad I, 68.

ἀργυρίου μὲν προσήει — ἀρτάβη μεστή] De *Artaba*, quae et Persarum est mensura et Aegyptiorum, dixerunt Wesseling. ad Diodor. Sic. XX, 96 Wurm. de pondd. ratt. p. 134. Sunt enim haud pauci scriptores, qui Artabam Attico medimno aequalem fere faciant, cum Herodotus accuratior tres addat choenices, ita ut una artaba LI choenices capiat. Aegyptia artaba dimidium fere Persicae continet, XXVI⅔ choenices Atticas. Ad nostras mensuras qui redigere velit, quingenta millia imperialium et quod excurrit (500,000 Reichsthaler) inveniet. Conf. Heeren. l. l. p. 481.

πάρεξ τῶν πολεμιστηρίων] Hanc cum Schweigh. reduximus lectionem, libris sic iubentibus, pro πολεμιστέων, quod ex Aldina receperat Wesseling. aliisque locis probare studuerat (Strabon. XV p. 1023 s. 698. Diodor. Sicul. II, 41). Sed hic potior esse debebat librorum auctoritas. Et conf. Herodot. V, 113. — In seqq. ἀναβαίνειν, uti ὀχεύειν (unde ὀχευταί), de *equis* dicitur *admissariis*, monente Frommel. in Creuzeri Melett. III pag. 157 seq.

τῶν πολεμιστηρίων, οἱ μὲν ἀναβαίνοντες τὰς θηλέας, ὀκτακόσιοι· αἱ δὲ βαινόμεναι, ἑξακισχίλιαι καὶ μύριαι. ἀνέβαινε γὰρ ἕκαστος τῶν ἐρσένων τούτων εἴκοσι ἵππους. κυνῶν δὲ Ἰνδικῶν τοσοῦτο δή τι πλῆθος ἐτρέφετο, ὥστε τέσσερες τῶν ἐν τῷ πεδίῳ κῶμαι μεγάλαι, τῶν ἄλλων ἐοῦσαι ἀτελέες, τοῖσι κυσὶ προσετετάχατο σιτία παρέχειν. τοιαῦτα μὲν τῷ ἄρχοντι τῆς Βαβυλῶνος ὑπῆρχε ἐόντα.

193 Ἡ δὲ γῆ τῶν Ἀσσυρίων ὕεται μὲν ὀλίγῳ, καὶ τὸ ἐκτρέφον τὴν ῥίζαν τοῦ σίτου ἐστὶ τοῦτο. ἀρδόμενον μέντοι ἐκ τοῦ ποταμοῦ ἁδρύνεταί τε τὸ λήϊον, καὶ παραγίνεται ὁ σῖτος· οὐ, κατάπερ ἐν Αἰγύπτῳ, αὐτοῦ τοῦ ποταμοῦ ἀναβαίνοντος ἐς τὰς ἀρούρας,

Ager Babylonius quomodo irrigetur: fertilissimus frugum, arborum sterilis: oleum ex sesamo: ex palma panes et vinum et mel.

τὰς θηλέας] Male quidam θηλείας; sed vid. Herodot. I, 178 ibiq. not. III, 85.

κυνῶν δὲ Ἰνδικῶν] De *canibus Indicis* classicus Ctesiae locus in Indicc. Excerptt. §. 5, ubi vid. quae adnotavi p. 272 seq. coll. 296. Sunt illi grandiores forma ac structurâ et leonem vi aequare dicuntur, in terra quae nunc dicitur *Kabul*, ubi hodieque inveniuntur. Qui cum ad venandum essent maxime idonei, Persis, quos venatui valde deditos novimus, in deliciis fuerunt, ut magno numero eos alerent et secum ducerent, magnique omnino hoc canum genus aestimarent. Conf. Heeren. Ideen I, 2 pag. 214.

Cap. CXCIII.

ἡ δὲ γῆ Ἀσσυρίων ὕεται μὲν ὀλίγῳ κ. τ. λ.] Assyriam terram haud aliam atque Babyloniam esse monuimus ad I, 192. Caeterum consentit in argumento ipso Strabo XV pag. 739 s. p. 1074, A coll. Rauwolf. Travels p. 152, quem citat Palmblad. l. l. pag. 5. — De usu verbi ὕειν Valckenar. dixit ad II, 13. Invenitur passiva forma II, 13. 14. 22. III, 10. IV, 50. 198. — ὀλίγῳ dativus est instrumenti, ubi si placét, substantivum intelligas licet; nam *paucis* (*pluviis* sc.) irrigari Assyriam Herodoti est sententia, has vero exiguas pluvias esse, quibus frumenti radix nutriatur; ad maturitatem segetes perduci fluvii aquâ, non inundantis quidem arva, sed hominum operâ ad campos irrigandos deducti. Eodem modo Herodotum imitans Pausanias scripsit IV, 20 §. 3: ὕειν — πολλῷ, ubi male Clavier. proposuit πολύ. Sed vid. Siebelis. ad h. l. pag. 134.

2 ἀλλὰ χερσί τε καὶ κηλωνηΐοισι ἀρδόμενος. ἡ γὰρ Βαβυλωνίη χώρη πᾶσα, κατάπερ ἡ Αἰγυπτίη, κατατέτμηται ἐς διώρυχας· καὶ ἡ μεγίστη τῶν διωρύχων ἐστὶ νηυσιπέρητος, πρὸς ἥλιον τετραμμένη τὸν χειμερινόν· ἐσέχει δὲ ἐς ἄλλον ποταμὸν ἐκ τοῦ Εὐφρήτεω, ἐς τὸν Τίγριν, παρ' ὃν Νῖνος πόλις οἴ-

---

ἀλλὰ χερσί τε καὶ κηλωνηΐοισι] κηλωνήΐον exponunt γεράνιον i. e. *tollenonem* i. e. machinam rusticorum et olitorum ad exhauriendam e puteis aquam. Nos *Brunnenschwengel.* Vid. Pollux. in Onomast. VII, 143. Inde etiam bellica machina ob figurae similitudinem sic dicitur. Plura Orelli ad Aeneam Tactic. pag. 289. De Euphratis inundationibus et canalibus ex hoc flumine ad agros irrigandos quaquaversus deductis comparentur primarii Strabonis loci XI p. 502 s. 767, A. XVI pag. 740 s. 1075, A. Plinii Hist. Nat. V, 20. Unde frequens huius regionis cum Aegyptia terra comparatio. Plura hanc in rem collegit Palmblad. in Dissert. de rebus Babylonn. et origg. Chald. (Upsal. 1820) pag. 5 seq.

καὶ ἡ μεγίστη τῶν διωρύχων ἐστὶ νηυσιπέρητος] Vulgo disiuncte edunt: νηυσὶ πέρητος. Libri vetusti coniunctim exhibent; nec aliter ναυσιπέρατος apud Dionys. Halicarn. Antiqq. Romm. III, 44. Breigerus in commentat. de diffice. quibusd. Asiae Herodot. p. 47 hunc canalem eundem esse suspicatur, quo nunc Euphrates in Tigrin feratur; esse enim illum magnum, navigando aptum et tendere versus ortum solis hibernum, quae vera videatur directio, quà, infra Babylonem paulum inflexus, nunc Tigrin petat. Cr. conferri vult Ammian. Marcellin. XXIV, 6 §. 1 ibique Vales. et Quatremère apud Bast. Lettre critiq. p. 14 not. Est enim idem canalis, qui amnis regum (βασιλικὴ διώρυξ) dicitur, orientalibus hominibus *Naar-Malcha*, quod eodem redit, a Persis expugnata terra haud obrutus.

παρ' ὃν Νῖνος πόλις οἴκητο] Satis notum est, quantum inter se discrepent veteres in loco indicando, ubi Ninus urbs sita fuerit. Herodotum secuti (II, 150) haud pauci scriptores ad Tigrin sitam esse affirmant, cum Diodorus (II, 3. 7 etc.) vel potius, quem ille exscribit, Ctesias ad Euphratem collocatam esse tradat. Quos ut conciliarent duplicem olim exstitisse dixerunt Ninum, alteram quae ad Tigrin, alteram quae ad Euphratem sita fuerit. Vide quae dixi ad Ctesiae fragmm. pag. 391 seq., ubi virorum doctorum sententias recensui. His addi poterit Rennelius in Geogr. Herodot. pag. 498 ed. Bredow., qui Ninum sitam esse contendit e regione eius loci, qui nunc

3 κητο. ἔστι δὲ χωρέων αὕτη ἀπασέων μακρῷ ἀρίστη, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, Δήμητρος καρπὸν ἐκφέρειν.
4 τὰ γὰρ δὴ ἄλλα δένδρεα οὐδὲ πειρᾶται ἀρχὴν φέρειν, οὔτε συκέην, οὔτε ἄμπελον, οὔτε ἐλαίην· τὸν δὲ τῆς Δήμητρος καρπὸν ὧδε ἀγαθὴ ἐκφέρειν ἐστὶ, ὥστε ἐπὶ διηκόσια μὲν τὸ παράπαν ἀποδιδοῖ· ἐπεὰν δὲ ἄριστα αὐτὴ ἑωυτῆς ἐνείκῃ, ἐπὶ τριηκόσια ἐκφέ-
5 ρει. τὰ δὲ φύλλα αὐτόθι τῶν τε πυρῶν καὶ τῶν κριθέων τὸ πλάτος γίνεται τεσσέρων εὐπετέως δα-
6 κτύλων. ἐκ δὲ κέγχρου καὶ σησάμου ὅσον τι δένδρον μέγαθος γίνεται, ἐξεπιστάμενος, μνήμην οὐ

---

dicitur *Mosul*, quippe ubi et nominis ipsius vestigia aedificiorumque rudera adhuc supersint. Sed Breiger. (Commentt. de difficill. Asiae Herod. pag. 52 sq.) orientales geographos sequi mavult, qui Ninum, quam *Esri-Ninveh* appellent, ad orientalem Tigris ripam sitam referant, ita ut, observantibus quoque recentioribus peregrinatoribus, ex adverso urbis Mosul recentioris, inter hanc et veterem Mosul Ninus sita fuerit.

ἔστι δὲ χωρέων αὕτη ἀπασέων μακρῷ ἀρίστη κ. τ. λ.] Quae Herodotus hic scribit de regionis fertilitate, de frumento copiosissimo, de arborum inopia, exceptis palmis, ea hodieque sic inveniri testantur scriptores recentiores ac peregrinatores. Nam terrae indole coelique et aeris temperie illud potissimum efficitur, accedente hominum operà atque industrià. Vid. Heeren. Ideen I, 2 p. 144 sqq. Ritter. Erdkund. II p. 131. De frumento inprimis comparentur Strabo XVI p. 1077, D. Plinius H. N. XVIII, 17. Recentiorum peregrinatorum bina testimonia his adiicit Larcherus, Niebuhrii et Angli viri, Shaw.

οὐδὲ πειρᾶται ἀρχὴν φέρειν] sc. *αὕτη ἡ χώρη*. Tu verte: *ne conatur quidem omnino proferre s. producere.* Sic *ἀρχὴν* II, 95. De *ἐπὶ* (*ἐπὶ διηκόσια*) conf. Matth. Gr. Gr. pag. 1169 eundemque consul. pag. 857 ad verba *ἄριστα αὐτὴ ἑωυτῆς*.

ἐκ δὲ κέγχρου καὶ σησάμου ὅσον τι δένδρον κ. τ. λ.] Cenchrum monent esse *Panicum Miliaceum* L. coll. Theophrast. VIII, 3. *Sesamum* plerumque habent *Orientale* L., quamquam probabiliter *Indicum* esse monet Heeren. l. l. collat. Plin. H. N. XVIII, 10. „Consul. Schneider. ad Theophrast. V pag. 499.“ *Cr.*

ποιήσομαι· εὖ εἰδὼς ὅτι τοῖσι μὴ ἀπιγμένοισι ἐς τὴν Βαβυλωνίην χώρην, καὶ τὰ εἰρημένα καρπῶν
7 ἐχόμενα ἐς ἀπιστίην πολλὴν ἀπῖχται. χρέονται δὲ 92
οὐδὲν ἐλαίῳ, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν σησάμων ποιεῦντες. εἰσὶ 26
δέ σφι φοίνικες πεφυκότες ἀνὰ πᾶν τὸ πεδίον· οἱ πλεῦνες αὐτῶν καρποφόροι, ἐκ τῶν καὶ σιτία καὶ
8 οἶνον καὶ μέλι ποιεῦνται· τοὺς συκέων τρόπον θε-

εὖ εἰδὼς ὅτι τοῖσι μὴ ἀπιγμένοισι ἐς τὴν Βαβυλωνίην χώρην] Quae verba clare indicant, Herodotum ipsum has terras visisse ac peragrasse, ut supra ad I, 178 notavimus. — Ad locutionem *τὰ καρπῶν ἐχόμενα* conf. I, 120.

ἀλλ᾽ ἐκ τῶν σησάμων ποιεῦντες] Supplendum ex antecedentibus *ἐλαίῳ χρέωνται*. De quo participiorum usu, ubi absolute posita videntur, cum verbum e praegressis mente repetendum sit, conf. Matthiae Gr. Gr. §. 556 not. 1 pag. 1093. Olei ex sesamis parati Xenophon quoque meminit, aliique plures meminerunt, quos ad Xenophontis locum in Cyri Expedit. IV, 4, 13 laudat Krügerus. Alia quaedam e recentioribus scriptoribus citat Heeren. l. l. — Quae sequuntur, transscripsit Athenaeus XIV p. 651, ubi conf. Schweighaeuserum in Animadverss. t. VII pag. 599. De palmis *Cr.* confert ea, quae Niclas. citat ad Geoponicc. X, 4 init. Accuratiora dabit nobilissimus de Minutoli in Nachträgen zu s. Reis. etc. pag. 82 seqq.

οἱ πλεῦνες αὐτῶν καρποφόροι, ἐκ τῶν καὶ σιτία καὶ οἶνον καὶ μέλι ποιεῦνται] *αὐτῶν* ex more dedimus pro vulg. *αὐτέων*. — *σιτία*, quae Noster e palmarum fructibus parari scribit, eo refero, quod iam Theophrastus atque Plinius panis quoddam genus e palmarum medulla confici tradunt. Ac nostra aetate e palmis siccatis massas quasdam valde pressas (stark gepresster Teig) confici, nomine *Schmotsch*, in Aegypto observavit Vir illustris de Minutoli (Nachträge zu s. Reise p. 91 seq.) accurateque, ut omnia, descripsit, allatis quoque his veterum scriptorum locis. Idem porro monet, e palmarum succo, qui plane ut betulae siccus apud Nostrates, vel incidendo vel terebrando arbores percipiatur, *vini* quoddam parari genus, cui nomen *Lakby* s. *Subia*. Frequentius tamen tum e succo tum e fructibus optimum acetum aliudque vinum adustum (Brantwein) effici. Quod quo modo fieri queat, vir eruditissimus lucide exponit. Nec mirum, vinum e palmis etiamnunc in Babyloniae veteris regionibus parari, id quod testatur Heeren. l. supra laud. pag. 146 not.

ραπεύουσι, τά τε ἄλλα, καὶ φοινίκων τοὺς ἔρσενας Ἕλληνες καλέουσι, τούτων τὸν καρπὸν περιδέουσι τῇσι βαλανηφόροισι τῶν φοινίκων, ἵνα πεπαίνῃ τέ σφι ὁ ψὴν τὴν βάλανον ἐσδύνων, καὶ μὴ ἀποῤῥέῃ
9 ὁ καρπὸς ὁ τοῦ φοίνικος. ψῆνας γὰρ δὴ φορέουσι ἐν τῷ καρπῷ οἱ ἔρσενες, κατάπερ δὴ οἱ ὄλυνθοι.

Mel palmarum refert idem Heerenius probabiliter ad saccharum palmarium (*Palmenzucker*), qui e recenti palmarum succo conficiatur hodieque ab Arabibus saepe adhibeatur. Add. Minutoli l. l.

τά τε ἄλλα, καὶ φοινίκων τοὺς ἔρσενας κ. τ. λ.] Ad τὰ ἄλλα mente repetendum: θεραπεύουσι, ut ea sit Nostri sententia: „non solum in reliquis palmas colunt ficorum more (i. e. eo more, quo in Graecia fici coli solent), verum etiam fructum earum palmarum, quas Graeci masculas vocant, circumligant glandiferis palmis.“ Ut enim in Graecia ψῆνες, quae in feris ficis vivunt, immittebantur ficis mansuetis, quo fructus maturescerent, neque in terram deciderent, hoc modo etiam in palmis a Babyloniis fieri Noster scribit, quum palmarum mascularum fructum h. e. spadicem cum flore abscissum, eodem quo grossos ficis modo, alligent palmae foeminae, quo culices in flore spadicis nati femellae fructum subeuntes, eum maturent. Sed Herodoto adversatur Theophrastus in histor. plantarum II, 9 §. 5 p. 115 scribens, flores solos mascularum palmarum idem efficere in femineis, quod a culicibus istis ficorum ferarum in ficis mansuetis efficiatur. Cuius iudicium secuti viri gravissimi, Salmasius in Solini hist. pag. 938, 2, A. B et Bodaeus a Stapel, doctus Theophrasti interpres, in Herodotum invehuntur, qui quod in caprificatione usus introduxerat, id imprudenter ad palmas transtulerit. Sed Herodoto, ut testi oculato, plus tribuendum esse quam Theophrasto ex aliorum narratione pendenti, persuasit Iul. Pontedera in Antholog. s. de flor. natur. (Patav. 1720) II, 32, ubi palmis in oriente fructiferis, ne palmulas ante maturitatem amittant, per hos *culices* s. ψῆνας succurri narrat. Idem affirmat Minutoli l. l. p. 87 seqq., qui de caprificatione palmarum, qualis nunc in Aegypto fit, accurate exposuit. Cr. nos amandat ad Geoponicc. X, 5 (coll. X, 4) ibiq. Niclas. pag. 651 (cuius verbis iam supra usus sum) et ad Ammian. Marcellin. XXIV, 3 §. 12 ibiq. Lindenbrog. et Wagner. p. 71. Larcherus hac de re Plinii locum adscripserat in Hist. Nat. XV, 19 et Tournefort. in Voyage du Levant, Lett. VIII p. 338.

ψῆνας γὰρ δὴ φορέουσι ἐν

194 *Τὸ δὲ ἁπάντων θῶυμα μέγιστόν μοί ἐστι τῶν ταύτῃ, μετά γε αὐτὴν τὴν πόλιν, ἔρχομαι φράσων. 2 τὰ πλοῖα αὐτοῖσί ἐστι τὰ κατὰ τὸν ποταμὸν πο-*

Navium onerariarum ex Armenia venientium structura et ornatus.

τῷ καρπῷ οἱ ἔρσενες] Apud Gaisfordium invenio: *αἱ ἔρσενες;* quod unde adscitum, nescio. Retinui igitur vulgatum *οἱ ἔρσενες*. *ψῆνες* quaenam fuerint animalia, non accuratius Noster designavit. Fuere ex antiquis, qui non pro animali sed pro ipso mascularum palmarum fructu haberent, uti Pollux, Hesychius atque ipse Theophylactus (Epist. XVIII) ab aliis erroris incusati, ab Wesselingio hactenus defensi, quod se vereri scribit, ut iusta sit illorum virorum in Grammaticos veteres actio. Ac potuit re vera tempus, uti fit, mutasse vocis significationem. Steriles enim palmae, notante Niclas. ad Geoponic. X, 5 p. 651, non alium fructum ferunt, nisi flores; flores autem semen et culices continent. Laudat praeterea vir doctus Aristotel. de Plant. I, 6. Graecum animal, quod in ficis feris invenitur, describunt Aristoteles Hist. Animal. V, 32 et Theophrast. Hist. Plant. II, 8, 1. 2 ed. Schneid., ex quo ipso sua desumsit Plinius in Hist. Nat. XVII cp. 27. Quibus Larcherus ea adiicit, quae hac de re scribit Pontedera l. l. II, 34 pag. 174 seq. Sed, monente eodem Larchero, quaeri sanequam poterit, utrum quod per Graeciam in ficis inveniatur animal quodque vulgo appellatur *ψήν*, idem quoque sit existimandum, quod eodem nomine in palmis per orientem occurrat. Cui rei solvendae me quidem haud parem esse lubens confiteor. In Schneideri Lexico *ψὴν* redditur *Cynips* L., vernacule: *Gallwespe*. Heeren. l. l. pag. 146 not. id modo addit: „Es gehört zu dem *Cynips Psenes*.“ Nam Plinius minus accurate dicit *culicem*, Hist. Nat. XV, 19.

Cap. CXCIV.

ἔρχομαι φράσων] De locutione consul. Matthiae Gr. Gr. pag. 1106. — Paulo ante ordinem verborum cum recentt. editt. mutavimus, scribentes *μετά γε αὐτὴν τὴν πόλιν*, quod libri ferebant. — In seqq. notanda orationis quaedam abundantia, de quâ in universum monuit Matth. l. l. pag. 1104: *τὰ πλοῖα αὐτοῖσί ἐστι — ἐόντα κυκλοτερέα*.

τὰ πλοῖα αὐτοῖσί ἐστι κ. τ. λ.] Quae Herodotus hoc capite de navigiis hisce scribit ac de navigandi ratione, ea hodieque in usu esse omnia recentiores peregrinatores testantur. Nunc istiusmodi naves, quibus in Tigri navigando utuntur, nominantur *Kilet*. Vid. Heerenii Ideen I, 2 pag. 225, qui Porterum citat in itinerario II p. 259 accurate eas naves describentem. Ovium pelles inflatas narrat substratas esse, quarum au-

ρευόμενα ἐς τὴν Βαβυλῶνα, ἐόντα κυκλοτερέα,
3 πάντα σκύτινα. ἐπεὰν γὰρ ἐν τοῖσι Ἀρμενίοισι, τοῖσι κατύπερθε Ἀσσυρίων οἰκημένοισι, νομέας ἰτέης ταμόμενοι ποιήσωνται, περιτείνουσι τούτοισι διφθέρας στεγαστρίδας ἔξωθεν, ἐδάφεος τρόπον, οὔτε πρύμνην ἀποκρίνοντες, οὔτε πρῴρην συνάγοντες,
4 ἀλλ' ἀσπίδος τρόπον κυκλοτερέα ποιήσαντες. καὶ καλάμης πλήσαντες πᾶν τὸ πλοῖον τοῦτο, ἀπιᾶσι κατὰ τὸν ποταμὸν φέρεσθαι, φορτίων πλήσαντες· μάλιστα δὲ βίκους φοινικηΐους κατάγουσι οἴνου πλέους. ἰθύνεται δὲ ὑπό τε δύο πλήκτρων, καὶ δύο ἀνδρῶν ὀρθῶν ἑστεώτων· καὶ ὁ μὲν ἔσω ἕλκει τὸ
5 πλῆκτρον, ὁ δὲ ἔξω ὠθέει. ποιέεται δὲ καὶ κάρτα

---

xilio naves ferantur. „Plurima de hoc navigiorum genere attulit Vales. ad Ammian. Marcellin. XXIV, 3 §. 11 pag. 70 ed. Wagner. Nam Ammiani aetate idem, qui antea, obtinuit mos." Cr. νομέας et hic et II, 96 *costas navium* Noster intellexit.

Qui sequitur locus de *Armeniis*, quorum omnino prima apud Nostrum mentio, ab Heerenio (Ideen I, 1 p. 189) adhibetur, quo mature iam Armenios cum Persis Babyloniisve commercium instituisse probet.

ἀπιᾶσι κατὰ τὸν ποταμὸν φέρεσθαι] sc. τὸ πλοῖον: *navigium* (ita constructum) *iam emittunt*, *ut secundo deferatur flumine*. De structura loci, si quem illa offendat, conf. Matthiae Gr. Gr. pag. 1040. De forma ἀπιᾶσι (a verbo ἀφιέναι) ibid. pag. 395.

μάλιστα δὲ βίκους φοινικηΐους κατάγουσι οἴνου πλέους] Malunt scribi φοινικηΐου, ut ad οἴνου referatur; de quo vini genere iam monuimus ad I, 193. Conf. Wesseling. ad h. l. et Reiz. in Praefat. pag. XXII. Sed vulgatam lectionem φοινικηΐους ad unum omnes libri cum retineant, nihil mutare ausus sum. Nec contra manuscrr. auctoritatem quidquam mutatum vult, monente Cr., Dobraeus ad Aristophan. Plut. 718. Et in terra, omni fere lignorum genere arboribusque, si a palmis discesseris, carente, qualem cap. 193 Babyloniam fuisse et legimus et reapse comperimus, quid absonum palmarum e ligno dolia confici? Loquitur Noster hic de Armenia sive de iis regionibus, quae Babyloniam planitiem a septentrione proxime includunt; quarum quin similis fere fuerit conditio, quid dubitandum?

μεγάλα ταῦτα τὰ πλοῖα, καὶ ἐλάσσω· τὰ δὲ μέγιστα
αὐτῶν, καὶ πενταχισχιλίων ταλάντων γόμον ἔχει.
ἐν ἑκάστῳ δὲ πλοίῳ ὄνος ζωὸς ἔνεστι, ἐν δὲ τοῖσι
6 μέζοσι πλεῦνες. ἐπεὰν ὦν ἀπίκωνται πλέοντες ἐς
τὴν Βαβυλῶνα, καὶ διαθέωνται τὸν φόρτον, νο-
μέας μὲν τοῦ πλοίου καὶ τὴν καλάμην πᾶσαν ἀπ'
ὦν ἐκήρυξαν· τὰς δὲ διφθέρας ἐπισάξαντες ἐπὶ τοὺς
7 ὄνους, ἀπελαύνουσι ἐς τοὺς Ἀρμενίους. ἀνὰ τὸν 93
ποταμὸν γὰρ δὴ οὐκ οἷά τέ ἐστι πλέειν οὐδενὶ τρό-
πῳ, ὑπὸ τάχεος τοῦ ποταμοῦ. διὰ γὰρ ταῦτα καὶ
οὐκ ἐκ ξύλων ποιεῦνται τὰ πλοῖα, ἀλλ' ἐκ διφθε-
8 ρέων. ἐπεὰν δὲ τοὺς ὄνους ἐλαύνοντες ἀπίκωνται
ὀπίσω ἐς τοὺς Ἀρμενίους, ἄλλα τρόπῳ τῷ αὐτῷ
ποιεῦνται πλοῖα. τὰ μὲν δὴ πλοῖα αὐτοῖσί ἐστι τοι-
195 αῦτα. Ἐσθῆτι δὲ τοιῇδε χρέωνται, κιθῶνι ποδηνε- Corporum cultus apud Babylonios.

τὰ δὲ μέγιστα αὐτῶν] αὐτῶν e libris reposuimus. Vulgo αὐτέων. Mox ζωός utique praebent plurimi libri, unus ζοωὸς, alter ζώς, quod haud melius quam vulgatum ζῶς reiiciendum. Gaisfordio vera videtur scriptura ζοός; ac talem re vera exstitisse formam probabile reddunt, quae Matthiae disputavit in Gr. Gr. pag. 247. Minus huc contulerim σῶς, quod huius loci non esse monet Schweighaeuserus. — In seqq. ad διαθέωνται vid. quae de hoc verbo notata sunt ad I, 1.

τὴν καλάμην πᾶσαν ἀπ' ὦν ἐκήρυξαν] Ita egregie e Schellershem. libro a Schwgh. restitutum esse persuasum habemus. Vulgo τ. κ. πᾶσαν ἀπεκήρυξαν. Exempla huius tmeseos apud Nostrum haud inusitatae exstant apud Matth. l. l. pag. 1189 seq., qui idem pag. 954 propter aoristi significationem consulendus. Est vero ἀποκηρύττειν *per praeconem* (s. *publice*) *vendere* vel *vendenda voci subiicere praeconis*, ut monet Wesselingius, qui lectionem sua aetate a Gronovio vulgatam ἀπενεκήρυξαν in ἐπανεκήρυξαν (*insuper sub praecone vendebant*) mutatam voluerat. Sed praestat a Schweigh. reposita lectio.

ἀνὰ τὸν ποταμὸν γὰρ δὴ οὐκ οἷά τέ ἐστι πλέειν κ. τ. λ.] Idem adhuc in Tigri fieri affirmant. Conf. Ritter. Erdkunde II pag. 127 coll. 126.

Cap. CXCV.

ἐσθῆτι δὲ τοιῇδε χρέωνται κ. τ. λ.] Haec omnia fere retu-

κέϊ λινέῳ· καὶ ἐπὶ τοῦτον ἄλλον εἰρίνεον κιθῶνα ἐπενδύνει, καὶ χλανίδιον λευκὸν περιβαλλόμενος, ὑποδήματα ἔχων ἐπιχώρια, παραπλήσια τῇσι Βοιω-
2 τίῃσι ἐμβάσι. κομῶντες δὲ, τὰς κεφαλὰς μίτρῃσι
8 ἀναδέονται, μεμυρισμένοι πᾶν τὸ σῶμα. σφρηγῖδα δὲ ἕκαστος ἔχει, καὶ σκῆπτρον χειροποίητον· ἐπ'

---

lit Strabo XVI p. 745 s. 1082, A in eo uno ab Herodoto dissentiens, quod de comis, quas Babylonii alant, narratur.

κιθῶνι ποδηνεκέϊ λινέῳ κ. τ. λ.] Non ex *lino* tantum confectas indicari vestes observat Heerenius Ideen I, 2 pag. 205, verum ex *gossypio* quoque. Quod vestiendi genus, quo Babylonii ab Herodoto dicuntur usi esse, cum vix convenire videatur regioni, aërique tam calido, utique hae vestes luxui magis ac fastui quam necessitati inservisse videntur. Sunt vero nobilissimae ac per omnem fere antiquitatem celebratae Babyloniorum texturae, tapetes, alia id genus, de quibus conf., ne plura, Heerenium l. l. p. 206 seqq. coll. 245 seq. De luxurie Babyloniorum aliquot locos infra afferemus ad I, 199. Hoc loco illud addam, adhuc in lapidibus, quales per Babylonis urbis ruinas inveniuntur, conspici Babylonios homines, triplici hoc vestimento pileoque in altum ducto indutos. Atque ipsis Thebis Aegyptiacis detexerunt nuper in hypogeis quatuor Babyloniorum imagines, qui haud aliter vestiti atque ornati sunt atque Herodotus describit. Conf. Münter. Relig. d. Babylon. pag. 97, qui etiam Daniel. III, 21 atque Ezech. XXIII, 15 hanc in rem citat.

ἄλλον εἰρίνεον κιθῶνα ἐπενδύνει] Male olim scriptum *εἰρινέον*. Correxit Schweigh. — Transitum Herodoti a plurali (*χρέωνται*) ad singularem numerum (*ἐπενδύνει*) notarunt Wesselingius ad h. l. et Matth. Gr. Gr. p. 587. Conf. I, 197.

παραπλήσια τῇσι Βοιωτίῃσι ἐμβάσι] Hinc Strabo l. l. dicit *ὑπόδημα ἐμβάδι ὅμοιον*. Atque *ἐμβάδες* proprie feminarum dici soleas neminem fugit. Conf. Polluc. Onomast. VII, 85. 87. Caeterum optime huc facit Dicaearchi locus (vid. Creuzeri Melett. III p. 190), ubi de Thebanis mulieribus earumque vestitu scribens, hoc quoque addit: *ὑπόδημα λιτὸν, οὐ βαθὺ, φοινικοῦν δὲ τῇ χροίᾳ καὶ ταπεινόν· ὑσκλωτὸν δὲ, ὥστε γυμνοὺς σχεδὸν ἐκφαίνεσθαι τοὺς πόδας*. Unde satis patet, cur Babylonios soccos cum Boeoticis Noster contulerit.

σφρηγῖδα δὲ ἕκαστος ἔχει, καὶ σκῆπτρον χειροποίητον] Gemmis ad annulos signatorios Babylonios usos esse magnumque commercium earum instituisse per omnem fere Asiam

ἑκάστῳ δὲ σκήπτρῳ ἔπεστι πεποιημένον ἢ μῆλον,
4 ἢ ῥόδον, ἢ κρίνον, ἢ αἰετὸς, ἢ ἄλλο τι. ἄνευ γὰρ ἐπισήμου οὔ σφι νόμος ἐστὶ ἔχειν σκῆπτρον. αὕτη μὲν δή σφι ἄρτισις περὶ τὸ σῶμα ἐστί.

196 Νόμοι δὲ αὐτοῖσι ὧδε κατεστέαται. ὁ μὲν σοφώτατος ὅδε, κατὰ γνώμην τὴν ἡμετέρην, τῷ καὶ
2 Ἰλλυριῶν Ἐνετοὺς πυνθάνομαι χρῆσθαι. κατὰ κώ-

Legem de puellis pulchris in matrimonium vendendis et deformibus ex eo pretio dotandis,

---

satis constat. Plura Heeren. l. l. pag. 208. 211 seqq. et I, 1 pag. 98. Quod de baculis arte factis Noster refert, illustratur Theophrasti loco in Hist. Plant. V, 6. In Indiae enim insula, cui nomen Tylos, arbor invenitur, unde pulcherrimi exsecentur baculi. Conf. Heeren. l. l. pag. 246. De *Bambi* arundine minime cogitandum, obstante Theophrasti loco l. — *ἄρτισις* ad corporis pertinet cultum vestiendique rationem.

Cap. CXCVI.

ὁ μὲν σοφώτατος ὅδε, κατὰ γνώμην τὴν ἡμετέρην κ. τ. λ.] Haec utique ex orientis more, etiamnum per Asiam obtinente, quo connubia emtione, venditione, non mutuo animorum affectu, contrahantur, diiudicanda esse, monet Heyne in Commentat. societ. Gotting. XVI pag. 34, similemque morem Getarum memorat ex Pompon. Mela II, 2. Herodoteis cum verbis confer Strabonis verba, qui haec addit, in quaque tribu tres viros integritate conspicuos venditioni praefectos fuisse. Sed ille pro vulgati confusione Assyriis istum morem adscribit. Eadem ferme Nicolaus Damascen. p. 293 s. pag. 152 seq. Orell. coll. Aelian. V. H. IV, 1, ubi Perizon. aliarum gentium similes mores enarrat.

τῷ καὶ Ἰλλυριῶν Ἐνετοὺς πυνθάνομαι χρῆσθαι] Quo Herodoti iudicio de Illyrica Enetorum origine eo magis insistendum, iudice Niebuhrio in Hist. Roman. I pag. 172 ed. sec. (I p. 109 ed. prior), quo Illyricum regem illis imperasse scribit Servius ad Virgil. Aen. I, 242. Atque per omnem fere australem Italiae oram Illyricarum nationum vestigia reperiuntur. Quae tamen uberius persequi huius loci non est. Conf. infra V, 9, ubi item *Enetorum* mentio, ad quem locum plura dabimus. „Hoc loco unum memoramus archiepiscopum Mohileviensem (ad Borysthenem), Stanislaum Siestrencewicz de Bohusz, Venetorum origines explicantem in libro: Recherches historiques sur l'origine des Sarmates, des Esclavons et des Slaves, Petropol. 1812. Qui per Scythas anno 1455 a. Chr. n. ex Asia superiore (Media, Assyria) in Paphlagoniam indeque in alias terras delatos cen-

apud victos desiisse, meretriciumque a tenuioribus fieri coeptum.

μας ἑκάστας ἅπαξ τοῦ ἔτεος ἑκάστου ἐποιέετο τάδε.
ὡς ἂν αἱ παρθένοι γινοίατο γάμων ὡραῖαι, ταύτας
ὅκως συναγάγοιεν πάσας, ἐς ἓν χωρίον ἐσάγεσκον
8 ἁλέας· πέριξ δὲ αὐτὰς ἵστατο ὅμιλος ἀνδρῶν. ἀνιστὰς δὲ κατὰ μίαν ἑκάστην κήρυξ πωλέεσκε, πρῶτα μὲν τὴν εὐειδεστάτην ἐκ πασέων· μετὰ δὲ, ὅκως αὕτη εὑροῦσα πολλὸν χρυσίον πρηθείη, ἄλλην ἀνεκήρυσσε,
4 ἣ μετ' ἐκείνην ἔσκε εὐειδεστάτη. ἐπωλέοντο δὲ ἐπὶ συνοικήσει. ὅσοι μὲν δὴ ἔσκον εὐδαίμονες τῶν Βαβυλωνίων ἐπίγαμοι, ὑπερβάλλοντες ἀλλήλους ἐξωνέοντο τὰς καλλιστευούσας· ὅσοι δὲ τοῦ δήμου ἔσκον ἐπίγαμοι, οὗτοι δὲ εἴδεος μὲν οὐδὲν ἐδέοντο χρηστοῦ, οἱ δ' ἂν χρήματά τε καὶ αἰ-

---

set *Slavos*, quos ipsos prisci dixerint *Henetos*, postea *Antos*. *Henetorum* s. *Enetorum* nomen ductum esse ab αἰνητὸς, *clarus*, *illustris*, in eoque prorsus congruere nomini *Slavny*, quod et ipsum sit *clarus*, *illustris*." *Cr.*

ὡς ἂν αἱ παρθένοι γινοίατο] Libris scriptis invitis olim legebatur γενοίατο, quod tuetur censor in Ephemm. Ienn. 1817 nr. 164 pag. 373. — Valcken. pro ὡς ἂν maluit ὧν ἂν, quo minime opus. Wersero in Actt. phill. Monacc. I p. 84 scribendum videtur: ὡς ἂν, αἳ παρθένοι κ. τ. λ., ut ἂν pertineat ad ἐσάγεσκον, repetitam quandam actionem declarans.

κατὰ μίαν ἑκάστην] μίαν cum recentt. recepi pro μίην. — De usu praepositionis κατὰ et hoc loco et in antecedentibus (κατὰ κώμας ἑκάστας) confer Matth. Gr. Gr. p. 1155.

πρῶτα μὲν τὴν εὐειδεστάτην ἐκ πασέων] ἐκ praeter morem genitivo hic additum bene notat Matth. pag. 641. — Mox cum recentt. edd. dedimus: ὅκως αὕτη, ubi vulgo ὅκως αὐτή.

ὅσοι μὲν δὴ ἔσκον εὐδαίμονες κ. τ. λ.] ἔσκον formam imperfecti ab Herodoto usurpari in rebus s. actionibus iteratis, monet Matth. Gr. Gr. pag. 414. — εὐδαίμονες sunt *divites*, ut V, 8. Hinc Solonis quoque εὐδαιμονίη supra I, 32 et cf. nott. ad I, 33. De particularum iunctura μὲν δὴ — δὲ vid. Werfer. in Actt. phill. Monacc. I, 1 pag. 92.

οἱ δ' ἂν χρήματά τε — ἐλάμβανον] De particula δὲ repetita conf. Werferi Disputt. in Actt. philoll. Monacc. I, 1 p. 93 seqq., qui plures similes e No-

5 σχίονας παρθένους ἐλάμβανον. ὡς γὰρ διεξέλθοι ὁ κῆρυξ πωλέων τὰς εὐειδεστάτας τῶν παρθένων, ἀνίστη ἂν τὴν ἀμορφεστάτην, ἢ εἴ τις αὐτέων ἔμπηρος ἦε, καὶ ταύτην ἀνεκήρυσσε, ὅστις θέλοι, ἐλάχιστον χρυσίον λαβὼν, συνοικέειν αὐτῇ· ἐς ὃ
6 τῷ τὸ ἐλάχιστον ὑπισταμένῳ προσεκέετο. τὸ δὲ ἂν χρυσίον ἐγίνετο ἀπὸ τῶν εὐειδέων παρθένων· καὶ οὕτω αἱ εὔμορφοι τὰς ἀμόρφους καὶ ἐμπήρους ἐξε-
7 δίδοσαν. ἐκδοῦναι δὲ τὴν ἑωυτοῦ θυγατέρα ὅτεῳ 94
βούλοιτο ἕκαστος οὐκ ἐξῆν, οὐδὲ ἄνευ ἐγγυητέω ἀπαγαγέσθαι τὴν παρθένον πριάμενον, ἀλλ' ἐγγυητὰς χρῆν καταστήσαντα, ἦ μὴν συνοικήσειν αὐτῇ, οὕτω ἀπάγεσθαι· εἰ δὲ μὴ συμφεροίατο, ἀποφέρειν

---

stro collegit locos. Add. Siebel. ad Pausan. IX, 13 §. 2, qui recte monet hac subiecti repetitione (οἱ δὲ), praecedente negatione, orationis perspicuitatem adiuvari et a nobis reddi posse: *sondern er, sie.* — ἂν imperfecto indicativi additum explicat Matth. pag. 1198.

ὡς γὰρ διεξέλθοι ὁ κῆρυξ πωλέων] Vulgo edunt: ὡς γὰρ δή οἱ ἐξέλθοι. Sed iam dudum viri docti monuerunt, legendum esse διεξέλθοι, quod inde merito recepit Schweigh., ita tamen ut particulam δὴ retineret, quam nos cum Gaisfordio abiecimus. Sic quoque Herodotum scripsisse censet Wyttenbachius in Selectt. histt. p. 354, ubi locum ita transtulit: „— *quum enim ad finem pervenisset, negotium finiisset, vendendarum formosissimarum praeco; tum praeco venditione formosissimas permeasset.*" Laudat dein III, 11. II, 143, alia, quibus verbi usus ac significatio melius perspiciatur, p. 448.

ἀνίστη ἂν τὴν ἀμορφεστάτην] De ἂν modo dixi; de forma superlativi ἀμορφεστάτην cf. supra I, 8. 133, ubi similia quaedam. Ad formam ἀνίστη adhibe Matth. l. l. pag. 394. In seqq. lubenter cum recentt. edd. recepimus προσεκέετο pro vulg. προσέκειτο, et paulo inferius ἐκέετο pro ἔκειτο; conf. Matth. p. 467.

ἐκδοῦναι δὲ τὴν ἑωυτοῦ θυγατέρα κ. τ. λ.] De voce ἐκδιδόναι conf. supra ad I, 93. — Mox libros unice secuti scripsimus ἐγγυητέω pro vulgato ἐγγυητέων, quod commendatur sequenti plurali ἐγγυητάς.

οὕτω ἀπάγεσθαι] Sic dederat Iac. Gronovius e Mediceo, quem post plerique secuti sunt. Quum vero in aliis libris exstet οὕτω ἂν ἄγεσθαι, id ipsum

8 τὸ χρυσίον ἐκέετο νόμος. ἐξῆν δὲ καὶ ἐξ ἄλλης ἐλθόντα κώμης τὸν βουλόμενον ὠνέεσθαι. ὁ μέν νυν κάλλιστος νόμος, οὗτός σφι ἦν· οὐ μέντοι νῦν γε 9 διετέλεσε ἐών. ἄλλο δέ τι ἐξευρήκασι νεωστὶ γενέσθαι, ἵνα μὴ ἀδικοῖεν αὐτὰς, μήδ' ἐς ἑτέρην πόλιν ἄγωνται· ἐπεί τε γὰρ ἁλόντες ἐκακώθησαν καὶ οἰκοφθορήθησαν, πᾶς τις τοῦ δήμου, βίου σπανίζων, καταπορνεύει τὰ θήλεα τέκνα.

197 *Lex de aegrotis in foro exponendis.* Δεύτερος δὲ σοφίῃ ὅδε ἄλλος σφι νόμος κατεστήκεε. τοὺς κάμνοντας ἐς τὴν ἀγορὴν ἐκφορέουσι· οὐ γὰρ δὴ 2 χρέωνται ἰητροῖσι. προσιόντες ὦν πρὸς τὸν κάμνον-

---

reposuerunt Schweighaeuserus et Gaisfordius; quibus lubenter obtemperassem, modo quae his sit vis particulae ἂν, intelligere possem. Quare dedi ἀπάγεσθαι, quod idem intactum reliquit Matthiae. — De οὕτω eleganter, participiis vel ipsis periodis praegressis, postposito laudant I, 94. II, 92. 100 etc. „Plura Wyttenbachius ad Platon. Phaedon. p. 164 seq. Heindorf. ad Gorg. p. 209 seq. Taylor. ad Demosthen. Midian. p. 628 Reisk." *Cr.*

ἄλλο δέ τι ἐξευρήκασι νεωστὶ γενέσθαι] i. e. *aliud quiddam* excogitarunt, quod nunc in usu est, ne illis (puellis) iniuriam inferrent neve istae alias in urbes abducerentur. „Ad verba ἐξευρήκασι — γενέσθαι haud sine fructu adhibebis Matthiae Gr. Gr. pag. 1051. — In seqq.: ἵνα μὴ ἀδικοῖεν — μήδ' — ἄγωνται eodem modo Nostrum variantem invenimus, quo supra I, 185.

καταπορνεύει τὰ θήλεα τέκνα] Idem vocabulum eàdem in re de Lydis I, 94 init. Caeterum Heynius l. l. p. 35 contendit, Babylonii cum egestate potissimum adacti fuerint ad pravum huncce morem vulgandorum puellarum corporum, non communem omnium feminarum morem fuisse, sed tantum pauperem et deformium; haud aliter atque apud Lydos, ubi, quae Noster narrat I, 93 de hominibus ex plebe egenis intelligenda sint.

Cap. CXCVII.

τοὺς κάμνοντας ἐς τὴν ἀγορὴν ἐκφορέουσι] Eadem Strabo XVI pag. 1082 s. pag. 746 Cas. coll. Plutarch. Moral. II pag. 1128, E. Ex hisce autem rudia artis medicae primordia haud pauci repeti posse existimant, quos citant Almeloveen. ad Strabon. l. l. et Davis. ad Maxim. Tyr. Diss. XII p. 540.

τα, συμβουλεύουσι περὶ τῆς νούσου, εἴ τις καὶ αὐτὸς τοιοῦτο ἔπαθε, ὁκοῖον ἔχει ὁ κάμνων, ἢ ἄλλον
3 εἶδε παθόντα. ταῦτα προσιόντες συμβουλεύουσι, καὶ παραινέουσι ἅσσα αὐτὸς ποιήσας ἐξέφυγε ὁμοίην
4 νοῦσον, ἢ ἄλλον εἶδε ἐκφυγόντα. σιγῇ δὲ παρεξελθεῖν τὸν κάμνοντα οὔ σφι ἔξεστι, πρὶν ἂν ἐπείρηται
198 ἥντινα νοῦσον ἔχει. Ταφαὶ δέ σφι ἐν μέλιτι. θρη-

Sepultura et luctus: vir et mulier ante concubitum et post quid faciant.

ὁκοῖον ἔχει ὁ κάμνων] Ita rescripsimus cum Schweigh. et Gaisf. pro ὁκοῖον ἂν ἔχοι ὁ κάμνων. Iisdem auctoribus etiam infra in fin. capitis scripsi ἔχει pro ἔχῃ, probante Werfero in Actt. philoll. Monacc. I, 2 pag. 256.

καὶ παραινέουσι ἅσσα αὐτὸς ποιήσας κ. τ. λ.] De ἅσσα conf. I, 138. In reliquis verbis transitus est e plurali (παραινέουσι) in singularem (αὐτὸς ποιήσας ἐξέφυγε), similis fere ac supra I, 195 init.

Cap. CXCVIII.

ταφαὶ δέ σφι ἐν μέλιτι] Iure hoc ad condiendorum cadaverum morem, non Aegyptiis solis verum aliis quoque veterum populis usitatum refert Zoëga de obeliscc. pag. 268, adiiciens de Babyloniis Strabonis testimonium l. l., ubi haec legimus: θάπτουσι ἐν μέλιτι κηρῷ περιπλάσαντες. De Magis ac Persis supra vidimus ad I, 140, qui cerâ oblitum cadaver condunt. Similia quaedam addit Zoëga, in quibus testimonium Beniaminis Tudelensis, qui in regione Haoulam a Perside ad ortum saeculo duodecimo post Chr. n. scribit mortuos non sepeliri sed acromatibus condiri sindonibusque obtegi. Et quod Alexandri Macedonis corpus ab Aegyptiis Chaldaeisque *suo more* curatum narrat Curtius (X, 10), id alii melle servatum prodiderunt. Causam moris in eo positam credimus, quod aeque ac Persae ignem cadaverum ustione contaminari noluerunt. Quare loculos ossibus repletos, eo loco inventos, ubi regia Babyloniorum arx fuisse censetur, ad Babylonios veteres refert Münterus l. l. p. 77. Id unum dubitationem movere, quis existimet, quod in superioribus aedium contignationibus loculi fuerint reperti. Sed poterat utique moris Babylonici esse, ut quam diutissime mortuorum cadavera secum in aedibus retinere studuerint, indeque etiam cerâ aut melle, quo illa conservarent diutius, condiderint. Alia vasa iisdem ferme in regionibus detecta et humanis ossibus haud combustis repleta ad Persas referre mavult Münterus l. l. Conf. I, 140 ibiq. not. Equidem unum istud addo, veteres melle cadavera, quae servari voluerint, condi-

2νοι δὲ παραπλήσιοι τοῖσι ἐν Αἰγύπτῳ. ὁσάκις
δ᾽ ἂν μιχθῇ γυναικὶ τῇ ἑωυτοῦ ἀνὴρ Βαβυλώνιος,
περὶ θυμίημα καταγιζόμενον ἵζει· ἑτέρωθι δὲ ἡ γυ-
3νὴ τὠυτὸ τοῦτο ποιέει. ὄρθρου δὲ γενομένου, λοῦν-
ται καὶ ἀμφότεροι· ἄγγεος γὰρ οὐδενὸς ἅψονται
πρὶν ἂν λούσωνται. ταὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ Ἀράβιοι
ποιεῦσι.

199 Ὁ δὲ δὴ αἴσχιστος τῶν νόμων ἔστι τοῖσι Βα-

Lex turpissima de cultu Mylit-

---

disse; quod Agesilai exemplum commonstrat. Quem mortuum cerà circumfuderunt, „quod mel non habebant," ut scribit Cornelius Nepos in Agesil. 8 §. 7, ubi vid. Bos. Alia dabit Creuzer. in Commentt. Herodd. pag. 362.

περὶ θυμίημα καταγιζόμενον ἵζει] i. e. *thuri incenso adsidet* sc. sacra peragens lustrandi causa. Hinc male olim πυρὶ pro περὶ, cuius loco Heinsius ad Polluc. Onomast. I, 76 ed. Iungerm. coniecerat παρά. Caeterum morem eundem Strabo attigit XVI p. 1087, B s. p. 745 Cas. Nec alio referunt, quod in epistol. Ieremiae (Baruch. V, 43) mulieres dicuntur θυμιῶσαι τὰ πίτυρα s. *furfures fumigare*. Conf. Heyne in Commentatt. soc. Gotting. XVI p. 31 seq. Münter. die Relig. d. Babylon. pag. 74 not. 1. E recentioribus Ioann. Spencerus (Legg. Hebrr. I, 8 pag. 257) similem lustrationis ritum apud Hebraeos commemorat et utrumque ex Aegypto arcessit. Graecum in his praeceptum suppeditabit Hesiodus in Opp. et D. 734, ad quem locum nonnulla alia huc facientia adscripsit Graevius in Lectt. Hesiodd. cap. 16. Egregiam Theanus, Pythagoricae mulieris, responsionem, cum de his interrogaretur, servavit Stobaeus in Sermon. LXXII p. 443 coll. Diogen. Laert. VIII, 43 ibiq. Menag.

Cap. CXCIX.

ὁ δὲ δὴ αἴσχιστος τῶν νόμων ἔστι κ. τ. λ.] Quae refert hoc capite Herodotus, pariter narrantur a Strab. XVI p. 1081 coll. Aelian. V. H. IV, 1. Inprimis vero huc facit Iesaiae locus in Epistol. (Baruch. VI, 42. 43 ibiq. interprett.). Nostra aetate, ut alios taceam, accuratius in Herodoti narrationem inquisivit Heynius in Commentat. societ. Gotting. tom. XVI pag. 30 seqq.: „*De Babyloniorum instituto religioso, ut mulieres ad Veneris templum prostarent.*" Ubi hoc posuit vir doctus: antiquos Babylonios, teste ipso Herodoto (I, 196), nuptias puellarum publicà venditione parasse solitos esse; qui mos cum in desuetudinem abiisset, coepisse illos filias ad

βυλωνίοισι ὅδε. δεῖ πᾶσαν γυναῖκα ἐπιχωρίην ἵζο- 25 tae. Veneris Assyriae.

---

quaestum corpore faciendum adigere; inde demum hunc esse ortum morem, ex quo pudoris primitias deae ad templum obtulissent. Cum enim puellis corpore vulgando dos fuisset paranda, inventam esse opportunitatem, ut quaestum maiore cum licentia et opimiore mercede facerent; ad templum illas consedisse, instituto hoc quippe in religionem verso, ut Veneri corpus suum consecrare viderentur puellae. Conf. p. 36. 37 l. l. Quae eatenus dubitat Heerenius (Ideen I, 2 p. 204 seq.), quod ad matrimonii ac nuptiarum quasi initia unice referatur turpis iste mos; ipse magis ad commercii rationes et hominum peregrinorum multitudinem, qui in urbem confluxerint eam ipsam ob causam, illud referri posse existimat. Neque omnino e corruptis Babyloniorum moribus eorumque libidinibus hunc morem explicari posse aut origines cepisse, quivis, me vel non animadvertente, sentiet. Ad ipsam enim religionem pravasque de diis conceptas opiniones respiciendum esse, ubi haec et talia legimus, vix dubitandum, cum, quantum ad furorem haec ipsa homines Asiaticos adegerint, nemo nesciat rituum ac religionum Asiae superioris et inferioris (quam minorem vulgo dicimus) paulo peritior. Occurrunt in istarum gentium religionibus ac sacris alia haud minus turpia, quam quae de Milyttae cultu Noster memoriae prodidit. Antiquissimum fuisse per Asiam turpem istum atque impudicum morem, testis est liber Mosis III, 19 vs. 29. De *Phoenicibus*, *Cypriis*, aliis gentibus, quas religione non admodum diversa cum reliquis Asiae gentibus coniunctas quodammodo invenimus, simillima instituta scriptorum veterum testimoniis firmata ipse attulit Heynius l. l. pag. 37 seq., quae repetere non attinet. Confer inprimis Creuzerum in Symbol. II p. 24. 26 seqq. Iam vero Babylonios eo magis proclives fuisse ad hanc lasciviam, quo ad omne voluptatum atque libidinum genus effusi erant, facile credam Müntero in libro de relig. Babylon. p. 73 seq. De luxurie Babyloniorum vulgo laudant Curtium de exped. Alexandr. V, 1 ibique Freinshem. Add. Heeren. l. l. p. 202 Gesen. ad Iesai. XLVII, 1 pag. 105 ibiq. hos locos: Ies. 14, 11. Ier. 51, 39. Daniel. 5, 1. Add. Palmblad. l. l. p. 27 seqq. 32 seqq. Ipse Heynius l. l. pag. 39, ut haec instituta reciperentur a populis, bina fuisse censet inter causas huius moris respicienda, contemtum virginitatis puellarum et profectas vulgi a pravis religionibus opiniones. Quarum tamen alterum ex altero ipso enatum esse, facile poterit intelligi.

πᾶσαν γυναῖκα ἐπιχωρίην ἵζομένην ἐς ἱρὸν Ἀφροδίτης] De structura praepositionis *ἐς*

μένην ἐς ἱρὸν Ἀφροδίτης, ἅπαξ ἐν τῇ ζόῃ μιχθῆναι ἀνδρὶ ξείνῳ. πολλαὶ δὲ καὶ οὐκ ἀξιεύμεναι ἀναμίσγεσθαι τῇσι ἄλλῃσι, οἷα πλούτῳ ὑπερφρονέουσαι, ἐπὶ ζευγέων ἐν καμάρῃσι ἐλάσασαι, πρὸς τὸ

---

in hisce vid. I, 14 ibiq. not. — Quod *ἱρὸν* hic vocatur, infra dicitur *τέμενος*, ut apud Strabonem quoque eadem in re XVI pag. 1081, C invenitur, cum septum ipsius aedis sit intelligendum, vel ut Münterus l. l. pag. 78 suspicatur, *ἄλσος* sive lucus sacer, qui templum circumdabat. Namque hoc templum haud dispar fuisse videtur iis, quae Ascalone et Paphi eidem Veneri consecrata erant. Illic quoque lucum sacrum invenimus, quo reliqua templi aedificia inclusa fuere. Vid. Münter. l. l. pag. 55. Simili modo simili in re *τὸ ἱρὸν* atque *τὸ τέμενος* occurrit infra II, 64 coll. II, 155. 156. 170. 178. — *γυναῖκα* hic simpliciter *mulierem, virginem* denotare, Heynio l. l. p. 32 visum est, quamquam in dubium nuper vocavit Heeren. l. l. p. 204, qui ipsas feminas in templo prostitisse censet, minime virgines innuptas, quippe quae Herodoto fuissent *παρθένοι*, ut supra I, 196. Contra quem Münterus l. l. pag. 74 propter communem aliorum quoque populorum consuetudinem *puellas* intelligi mavult. — *Ἀφροδίτη* quae sit, infra ipse indicat his verbis: *Μύλιττα δὲ καλέουσι τὴν Ἀφροδίτην Ἀσσύριοι*, eodem modo quo supra I, 131: *καλέουσι δὲ Ἀσσύριοι τὴν Ἀφροδίτην Μύλιττα*, ubi conf. quae adscripsimus. Ipsa dea, quae *summa* Iovi summo s. Belo apud Babylonios adstat, Gesenio (*Excurs.* ad Iesai. tom. II p. 337 seqq.) Venus esse videtur planeta, quae eadem fere sit *Anaitis*, et *Anahid* Persarum, Phoenicumque *Astarte*, praesertim cum istud sidus geniis incoli ferant, qui ad voluptates, libidines, alia id genus, homines seducant. Quod optime cum turpi huius Mylittae apud Babylonios cultu convenire putat. Alia edocuit Münterus cum his coniuncta et consentanea, quae de Belo illum tradere supra ad I, 181 vidimus; vid. die Relig. d. Babylon. pag. 20 seq. Quodsi enim Bel summus deus *Sol* fuisse perhibetur, summa coeli regina ac dea, omnium rerum genitrix ac parens *Luna* utique fuisse censetur, Venus eademque *Mylitta*. Cuius vel ipsum nomen huc quadrat. Est enim מֹלַדְתָּא i. e. genitrix, omnium parens; vel etiam בַּעֲלָה domina, *δέσποινα*. Unde explicandum, quod I. Laur. Lydus scribit, Veneri apud Phoenices nomen fuisse *βῆλτις*. Haec Münterus tum h. l. tum ad Iulium Firmicum de profan. relig. error. cap. 3 pag. 12, quibus adde Palmbladii sententiam ad I, 131 notatam.

ἐπὶ ζευγέων ἐν καμάρῃσι

ἱρὸν ἑστᾶσι· θεραπηΐη δέ σφι ὄπισθεν ἕπεται πολλή. αἱ δὲ πλεῦνες ποιεῦσι ὧδε. ἐν τεμένεϊ Ἀφροδίτης κατέαται, στέφανον περὶ τῇσι κεφαλῇσι ἔχουσαι θώμιγγος, πολλαὶ γυναῖκες· αἱ μὲν γὰρ προσ-
4 ἔρχονται, αἱ δὲ ἀπέρχονται. σχοινοτενέες δὲ διέξοδοι πάντα τρόπον ὁδῶν ἔχουσι διὰ τῶν γυναι-
5 κῶν, δι' ὧν οἱ ξεῖνοι διεξιόντες ἐκλέγονται. ἔνθα 95
ἐπεὰν ἵζηται γυνὴ, οὐ πρότερον ἀπαλλάσσεται ἐς

ἐλάσασαι, πρὸς τὸ ἱρὸν ἑστᾶσι] Sustuli comma, quo vulgo verba πρὸς τὸ ἱρὸν ab antecedentibus, ad quae eodem iure pertinent quo ad sequens ἑστᾶσι, seiungebantur. — καμάρη est aedicula s. domuncula vehiculo imposita, in qua tectus sedeat, qui vehatur. Confer Wesseling. ad Herod. IV, 69 et Hemsterhus. ad Aristophan. Plut. pag. 369. A Grammaticis Graecis explicatur ἡ ἐπὶ τῆς ἁμάξης σκηνή. Nos: *ein bedeckter Wagen.* „Quare apte cum nostro *Kammer* comparat Kanne (über d. Verwandtschaft d. Griech. u. Deutsch. Sprach.) pag. 24 not.“ Cr.

κατέαται, στέφανον περὶ τῇσι κεφαλῇσι ἔχουσαι θώμιγγος, πολλαὶ γυναῖκες] κατέαται pro καθῆνται in tertia plural. perfect. hinc notat Matthiae Gr. Gr. pag. 463. — θώμιγξ explicatur *funis*, *funiculus*; sic σχοινίον quod Nostro dicitur I, 26, Polyaenus VI, 50 et Aelianus V. H. III, 26 reddunt per θώμιγγας, notante Wesselingio. Verum vix intelligetur, quid sibi velit στέφανος θώμιγγος s. *corona funiculi.* Quare Heynius l. l. p. 31 not. exponit *vittam* s. *fasciam in funiculi modum tortam*, *plexilem;* Suidam citans, qui reddit λεπτὸν σχοινίον. Münterus l. l. vertit: *eine wie mit Fäden gewundene Krone.* Equidem nil discernam.

σχοινοτενέες δὲ διέξοδοι πάντα τρόπον ὁδῶν ἔχουσι] i. e. *transitus viarum directi* (s. ad rectam lineam quasi secti, facti) *quaquaversus tendunt.* Ubi πάντα τρόπον absolute accipio, ut I, 189 ἔχειν intransitive accipiendum, ut I, 189. 190. Genitivum ὁδῶν e scholio in textum irrepsisse suspicatur Schweigh. — σχοινοτένεες διέξοδοι Müntero l. l. sunt: *mit Schnüren eingefasste Gänge.* Sed iudice Heynio (l. l. pag. 31) hoc ita intelligendum, ut unaquaeque mulier *funiculo praetento tanquam inclusa* sederit, eoque etiam referendum, quod in Ierem. Epist. vs. 43 legitur, sedere ad vias mulieres περιθεμένας σχοινία; quae de corollis plexilibus, quibus caput fuerat ornatum, vix bene intelligi possint. Tu conf. I, 189.

τὰ οἰκία, ἤ τίς οἱ ξείνων ἀργύριον ἐμβαλὼν ἐς τα
6 γούνατα, μιχθῇ ἔξω τοῦ ἱροῦ. ἐμβαλόντα δὲ δεῖ
εἰπεῖν τοσόνδε· „Ἐπικαλέω τοι τὴν θεὸν Μύλιττα.“
7 Μύλιττα δὲ καλέουσι τὴν Ἀφροδίτην Ἀσσύριοι. τὸ
δὲ ἀργύριον μέγαθός ἐστι ὅσον ὦν· οὐ γὰρ μὴ
ἀπώσηται· οὐ γάρ οἱ θέμις ἐστί· γίνεται γὰρ ἱρὸν
8 τοῦτο τὸ ἀργύριον. τῷ δὲ πρώτῳ ἐμβαλόντι ἕπεται, οὐδὲ ἀποδοκιμᾷ οὐδένα. ἐπεὰν δὲ μιχθῇ, ἀποσιωσαμένη τῇ θεῷ, ἀπαλλάσσεται ἐς τὰ οἰκία· καὶ τὠπὸ τούτου οὐκ οὕτω μέγα τί οἱ δώσεις ὥς μιν
9 λάμψεαι. ὅσαι μέν νυν εἴδεός τε ἐπαμμέναι εἰσὶ καὶ μεγάθεος, ταχὺ ἀπαλλάσσονται· ὅσαι δὲ ἄμορ-

---

ἐπικαλέω τοι τὴν θεὸν] τοι i. e. σοί, *tibi*, *tuam in gratiam*, *ut tibi propitia adsit dea.* Noli cum Heynio l. l. pag. 32 intelligere ἐπὶ σοί, i. e. *tua causa.*

τὸ δὲ ἀργύριον μέγαθός ἐστι ὅσον ὦν] i. e. *pecunia quantulacunque fuerit.* Conf. II, 22.

οὐ γὰρ μὴ ἀπώσηται] i. e. *neque enim* (mulier pecuniam) *reiiciet*, *repudiet.* Quod Matthiae in Gr. Gr. pag. 728 edit. prioris, probante Werfero in Actt. philoll. Monacc. I p. 228, hic corrigere volebat ἀπώσεται, satis iam ipsi prohibebant libri vetusti, in vulgata lectione conspirantes. Nec eandem post Matthiae fuisse sententiam, inde colligo, quod in altera Grammaticae editione Herodoteum locum omisit (pag. 987) aoristumque etiam post οὐ μὴ ferri posse docet (p. 988 seq.). Verbum ἀπωθεῖσθαι *aspernari* aliquot exemplis illustravit Werferus l. l. pag. 229.

ἀποσιωσαμένη τῇ θεῷ] i. e. *mulier*, *quae huic Veneris religioni satisfecerit*, s. *quae defuncta fuerit hac religione.* Sunt verba Wyttenbachii in selectt. histt. p. 354, ubi simul eam verbi ἀφοσιοῦσθαι docet esse significationem: *aliquid religionis causa facere*, *non ex animi sententia*, *nec uberius*, *sed parce*, *ut saltem religioni satisfiat.* Conf. IV, 154 ibiq. Valckenar. Alia excitavi ad Plutarch. Alcibiad. pag. 239.

καὶ τὠπὸ τούτου — λάμψεαι] τὠπὸ τούτου i. e. *inde ab eo tempore*, pro τὸ ἀπὸ τούτου. Crasin notavit Matthiae Gramm. Gr. p. 122, qui idem pag. 472 de forma λάμψεαι consuli poterit.

ὅσαι μέν νυν εἴδεός τε ἐπαμμέναι εἰσὶ καὶ μεγάθεος] ἐπαμμέναι εἴδεος καὶ μεγάθεος sunt forma ac magnitudine praeditae mulieres, formosae, quae speciem sibi aptam et quasi con-

φοι αὐτέων εἰσὶ, χρόνον πολλὸν προσμένουσι, οὐ δυνάμεναι τὸν νόμον ἐκπλῆσαι· καὶ γὰρ τριέτεα
10 καὶ τετραέτεα μετεξέτεραι χρόνον μένουσι. Ἐνιαχῇ δὲ καὶ τῆς Κύπρου ἐστὶ παραπλήσιος τούτῳ νόμος.

200 Νόμοι μὲν δὴ τοῖσι Βαβυλωνίοισι οὗτοι κατεστέα-
2 σι. Εἰσὶ δὲ αὐτῶν πατριαὶ τρεῖς, αἳ οὐδὲν ἄλλο σιτέονται εἰ μὴ ἰχθῦς μοῦνον· τοὺς ἐπεί τε ἂν θηρεύσαντες αὐήνωσι πρὸς ἥλιον, ποιεῦσι τάδε.
3 ἐσβάλλουσι ἐς ὅλμον, καὶ λεήναντες ὑπέροισι, σῶσι

Trium tribuum victus, placentae ac panes ex pisce.

---

nexam habeat, sive staturam aptam iustamque. Sic infra VIII, 105: παῖδες εἴδεος ἐπαμμένοι sunt *pueri forma s. venustate praediti.* Explicuit Wesselingius, ita ut coniecturae πεπαμένοι (pro ἐπαμμένοι) nihil sit opus. Adsentitur Wyttenbach. in selectt. hist. p. 355 vertens: *quae igitur participes sunt pulcritudinis*, cum ἐφάπτεσθαί τινος sit: *aliquid attingere, aliquâ re potiri, praeditum esse aliqua re, nec tamen omnino, sed aliquantum.*

καὶ γὰρ τριέτεα καὶ τετραέτεα — μένουσι] Non continuum hic tempus indicari arbitratur Heynius l. l. p. 33, sed certos fuisse dies festos, quibus ad religionem solvendam templum mulieres adierint.

ἐνιαχῇ δὲ καὶ τῆς Κύπρου — νόμος] Quod quibusdam Cypri locis eundem morem obtinere Noster scribit, id testatur Athenaeus XII p. 516, B, narrans Cypros in more habuisse ἑταιρισμῷ τὰς ἑαυτῶν κόρας ἀφοσιοῦν. Quocum conf. quae de Amathusiis Paphiisque collegit Meursius in Cypr. I, 8. II, 15. Haec adnotat Wesselingius. Tu praeterea confer Creuzerum l. supra l.

Cap. CC.

νόμοι — κατεστέασι] De forma κατεστέασι conf. Matth. Gr. Gr. pag. 358. — Mox cum Gaisf. bis scripsi αὐτῶν pro αὐτέων. Conf. de hoc loco Strabon. XVI p. 1082, B s. p. 746 ed. Cas., qui pro πατριαὶ vulgari sermone exhibet φρατρίαι. — Simile quoddam de aliis quibusdam Asiae gentibus memoriae prodidit Arrian. Indic. 29 §. 11. 12. Magis vero illud nos advertere debet, quod Syris vulgo sancti habebantur pisces, indeque non edebantur, quod idem Babylone obtinuisse vix dubium videtur. Quare inferioris tantum conditionis homines piscibus edendis se dedisse, reliquos abstinuisse censet Münter. l. l. pag. 34. 35.

σῶσι διὰ σινδόνος] *incernunt per linteum.* Nam σῶσι, monente Etymol. Magn. p. 710,

διὰ σινδόνος· καὶ ὃς μὲν ἂν βούληται αὐτῶν, ἅτε μάζαν μαξάμενος ἔχει· ὁ δὲ, ἄρτου τρόπον ὀπτήσας.

201 *Imminet Cyrus Massagetis.*

Ὡς δὲ τῷ Κύρῳ καὶ τοῦτο τὸ ἔθνος κατέργαστο, ἐπεθύμησε Μασσαγέτας ὑπ' ἑωυτῷ ποιήσασθαι. τὸ δὲ ἔθνος τοῦτο, καὶ μέγα λέγεται εἶναι καὶ ἄλκιμον, οἰκημένον δὲ πρὸς ἠῶ τε καὶ ἡλίου ἀνατολὰς, πέρην τοῦ Ἀράξεω ποταμοῦ, ἀντίον δὲ Ἰσσηδόνων ἀνδρῶν. εἰσὶ δὲ οἵ τινες καὶ Σκυθικὸν

202 *Araxes fluvius: eius insulae: insulanorum qui mos vivendi.*

λέγουσι τοῦτο τὸ ἔθνος εἶναι. Ὁ δὲ Ἀράξης λέγεται καὶ μέζων καὶ ἐλάσσων εἶναι τοῦ Ἴστρου· νή-

---

41, dictum pro σήθουσι, ut νῶσιν pro νήθουσιν.

ἅτε — ἔχει] ἔχει habet sc. pisces siccatos, dein in mortario contusos atque sic in unam massam redactos; quibus alius sic fruitur, ut tanquam massam subegerit, alius ut panis ad instar coxerit. Ante ἅτε suppleri potest ὁ μέν.

Cap. CCI.

ἐπεθύμησε Μασσαγέτας ὑπ' ἑωυτῷ ποιήσασθαι] De Massagetis plura I, 204. 215, ubi singula illustrabimus. Pertinere vero videtur haec gens ad nomades illos, qui extra Persici regni fines i. e. ultra Iaxartem vagabantur, quique modo Sacae, modo Scythae, modo Tartari, nec hodie fere una eademque appellatione vocantur. Scythas fuisse Massagetas aeque atque Issedones, illorum vicinos, et utramque gentem ad Mongolorum stirpem, quam nunc dicimus, pertinuisse, vix dubium. Vid. potissimum Heeren. Ideen I, 2 pag. 291 seqq. coll. Rennel. Geogr. Herodot. pag. 411 seq. 470 seqq. 473 seqq. — De Issedonibus conf. infra IV, 26 coll. et Ammian. Marcell. XXIII, 6. Rennel. (l. l. pag. 435 seq.) illic eos habitasse censet, ubi nunc praecipua est sedes gentis *Calmuccorum*, ac ditio quae dicitur τῶν *Oiguren* s. *Juguren* s. *Eluth*.

οἰκημένον δὲ πρὸς ἠῶ τε καὶ ἡλίου ἀνατολὰς] Hoc Schweigh. monente ita accipiendum: gentem Massagetarum incolere *regiones ad orientem* (in partibus orientalibus) *sitas*.

Cap. CCII.

ὁ δὲ Ἀράξης λέγεται καὶ μέζων καὶ ἐλάσσων εἶναι τοῦ Ἴστρου] Haec ita intelligenda, ut Herodotus, qui haec ex aliorum auditione accepit retulitque, diversas ac discrepantes spectaverit opiniones (Graecorum sc. suae aetatis), quarum aliae Araxem Istro maiorem, aliae minorem perhiberent. Magis quaesitum videtur, si Niebuhrio auctore (de geograph. Herodot.

σους δ' ἐν αὐτῷ, Λέσβῳ μεγάθεα παραπλησίας,
2 συχνάς φασι εἶναι. ἐν δὲ αὐτῇσι ἀνθρώπους, οἳ
σιτέονται μὲν ῥίζας τὸ θέρος ὀρύσσοντες παντοίας·
καρποὺς δὲ ἀπὸ δενδρέων ἐξευρημένους σφι ἐς
φορβὴν κατατίθεσθαι ὡραίους, καὶ τούτους σιτέ-
3 εσθαι τὴν χειμερινήν. ἄλλα δέ σφι ἐξευρῆσθαι δέν-
δρεα, καρποὺς τοιούσδε τινὰς φέροντα, τούς, ἐπεί
τε ἂν ἐς τὠυτὸ συνέλθωσι κατὰ εἴλας, καὶ πῦρ
ἀνακαύσωνται, κύκλῳ περιιζομένους ἐπιβάλλειν ἐπὶ
τὸ πῦρ· ὀσφραινομένους δὲ καταγιζομένου τοῦ καρ- 96
ποῦ τοῦ ἐπιβαλλομένου, μεθύσκεσθαι τῇ ὀδμῇ, κα-
4 τάπερ Ἕλληνας τῷ οἴνῳ. πλεῦνος δὲ ἐπιβαλλομέ-
νου τοῦ καρποῦ, μᾶλλον μεθύσκεσθαι· ἐς ὃ ἐς ὄρ-
χησίν τε ἀνίστασθαι, καὶ ἐς ἀοιδὴν ἀπικνέεσθαι.
5 τούτων μὲν αὕτη λέγεται δίαιτα εἶναι. Ὁ δὲ Ἀρά-

---

in Commentatt. societ. Berolinens. edit. 1816 pag. 222) maiorem dici fluvium statuas, propterea quod insulas Lesbo fere pares magnitudine contineat, eundemque minorem, quod Herodoto ille vix tantum spatium, quantum Ister, permeare visus fuerit.

τούτους σιτέεσθαι τὴν χειμερινήν] Supplendum ὥρην, monente Schaefero ad Lambert. Bos. Ellips. L. Gr. pag. 577. — In seqq. cum Schweigh. et Gaisf. scripsi εἴλας pro vulg. εἶλας. Conf. supra I, 73 et Rose Inscriptt. pag. 413.

καὶ πῦρ ἀνακαύσωνται] Similem quandam Scytharum consuetudinem Noster memorat IV, 75; nostrum vero locum, iudicante Valckenario, respexit Maxim. Tyr. Dissert. XXVII, 6. — De ὀσφραίνεσθαι verbi structura cum genitivo confer Matth. §. 349 not. 3. — ἐς ὃ usque dum, donec, ut supra I, 93. 98. 191. — Ad verbum διέλαβε in seqq. conf. I, 190 init. atque argumenti causa idem cap. 190 et antecedens 189.

ὁ δὲ Ἀράξης ποταμὸς ῥέει μὲν ἐκ Ματιηνῶν κ. τ. λ.] E vetustis scriptoribus attigit haec Strabo XI pag. 803 s. 531 ed. Casaub. Callisthenemque addit in his Herodoti rationem esse secutum. Recentiori aetate valde disceptatum de Araxis fluvio deque eius fontibus atque cursu ex mente Herodoti, quem in nonnullis lapsum esse quidam contendunt. Quod si enim Araxis fontes in Matienis fuerint, ut scribit Herodotus, flumen illud Mediae (aut Armeniae) ad-

ξης ποταμὸς ῥέει μὲν ἐκ Ματιηνῶν, ὅθεν περ ὁ

---

scribendum esse censet Wesselingius; quocum minime convenire, quod sedes Massagetarum atque Issedonum longe extra Mediae fines sint, nec omnino ullum in Media flumen, quod tot ostiis mari Caspio iungatur. Reliqua congruere vult fluvio *Volgae*, qui multis ostiis in Caspium mare sese infundat, insulasque hic praebeat magnas. De quo eodem fluvio sermonem esse IV, 11, ubi Scythae Asiam olim incolentes, a Massagetis pulsi, traiecto *Araxe* fluvio, in fines Cimmeriorum abiisse dicuntur, Schweighaeuserus aliique affirmant. Verum iisdem viris doctis auctoribus, nostro in loco aliter statuendum est, cum minime probabile sit, ad Volgam usque penetrasse Cyrum. Laudat Schweighaeuser. trium Academicorum Parisiensium disputationes (in Mémoir. de l'Acad. d. Inscript. t. XVI pag. 69—85), quorum unus, de la Nauze, Herodoti Araxem nullum alium esse vult, nisi Armeniae illum fluvium, qui vulgo sub *Araxis* nomine sit notus, quique ab occidente in Caspium mare influat. Contra quem et de Guignes (p. 76 sqq.) et Danville (p. 79 seqq.) tum alia monuerunt, tum illud etiam evicerunt, hunc Herodoti Araxem ad orientem Caspii maris esse quaerendum. Quare *Oxum* esse statuerunt; in quo plures sibi assentientes nacti sunt, quorum unum tantum memorare iuvat, Breigerum (Comment. de difficill. quibusdam Asiae Herodot. pag. 58 — 66) longa disputatione idem evincere studentem. Assensus est illi nuperrime Heyse in Quaestt. Herodott. I pag. 102. Rennelius (Geograph. Herodot. pag. 467 seqq. ed. vernacul.) Herodoti narrationem de Araxe confusam dicit, ut in qua bina flumina diversa, Iaxartem et Oxum, confusa et permixta esse appareat. Quae enim singula de utroque accepisset Herodotus, ea in unum a scriptore translata et quidem in id flumen, quod notissimum atque celeberrimum, Cyri imperium a Massagetis seiunxisset. Unde concludit, Oxum quidem probabiliter magnum esse illum fluvium, qui in Caspium mare se infundat; insulas, paludes ac stagna forsitan referri posse ad lacum hodie sub nomine *Aral* notum et ad fluvium (quem seriores vocant) *Iaxartem*, quocum olim forsitan Oxus iunctus aliquo modo fuerit. In eo autem aperte lapsus Noster (si Rennelium audis l. l.), quod Araxis fontes in Matienis (quae ipsa est terra *Kurdistan*, intra Mediam atque Armeniam) collocat, eique cursum tribuit orientalem. Araxem enim illum, qui ex Armenia provenit ac de quo obscura tantum scriptori nostro notitia, cum eo Araxi, qui ab oriente maris Caspii fluit, confudit. Haec Rennelius, adversus quem Herodoto patrocinatur Bredow. in Uranolog. Herodot. Specimin.

Γύνδης, τὸν ἐς τὰς διώρυχας τὰς ἑξήκοντά τε καὶ τριηκοσίας διέλαβε ὁ Κῦρος· στόμασι δὲ ἐξερεύγεται τεσσαράκοντα, τῶν τὰ πάντα, πλὴν ἑνός, ἐς

---

pag. XXVIIII cursum Araxis persequens et varios de eo Herodoti locos recensens. Fontes Araxis esse dicit secundum Herodotum in regione a mari Caspio non longe remota australi unaque occidentali. Herodoti vero error haud difficilis explicatu illi videtur. Alios enim narrasse, fluvium magnum, quem antiqua voce Tartarica *Ras*, *Aras* vocarint, montibus Matienis effusum mari Caspio misceri, alios contra dixisse fluere per terram a Caspio mari orientem versus sitam in Massagetarum terminis magnum fluvium, quem eodem nomine *Aras* vocarint, quemadmodum in Africa quodvis flumen maius dicatur *Nilus*, in Suecia *Elbe*. Graecos inde concludit confudisse utrumque fluvium et pro uno eodemque habuisse. Post Rennel. ad Wesselingii partes se applicuerunt Larcherus, alii, quos citat Heyse l. l. pag. 102 not. 106. Gallum doctum de la Nauze secutus est Mannert. in Geogr. Gr. et Romm. IV pag. 87. 90. V, 2 pag. 209 seq. Disputavit etiam nonnulla Niebuhr. l. *l.* p. 222; quae quid ad Herodoti locum illustrandum faciant, non satis perspicere possum. Malim equidem ab eorum partibus stare, qui *Araxem*, cuius *hic* mentio fit, haud alium esse statuunt atque *Iaxartem*, cum *Oxus* apud Herodotum *Acis* nomine designetur, et reliqua Nostri verba ad Iaxartem potissimum nos ducere videantur. Tu vid. Kephalidem de Histor. Casp. maris pag. 357 seqq. inprimis p. 371 seq. coll. pag. 269 seqq. Heeren. Ideen I, 2 p. 292. Ritter. Erdkunde II p. 658. 848. Cui sententiae firmandae illud adiicit Schweighaeuserus, ad *Iaxartem* memorari urbem a Cyro conditam, nomine *Κυρέσχατα*, de qua Cellar. in Geograph. Antiq. III, 21 pag. 834. 836. Illud etiam addi poterit, Araxis nomine plures orientis fluvios insignes esse; quippe appellativum primitus fuisse videtur nomen, pluribus dein fluviis tributum. Conf., ne plura, Heeren. l. l. I, 1 pag. 55 et Ritter. l. l. p. 658. Facilis vero confusio, quam vix Noster effugisse videtur, cum Araxis fontes in Matienis esse hic scribat, itidemque IV, 40 orientem versus eum fluere tradat. Haec enim non ad *Iaxartem* seriorum, quo reliqua de Araxe Herodoteo pertinent, referri poterunt. Sed vidit hoc iam Rennelius probavitque Heyse l. l. coll. Dahlmann. Herod. pag. 142. Szabo Descript. Pers. imper. pag. 44 seq.

στόμασι δὲ ἐξερεύγεται τεσσαράκοντα] Quae ostia dicit Herodotus, *fluvii* dicuntur Straboni l. l. scribenti *σχίζεσθαι τὸν Ἀράξην εἰς τεσσαράκοντα*

6 ἕλεά τε καὶ τενάγεα ἐκδιδοῖ. ἐν τοῖσι ἀνθρώπους
κατοικῆσθαι λέγουσι ἰχθῦς ὠμοὺς σιτεομένους,
ἐσθῆτι δὲ νομίζοντας χρᾶσθαι φωκέων δέρμασι.
7 τὸ δὲ ἓν τῶν στομάτων τοῦ Ἀράξεω ῥέει διὰ κα-
8 θαροῦ ἐς τὴν Κασπίην θάλασσαν. ἡ δὲ Κασπίη
θάλασσα, ἔστι ἐπ' ἑωυτῆς, οὐ συμμίσγουσα τῇ

ποταμούς; id quod, si Bredowii sententiam supra laudatam (p. XXXI) amplectaris, non omnino contra verum Herodoti sensum dictum videatur. Qui idem Bredowius (p. XXX) optime monet, numerum *quadraginta* pro orientalium more hic indefinitum esse, quô magna omnino copia declaretur. Conf. quae iam supra ad I, 163 monuimus ex eodem Bredowio. Quapropter in eo non insistendum, quod Strabo *duodecim* tantum esse dicit ostia, Ptolemaeus *tria*, quodque vel recentiores geographi in his maxime variant. Vix enim illi satis attenderunt frequentes fluviorum commutationes in illis regionibus; unde satis patet, non eandem omnibus temporibus fuisse istorum locorum rationem, nec semper eadem fuisse ostia, sed maxime pro temporibus diversis diversa illa et numero et loco. Vid. quae monuit Dureau de Lamalle in Geographie physique d. mer noire etc. pag. 188 not. — Monet praeterea Schweighaeuserus, minime eam esse Herodoti sententiam, quasi *per quadraginta ostia in mare Caspium influat ille amnis*, quum diserte ille doceat, *caeteros alveos in paludes et lacunas exire, nonnisi unum in mare influere.* Ex quo satis apparere vult, ἐρεύγεσθαι non *de ostiis in mare se exonerantibus* debere accipi, sed *de rivis e quadraginta orificiis scaturientibus et magna vi erumpentibus*, ut apud Pindar. Pyth. I, 40. — τενάγεα sunt *paludes, lacunae*, ut VIII, 129.

ἐν τοῖσι ἀνθρώπους κατοικῆσθαι] Sic meliores libri. Vulgo κατοικεῖσθαι. — Ad νομίζοντας in seqq. cf. I, 130.

ῥέει διὰ καθαροῦ] Wesseling. suppleri iubet τόπου, ut fluvii hoc ostium unum intelligatur *per minime turbidum et limosum labi*, cum reliqua ostia in paludes stagnaque lutosa evolverentur. Sic infra IV, 53 de Borysthene: ῥέει τε καθαρὸς παρὰ θολεροῖσι. Quare non placet, quod Schweigh. διὰ καθαροῦ commodius intelligi putat: *per loca, ubi nullum obstat impedimentum*; coll. VII, 183 et Aristoph. Eccles. 320.

ἡ δὲ Κασπίη θάλασσα, ἔστι ἐπ' ἑωυτῆς κ. τ. λ.] Satis haec evincunt, eximia Nostrum huius maris scientia prae ceteris fuisse instructum. Nam reliqui vulgo tradidere, ex oceano septentrionali Caspium mare influere, quâ de opinione plura Casaubon. ad

ἑτέρῃ θαλάσσῃ. τὴν μὲν γὰρ Ἕλληνες ναυτίλλονται πᾶσαν, καὶ ἡ ἔξω στηλέων θάλασσα ἡ Ἀτλαντὶς καλεομένη, καὶ ἡ Ἐρυθρὴ, μία τυγχάνει ἐοῦσα.
203 Ἡ δὲ Κασπίη, ἔστι ἑτέρη ἐπ' ἑωυτῆς· ἐοῦσα μῆκος μὲν πλόου, εἰρεσίῃ χρεωμένῳ, πεντεκαίδεκα ἡμε- Mare Caspium: Caucasus mons, et eius incolarum quae vita.

Strabon. XI pag. 507 s. 773. Voss. ad Pompon. Mel. III, 5, 16, quos laudat Wesselingius. Magis ad Herodotum faciunt Aristotel. Meteorol. II, 1 et Diodor. Sicul. XVIII, 5 et quae Kephalides disputavit, de Hist. Casp. mar. p. 65. Hinc Ptolemaeus primus fertur in tabulis notasse verum ambitum huius maris. — Conf. Bredow. Uranolog. pag. XXVII seq. — Ad locationem ἐπ' ἑωυτῆς conf. Herod. I, 142. 203 init. Matthiae Gr. Gr. pag. 1163.

τὴν μὲν γὰρ Ἕλληνες ναυτίλλονται πᾶσαν] Indicat mare, quod intra columnas Herculeas est, *mediterraneum* mare, quod supra I, 185 dicebatur ἥδε ἡ θάλασσα, Graecis maxime nota et navigata. Sequitur iam *Oceanus Atlanticus* sive mare, quod extra Herculis columnas est, ac denique *Oceanus Australis* s. magnum istud mare, quod Asiam a meridie alluit, Herodoto hic orientalium ex more nuncupata ἡ ἐρυθρή; quod cave de sinu Persico solo capias, ut I, 180, ubi vid. not. Conf. Rennel. in Geogr. Herod. pag. 462. Schlichthorst. in Geograph. Afric. Herodot. pag. 18. Dahlmann. in Herodot. pag. 83. Sequitur vero inde, Herodotum minime dubitare quin circumnavigari Africa possit, cum Australem Oceanum iunctum dicat mari Atlantico et, quod inde proficiscitur, mari mediterraneo. Quae de Caspio mari Noster scribit, iis bene utitur Heerenius (Ideen I, 2 pag. 311) de commercio veterum gentium in his regionibus instituto disserens. Herodotus ipse hoc mare utrum adierit ac navigarit, in quaestionem vocavit Heyse (Quaestt. Herodott. I pag. 106), ipse in Breigeri sententiam accedens, Caspium mare Nostro omnino non conspectum esse, aut certe non omnem eius circuitum, minime vero borealem partem. Neque cuiquam, qui Herodoti narrationem attente perlegerit, dubium erit, Herodotum eo usque non pervenisse, quamvis accurate quantum licuit, de his inquisivisse itidemque retulisse existimandus sit.

Cap. CCIII.

ἡ δὲ Κασπίη — ἐοῦσα μῆκος μὲν πλόου — ὀκτὼ ἡμερέων] Bredowio in Uranolog. Herod. p. XXVIII si fides, longitudinem Herodotus intellexit ab occidente ad orientem, prouti iam veteribus visum, docente Eustath. ad Dionys. Perieget. 720. Add. Kephalides l. l. p. 68, qui hoc modo omnia fore consona pronuntiavit. Sed Renne-

ρέων· εὖρος δὲ, τῇ εὐρυτάτη ἐστὶ αὐτὴ ἑωυτῆς, 2 ὀκτὼ ἡμερέων. Καὶ τὰ μὲν πρὸς τὴν ἑσπέρην φέροντα τῆς θαλάσσης ταύτης ὁ Καύκασος παρατείνει, ἐὼν οὐρέων καὶ πλήθεϊ μέγιστον, καὶ μεγάθεϊ

---

lius in Geograph. Herodot. pag. 459 seq. ed. vernac. nimias mensuras esse contendit, eumque errorem, ad nostra usque tempora propagatum, inde fluxisse, quod lacum, cui nunc *Aral* nomen, probabiliter Caspii maris partem opinati essent. Longitudinem Caspii maris ex Herodoti mente esse 150 milliarium geographicorum, latitudinem octoginta milliarium; cum re vera longitudo istius maris sit centum sexaginta milliarium, latitudo in septentrionali parte triginta duorum et unius dimidiati, in meridionali viginti quatuor milliarium. Add. Szabo Descript. imper. Persic. p. 53. Sed cave Herodotum ipsum erroris incuses; quem optime tuitus est Dureau de Lamalle in Geographie physique de la mer noire etc. (Paris 1807) chap. XXVII pag. 184—195. Vix enim dubium esse commonstrat, deserta ista atque planities arenosas, quae nunc intersunt inter Caspium mare et lacum Aral, magnam partem ad istud ipsum mare olim pertinuisse, temporum vero decursu terrâ atque arenâ fluviis advectâ cum reliquâ terrâ continenti ita fuisse coniunctas, ut mox maris undae penitus recesserint. Magnas omnino illic commutationes in fluviorum cursu ipsiusque terrae continentis indole atque conditione accidisse rerum naturalium curiosi affirmant. Vide quae affert Gallus doctus l. l. et potissimum quae egregia hanc in rem disputat Ritterus in Erdkunde II p. 648. Semper enim illic terrae superficiem mutari observant, idque potissimum cognosci in terra quae magis magisque fiat sicca et dura, decrescente aquarum copia; quo fieri, ut in dies lacus diminuantur, paludes ac stagna exsiccentur, solumque fiat durius ac firmius. Conf. etiam Kephalides l. l. pag. 158 seqq. 219.

τῇ εὐρυτάτη ἐστὶ αὐτὴ ἑωυτῆς] De locutione vid. ad I, 193. — Quae sequuntur verba sic intellige, ut ab occidente mons Caucasus praetendatur Mari Caspio, sive ut Schweighaeuserus expressit: *ei parti huius maris, quae ad occidentem spectat, Caucasus mons praetenditur.*

ἐὼν οὐρέων καὶ πλήθεϊ μέγιστον, καὶ μεγάθεϊ ὑψηλότατον] οὐρέων cum Schweigh. et Gaisf. dedimus pro vulgato ὀρέων. Ad argumentum loci apte comparant Aristotelem in Meteorol. I, 13: *ὁ δὲ Καύκασος μέγιστον ὄρος — — καὶ πλήθει καὶ ὕψει* et paulo post: *τοῦ δὲ πλήθους (σημεῖον) ὅτι πολλὰς ἔχει ἕδρας, ἐν αἷς ἔθνη*

ὑψηλότατον. ἔθνεα δὲ ἀνθρώπων πολλὰ καὶ παν- 95
τοῖα ἐν ἑωυτῷ ἔχει ὁ Καύκασος· τὰ πολλὰ πάντα
3 ἀπ' ὕλης ἀγρίης ζώοντα. ἐν τοῖσι καὶ δένδρεα φύλλα
τοιῇσδε ἰδέης παρεχόμενα εἶναι λέγεται, τὰ τρίβον-
τάς τε καὶ παραμίσγοντας ὕδωρ, ζῶα ἑωυτοῖσι ἐς
τὴν ἐσθῆτα ἐγγράφειν· τὰ δὲ ζῶα οὐκ ἐκπλύνε- 1
σθαι, ἀλλὰ συγκαταγηράσκειν τῷ ἄλλῳ εἰρίῳ, κα-
4 τάπερ ἐνυφανθέντα ἀρχήν. μίξιν δὲ τούτων τῶν
ἀνθρώπων εἶναι ἐμφανέα, κατάπερ τοῖσι προβά- 97
204 τοισι. Τὰ μὲν δὴ πρὸς ἑσπέρην τῆς θαλάσσης

Massagetarum situs: cur Cyrus eos bello petierit.

κατοικεῖ πολλά. Hoc in loco Aristoteles vocem πλῆθος ad incolarum multitudinem et sedes aperte retulit; quod secus est apud Herodotum, qui eà voce amplitudinem huius montis et vastitatem declaravit.

ἔθνεα δὲ ἀνθρώπων πολλὰ καὶ παντοῖα ἐν ἑωυτῷ ἔχει ὁ Καύκασος] De gentibus, quae Caucasum incolunt, conf. Ritter. Erdkunde II pag. 849. Illas vero nec Graecis nec Persis accuratius innotuisse, quum nunquam Persarum imperium eo usque fuerit propagatum nec ipsae istae gentes unquam Persarum imperium curaverint.

τὰ πολλὰ πάντα ἀπ' ὕλης ἀγρίης ζώοντα] τὰ πολλὰ adverbii sensu hic dici: *plerumque* monet Schaefer. ad Lambert. Bos. pag. 427 seq.; πάντα vero ad vim augendam additum esse; unde accipiendum: *longe plurimum*, *longe plurima ex parte*, ita ut hae gentes *nullâ fere alia re vitam sustentare dicantur nisi fructibus silvestribus*. Sic bene Schweighaeus., comparans V, 67.

ἐν τοῖσι καὶ δένδρεα — λέγεται] παρεχόμενα refer ad δένδρεα: *arbores, quae praebent huiusmod folia*. — Ad verba sequentia: τὰ τρίβοντας — ἐγγράφειν mente repetendum λέγεται.

ζῶα ἑωυτοῖσι ἐς τὴν ἐσθῆτα ἐγγράφειν] ζῶα ἐγγράφειν hic omnino est *figuras pingere*. Cf. I, 70. IV, 88 atque Eustath. ad Iliad. p. 481, 6 ed. Basil. Plura vid. ad II, 4. Strabo, qui eadem, quae hic de Caucasiis memorantur, ad Massagetas retulit, idem expressit verbo ποικίλλειν (τὴν ἐσθῆτα), lib. XI p. 781 s. 513 ed. Casaub. — In seqq. rescripsimus librorum ex auctoritate μίξιν δὲ pro vulg. μίξιν τε.

Cap. CCIV.

τὰ μὲν δὴ πρὸς ἑσπέρην τῆς θαλάσσης ταύτης] Intelligit regiones, quae a Caspio mari occidentem versus sitae sunt, ut mox τὰ πρὸς ἠῶ τε

ταύτης, τῆς Κασπίης καλεομένης, ὁ Καύκασος ἀπέργει· τὰ δὲ πρὸς ἠῶ τε καὶ ἥλιον ἀνατέλλοντα, πεδίον ἐκδέκεται, πλῆθος ἄπειρον ἐς ἄποψιν· τοῦ ὦν δὴ πεδίου τοῦ μεγάλου οὐκ ἐλαχίστην μοίρην μετέχουσι οἱ Μασσαγέται, ἐπ' οὓς ὁ Κῦρος ἔσχε
2 προθυμίην στρατεύσασθαι. πολλά τε γάρ μιν καὶ μεγάλα τὰ ἐπαείροντα καὶ ἐποτρύνοντα ἦν. πρῶτον μὲν ἡ γένεσις, τὸ δοκέειν πλέον τι εἶναι ἀνθρώπου· δεύτερα δὲ, ἡ εὐτυχίη ἡ κατὰ τοὺς πολέμους γενομένη· ὅκῃ γὰρ ἰθύσειε στρατεύεσθαι Κῦρος, ἀμήχανον ἦν ἐκεῖνο τὸ ἔθνος διαφυγέειν.

καὶ ἥλιον ἀνατέλλοντα regiones ad orientem (i. e. in partibus orientalibus) sive orientem versus a Caspio mari sitas. Cf. Schweighaeuser. ad I, 202.

πεδίον ἐκδέκεται, πλῆθος ἄπειρον ἐς ἄποψιν κ. τ. λ.] Non possum quin adscribam, quae egregie de hoc loco commentatus est Heeren. (Ideen I, 2 pag. 292): „Die unermessliche Ebene — deutet auf die weiten Steppenländer, die bereits in der grossen Bucharey ihren Anfang nehmen und sich alsdann in der grossen Tartarey unter der Benennung der *Sungarey* und *Mongoley* neben dem Lande *Eggur* bis zu der Kette des Altai hinauf erstrecken.“ Aurum enim multum atque aes, quo Massagetae uti dicuntur (I, 215), non aliter nisi ex monte *Altai* accipere poterant. Unde simul ipsae huius gentis sedes aliquatenus definiri poterunt. Atque iam Rennelius in Geograph. Herodot. pag. 473 seq. veterum locos de Massagetis (Strabon. XI pag. 511 seq. Diodor. Sicul. II, 3. Arrian. Exped. Alex. IV, 17. Ptolem.) collegit, quo de veris sedibus accuratius statui posset. Scriptores Herodoto posteriores melius edoctos esse contendit; quos si sequamur, Massagetas tenuisse terras usque ad Imaum dicendum, ea in regione, quae dicitur Kipzak, in occidentali parte terrae Turkestan et in iis campis, quae proprie ad terram Gete pertineant („im eigentlichen Gebiet von Gete“).

στρατεύεσθαι Κῦρος] στρατεύειν unus liber; quod non displicet Schweighaeusero, comparanti I, 77. VI, 7. Ante Κῦρος articulum ὁ, libris invitis vulgo adiectum, omisimus. Sic in antecedd. pro δεύτερα, quod optimi tenent libri, alii δεύτερον, cum antea in πρῶτον omnes conspirent. Nam alias apud Nostrum πρῶτα μὲν — δεύτερα δὲ, ut III, 80. VIII, 106. Adnotavit haec Schweigh., ipse tamen addens,

205 Ἦν δὲ, τοῦ ἀνδρὸς ἀποθανόντος, γυνὴ τῶν Μασσαγετέων βασίλεια· Τόμυρίς οἱ ἦν οὔνομα. ταύτην πέμπων ὁ Κῦρος ἐμνᾶτο τῷ λόγῳ, θέλων
2 γυναῖκα ἥν ἔχειν. ἡ δὲ Τόμυρις συνιεῖσα οὐκ αὐτήν μιν μνώμενον, ἀλλὰ τὴν Μασσαγετέων βασι-
3 ληΐην, ἀπείπατο τὴν πρόσοδον. Κῦρος δὲ μετὰ τοῦτο, ὥς οἱ δόλῳ οὐ προεχώρεε, ἐλάσας ἐπὶ τὸν Ἀράξεα, ἐποιέετο ἐκ τοῦ ἐμφανέος ἐπὶ τοὺς Μασσαγέτας στρατηΐην, γεφύρας τε ζευγνύων ἐπὶ τοῦ

Cyrus, Tomyri frustra dolo tentata, parat Araxem traiicere.

Herodotum in his variare orationis formas. Id quod satis monstrant plurima exempla a Werfero congesta in Actt. phill. Monacc. I, 2 pag. 254.

Cap. CCV.

Τόμυρίς οἱ ἦν οὔνομα] In voce *Τόμυρις* scribenda Herodotei libri consentiunt, quamquam alibi apud alios auctores valde variant. Sed hac de re uberius disputavit Hemsterhus. ad Lucian. Contempl. §. 13 s. p. 393 seq. t. III ed. Bip. coll. Oudendorp. ad Frontin. II, 5, 5. — Ctesias, quod satis notum est, nec Massagetarum nec Tomyris reginae ullam fecit mentionem, quantum quidem ex eius fragmentis colligere licet, sed in pugna cum Derbicibus Cyrum vulneratum ac dein mortuum esse refert §. 6. 8. Persicc., ubi vid. quae notavimus pag. 110 seqq. In priori autem quadam Cyri expeditione adversus Sacas — quam gentem Scythicae stirpis non admodum remotam esse ab Massagetis quivis concedet — similem quandam reginam, atque hoc loco Tomyrin, vocat *Sparethram*, quae fortissime cum Cyro pugnaverit eundemque vicerit, §. 3. Quo itidem faciunt, quae de *Zarina*, fortissima regina, scribit Diodorus, alia, quae ad fabulas traducta narrationibusque Amazonum addita aut cum iis coniuncta fuisse videntur. Sed de iis penes unumquemque iudicium esto; equidem pronuntiare nolim; curiosos harum rerum lectores ad Ctesiam amando et ad ea, quae ibi adnotavi pag. 98 seq.

ἐμνᾶτο τῷ λόγῳ] *τῷ λόγῳ*, cui plerumque opponitur *τῷ ἔργῳ* (*re vera*, *re ipsa*) est: *verbo quidem* (i. e. specie tantum, nec serio), missis legatis, qui regis voluntatem verbis declararent. — In seqq. *ἥν* est *suam* ab *ὅς* (pro *ἑός*, Homerico ex usu); conf. Matth. Gr. Gr. pag. 279.

ἐποιέετο — στρατηΐην] Malim intelligere: *incoepit facere expeditionem s. instituere coepit expeditionem*; quo exprimatur conatus s. voluntatis significa-

ποταμοῦ, διάβασιν τῷ στρατῷ, καὶ πύργους ἐπὶ πλοίων τῶν διαπορθμευόντων τὸν ποταμὸν οἰκοδομεόμενος.

206 Ἔχοντι δέ οἱ τοῦτον τὸν πόνον, πέμψασα ἡ Τόμυρις κήρυκα, ἔλεγε τάδε· „Ὦ βασιλεῦ
„Μήδων, παῦσαι σπεύδων τὰ σπεύδεις· οὐ γὰρ ἂν
„εἰδείης εἴ τοι ἐς καιρὸν ἔσται ταῦτα τελεύμενα·
„παυσάμενος δὲ, βασίλευε τῶν σεωυτοῦ, καὶ ἡμέας
2„ἀνέχευ ὁρέων ἄρχοντας τῶν περ ἄρχομεν. Οὔκων
„ἐθελήσεις ὑποθήκῃσι τῇσίδε χρέεσθαι, ἀλλὰ πάν-
3„τα μᾶλλον ἢ δι' ἡσυχίης εἶναι. σὺ δὲ ἦν μεγά-

Datum a Tomyri Cyro consilium, et huius deliberatio.

---

tio, quam imperfecto declarari putem. Conf. I, 68. Quare etiam sequenti capite: ἔχοντι δέ οἱ τοῦτον τὸν πόνον κ. τ. λ. *dum in his occupatus, versatus erat.*

C a p. CCVI.

σπεύδων τὰ σπεύδεις] Verbum intransitivum accusativo iunctum, ut monet Matth. Gr. Gr. pag. 779. Eundem consul. §. 359 ad verba βασίλευε τῶν σεωυτοῦ.

καὶ ἡμέας ἀνέχευ ὁρέων ἄρχοντας] Magis placeret Wesselingio, si legeretur οὐρέων (ut *montes* intelligerentur), praesertim cum Strabo XI p. 780 doceat Massagetarum plures *loca montana* habuisse, Iustinusque addat (I, 8) Tomyrin Cyro in montibus insidias posuisse. Verum nulla mutatione opus, cum ὁρέων sit participium verbi ὁρᾷν, quod verbo ἀνέχει additum eadem ratione, qua I, 80. V, 19. Cf. Matth. Gr. Gr. p. 1080 ac de forma ἀνέχευ pag. 379. — „Iones pro ὁράω dixisse ὁρέω constat ex Gregor. Corinth. pag. 397 ed. Schaef.“ *Cr.*

οὔκων ἐθελήσεις κ. τ. λ.] De οὔκων in sententia bimembri, ubi alterum membrum sine coniunctione subiicitur, ad quod proprie spectat ὦν, quum negatio ad prius referenda sit, ex Matth. animadversione vidimus ad I, 11. Qui idem vir hoc loco δὲ (σὺ δὲ ἦν — προθυμέαι) non coniunctionem esse statuit connectendae cum priore orationi inservientem, sed eodem modo positam, ut Herodotus diceret, εἰ οὖν ἐθελήσεις —— σὺ δὲ —. — In seqq. e Sancrofti libro cum Gaisf. dedimus πάντα pro vulg. πάντως.

σὺ δὲ ἦν — προθυμέαι] ἦν reliquimus, quamquam e binis Parisinis nuper receptum est εἰ. Conf. Matth. Gr. Gr. pag. 1022. προθυμίαι plerique et optimi libri dabant. Cf. I, 39. Quare abieci προθυμέεαι.

„λως προθυμέαι Μασσαγετέων πειρηθῆναι, φέρε,
„μόχθον μὲν, τὸν ἔχεις ζευγνὺς τὸν ποταμὸν, ἄφες·
„σὺ δὲ, ἡμέων ἀναχωρησάντων ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ
„τριῶν ἡμερέων ὁδὸν, διάβαινε ἐς τὴν ἡμετέρην.
4 „εἰ δ' ἡμέας βούλεαι ἐσδέξασθαι μᾶλλον ἐς τὴν
5 „ὑμετέρην, σὺ τὠυτὸ τοῦτο ποίεε." Ταῦτα δὲ
ἀκούσας ὁ Κῦρος, συνεκάλεσε Περσέων τοὺς πρώ-
τους· συναγείρας δὲ τούτους, ἐς μέσον σφι προε-
τίθεε τὸ πρῆγμα, συμβουλευόμενος ὁκότερα ποιέῃ.
6 τῶν δὲ κατὰ τὠυτὸ αἱ γνῶμαι συνεξέπιπτον, κε-
λευόντων ἐσδέκεσθαι Τόμυρίν τε καὶ τὸν στρατὸν
207 αὐτῆς ἐς τὴν χώρην. Παρεὼν δὲ καὶ μεμφόμενος Quid suaserit Croesus.
τὴν γνώμην ταύτην Κροῖσος ὁ Λυδὸς, ἀπεδείκνυτο
ἐναντίην τῇ προκειμένῃ γνώμῃ, λέγων τάδε· „Ὦ
„βασιλεῦ, εἶπον μὲν καὶ πρότερόν τοι, ὅτι ἐπεί με
„Ζεὺς ἔδωκέ τοι, τὸ ἂν ὁρῶ σφάλμα ἐὸν οἴκῳ τῷ 98
2 „σῷ, κατὰ δύναμιν ἀποτρέψειν· τὰ δέ μοι παθή-
3 „ματα, ἐόντα ἀχάριτα, μαθήματα γεγόνεε. Εἰ μὲν

φέρε, μόχθον — ἄφες· σὺ δὲ — διάβαινε] Pronomen σὺ in bimembri oratione semel tantum positum, hic aeque referendum ad ἄφες quam ad διάβαινε monet Matthiae Gr. Gr. pag. 865. — Ad προετίθεε in seqq. conf. ibid. pag. 401.

ὁκότερα ποιέῃ] Vulgo ποιέει et ποιέοι, utrumque mendose. Nam loci sententia coniunctivum flagitat, quem Schellershemianus liber cum binis aliis optime suggerit. Conf. supra ad I, 53. Tu verte: *quidnam faciundum sit* s. *quidnam facere debeat.*

Cap. CCVII.

μεμφόμενος τὴν γνώμην ταύτην] De structura confer Matth. Gr. Gr. pag. 705, qui idem pag. 231 de forma ἀχάριτα, ad quam conferri iubemus I, 41. Alia Wesseling. tum ad h. l. tum ad Diodor. Sicul. XVIII, 28. Nonnulli enim libri ἀχάριστα (i. e. ἀηδῆ, ut Schol. ad Homer. Odyss. VIII, 236 interpretatur). Sed conf. Herod. VII, 156. Lucian. Merced. Conduct. 30. Nec tamen ea persuadere potuerunt Wyttenbachio ad Plut. Moral. I pag. 285.

τὰ δέ μοι παθήματα, ἐόντα ἀχάριτα, μαθήματα γεγόνεε] Inest in his verborum quidam lusus, qui proverbialem indicare

„ἀθάνατος δοκέεις εἶναι, καὶ στρατιῆς τοιαύτης
„ἄρχειν, οὐδὲν ἂν εἴη πρῆγμα γνώμας ἐμὲ σοὶ ἀπο-
4 „φαίνεσθαι. εἰ δὲ ἔγνωκας ὅτι ἄνθρωπος καὶ σὺ
„εἶς, καὶ ἑτέρων τοιῶνδε ἄρχεις, ἐκεῖνο πρῶτον
„μάθε, ὡς κύκλος τῶν ἀνθρωπηΐων ἐστὶ πρηγμά-
„των· περιφερόμενος δὲ, οὐκ ἐᾷ αἰεὶ τοὺς αὐτοὺς
5 „εὐτυχέειν. ἤδη ὦν ἐγὼ γνώμην ἔχω περὶ τοῦ προ-
6 „κειμένου πρήγματος τὰ ἔμπαλιν ἢ οὗτοι. εἰ γὰρ
„ἐθελήσομεν ἐσδέξασθαι τοὺς πολεμίους ἐς τὴν χώ-
„ρην, ὅδε τοι ἐν αὐτῷ κίνδυνος ἔνι· ἑσσωθεὶς μὲν,
„προσαπολλύεις πᾶσαν τὴν ἀρχήν· δῆλα γὰρ δὴ,
„ὅτι νικῶντες Μασσαγέται, οὐ τὸ ὀπίσω φεύξον-
7 „ται, ἀλλ' ἐπ' ἀρχὰς τὰς σὰς ἐλῶσι. νικῶν δὲ, οὐ
„νικᾷς τοσοῦτον, ὅσον εἰ διαβὰς ἐς τὴν ἐκείνων,
„νικῶν Μασσαγέτας, ἕποιο φεύγουσι· τὠυτὸ γὰρ
„ἀντιθήσω ἐκείνῳ, ὅτι νικήσας τοὺς ἀντιουμένους

---

videtur locutionem. Quod vulgo adiiciunt τὰ ante ἐόντα, abiecit Schweigh. ut facilius flueret oratio, cuius hic fere est sensus: *quae ipse passus sum, tristia utique* (cum essent), *me satis edocuerunt, documenta mihi fuere.* — Ad locutionem οὐδὲν πρῆγμά ἐστι (*nihil refert*) cf. Viger. pag. 139, ne plura, et Herodotum I, 79 init.

ὡς κύκλος τῶν ἀνθρωπηΐων ἐστὶ πρηγμάτων] Citat haec Stobaeus 105, 53. — Eandem sententiam, iudice Wesselingio, respexit Aristoteles Problem. Sect. 17 pag. 129 itemque e Latinis Seneca Consol. ad Marc. 15. Apte hoc loco usus est Iaeger. Disputt. Herodd. p. 49, ubi quaerit, qualis Herodoti fuerit sententia *de rerum cursu*, quae simul continetur notione moderationis divinae. Aequalitas (ita ille ait), quam tuetur numen divinum, cernitur hic in perpetua magnitudinis, felicitatis et contrariorum vicissitudine. Haec vicissitudo est ordo et lex, quâ rerum mutationes continentur ex mente Herodoti. — In seqq. ad ἐὰν, cui infinitivus iungitur participii loco, confer Matthiae Gr. Gr. p. 1086, eundemque pag. 322 de futuri forma ἐλῶσι in seqq. — Pro γνώμην ἔχω Steger. in Praefat. pag. XI mutatum vult γνώμης ἔχω et in seqq. χωρὶς δὲ τοῦ ἀπηγημένου pro χωρίς τε τοῦ ἀπηγ.

ὅτι νικήσας τοὺς ἀντιουμέ-

8 „ἐλᾷς ἰθὺ τῆς ἀρχῆς τῆς Τομύριος. Χωρίς τε τοῦ
„ἀπηγημένου, αἰσχρὸν καὶ οὐκ ἀνασχετὸν, Κῦρόν
„γε τὸν Καμβύσεω γυναικὶ εἴξαντα ὑποχωρῆσαι τῆς
9 „χώρης. Νῦν ὦν μοι δοκέει, διαβάντας προελθεῖν
„ὅσον ἂν ἐκεῖνοι ὑπεξίωσι· ἐνθεῦτεν δὲ τάδε ποι-
„εῦντας, πειρᾶσθαι ἐκείνων περιγενέσθαι. ὡς γὰρ
„ἐγὼ πυνθάνομαι, Μασσαγέται εἰσὶ ἀγαθῶν τε
„Περσικῶν ἄπειροι, καὶ καλῶν μεγάλων ἀπαθέες.
10 „τούτοισι ὦν τοῖσι ἀνδράσι, τῶν προβάτων ἀφει-
„δέως πολλὰ κατακόψαντας, καὶ σκευάσαντας, προ-
„θεῖναι ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῷ ἡμετέρῳ δαῖτα· πρὸς
„δὲ, καὶ κρητῆρας ἀφειδέως οἴνου ἀκρήτου, καὶ
11 „σιτία παντοῖα. ποιήσαντας δὲ ταῦτα, ὑπολειπομέ-
„νους τῆς στρατιῆς τὸ φλαυρότατον, τοὺς λοιποὺς
12 „αὖτις ἐξαναχωρέειν ἐπὶ τὸν ποταμόν. ἢν γὰρ ἐγὼ
„γνώμης μὴ ἁμάρτω, κεῖνοι ἰδόμενοι ἀγαθὰ πολ-
„λὰ, τρέψονταί τε πρὸς αὐτὰ, καὶ ἡμῖν τὸ ἐνθεῦ-
„τεν λείπεται ἀπόδεξις ἔργων μεγάλων."

νους ἐλᾷς ἰθὺ τῆς ἀρχῆς] *ἀντιουμένους* dabant optimi quique codices, minime hic spernendi. Olim *ἐναντιουμένους*, quod Wesselingius retinuit, ut VII, 10. 49. Mox cum Schwgh. scripsimus *ἰθὺ* pro *ἰθὺς*, et in seqq. *Κῦρον*, abiecto articulo *τὸν*, qui vulgo praepositus legitur. — In participio *ἀπηγημένου* hic passivam notamus vim, de qua Matth. pag. 931. Idem pag. 667 comparetur ad verba *εἴξαντα ὑποχωρῆσαι τῆς χώρης*.

πειρᾶσθαι ἐκείνων περιγενέσθαι] Vulgo *περιγίνεσθαι*. Quod reposuimus, libri optimi dabant.

τούτοισι ὦν τοῖσι ἀνδράσι τῶν προβάτων κ. τ. λ.] Pendent haec ab antecedentibus, hic mente repetendis: *νῦν ὦν μοι δοκέει*. — *πρόβατα* quae sunt, monuimus ad I, 133. Cr. confert Eustath. ad Odyss. X, 82 — 85 pag. 384 Basil.

λείπεται ἀπόδεξις ἔργων μεγάλων] i. e. *dabitur occasio magna facinora edendi*. De *ἀπόδεξις* vidimus ad operis Herodotei initium. — Ad *ἰδόμενοι* in proxime antecedentibus conf. Matth. pag. 460.

208 *Cyrus, transmisso Araxe, de Dario quum somniasset, eius custodiendi caussa quem ablegarit.*

Γνῶμαι μὲν αὗται συνέστασαν. Κῦρος δὲ, μετεὶς τὴν προτέρην γνώμην, τὴν Κροίσου δὲ ἑλό- 99
μενος, προηγόρευε Τομύρι ἐξαναχωρέειν, ὡς αὐτοῦ διαβησομένου ἐπ' ἐκείνην. ἡ μὲν δὴ ἐξαναχώ-
2ρεε, κατὰ ὑπέσχετο πρῶτα. Κῦρος δὲ, Κροῖσον ἐς τὰς χεῖρας ἐσθεὶς τῷ ἑωυτοῦ παιδὶ Καμβύσῃ, τῷ περ τὴν βασιληΐην ἐδίδου, καὶ πολλὰ ἐντειλάμενός οἱ τιμᾶν τε αὐτὸν καὶ εὖ ποιέειν, ἢν ἡ διάβασις ἡ ἐπὶ Μασσαγέτας μὴ ὀρθωθῇ· ταῦτα ἐντειλάμενος, καὶ ἀποστείλας τούτους ἐς Πέρσας, αὐτὸς διέβαινε

209 τὸν ποταμὸν, καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ. Ἐπεί τε δὲ ἐπεραιώθη τὸν Ἀράξεα, νυκτὸς ἐπελθούσης, εἶδε ὄψιν, εὕδων ἐν τῶν Μασσαγετέων τῇ χώρῃ, τοιήν-
2δε. ἐδόκεε ὁ Κῦρος ἐν τῷ ὕπνῳ ὁρᾶν τῶν Ὑστάσπεος παίδων τὸν πρεσβύτατον ἔχοντα ἐπὶ τῶν ὤμων πτέρυγας· καὶ τουτέων τῇ μὲν τὴν Ἀσίην, τῇ
3δὲ τὴν Εὐρώπην ἐπισκιάζειν. Ὑστάσπεϊ δὲ τῷ Ἀρσάμεος, ἐόντι ἀνδρὶ Ἀχαιμενίδῃ, ἦν τῶν παίδων

Cap. CCVIII.

γνῶμαι μὲν αὗται συνέστασαν] Verbo *συνέστασαν*, *contrarias s. oppositas* inter se indicari *sententias*, in unum hic quasi collatas, monet Wesseling. laudatque IV, 132. VII, 142. VIII, 79. Et conferri quoque poterit I, 214. — Mox *κατὰ* Ionum more pro *καθὰ* (*καθ' ἃ*) *prout*. „Conf. Gregor. Corinth. de dialect. p. 400 ed. Schaef." *Cr.*

τῷ περ τὴν βασιληΐην ἐδίδου] Notant hic, solitos esse reges Persarum bellum ingressuros, ob incertum eventum, successorem e lege sibi designare; conf. VII, 2. Plura Barnab. Brisson. de reg. Pers. princip. I, 9. Ctesiam vero si sequimur, Cyrus in ipso mortis articulo Cambysem filium successorem sibi constituit, §. 8 Persicc. Excerptt.: *Κῦρος δὲ μέλλων τελευτᾶν* (nam graviter vulneratum in pugna Cyrum fuisse §. 6 retulerat), *Καμβύσην μὲν τὸν πρῶτον υἱὸν βασιλέα καθίστη*. Ad quem locum nonnulla disputavi p. 113 de successionis modo in regno Persarum instituto.

Cap. CCIX.

Ὑστάσπεϊ δὲ τῷ Ἀρσάμεος] *Ἀρσάμεος* optimi tuentur libri,

Δαρεῖος πρεσβύτατος, ἐὼν τότε ἡλικίην ἐς εἴκοσί
κου μάλιστα ἔτεα. καὶ οὗτος καταλέλειπτο ἐν Πέρ-
4 σῃσι· οὐ γὰρ εἶχέ κω ἡλικίην στρατεύεσθαι. ἐπεὶ
ὦν δὴ ἐξηγέρθη ὁ Κῦρος, ἐδίδου λόγον ἑωυτῷ περὶ
τῆς ὄψιος. ὡς δέ οἱ ἐδόκεε μεγάλη εἶναι ἡ ὄψις,
καλέσας Ὑστάσπεα, καὶ ἀπολαβὼν μοῦνον, εἶπε·
5 „Ὕστασπες, παῖς σὸς ἐπιβουλεύων ἐμοί τε καὶ τῇ
„ἐμῇ ἀρχῇ ἑάλωκε· ὡς δὲ ταῦτα ἀτρεκέως οἶδα,
6 „ἐγὼ σημανέω. ἐμεῦ θεοὶ κήδονται, καί μοι πάντα
„προδεικνύουσι τὰ ἐπιφερόμενα· ἤδη ὦν ἐν τῇ πα-
„ροιχομένῃ νυκτὶ εὕδων, εἶδον τῶν σῶν παίδων
„τὸν πρεσβύτατον ἔχοντα ἐπὶ τῶν ὤμων πτέρυγας·
„καὶ τουτέων τῇ μὲν τὴν Ἀσίην, τῇ δὲ τὴν Εὐρώ-
7 „πην ἐπισκιάζειν. οὔκων ἐστὶ μηχανὴ ἀπὸ τῆς ὄψιος
„ταύτης οὐδεμία, τὸ μὴ κεῖνον ἐπιβουλεύειν ἐμοί.
„σὺ τοίνυν τὴν ταχίστην πορεύεο ὀπίσω ἐς Πέρ-

---

ut VII, 11. 224. De eodem Persâ opinor Ctesias l. l., ubi vid. annott. p. 244. Ad Ἀχαιμενίδῃ conf. I, 125. De ipso somnio Wesseling. citat Artemidorum in Oneirocr. II, 72 statuentem, hoc somniorum genus τοῖς πλουσίοις καὶ τοῖς μέγα δυναμένοις ἀρχὰς περιποιεῖν. — De Dario, Hystaspis filio, qui post ad Persarum regnum est evectus, hic cogitandum esse nemo non videt.

παῖς σὸς ἐπιβουλεύων — ἑάλωκε] ἁλίσκεσθαι (argui, convinci) participio iungitur, notante Matth. pag. 1078. — In seqq., ordine vulgari mutato, e melioribus libris refinximus: ταῦτα ἀτρεκέως. Vulgo ἀτρεκέως ταῦτα. Pro κήδονται in seqq. unus liber κηδέαται, alter Schellershemianus κηδέαται; quod eo magis tenendum videtur Schweigh., quo infra II, 47 idem codex pro ἄγονται afferat ἀγέαται et II, 67 pro ἀπάγονται, ἀπαγέαται. Itidem II, 47 ἐκδιδόαται pro ἐκδίδονται.

οὔκων ἐστὶ μηχανὴ — οὐδεμία, τὸ μὴ κεῖνον ἐπιβουλεύειν] οὐδεμία meliores libri obtulere pro vulg. οὐδεμίη. — Ad usum vocis μηχανὴ in talibus conf. modo Viger. de Idiotism. pag. 113 ac de infinitivo sequenti τὸ μὴ κεῖνον ἐπιβουλεύειν Matthiae Gr. Gr. pag. 1056.

„σας, καὶ ποίεε ὅκως ἐπεὰν ἐγὼ τάδε καταστρεψάμενος ἔλθω ἐκεῖ, ὥς μοι καταστήσῃς τὸν παῖδα „ἐς ἔλεγχον.“

210 Κῦρος μὲν δοκέων Δαρεῖον οἱ ἐπιβουλεύειν, ἔλεγε τάδε· τῷ δὲ ὁ δαίμων προέφαινε, ὡς αὐτὸς μὲν τελευτήσειν αὐτοῦ ταύτῃ μέλλοι, ἡ δὲ

2 βασιλητη αὐτοῦ περιχωρέοι ἐς Δαρεῖον. Ἀμείβεται δὴ ὦν ὁ Ὑστάσπης τοῖσδε· „Ὦ βασιλεῦ, μὴ εἴη „ἀνὴρ Πέρσης γεγονὼς, ὅστις τοι ἐπιβουλεύσει· εἰ „δ᾽ ἔστι, ἀπόλοιτο ὡς τάχιστα· ὃς ἀντὶ μὲν δού„λων, ἐποίησας ἐλευθέρους Πέρσας εἶναι· ἀντὶ δὲ

καὶ ποίεε ὅκως — ὥς μοι καταστήσῃς κ. τ. λ.] ὅκως hic est *quomodo*, *quo pacto*, repetitum dein, propter plura vocabula interiecta, in particula ὡς, cuius eadem notio ac structura. Conf. Matth. l. l. pag. 1037.

Cap. CCX.

αὐτοῦ ταύτῃ μέλλοι] Cf. supra I, 189 fin.

ἀμείβεται δὴ ὦν ὁ Ὑστάσπης τοῖσδε] Vulgo: ἀμείβεται ὦν δὴ ὁ Ὑστάσπης τοιοῖσδε; quod reliquimus Schweighaeuserum secuti, qui e libris ita edidit, beneque monet δὴ ὦν a Nostro potius dici quam ὦν δή; ut I, 58. 59. 75. Addubitat tamen censor in Ienenss. Ephemeridd. 1817 num. 163 p. 362 locos colligens, ubi ὦν δή reperitur, ut I, 84. 115. 174. 180 etc. E Schellershemiano Gaisfordius post ἀμείβεται inseruit οἱ; quod tamen ferri posse negat Apetzius ad h. l. adnotans verbo ἀμείβεσθαι vel accusativum et personae et rei, vel accusativum personae et dativum rei adiungi. — τοῖσδε itidem libri plerique iidemque optimi.

ἐποίησας ἐλευθέρους Πέρσας εἶναι] De infinitivo εἶναι, qui abundare videatur, consul. Matth. Gr. Gr. p. 768. Quod sequitur ἀντὶ δὲ ἄρχεσθαι, omisso articulo, ita ut simplex infinitivus praepositionem excipiat, vix ferendum videbatur viris doctis. Itaque Schaeferus (ad Gregor. Corinth. p. 39 coll. Appar. Demosthen. t. II p. 564) scribi maluit: ἀντὶ δὲ τοῦ ἄρχεσθαι, quod invitis quamvis omnibus codicibus, praeter alios Matthiae quoque nunc placere video. Idem tamen conferatur quoque in Gramm. Gr. p. 1065. Nec Schweigh. recepit articulum, comparans VI, 32. VII, 170 ibiq. var. lection. — In seqq. ἀπαγγέλλει (pro vulg. ἀπαγγέλλοι) libris iubentibus restitutum. — In formula nunc satis nota: χρῆσθαι αὐτῷ τοῦτο, ὅ τι βούλεαι nihil quidquam mutandum. Conf. modo Matth. p. 749.

3 „ἄρχεσθαι ὑπ᾽ ἄλλων, ἄρχειν ἁπάντων. εἰ δέ τίς τοι ὄψις ἀπαγγέλλει παῖδα τὸν ἐμὸν νεώτερα βουλεύειν περὶ σέο, ἐγώ τοι παραδίδωμι χρῆσθαι αὐ„τῷ τοῦτο ὅ τι σὺ βούλεαι.“ Ὑστάσπης μὲν τούτοισι ἀμειψάμενος, καὶ διαβὰς τὸν Ἀράξεα, ἤϊε ἐς Πέρσας, φυλάξων Κύρῳ τὸν παῖδα Δαρεῖον.

Massagetarum pars tertia quae astu caesa: Spargapises Tomyris filius captus.

211 Κῦρος δὲ προελθὼν ἀπὸ τοῦ Ἀράξεω ἡμέρης
2 ὁδὸν, ἐποίεε τὰς Κροίσου ὑποθήκας. μετὰ δὲ ταῦτα, Κύρου τε καὶ Περσέων τοῦ καθαροῦ στρατοῦ ἀπελάσαντος ὀπίσω ἐπὶ τὸν Ἀράξεα, λειφθέντος δὲ τοῦ ἀχρηΐου, ἐπελθοῦσα τῶν Μασσαγετέων τριτημορὶς τοῦ στρατοῦ, τούς τε λειφθέντας τῆς Κύρου στρατιῆς ἐφόνευε ἀλεξομένους, καὶ τὴν προκειμένην ἰδόντες δαῖτα, ὡς ἐχειρώσαντο τοὺς ἐναντίους, 100 κλιθέντες δαίνυντο· πληρωθέντες δὲ φορβῆς καὶ

Cap. CCXI.

Περσέων τοῦ καθαροῦ στρατοῦ ἀπελάσαντος] ὁ καθαρὸς στρατὸς, cui mox opponitur ὁ ἀχρήϊος (de quo vid. ad I, 191), *de meliori exercitus parte, de flore exercitus, copiisve integris validisque* intelligi debet. Haud aliter Letronne (Journal des Savans, 1817 pag. 97) vertit: „*cum integra parte exercitus.*“ Recurrit locutio IV, 135, ubi vide Wesselingium ipsumque Schweighaeuserum nostri loci haud oblitum. Quare miror eundem virum, quod propter adiectum *Περσέων*, quae vocula alioqui commode abesse potuerit, hic *eam* intelligi vult *exercitus partem, quae ex puris putis Persis maxime composita erat.* — Ad argumentum capitis Strabo conferri poterit XI pag. 780, A. B, qui Cyrum contra Sacas eodem dolo usum esse enarrat. Simile quoddam e Livio XLI, 2 de Istris affert Wesselingius.

ἰδόντες δαῖτα — κλιθέντες δαίνυντο] Sensum magis quam verba ipsa praegressa (*τῶν Μασσαγετέων τριτημορὶς τοῦ στρατοῦ*) respiciens e singulari in pluralem transiit; cuius usus exempla ubivis reperiuntur. Pro *δαίνυντο* vett. edd. ac libri quidam *ἐδαίνυντο*, unus *ἐδαίνυντο*. Nos Gaisfordium secuti sumus ac Schweigh. Infra cum iisdem rescripsimus *βασιλείης* (pro *βασιλητῆς*), quod sensus flagitabat nec libri nonnulli reiiciebant. Nam *βασίλεια* dicitur *regina*, ut supra I, 187 init. „Conf. Sturz. Lexic.

8 οἴνου, εὗδον. οἱ δὲ Πέρσαι ἐπελθόντες πολλοὺς μὲν
σφεων ἐφόνευσαν, πολλῷ δ' ἔτι πλεῦνας ἐζώγρησαν,
καὶ ἄλλους, καὶ τὸν τῆς βασιλείης Τομύριος παῖδα,
στρατηγέοντα Μασσαγετέων, τῷ οὔνομα ἦν Σπαρ-
212 γαπίσης. Ἡ δὲ, πυθομένη τά τε περὶ τὴν στρα-
Matris filium repetentis minae.
τιὴν γεγονότα καὶ τὰ περὶ τὸν παῖδα, πέμπουσα
2 κήρυκα παρὰ Κῦρον, ἔλεγε τάδε· „Ἄπληστε αἵμα-
„τος Κῦρε, μηδὲν ἐπαρθῇς τῷ γεγονότι τῷδε πρή-
„γματι, εἰ ἀμπελίνῳ καρπῷ, τῷ περ αὐτοὶ ἐμπι-
„πλάμενοι μαίνεσθε οὕτω, ὥστε κατιόντος τοῦ οἴ-
„νου ἐς τὸ σῶμα, ἐπαναπλώειν ὑμῖν ἔπεα κακὰ,
„τοιούτῳ φαρμάκῳ δολώσας, ἐκράτησας παιδὸς τοῦ
3 „ἐμοῦ, ἀλλ' οὐ μάχῃ κατὰ τὸ καρτερόν. νῦν ὦν
„μευ εὖ παραινεούσης ὑπόλαβε τὸν λόγον. ἀπο-
„δούς μοι τὸν παῖδα. ἄπιθι ἐκ τῆσδε τῆς χώρης
„ἀζήμιος, Μασσαγετέων τριτημορίδι τοῦ στρατοῦ

Xenophont. I pag. 527 ibiq. laud. Sturz. de dialect. Alexandr. pag. 151 seqq. Fischer. in Indic. ad Palaephat. s. v. Philemonis Lexic. in ἄνασσα pag. 12.“ Cr.

Cap. CCXII.

μηδὲν ἐπαρθῇς — εἰ ἀμπελίνῳ καρπῷ κ. τ. λ.] εἰ h. l. causam reddit, ubi alias ὅτι. Conf. Matth. Gr. Gr. p. 1252. Pertinet vero haec particula εἰ ad ἐκράτησας παιδὸς τοῦ ἐμοῦ.

ἐπαναπλώειν ὑμῖν ἔπεα κακὰ] ἐπαναπλέειν plurimi libri atque Athenaeus XIV init. Sed Eustathius ad Iliad. σ' p. 1212, 12. υ' pag. 1330, 28. Odyss. τ' pag. 685, 16 ed. Bas. exhibet ἀναπλώειν; quod cum magis Herodoteo sermoni congrueret (conf. VI, 26. 33. 116), nunc ediderunt ἐπαναπλώειν. Ad verbi significationem apte monet Wesselingius, indicare Tomyrin, *ebriis sursum tendere et quasi in ore natare improba verba*. — In seqq. φαρμάκῳ δολώσας haud differt ab eo, quod I, 214 exstat ἑλὼν δόλῳ.

ὑπόλαβε τὸν λόγον] ὑπολαμβάνειν idem esse atque ὑποδέχεσθαι hoc loco comprobat Thomas Magist. pag. 875. — Mox κατυβρίσας additum habet dativum; quare rarior est structura, not. Matth. Gr. Gr. pag. 696.

4 „κατυβρίσας. εἰ δὲ μὴ ταῦτα σὺ ποιήσεις, ἥλιον „ἐπόμνυμί τοι τὸν Μασσαγετέων δεσπότην, ἦ μὴν „σὲ ἐγώ, καὶ ἄπληστον ἐόντα, αἵματος κορέσω.“

213 Κῦρος μέν νυν τῶν ἐπέων οὐδένα τούτων ἀνενει-2χθέντων ἐποιέετο λόγον. ὁ δὲ τῆς βασιλείης Τομύριος παῖς Σπαργαπίσης, ὥς μιν ὅ τε οἶνος ἀνῆκε, καὶ ἔμαθε ἵνα ἦν κακοῦ, δεηθεὶς Κύρου ἐκ τῶν δεσμῶν λυθῆναι, ἔτυχε· ὡς δὲ ἐλύθη τε τάχιστα καὶ τῶν χειρῶν ἐκράτησε, διεργάζεται ἑωυτόν.

Spargapises vitam sibi adimit.

214 καὶ δὴ οὗτος μὲν τρόπῳ τοιούτῳ τελευτᾷ. Τόμυρις δὲ, ὥς οἱ ὁ Κῦρος οὐκ ἐσήκουσε, συλλέξασα 2 πᾶσαν τὴν ἑωυτῆς δύναμιν, συνέβαλε Κύρῳ. ταύτην τὴν μάχην, ὅσαι δὴ βαρβάρων ἀνδρῶν μάχαι

Proelium acerrimum, a. 530 commissum: Tomyris victrix saeviens in Cyri cadaver.

εἰ δὲ μὴ ταῦτα σὺ ποιήσεις] Ita cum recentt. editt. scripsimus, libris iubentibus. Vulgo *εἰ δὲ ταῦτα οὐ ποιήσεις*; ubi soloecum *οὐ* haud tueri poterunt, quae olim in Creuzeri Melett. III pag. 21 not. 14 collegi exempla huius particulae, praecedente *εἰ*. — Matthiae verba *ταῦτα σὺ ποιήσας* spuria habet, tum propter scripturae diversitatem, tum quod *σὺ* inepte additum sit.

ἥλιον ἐπόμνυμί τοι τὸν Μασσαγετέων δεσπότην] *δεσπότην* ut titulum non solum reliquis addi diis, verum *Solis* frequentem esse titulum (v. c. apud Porphyr. de abstin. animal. IV, 10) notat Wesseling. locis veterum quibusdam adiectis. — In seqq. *ἦ μὴν* eodem pacto, quo I, 196. Alias Herodotus scribere solet *ἦ μέν*. Conf. etiam Etymolog. Magn. p. 416, 48.

Cap. CCXIII.

ὁ δὲ τῆς βασιλείης Τομύριος παῖς] Perperam vulgo *βασιλητῆς*. Conf. I, 211 fin. — In seqq.: *ὥς μιν ὅ τε οἶνος ἀνῆκε* est: *ubi vinum dimisit ipsum*, i. e. *ubi ex vino et inde orta ebrietate ad se rediit.*

Cap. CCXIV.

ὥς οἱ ὁ Κῦρος οὐκ ἐσήκουσε] *οἱ* quod Wesselingius aliique post eum abiecerant, merito e libris restituit Schweighaeuserus; qui vero quod *οἱ* et hoc loco et VI, 86 cum *ἐσήκουσε* coniungit, minus recte dativi huius rationem perspexisse videtur. Melius Matthiae Gr. Gr. §. 389 seq. et 362, 4 not. 2 pag. 677.

ἐγένοντο, κρίνω ἰσχυροτάτην γενέσθαι· καὶ δὴ καὶ
3 πυνθάνομαι οὕτω τοῦτο γενόμενον. πρῶτα μὲν γὰρ λέγεται αὐτοὺς διαστάντας ἐς ἀλλήλους τοξεύειν· μετὰ δέ, ὥς σφι τὰ βέλεα ἐξετετόξευτο, συμπεσόντας τῇσι αἰχμῇσί τε καὶ τοῖσι ἐγχειριδίοισι συνέχεσθαι· χρόνον τε δὴ ἐπὶ πολλὸν συνεστάναι μαχομένους, καὶ οὐδετέρους ἐθέλειν φεύγειν· τέλος δέ, 101
4 οἱ Μασσαγέται περιεγενέατο. ἥ τε δὴ πολλὴ τῆς Περσικῆς στρατιῆς αὐτοῦ ταύτῃ διεφθάρη, καὶ δὴ καὶ αὐτὸς Κῦρος τελευτᾷ, βασιλεύσας τὰ πάντα
5 ἑνὸς δέοντα τριήκοντα ἔτεα. ἀσκὸν δὲ πλήσασα αἵματος ἀνθρωπηΐου Τόμυρις, ἐδίζητο ἐν τοῖσι τε-
6 θνεῶσι τῶν Περσέων τὸν Κύρου νέκυν. ὡς δὲ

συμπεσόντας τῇσι αἰχμῇσί τε — συνέχεσθαι] Facit huc Hesychii glossa (t. II p. 1305) συνέχεται· συμπλέκεται; συμπλέκεσθαι autem constat esse: *manus conserere cum aliquo*, ut diximus ad Plutarch. Flamin. IV p. 88. — Ad συνεστάναι in seqq. conf. I, 208.

οἱ Μασσαγέται περιεγενέατο] Pro περιεγένοντο Ionum more; conf. Matthiae Gr. Gr. pag. 384. Transit hic subito Noster ex oratione obliqua in rectam orationem, oblitus quod antea dixerat λέγεται. Nec tamen talia apud optimos quosque scriptores desunt. — Ad αὐτοῦ ταύτῃ in seqq. conf. I, 189 fin.

βασιλεύσας τὰ πάντα ἑνὸς δέοντα τριήκοντα] Ctesias in Persicc. Excerptt. §. 8 *triginta* annos Cyrum regnasse scribit; quem plerique alii scriptores secuti sunt, ut illic notavimus pag. 116. Nec multum alii recedunt. Quare Larcherus opportune Cyri mortem retulit ad annum 530 a. Chr. n.

ἐδίζητο] Male olim ἐδίζετο. Vid. I, 96. — In seqq. Wesseling. tuetur ἐναπῆκε (*demisit*), quod a Gronovio, aliis, plurimorum librorum iussu mutatum erat in ἐναπῆπτε (a verbo ἐναπάπτειν sive ἐναφάπτειν) hoc fere sensu: „*adligavit superiori utris ori, ut modo posset demittere quasi ad potandum, modo rursus attrahere, ut intermitteret.* Schweigh. interpretatur: „*caput in sacco suspendit.*" Sed mihi ἐναπῆπτε librariorum mendum videtur, quod idem iudicat censor in Ephem. Ienenss. 1817 nr. 165 pag. 384. Quare revocavi ἐναπῆκε. — Ad structuram verbi λυμαίνεσθαι conf. III, 16 et Matth. Gramm. Gr. pag. 718. — ζῶσαν cum recentt. rescripsi pro ζώουσαν.

εὗρε, ἐναπῆκε αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν ἐς τὸν ἀσκόν· λυμαινομένη δὲ τῷ νεκρῷ, ἐπέλεγε τάδε· „Σὺ μὲν „ἐμὲ ζώουσάν τε καὶ νικῶσάν σε μάχῃ ἀπώλεσας, „παῖδα τὸν ἐμὸν ἑλὼν δόλῳ· σὲ δ' ἐγὼ, κατάπερ „ἠπείλησα, αἵματος κορέσω." Τὰ μὲν δὴ κατὰ τὴν Κύρου τελευτὴν τοῦ βίου, πολλῶν λόγων λεγομένων, ὅδε μοι ὁ πιθανώτατος εἴρηται.

πολλῶν λόγων λεγομένων, ὅδε μοι ὁ πιθανώτατος εἴρηται] Exstant utique plures narrationes de Cyri morte; quem quiete in lectu decessisse Xenophon scribit, Ctesias in castris e vulnere saucium narrat mortuum, Diodorus in acie captum crucique affixum, et sic alii aliter, quos recenset Bos. ad Cornel. Nepot. de regg. I §. 2, add. van Staveren ad eund. loc. Et plures fuisse, qui de Cyri bello adversus Massagetas retulerint, Strabo quoque narrat, quorum quemquam vera usquequaque prodidisse idem negat. Atque augetur difficultas eo, quod Arrianus (Exped. Alex. VI, 29) et Strabo (XV p. 730 s. p. 1062) Cyri monumentum Pasargadis memorant ipsiusque Cyri cadaver laute atque opipare conditum, Alexandri Magni aetate in eo inventum narrant. Quid equidem sentiam, ad Ctesiae fragmm. pag. 111 declaravi. Magis enim placet Ctesiana narratio, utpote simplicior, nec fabulis ullo modo ornata aut exaggerata. Herodotum crediderim eam elegisse narrationem, quae magis erat conformata ad Graecorum animos, quibus in tam foedo ac turpi regis summi exitu ante oculos ponerentur vitae humanae vicissitudines simulque ipsarum rerum humanarum fragilitas atque infirmitas, in iis adeo conspicua, quos summos ac maxime praestantes reliquis vulgo censemus. Haec narratio aeque congruit cum fine atque consilio scriptoris, qui simile humanae fragilitatis exemplum in Croesi fatis iam supra proposuerat, alterum eiusdem generis adeoque atrocius nunc additurus, quo ad vindictam quam perhibet divinam attenderent homines suisque finibus se tenerent modesti, nil ulterius adpetentes. A quo non valde discedit Osiandri v. d. sententia, illic a me laudata. Malit ille fabulam de Cyri exitu referre ad odium istud, in quod tyranni ac regnorum conditores facile incurrant, ut vel post mortem mala fama contaminentur. Nec Dahlmanno, quae Herodotus de Cyri fine scribit, vera prorsus aut fabulis admixtis vacua videntur. Conf. eius Herodot. pag. 142. Schlossero, quod laetor, Ctesiana quoque narratio praeferenda videtur (Universalgesch. I, 1 pag. 252 seq.).

Massagetarum cultus: auro atque aere abundant, argenti et ferri egent.

215 *Μασσαγέται δὲ ἐσθῆτά τε ὁμοίην τῇ Σκυθικῇ φορέουσι, καὶ δίαιταν ἔχουσι. ἱππόται δέ εἰσι καὶ ἄνιπποι· ἀμφοτέρων γὰρ μετέχουσι. καὶ τοξόται τε 2καὶ αἰχμοφόροι, σαγάρις νομίζοντες ἔχειν. χρυσῷ δὲ καὶ χαλκῷ τὰ πάντα χρέωνται· ὅσα μὲν γὰρ ἐς*

Cap. CCXV.

Μασσαγέται δὲ — φορέουσι] De Massagetarum vestimentis conf. Strab. XI p. 781, B, ubi Casaubonus nostri loci non oblitus, scribi mavult *τῇ Σηρικῇ* pro *τῇ Σκυθικῇ*; cuius mutationis iustam causam perspicere haud valeo, praesertim cum Massagetas ipsos ad Scythas quodammodo pertinuisse dubitari nequeat. Conf. ad I, 201 init. Simillime de Androphagis loquitur Noster III, 106.

σαγάρις νομίζοντες ἔχειν] De *νομίζειν* conf. I, 130. — *σαγάρις* et hic et paulo inferius scripsimus pro vulg. *σαγάρεις*, in qua formam Ionicam ad vulgarem normam conformatam vides. Melius e libris restituerunt Schweigh. et Gaisf. Eodem iure *ἄρδις* pro vulg. *ἄρδεις*. — *Σάγαρις bipennis* (zweischneidige Streitaxt) tribuitur Sacis Scythis, qui Xerxis exercitui interfuerunt VII, 64, nec minus Persis atque Amazonibus, ut intelligitur e Xenophonte in Anabas. IV, 4, 16 coll. V, 4, 13 et Herodot. IV, 5. 70. Quare Rennelius (in Geograph. Herodot. pag. 516 ed. vernac.) telum hocce ita comparatum fuisse suspicatur, ut modo tanquam securis lignea („als Holzaxt"), modo ut ensis adhiberi potuerit. Melius credo Ritterus (in Erdkunde II p. 789) exponit: *ein dolchartiges Messer*, ensis parvus isque curvatus, qui ab Herodoto in Europae Scythis dicatur *ἀκινάκης*, in Asiae Scythis Sacisque *σάγαρις*, in quo etiam Wahlius idem Saxonum telum *Sax* agnovit. Quod in seqq. nominatur alterum telum *ἄρδις*, explicante Wesselingio, *sagittae cuspis* est.

χρυσῷ δὲ καὶ χαλκῷ τὰ πάντα χρέωνται] Copiam hancce auri atque aeris unde traxerint, supra iam indicavimus ad I, 205. Hic addo Heeren. in Ideen I, 1 p. 88 seqq. 91 seqq. 98 de hac metallorum copia ac locis, unde provenerint ista, egregie disputantem. Quod ad *aes* attinet, tenemus illud, quod memoratu utique dignissimum profert Ritterus (Erdkunde II pag. 796), per Asiam septentrionalem quaecunque inventa fuerint antiquitatis monumenta ex metallis confecta, ex aere elaborata fuisse, ipsaque arma in sepulcris detecta antiquissimi aevi. Quibus optime confirmantur, quae Herodotus et Strabo l. l. de aere apud Massagetas, qui his ipsis in regionibus vagati esse dicuntur, memoriae prodiderunt. — *μασχα-*

αἰχμὰς, καὶ ἄρδις, καὶ σαγάρις, χαλκῷ τὰ πάντα
χρέωνται· ὅσα δὲ περὶ κεφαλὴν, καὶ ζωστῆρας, καὶ
3 μασχαλιστῆρας, χρυσῷ κοσμέονται. ὡς δ' αὔτως
τῶν ἵππων τὰ μὲν περὶ τὰ στέρνα, χαλκέους θώ-
ρηκας περιβάλλουσι· τὰ δὲ περὶ τοὺς χαλινοὺς καὶ
4 στόμια καὶ φάλαρα, χρυσῷ. σιδήρῳ δὲ οὐδ' ἀρ-
γύρῳ χρέωνται οὐδέν· οὐδὲ γὰρ οὐδέ σφι ἐστι ἐν
τῇ χώρῃ· ὁ δὲ χαλκὸς καὶ ὁ χρυσὸς, ἄπλετος.

216 Νόμοισι δὲ χρέωνται τοιοῖσδε· γυναῖκα μὲν γαμέει
2 ἕκαστος, ταύτῃσι δὲ ἐπίκοινα χρέωνται. ὃ γὰρ Σκύ-
θας φασὶ Ἕλληνες ποιέειν, οὐ Σκύθαι εἰσὶ οἱ ποι-
έοντες, ἀλλὰ Μασσαγέται· τῆς γὰρ ἐπιθυμήσει γυ-
ναικὸς Μασσαγέτης ἀνὴρ, τὸν φαρετρεῶνα ἀποκρε-
3 μάσας πρὸ τῆς ἁμάξης, μίσγεται ἀδεῶς. Οὖρος δὲ
ἡλικίης σφι προκέεται ἄλλος μὲν οὐδείς· ἐπεὰν δὲ
γέρων γένηται κάρτα, οἱ προσήκοντές οἱ πάντες

Uxores habent communes: eos qui senuerunt, immolant et epulantur: exstinctos morbo sepeliunt: vivunt pecoribus, piscibus, lacte: Solem unum colunt, et equis ei sacrificant.

λιστῆρας in seqq. cum Schwgh. in Lexico Herodoteo intellexerim de loco quodam s. cingulo, quod supra axillas gestant homines, cuius fibulas ex auro confectas habent Massagetae.

Cap. CCXVI.

ταύτῃσι δὲ ἐπίκοινα χρέωνται] Olim ἐπὶ κοινὰ, cuius loco alii ἐπίκοινα i. e. *promiscue*, cum adverbium sit. Probant hanc interpretationem et ea, quae sequuntur, et ipsius Strabonis verba eâdem de re XI p. 780, D. 781, A. De ἐπίκοινος hoc sensu conf. IV, 104. 172. 180 coll. VI, 19. Quare non audiendus Coraes, qui vel ἐπὶ κοινοῦ legendum vel ἐπὶ κοινὰ hoc eodem sensu accipiendum censet, ut sit *en public*. Sed conf. Procop. de bell. Pers. I, 5 pag. 14, C ac de simili quodam more apud Tyrrhenos Theopompum apud Athen. XII, 3 pag. 517. D. F.

τὸν φαρετρεῶνα ἀποκρεμάσας πρὸ τῆς ἁμάξης] i. e. *pharetrâ pro plaustro suspensâ*. Eadem in re Strabo XI p. 413 s. pag. 781, A: τὴν φαρέτραν ἐξαρτήσας ἐκ τῆς ἁμάξης. Confert praeterea Wesseling. Herodot. IV, 172 et Aelianum Hist. Animal. VI, 160. — Mox melius προκέεται pro vulg. πρόκειται e libris reduximus. Ad verba ἐπεὰν δὲ γέρων γένηται potest suppleri τίς. Conf. de subiecti, quod dicunt, omissione ad I, 132 init. nott.

οἱ προσήκοντες — θύουσι] Vid. Strab. XI pag. 780 seq. pag. 513 ed. Casaub. Similes

συνελθόντες θύουσί μιν, καὶ ἄλλα πρόβατα ἅμα
αὐτῷ· ἑψήσαντες δὲ τὰ κρέα, κατευωχέονται. ταῦ-
4 τα μὲν τὰ ὀλβιώτατά σφι νενόμισται. τὸν δὲ νού- 102
σῳ τελευτήσαντα οὐ κατασιτέονται, ἀλλὰ γῇ κρύ- 2
πτουσι, συμφορὴν ποιεύμενοι, ὅτι οὐκ ἵκετο ἐς τὸ
5 τυθῆναι. Σπείρουσι δὲ οὐδὲν, ἀλλ' ἀπὸ κτηνέων
ζώουσι καὶ ἰχθύων· οἵ δὲ, ἄφθονοί σφι ἐκ τοῦ
Ἀράξεω ποταμοῦ παραγίνονται· γαλακτοπόται δὲ 5
6 εἰσί. Θεῶν δὲ μοῦνον ἥλιον σέβονται, τῷ θύουσι
ἵππους. νόμος δὲ οὗτος τῆς θυσίης· τῶν θεῶν τῷ
ταχίστῳ, πάντων τῶν θνητῶν τὸ τάχιστον δατέονται.

---

aliarum gentium mores exstant plures notante Larchero ad h. l. Qui primum Hyperboreorum meminit ex Hellanico apud Clement. Alexandrin. Stromat. I p. 359 s. fin. et p. 360, tum Timaei de Sardiniae insulae incolis idem fere testantis (apud Tzetz. ad Lycophron. Alexandr. vs. 796). De Ceis quibusdam paria narrant Stephan. Byzant. s. v. Ἰουλὶς et Strabo X p. 746, A. Nec his contentus, recentioris adeo aetatis exemplum profert Larcherus. Incolis enim regni Aracan eundem ferme morem in usu esse tradunt in Hist. natur. et civil. du royaume de Siam t. II p. 371. Ut ad Herodotum redeam, scite cum illius hac de Massagetis narratione contulit Wesseling. fragm. Pythagor. pag. 713 ed. Gal. ac de ipso more citat I. A. Fabric. ad Sext. Philosoph. Hypotyp. III, 24 pag. 179.

γῇ κρύπτουσι] In hoc ipso Strabo, alias Nostri vestigia premens, nonnihil discedere videtur XI p. 781, A. — συμφορὴ in seqq. quo modo intelligendum, docebunt alii loci, ut I, 35. 42 etc.

τῷ θύουσι ἵππους] Apud Persas quoque equos Soli consecratos et mactatos docent veteres, ut monui ad I, 189. — In seqq. τὸ θνητὸν omnino est *animal quodvis;* quare bene Eustathius ad Iliad. pag. 257, 15 ed. Basil. exponit τὸ ἐν ζώοις τάχιστον. — δατέεσθαι Schweigh. in Lex. Herodot. interpretatur: *tribuere*.

νόμος δὲ οὗτος τῆς θυσίης] Pertinent haec ad sequentia, recte monente Werfero in Actt. phill. Monacc. I pag. 99.

ἹΣΤΟΡΙΩΝ ἩΡΟΔΟΤΟΥ Α.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΔΕΥΤΕΡΗ.

ΕΥΤΕΡΠΗ.

1 ΤΕΛΕΥΤΗΣΑΝΤΟΣ δὲ Κύρου, παρέλαβε τὴν βασιληΐην Καμβύσης, Κύρου ἐὼν παῖς καὶ Κασσανδάνης, τῆς Φαρνάσπεω θυγατρός· τῆς προαποθανούσης, Κῦρος αὐτός τε μέγα πένθος ἐποιήσατο, καὶ τοῖσι ἄλλοισι προεῖπε πᾶσι, τῶν ἦρχε, πένθος 103

Cambyses in imperio Cyrum patrem a. 530 secutus, adversus Aegyptios anno quinto facit expeditionem [3, 1 seqq.].

2 ποιέεσθαι. ταύτης δὲ τῆς γυναικὸς ἐὼν παῖς καὶ Κύρου Καμβύσης, Ἴωνας μὲν καὶ Αἰολέας ὡς δούλους πατρωΐους ἐόντας ἐνόμιζε· ἐπὶ δὲ Αἴγυπτον

Cap. I.

Κῦρος αὐτός τε μέγα πένθος ἐποιήσατο] Vulgo πένθος μέγα, invitis libris, quos et hic secuti sumus et in seqq., ubi recte illi omittunt alterum μέγα ante πένθος vulgo positum. Ad structuram verborum ὡς δούλους — ἐόντας ἐνόμιζε conf. Matth. §. 569, 5 p. 1124.

ἐπὶ δὲ Αἴγυπτον ἐποιέετο στρατηλασίην] Hoc incidit, teste Diodoro Siculo I, 68, in quintum regni annum sive in Olymp. LXIII, 3 s. 526 a. Chr. n., si quidem anno 531 s. 530 ad regnum evectus est Cambyses. Conf. Schultzii Apparat. ad Annall. criticc. pag. 19. A quo ita discedit Larcherus (tab. chronolog. p. 117. 118. 629), ut Cambysis regnum ponat ann. 529 a. Chr. n. et 525 Aegyptum a Cambyse expugnatam. Quare inter Herodotum, qui anno 460 a. Chr. n. Aegyptum viserit, et Cambysis occupationem spatium interesse iudicat sexaginta sex annorum. Sed Aegyptiacum Herodoti iter intra annos 454 — 444 a. Chr. cadere, bene commonstravit Dahlmann. Herodot. pag. 68 — 70, adstipulante Heyse in Quaest. Herod. p. 41. 50. 112. — Cr. ad Αἴγυπτον

ἐποιέετο στρατηλασίην, ἄλλους τε παραλαβὼν τῶν ἦρχε, καὶ δὴ καὶ Ἑλλήνων, τῶν ἐπεκράτεε.

2 Aegyptios originis antiquitate a Phrygibus vinci, quo argumento creditum.

Οἱ δὲ Αἰγύπτιοι, πρὶν μὲν ἢ Ψαμμίτιχον σφέων
βασιλεῦσαι, ἐνόμιζον ἑωυτοὺς πρώτους γενέσθαι
2 πάντων ἀνθρώπων. ἐπειδὴ δὲ Ψαμμίτιχος βασιλεύ-
σας ἠθέλησε εἰδέναι οἵ τινες γενοίατο πρῶτοι, ἀπὸ
τούτου νομίζουσι Φρύγας προτέρους γενέσθαι ἑωυ-
3 τῶν, τῶν δὲ ἄλλων ἑωυτούς. Ψαμμίτιχος δὲ ὡς

---

haec adscripsit: „Conf. Homer. Od. XVII, 448 ibiq. Eustath. pag. 641, 18 seqq. et Odyss. XIV, 246 cum Apollonii Lex. Homer. pag. 52 seq. ed. Toll."

τῶν ἐπεκράτεε] ἐπικρατεῖν, monente Wyttenbachio (Selectt. Historr. pag. 370) non tam *imperare*, quam *insuper imperare*.

Cap. II.

οἱ δὲ Αἰγύπτιοι, πρὶν μὲν ἢ Ψαμμίτιχον σφέων βασιλεῦσαι] Ψαμμίτιχον plerique libri offerunt, quos cum Schweigh. et Gaisf. secuti sumus, praesertim cum I, 105 in eadem lectione omnes conspirent libri. Alii hoc loco offerunt Ψαμμήτιχος, unde vulgo exhibent Ψαμμήτιχον, editione Aldina propagatum. Nam Ψαμμήτιχος in nominativo stare nequit, indicante Wesselingio et Dorvillio ad Chariton. p. 231 ed. Lips. Ipsam scripturam Ψαμμίτιχον (pro Ψαμμήτιχον) in sequentibus (II, 151 seq.) quoque retinuimus, ne inconstantes nobis videremur; quod semel hic notasse sufficiat. Alia vid. apud Wesselingium ad Diod. I, 66. Tzschuck. ad Pompon. Mel. V p. 288. — Quod ad ipsum argumentum attinet, huius loci non est quaerere, Aegyptii iure utrum ita praedicent, se omnium mortalium esse primos, nec ne; illud vero teneamus, hanc certe constantem videri fuisse opinionem Aegyptiorum, testibus veterum de Aegypto scriptoribus. Hinc Cosmes et Cnossus, qui de Aegypto atque Asia scripserant libros, Aegyptios omnium populorum esse narrant antiquissimos Thebasque principem urbem in Aegypto conditam. Nec aliter tradiderunt Nicanor, Archemachus, Hippys, Xenagoras, qui primo Chronicorum libro evincere studuerat, non Phryges sed Aegyptios primos fuisse omnium. Ita certe Scholiast. Apollon. Rhod. ad IV, 262.

ἐνόμιζον ἑωυτοὺς — γενέσθαι] Praeter morem accusativum (nominativi loco) cum infinitivo hic posuit. De quo Cr. laudat Heindorfii disputt. ad Platon. Euthydem. pag. 414 seqq. Tu conf. etiam Herod. I, 171. — ἀπὸ τούτου in seqq. est: *ab eo inde tempore*.

οὐκ ἐδύνατο πυνθανόμενος πόρον οὐδένα τούτου ἀνευρεῖν, οἳ γενοίατο πρῶτοι ἀνθρώπων, ἐπιτεχνᾶ-
4ται τοιόνδε. Παιδία δύο νεογνὰ ἀνθρώπων τῶν ἐπιτυχόντων διδοῖ ποιμένι τρέφειν ἐς τὰ ποίμνια τροφήν τινα τοιήνδε· ἐντειλάμενος μηδένα ἀντίον αὐτῶν μηδεμίαν φωνὴν ἱέναι, ἐν στέγῃ δὲ ἐρήμῃ ἐπ' ἑωυτῶν κέεσθαι αὐτά, καὶ τὴν ὥρην ἐπαγινέειν 104
σφι αἶγας· πλήσαντα δὲ τοῦ γάλακτος, τἆλλα δια-
5πρήσσεσθαι. ταῦτα δ' ἐποίεέ τε καὶ ἐνετέλλετο ὁ Ψαμμίτιχος, θέλων ἀκοῦσαι τῶν παιδίων, ἀπαλλαχθέντων τῶν ἀσήμων κνυζημάτων, ἥντινα φωνὴν

παιδία δύο νεογνὰ κ.τ.λ.] Pollux in Onomast. II, 8 ex Herodoto affert νεόγονον; quod tamen reponere noli. — οἱ ἐπιτυχόντες sunt homines *viles*, *infimae conditionis ac sortis*. Monui hoc ad Plutarch. Alcibiad. pag. 137 seq. Ad verba τρέφειν — τροφήν τινα τοιήνδε i. e. ὧδε τρέφειν conf. Matth. §. 423 not. 3 pag. 775.

ἐντειλάμενος μηδένα ἀντίον αὐτῶν μηδεμίαν φωνὴν ἱέναι] αὐτῶν et μηδεμίαν cum Gaisf. dedimus pro vulg. αὐτέων μηδεμίην. — φωνὴν ἱέναι (non ἰέναι, ut prave olim impressum legebatur): *vocem emittere*, recurrit infra IX, 16 coll. II, 15, ubi Wesselingius laudat Aesch. S. c. Th. 871. Eurip. Med. 1176, alia. Item Plutarcho frequens ἀφιέναι φωνήν; ut in Pericl. 8. 33. Conf. Coraem ad Heliodor. pag. 368. Et ipsum confer sis Herodotum II, 15.

ἐν στέγῃ δὲ ἐρήμῃ ἐπ' ἑωυτῶν κέεσθαι] ἐπ' ἑωυτῶν eodem modo accipiendum, quo supra I, 143. 203. In seqq. τὴν ὥρην est: *certo*, *definito tempore*, *zur bestimmten*, *gehörigen Zeit*, ut recte interpretatur Matth. Gr. Gr. pag. 786. ἐπαγινέειν Ionicâ formâ sic scriptum plerique libri exhibent; quod sequitur σφι, ex iisdem libris nunc restitutum pro eo, quod in Wesselingii, Reizii, aliorumque editionibus legebatur σφίσι. Caeterum in his verbis subitum subiecti quod vocant, transitum notare iuvat, vel potius defectum, cum ad ἐπαγινέειν (i. q. ἐπάγειν) mente sit repetendum: (ποιμένι) ἐντειλάμενος. Nec aliter verba sequentia supplenda erunt: πλησαντα δὲ (sc. τὸν ποιμένα) — διαπρήσσεσθαι scil. ἐντειλάμενος. Quare prave in quibusdam scribitur πλήσαντας.

ταῦτα δ' ἐποίεέ τε καὶ] Sic libri dabant. Vulgo ἐποιέετο.

τῶν ἀσήμων κνυζημάτων] Haud male Larcherus: *des sons*

6 ῥήξουσι πρώτην. τάπερ ὦν καὶ ἐγένετο. ὡς γὰρ διέτης χρόνος ἐγεγόνεε ταῦτα τῷ ποιμένι πρήσσοντι, ἀνοίγοντι τὴν θύρην καὶ ἐσιόντι τὰ παιδία ἀμφότερα προσπίπτοντα βεκὸς ἐφώνεον, ὀρέγοντα τὰς

---

inarticulés, *des vagissements inarticulés*. Est enim κνύζημα *vagitus*, *eiulatus infantium*, recens natorum praecipue. Conf. Suidam s. v. et Gregor. Corinth. de dial. Ionic. §. 113.

ἥντινα φωνὴν ῥήξουσι πρώτην] ῥῆξαι φωνὴν *rumpere* (edere) *vocem* iam supra enotavimus I, 85. Add. V, 93. Alia laudavimus ad Plutarch. Alcib. pag. 92, quibus nunc addo copiose de hac locutione disputantem Kypkium, Obss. sacrr. ad Galat. IV, 27 p. 283 Tom. III.

ὡς γὰρ διέτης χρόνος ἐγεγόνεε ταῦτα τῷ ποιμένι πρήσσοντι] Vertit Valckenarius: *postquam enim ista pastor fecerat per biennium*, laudans de participii usu, quod in dativo sic verbis γίγνεσθαι s. εἶναι adponi solet, Herodot. I, 113. III, 56. IX, 38. Thucyd. III, 29, alia. Tu conf. etiam Matthiae Gr. Gr. §. 388 pag. 711, qui idem de alio dativo, qui continuo adiicitur verbo προσπίπτοντα, monuit pag. 735.

βεκὸς ἐφώνεον] Alii βεκκὸς duplici cum litera κ exhibent. Qua voce *panem* apud Phryges designari, infra monet Herodotus, ex quo Hesychius: βεκός· ἄρτος; cui adde Hipponactis locum apud Strabonem VIII p. 524, B. p. 340 ed. Casaub., ubi Cypri incolas eâdem uti voce proditur. In qua cum ος Graeca sit terminatio, Larchero probabile videtur, infantes exclamasse βεκ ex imitatione vocis caprarum. Quae eadem inveniuntur in Schol. ad Apollon. Rhod. IV, 262 et ap. Suid. s. v. Sed Pollux in Onomast. V, 88, ubi caprarum esse monet φριμαγμὸς, φριμάττεσθαι, haec addit, haud scio an nostrum locum respiciens: ὡς Ἡρόδοτος ἔσφαλται ἐπὶ τῶν βρεφῶν τῶν Φρυγίων λόγῳ βληχᾶσθαι τὰς αἶγας οἰόμενος. At vocem βεκ, abiecta Graeca terminatione, originis Phrygiae esse dubio carere scribit Iablonskius Dissert. de ling. Lycaon. (a *Cr.* citatus) t. III p. 68 Opuscc. Neque eo non spectat, quod apud Aristophanem (Nub. 397) aliosque exstat βεκκεσέληνε. Scripsit etiam nuper nonnulla de hac voce Volneius (Chronol. d'Herodot. p. 28. 29 not.), ubi Phrygum linguam haud aliam esse vult atque Thracum, unde Phryges omnino oriundi fuerint, additque in Anglo-Saxonum lingua *to Bake* (quod pronuntiandum sit *tou Bek*) significare *panem*. „Görres. in Mythengesch. ibiq. Rudbeck. Atlantis t. I p. 808 vocem illam cum Scandinaviorum *Baka* componit.“ *Cr.*

7 χεῖρας. τὰ μὲν δὴ πρῶτα ἀκούσας, ἥσυχος ἦν ὁ ποιμήν. ὡς δὲ πολλάκι φοιτέοντι καὶ ἐπιμελομένῳ πολλὸν ἦν τοῦτο τὸ ἔπος, οὕτω δὴ σημήνας τῷ δεσπότῃ, ἤγαγε τὰ παιδία κελεύσαντος ἐς ὄψιν τὴν
8 ἐκείνου. ἀκούσας δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Ψαμμίτιχος, ἐπυν-
9 θάνετο οἵτινες ἀνθρώπων βεκός τι καλέουσι. πυνθανόμενος δὲ, εὑρίσκε Φρύγας καλέοντας τὸν ἄρτον. οὕτω συνεχώρησαν Αἰγύπτιοι, καὶ τοιούτῳ σταθμησάμενοι πρήγματι, τοὺς Φρύγας πρεσβυτέ-
3 ρους εἶναι ἑωυτῶν. Ὧδε μὲν γενέσθαι τῶν ἱρέων τοῦ Ἡφαίστου ἐν Μέμφι ἤκουον. Ἕλληνες δὲ λέ-

Edit auctores Herodotus, a quibus acceptas res Aegyptias tradi-

---

ἐπιμελομένῳ πολλὸν ἦν] Vulgo ἐπιμελ ο υ μένῳ; nos dedimus illud, quod libris consentientibus revocavit Schweighaeuserus.

καὶ τοιούτῳ σταθμησάμενοι πρήγματι] i. e. *et eo quidem argumento ducti*; quod iungi debet cum συνεχώρησαν, a quo ipso pendent reliqua τοὺς Φρύγας πρεσβυτέρους εἶναι ἑωυτῶν. Moneo, ne in structura quis haereat, in qua iam nihil erit, quod nos offendat. — De ipsa re iam ad initium capitis quaedam monuimus. Hic loci Larcheri notamus iudicium, qui Psammitichum censet minus gnarum originis Phrygum, quippe quae gens sit stirpis Europaeicae (coll. Herod. VII, 73), adeoque teste Strabone lib. X pag. 722, A Thracum colonia. Quo tamen rectius statuisse videtur Hoeck. (Creta I pag. 117 seq. 127). Ex Herodoti enim narratione illud certe colligi posse putat, Phryges olim antiquissimos vulgo habitos esse, multumque distinguendos a Graecis, cum patres habuisse Armenios admodum verisimile sit, illudque etiam probetur lingua, quae ut a Graeca lingua ita ab aliis plane diversa, Phrygibus peculiaris quaedam fuerit.

In clausula addere iuvat, quod ex eodem Larchero cognovimus, saeculo decimo quinto post Chr. n. Iacobum IV, Scotiae regem, simile quoddam atque Psammitichum fuisse expertum. Duos illum ferunt infantes in insulam seclusisse, addito muto homine, qui ipsorum curam gereret. En ipsos infantes, ubi adulti fuerint, Paradisi linguam i. e. Hebraicam edidisse!

Cap. III.

ὧδε μὲν γενέσθαι τῶν ἱρέων τοῦ Ἡφαίστου κ. τ. λ.] Ad genitivum τῶν ἱρέων conf. Matthiae Gr. Gr. pag. 687 §. 373. *Hephaestum* s. *Vulcanum*, cuius sacerdotes se consuluisse Noster scribit, haud alium esse ac Aegyptiorum deum *Phthah*,

turus sit: de Diis negat se quidquam, nisi eorum nomina, et quae rerum ordo postulet, memoraturum esse.

γουσι ἄλλα τε μάταια πολλά, καὶ ὡς γυναικῶν τὰς γλώσσας ὁ Ψαμμίτιχος ἐκταμὼν, τὴν δίαιταν οὕτως ἐποιήσατο τῶν παίδων παρὰ ταύτῃσι τῇσι γυναιξί. κατὰ μὲν δὴ τὴν τροφὴν τῶν παίδων τοσαῦτα ἔλεγον. Ἤκουσα δὲ καὶ ἄλλα ἐν Μέμφι, ἐλθὼν
3 ἐς λόγους τοῖσι ἱρεῦσι τοῦ Ἡφαίστου. καὶ δὴ καὶ ἐς Θήβας τε καὶ ἐς Ἡλιούπολιν αὐτῶν τούτων εἵνεκεν ἐτραπόμην, ἐθέλων εἰδέναι εἰ συμβήσονται τοῖσι λόγοισι τοῖσι ἐν Μέμφι. οἱ γὰρ Ἡλιουπολῖται
4 λέγονται Αἰγυπτίων εἶναι λογιώτατοι. Τὰ μὲν νυν θεῖα τῶν ἀπηγημάτων οἷα ἤκουον, οὐκ εἰμὶ πρόθυμος ἐξηγέεσθαι, ἔξω ἢ τὰ οὐνόματα αὐτῶν μοῦνον· νομίζων πάντας ἀνθρώπους ἴσον περὶ αὐτῶν

Solis qui ferebatur parens, Memphi insigniter cultum, nunc satis constat. Vid. Creuzeri Symbol. I p. 529.

ἐποιήσατο τῶν παίδων] Invitis libris melioribus olim editum παιδίων. Nos Schweigh. et Gaisf. secuti sumus.

καὶ δὴ καὶ ἐς Θήβας τε καὶ ἐς Ἡλιούπολιν κ. τ. λ.] Facit huc, quod paulo post omnium Aegyptiorum doctissimi perhibentur Heliopolitae sacerdotes. Atque videntur tria omnino fuisse potiora Aegyptiorum sacerdotum collegia: Memphiticum, Thebaicum et Heliopolitanum, in quibus Heliopolitae primum locum obtinuerunt, si quidem vera retulit Strabo (XVII pag. 1158, D seq. sive pag. 805 seq.), Solis templum una cum aedibus sacerdotum accurate describens et pluribus de illorum doctrina ac disciplina disserens. Conf. quae ad II, 7 notabimus. Praeter Heliopolitas sacerdotes Herodotum credibile est inprimis eos, qui Memphi erant, consuluisse multasque res, quas ipse cognoscere haud potuit, ab iisdem edoctum fuisse. Vid. infra II, 99.

αὐτῶν τούτων εἵνεκεν] αὐτῶν cum Gaisf. et hic et in seqq. edidimus pro vulg. αὐτέων. — Ad λογιώτατοι conf. nott. ad I, 1.

πάντας ἀνθρώπους ἴσον περὶ αὐτῶν ἐπίστασθαι] i. e. *omnes homines pariter haec* (nomina deorum Aegyptiorum, quae sola nunc proferre lubet) *scire*. Cr. Heynium citat, qui in Comment. de fontt. Diodori pag. L ed. Bipont. t. I h. l. ita interpretatur: „*omnes eodem modo de his nominibus statuere, ut pro iisdem nimirum diis cum Aegyptiis habeant;*" ubi αὐτῶν refert ad antecedentia: τὰ οὐ-

ἐπίστασθαι· τὰ δ' ἂν ἐπιμνησθῶ αὐτῶν, ὑπὸ τοῦ λόγου ἐξαναγκαζόμενος ἐπιμνησθήσομαι.

4 Ὅσα δὲ ἀνθρωπήϊα πρήγματα, ὧδε ἔλεγον ὁμο-2λογέοντες σφίσι. Πρώτους Αἰγυπτίους ἀνθρώπων ἁπάντων ἐξευρέειν τὸν ἐνιαυτὸν, δυώδεκα μέρεα δασαμένους τῶν ὡρέων ἐς αὐτόν. ταῦτα δὲ ἐξευρέ-3ειν ἐκ τῶν ἄστρων ἔλεγον. ἄγουσι δὲ τοσῷδε σοφώτερον Ἑλλήνων, ἐμοὶ δοκέειν, ὅσῳ Ἕλληνες μὲν διὰ τρίτου ἔτεος ἐμβόλιμον ἐπεμβάλλουσι, τῶν ὡρέ-

Primos Aegyptios annum et xii 105 eius partes invenisse, Diisque xii et nomina, et aras, et simulacra, et delubra posuisse, animaliaque in lapide caelasse: Menem ex hominibus primum Thebaidis regem; caeteram Aegyptum paludem fuisse.

νόματα αὐτῶν sc. τῶν θείων. In quo vereor, ut viro doctissimo assentiri possim. Nihil enim aliud mihi Herodotus eloqui voluisse videtur, nisi illud: placere sibi una tantum nomina deorum Aegyptiorum referre, quippe quae omnibus sint cognita; quae igitur commemorasse, minime nefas videri queat, cum nullo modo mysteriorum doctrinam tangant. Vide Dahlmann. Herod. pag. 145.

τὰ δ' ἂν ἐπιμνησθῶ αὐτῶν] In verbo ἐπιμνησθῶ eadem fere praepositionis (ἐπὶ) inest vis, quae supra in verbo ἐπικρατέει II, 1, ubi vid. Est enim haec Herodoti sententia: „*Quae vero praeterea* (sc. praeter ipsa deorum nomina, in quibus solis utpote notissimis nunc me subsistere oportet) *de iis disputavero, ea non nisi coactus ab ipsa narratione* (s. re ipsa postulante et cogente) *proferam*. Ubi ea potissimum intellexit, quae mysteriorum doctrinam, quâ ipse imbutus erat, minime evulgandam, tangere viderentur.

Cap. IV.

ὅσα δὲ ἀνθρωπήϊα πρήγματα] scil. ἐστί, ταῦτα ὧδε ἔλεγον. Ita facile suppleri et explicari potest locus.

δυώδεκα μέρεα δασαμένους — ἐς αὐτόν] Alia verborum *dividendi* structura I, 94, ubi vid. quae laudavimus. — ὧραι sunt *anni tempestates*, quas eodem modo *horas* appellat Plinius H. N. XII, 3. IX, 35.

ὅσῳ Ἕλληνες μὲν διὰ τρίτου ἔτεος ἐμβόλιμον ἐπεμβάλλουσι] διὰ τρίτου ἔτεος est *tertio quoque anno*, notante Matth. §. 580, e p. 1150 vel potius *ineunte tertio anno*, quemadmodum Petavius interpretatur Auctar. Doct. Temp. IV, 3. Ad ipsam rem Censorini adscribam locum de die natal. cp. 18 §. 2: „Itaque (Graeciae civitates scil.) annos civiles sic statuerunt, ut intercalando facerent alternos XII mensium, alternos XIII, utrumque annum separatim vertentem; iunctos ambos annum magnum vocantes, idque tempus τριετηρίδα

ων εἵνεκεν· Αἰγύπτιοι δὲ τριηκοντημέρους ἄγοντες τοὺς δυώδεκα μῆνας, ἐπάγουσι ἀνὰ πᾶν ἔτος πέντε ἡμέρας πάρεξ τοῦ ἀριθμοῦ, καί σφι ὁ κύκλος τῶν 65
4 ὡρέων ἐς τὠυτὸ περιϊὼν παραγίνεται. Δυώδεκά τε θεῶν ἐπωνυμίας ἔλεγον πρώτους Αἰγυπτίους νομί-
5 σαι, καὶ Ἕλληνας παρὰ σφέων ἀναλαβεῖν. βωμούς

---

appellabant, quod tertio quoque anno intercalabatur, quamvis biennii circuitus, et re vera διετηρὶς esset; unde mysteria, quae Libero patri alternis fiunt annis, trieterica a poetis dicuntur.“ Adscripsi totum locum, ex quo forsitan lux nonnulla afferri poterit Herodoto, secum ut volunt haud concordanti, I, 32, ubi scribit: εἰ δὲ δὴ ἐθελήσει τοὔτερον τῶν ἐτέων μηνὶ μακρότερον γίνεσθαι. ἵνα δὴ αἱ ὧραι συμβαίνωσι παραγινόμεναι ἐς τὸ δέον κ. τ. λ., ubi vid. not.

ἐπάγουσι ἀνὰ πᾶν ἔτος πέντε ἡμέρας πάρεξ τοῦ ἀριθμοῦ] In summa fere consentit Diodorus Siculus I, 50 coll. Gemin. Elem. Astron. VI pag. 19, et Strabon. XVII p. 806 s. 1160, A, ubi annum 365 dierum ab Aegyptiis sacerdotibus inventum esse narrat, a quibus post acceperint Graeci. Ac dies illos quinque intercalatos ad deos ita vulgo retulerunt Aegyptii, ut eorum unoquoque editus fuerit deus ex Iove et Iunone sive, ut alii tradebant, a Saturno atque Rhea. Vid. Diodor. Sicul. I, 13 ibiq. Wesseling. Plutarch. Opp. II pag. 429, F et p. 355, D ibiq. Wyttenbach. in Animadverss. pag. 186. Plura de his monuit Creuzerus in Symbol. I p. 259. 294 seq. coll. 266 seq. Tu conf. nott. ad Herod. II, 122. Ac suspicatur Larcherus duplicem apud Aegyptios exstitisse annum, alterum civilem trecentorum sexaginta quinque dierum, alterum astronomicum solis sacerdotibus cognitum, quo illi usi sint ad festos definiendos ipsorumque auctoritatem tuendam. Quam in rem accuratius nunc inquisivit Creuzer. in Symbol. I p. 268.

καί σφι ὁ κύκλος τῶν ὡρέων κ. τ. λ.] Est haec Herodoti sententia, fieri hoc modo, ut orbis tempestatum annuus rite perficiatur, suoque i. e. iusto tempore eodem singulae redeant tempestates. Quae tamen, si trecentorum sexaginta quinque dierum iustus est annus, multum abest ut suo tempore semper redeant, ut aliquot saeculis praeterlapsis prorsus earundem turbetur ordo ac iusta ratio, secundum quam incidere debeant.

θεῶν ἐπωνυμίας] ἐπωνυμίαν Herodoto passim idem esse atque ὄνομα, monuimus ad I, 14.

τε καὶ ἀγάλματα καὶ νηοὺς θεοῖσι ἀπονεῖμαι σφέας πρώτους, καὶ ζῶα ἐν λίθοισι ἐγγλύψαι. καὶ τούτων μέν νυν τὰ πλέω ἔργῳ ἐδήλουν οὕτω γενόμενα.
6 Βασιλεῦσαι δὲ πρῶτον Αἰγύπτου ἀνθρώπων ἔλεγον
7 Μῆνα. ἐπὶ τούτου, πλὴν τοῦ Θηβαϊκοῦ νομοῦ, πᾶ-

καὶ ζῶα ἐν λίθοισι ἐγγλύψαι] ζῶα cave credas *animalia* esse. Sunt enim quaevis *imagines*, *figurae*, quas in lapides incidere omnium primi invenisse dicuntur Aegyptii. Itaque ad *hieroglyphicas notas* haec potissimum referenda. Conf. I, 70. 203. II, 124. 148 fin. et quae laudavit Creuzer. in Annall. Heidelbergg. 1823 nr. 10 p. 153. Add. Rose Inscriptt. pag. 188 et Letronne Recherches s. l'Egypt. pag. 455, qui ζωγραφία et ζῶα γράφειν ad id refert, quod Gallis dicitur: „*peindre les sculptures*, c'est à dire d'étendre sur toutes les figures ces couleurs variées et vives, dont l'éclat s'est conservé à travers les siècles." Verba γλυφή et ἀναγλυφή ad ea refert, quae vulgo dicuntur *Bas - reliefs*, aptissima scilicet vocabula ad istiusmodi sculpturas Aegyptiacas designandas.

βασιλεῦσαι δὲ πρῶτον Αἰγύπτου ἀνθρώπων ἔλεγον Μῆνα] Consentit Diodorus I, 45 init. enarrans Menem post deos (ut aiunt) primum Aegypti regem fuisse, eundemque deos venerandi ac rem divinam faciendi rationem populo tradidisse. In nomine ipso regis scribendo variant libri apud Diodorum aliosque; nec in Herodoto sibi satis constant, quamquam meliores bene exhibent Μῆνα, in quo hic acquiescendum. Plura de scriptura Wesselingius, qui ex catalogo Eratosthenis apud Syncellum haec verba a Iablonskio emendata profert: Μήνης ὁ Θηβαῖος, ὁ ἑρμηνεύεται αἰώνιος. Quod nomen in regem, qui antiquissimus omnium fertur, utique conveniens est. Unde Zoëga de obeliscc. pag. 11 ad Mnevim refert, solis taurum solisque fere signum s. symbolum in terris. Maius est si de tempore quaeras, quo ille Menes vixisse censendus sit. Nam Herodoti si sequamur calculos, regnum Menis adscendet usque ad annum 12356 a. Chr. n.; Diodorum si testem praeferamus, regnum incepisse 14878 a. Chr. n. Menes putandus est. Conf. Larcher. tab. chronolog. p. 79. 53 tom. VII. Plura nolim equidem his adiicere, de quibus laudant vulgo Perizon. Origg. Aegyptt. cp. 5. Nec enim quidquam certius ad historiae atque chronologiae fidem hinc effici posse, quivis intelliget.

πλὴν τοῦ Θηβαϊκοῦ νομοῦ] „Laudantur haec in Descript. de l'Egypt. antiqq. I sec. livrais. p. 88, ubi comprobatur variis argumentis, non solum plani-

σαν Αἴγυπτον εἶναι ἕλος· καὶ αὐτῆς εἶναι οὐδὲν ὑπερέχον τῶν νῦν ἔνερθε λίμνης τῆς Μοίριος ἐόντων· ἐς τὴν ἀνάπλους ἀπὸ θαλάσσης ἑπτὰ ἡμερέων
5 *ἐστὶ ἀνὰ τὸν ποταμόν. Καὶ εὖ μοι ἐδόκεον λέγειν περὶ τῆς χώρης. δῆλα γὰρ δὴ καὶ μὴ προακούσαντι, ἰδόντι δέ, ὅς τίς γε σύνεσιν ἔχει, ὅτι Αἴγυπτος ἐς τὴν Ἕλληνες ναυτίλλονται, ἔστι Αἰγυπτίοισι ἐπίκτητός τε γῆ, καὶ δῶρον τοῦ ποταμοῦ· καὶ τὰ κατύπερθε ἔτι τῆς λίμνης ταύτης, μέχρι τριῶν*

---

tiem Thebaicam, sed universam Aegyptiacam exaggeratam esse limo exundantis Nili. In eo tamen refragantur, quod paulatim arenosam evasuram Aegyptum crediderat Herodotus. Etenim exaggerata paulatim universa planitie, etiam Nili ipsius alveum iusta proportione exaggerari." Cr. Tu vid. nott. ad II, 5. 10 coll. 13.

καὶ αὐτῆς εἶναι — ἐόντων] i. e. nihil eius (i. e. nullam *Aegypti* partem) fuisse eminens super aquam ex iis (terris scil.), quae nunc infra Moeridis lacum inveniantur.

ἐς τὴν ἀνάπλους ἀπὸ θαλάσσης ἑπτὰ ἡμερέων ἐστὶ ἀνὰ τὸν ποταμόν] Si *novem* schoeni uno navigationis die conficiuntur (conf. II, 9), existet inde summa schoenorum sexaginta trium sive 378,000 metrorum (métres); id quod cum veris mensuris apprime convenire tradunt. Vid. Descript. de l'Eg. Antiqq. Mém. I p. 88. 102 coll. Iomard. p. 508. 625 ibid. (quae ex parte transscripsimus ad II, 9, ubi alios schoenos intelligi vult Iomardus, cum vel obiter mappam inspicienti appareat, distantiam ab Heliopoli ad Thebas multo maiorem esse quam distantiam a mari ad Moeridis lacum).

Cap. V.

δῆλα γὰρ δὴ καὶ μὴ προακούσαντι, ἰδόντι δέ, ὅς τίς γε κ. τ. λ.] Ex his verbis fit manifestum, non solum pervenisse Herodotum in Aegyptum, id quod alii quoque testantur loci ab Heyse in Quaest. Herod. I, p. 108 seqq. collecti, verum etiam summa cum curâ historiae patrem permeasse hanc terram accurateque in omnia inquisivisse.

ὅτι Αἴγυπτος κ. τ. λ.] Herodoti sententiam veram esse et cum ipsa terrae indole congruere in Excurs. ad h. l. monstravimus.

ἡμερέων πλόου, τῆς πέρι ἐκεῖνοι οὐδὲν ἔτι τοιόνδε
ἔλεγον, ἔστι δ' ἕτερον τοιοῦτον.
2 Αἰγύπτου γὰρ φύσις τῆς χώρης ἐστὶ τοιήδε.
Πρῶτα μὲν προσπλέων, ἔτι καὶ ἡμέρης δρόμον
ἀπέχων ἀπὸ γῆς, κατεὶς καταπειρητηρίην, πηλόν τε
ἀνοίσεις, καὶ ἐν ἕνδεκα ὀργυιῆσι ἔσεαι. τοῦτο μὲν
6 ἐπὶ τοσοῦτο δηλοῖ πρόχυσιν τῆς γῆς ἐοῦσαν. Αὐ-
τῆς δὲ τῆς Αἰγύπτου ἐστὶ μῆκος τὸ παρὰ θάλασ-

Longitudo Aegypti ad mare: orgyiae, stadia, parasangae, schoeni.

τῆς πέρι ἐκεῖνοι οὐδὲν κ. τ. λ.] ἐκεῖνοι sunt Aegyptii sacerdotes (II, 3), quibus sua debet Noster; cf. II, 4. — In seqq. ἡμέρης δρόμος aequat fere 1300 stadia (conf. IV, 86); quae Larchero auctore explent 25 lieues; ὀργυιά, quam nos dicimus *Klafter*, constanter veteribus est mensura sex pedum. Conf. Wurm. de pondd. vett. ratt. pag. 91. 92. Scripsimus autem et hoc loco et cap. seq. ὀργυιῆσι cum recentt. pro ὀργυίῃσι, ut olim legebatur.

Cap. VI.

αὐτῆς δὲ τῆς Αἰγύπτου ἐστὶ μῆκος τὸ παρὰ θάλασσαν κ. τ. λ.] αὐτῆς δὲ τῆς cum recentt. scripsi pro αὖτις δὲ αὐτῆς. Ad argumentum loci facit, quod paulo inferius notatur: schoenum sexaginta stadiis esse parem, ut omnis orae Aegypti maritimae longitudo sit stadiorum ter mille sexcentorum; quae ipsa cum *ducentis quadraginta* Romanorum milliariis convenient. Conf. infra II, 149 init. et Diodor. Siculus I, 31, qui orae maritimae duo millia tribuit stadiorum, nec tamen indicatis locis, e quibus illa incipiat et ubi finiat. Quodsi vero iste non vulgaria intellexit stadia, quorum sexaginta complent schoenum, sed Olympica eaque maiora, quorum duo et triginta aequant schoenum (teste Plinio H. N. XII, 14 coll. II, 23) et octo milliarium Romanum, efficietur inde summa *ducentorum quinquaginta* milliariorum; quod ab Herodoteis mensuris non valde abesse nemo non intelligit. Nec multum abest, quod Strabo XVII pag. 1137 a Pelusiaco ostio usque ad Canopicum longitudinem maritimam ter mille trecentorum stadiorum esse scribit, quamvis idem pag. 1140 mille trecenta ponat stadia; quo spatio cum Diodorus I, 34 Deltae oram definiat, Wesselingius ad Diodor. I, 31 non dubitat, quin prior Strabonis locus ex posteriori corrigi debeat, cum Diodorus altero loco I, 31 eam addat Aegypti partem, quae extra Deltam fuerit sita. Schlichthorstio contra prior Strabonis locus videtur sanus et ex eo posterior, in quo librarii lapsi fuerint, emendandus, pag. 26. 27 not. l. l. Ad Wesselingii iudicium denuo se

σαν, ἑξήκοντα σχοῖνοι, κατὰ ἡμέες διαιρέομεν εἶναι Αἴγυπτον ἀπὸ τοῦ Πλινθινήτεω κόλπου μέχρι Σερ-

---

applicat Larcherus, nec tamen tantum putat inter Herodoti atque Strabonis (qui scilicet maioribus stadiis Olympicis fuerit usus) numeros intercedere discriminis, quin convenire in summa fere uterque existimetur. Quare acquiescendum opinor in iis, quae Danvillius (Mémoir. sur l'Egypt. p. 11) posuit, Aegypti longitudinem maritimam a Plinthinete sinu usque ad Serbonidem lacum parem esse *ducentis quadraginta sex* Romanorum milliariis; a quo non multum discedit Herodotus, quem minus accurate caeteroquin definiisse Aegypti longitudinem contendit Schlichthorst. l. l. pag. 24, ubi vid. plura. Qui nuperrime disquisivit Iomard. loco infra laudando pag. 508 seq. 657 et ipse non multum a vero abhorrere iudicat mensuras ab Herodoto proditas, modo intelligas stadia centum metrorum (métres); ita ut summâ evadat 360,000 metrorum. Quare minime audiendus Mannert. in geograph. d. Gr. u. Röm. X, 1 pag. 253 seqq., qui ullam Herodoteis mensuris fidem tribuendam esse negat, quippe minus accuratis multumque semper exaggeratis, confusis praeterea variis et stadiorum et schoeni mensuris. Quae talia sint, ut refellere putidum sit.

κατὰ ἡμέες κ. τ. λ.] κατὰ pro καθ' ἃ, ut I, 208.

ἀπὸ τοῦ Πλινθινήτεω κόλπου μέχρι Σερβωνίδος λίμνης] Πλινθινήτης sinus nomen accepit ab urbe Πλινθίνη, quae est maritima in extrema Aegypti ora Libyam versus sita inter Taposirin et Nicii pagum, et lacui Mareotico, cui vicina erat, Πλινθινήτου nomen dedit. De urbe conf. Strabo XVII p. 1150, B s. p. 799. Sinum *Plinthinetem* hodie Arabum sinum dici scribit Danvillius (l. l. p. 63). Conf. Mannert. Geogr. d. Gr. u. Röm. X, 2 pag. 24.

Serbonis lacus, de quo infra III, 5, Aegyptum inter atque Palaestinam est situs ab oriente Casii montis, ab occidente prope Rhinocoluram (quae hodie appellatur *Al-Arisch*). Perquam angustum fuisse lacum auctor est Diodorus I, 30, sed mirae profunditatis et ducentorum ferme stadiorum longitudinis; alia idem scribit de exitiosa palude, cui perpetuus austri flatus magnam ingerat arenae vim. *Plinius* (H. N. V, 13) 15,000 passuum circuitum quosdam illi tribuere narrat; sed nunc modicam esse paludem. Et qui teste Strabone XVI p. 1102, B p. 760, A cum mari tantum per ἔκρηγμα coniunctus erat lacus, nostra aetate sinus maris potius quam lacus erit vocandus, cui nomen *Sebaket Barduil*. Vid. Schlichthorst l. l. pag. 50. Hartmann. l. l. pag. 867 coll. Mannert. l. l. X, 1 pag. 497, qui lacum nunc prorsus exsiccatum, ex muriâ

βωνίδος λίμνης, παρ' ἣν τὸ Κάσιον ὄρος τείνει· 106
2 ταύτης ὦν ἄπο οἱ ἑξήκοντα σχοῖνοί εἰσι. ὅσοι μὲν
γὰρ γεωπεῖναί εἰσι ἀνθρώπων, ὀργυιῇσι μεμετρή-
κασι τὴν χώρην· ὅσοι δὲ ἧσσον γεωπεῖναι, σταδί-
οισι· οἳ δὲ πολλὴν ἔχουσι, παρασάγγῃσι· οἳ δὲ
3 ἄφθονον λίην, σχοίνοισι. δύναται δὲ ὁ μὲν παρα-

---

tantum et salsilagine per superficiem sparsa cognosci posse scribit. Alia dabit Creuzerus in Commentt. Herod. p. 286. Nam istum lacum hominibus aeque atque animalibus exitiosum et insanum Typhonis (quem omnium malorum parentem habuere Aegyptii) receptaculum inde ferebant. Quin ipso in lacus nomine tale quid inesse nunc existimant, siquidem *Serbonis* lacus Aegyptiorum sermone valeat: *qui spargit foetorem.* Ita certe Iablonsk. Opusc. I p. 303 coll. 301, probante Champoll. l'Egypt. sous l. phar. II p. 304. Alius vir doctus (conf. te Water ad Iablonsk. l. l.) in voce Σερβαὼν *occultandi* et *demergendi* notionem quaesierat.

τὸ Κάσιον ὄρος] de *Casio* monte, a quo inde usque ad Arabicum sinum mille stadiorum iter esse noster refert II, 158, primarius exstat Strabonis locus XVI p. 1100, C. 1102—1108, unde trecenta stadia a Pelusio illum remotum esse novimus, vel potius trecenta viginti, ut ex Antonin. Itiner. intelligitur. Aggeribus arenarum similem eundem narrat Strabo, in mare procurrentem, aquarum denique inopem. Illic Pompeii Magni iacere corpus et Iovis Casii esse templum. Nunc monti nomen *El Kas* s. *Ras Kasvron*, et prope montem locus *Katia* s. *Katieh*, docente Hartmann. l. l. pag. 866. Alia Schlichthorst. l. l. pag. 76 seq. coll. Rennel. l. l. p. 581. Caeterum hicce mons probe distinguendus a monte *Casio*, qui in Syria est prope Antiochiam. Conf. Mannert. l. l. X, 1 p. 495.

γεωπεῖναί εἰσι] Timaeus in Lexic. Platon. γεωπεῖναι· οἱ μικρὰν καὶ λυπρὰν γῆν ἔχοντες; quae ad Herod. II, 6 et VIII, 111 pertinere bene monuit, aliis quoque grammaticis laudatis, Ruhnken. pag. 68. — Utitur h. loco Iomard. Descr. de l'Egypt. Antiqq. I (3 livrais.) pag. 688, ex quo manifestum fiat, stadium quadratum (carré) in mensuris agrorum apud Aegyptios usitatum fuisse.

δύναται δὲ ὁ μὲν παρασάγγης τριήκοντα στάδια] δύνασθαι hic *valere* esse, vix monitu opus. In *parasanga*, quae Persarum est mensura, plerique Herodotum sequuntur; alii teste Strabone XI p. 788, A s. 518 sexaginta, alii quadraginta stadia ponunt. Conf. Herod. V, 53 et qui copiose haec tractavit Ukert. Geograph. d. Gr. u. Röm. I, 2 pag. 77 not. 70.

σάγγης τριήκοντα στάδια· ὁ δὲ σχοῖνος ἕκαστος,
4 μέτρον ἐὸν Αἰγύπτιον, ἑξήκοντα στάδια. οὕτω ἂν
εἴησαν Αἰγύπτου στάδιοι ἑξακόσιοι καὶ τρισχίλιοι,
7 τὸ παρὰ θάλασσαν. Ἐνθεῦτεν μὲν καὶ μέχρι Ἡλι- 1
ουπόλιος ἐς τὴν μεσόγαιαν, ἐστὶ εὐρέα Αἴγυπτος,

Latitudo a mari ad Heliopolin.

ὁ δὲ σχοῖνος ἕκαστος — ἑξήκοντα στάδια] Schoenum, quem pro Aegyptia mensura habet Herodotus, Persicum appellant Athenaeus, Callimachus, Plinius. Nec eandem esse mensuram in diversis Aegypti locis, verum ἄστατον scribit Strabo XVII p. 1156, B s. 808 fin., cui adde sis Plinium H. N. VI, 30. Plura dabunt Schlichthorst. l. l. p. 111 et Ukert. l. l. pag. 76, ubi peculiaris de schoeno memoratur Danvillii scriptio in Mém. de l'Acad. d. Inscript. XXVI pag. 82. Post illos diligentissime de his exposuit Iomard., sur le système metriq. des anc. Egypt. (Descript. de l'Eg. Antiqq. I livr. III) pag. 645 seqq. coll. 583. 606. 613 seqq. Schoenum Herodoteum, sexaginta stadiis constantem, sex mille metra (métres), quae Galli vocant, aequare statuit. Namque Herodotum uti vult stadiis, quae singula centum fere metris (métres) compleantur. Ad nominis rationem insignis est locus Hieronymi sancti in Comment. ad Ioel. cp. 3, ubi narrat funibus in Nilo trahi naves nautisque certa esse spatia, quae *funiculos* (σχοίνους s. σχοινία) appellent, ut labori defessorum recentia trahentium colla succedant.

Cap. VII.

ἐνθεῦτεν μὲν καὶ μέχρι Ἡλιουπόλιος] Heliopolis urbs, cuius sacerdotes II, 3 memorantur, a mari (mediterraneo) remota fuit mille quingentis stadiis, teste Herodoto, quocum Diodorus I, 57 recentiorumque Gallorum testimonia consentiunt. Vid. Iomard. Descript. de l'Eg. Antiqq. I (3 livrais.) pag. 611. 508. Nam rectâ lineâ Heliopolin a mari distare 151,000 metra (métres), quorum centum fere unum stadium efficiant. Strabonis locum primarium de hac urbe XVII p. 1158, B p. 805 seq. accuratius excussit Schlichthorst. l. l. pag. 85 seq., ut ex quo satis pateat, Heliopolin et extra Deltam fuisse et Nilo ab oriente oppositam, eandemque esse, quae sacris in literis appelletur *On* (septuaginta interpretes semper reddunt Ἡλιούπολιν), unam de principibus Aegypti urbibus, literarum et doctrinae sacerdotalis sedem. A Memphide non admodum remota fuit, sed in orientali Nili ripa exstructa, paulo infra sub ipsum Nilum in duo brachia dissectum. Conspiciuntur adhuc rudera prope vicum, qui dicitur *Matarea* s. *Mathariek*, ubi est fons Solis s. *Ain Schams*,

Σιοῦσα πᾶσα ὑπτίη τε καὶ ἄνυδρος, καὶ ἰλύς. ἔστι δὲ ὁδὸς ἐς τὴν Ἡλιούπολιν ἀπὸ θαλάσσης ἄνω ἰόντι, παραπλησίη τὸ μῆκος τῇ ἐξ Ἀθηνέων ὁδῷ, τῇ ἀπὸ

---

in regione, quae nunc vocatur *Kaliub* ab urbe recentiori *Keliub*, in quo ipso Heliopoleos nomen nonnihil mutatum cognosci volunt. Accuratissime descripserunt docti Galli in Descr. de l'Eg. Antiqq. t. II livrais. 3 chap. XXI p. 3 seqq. Tu vid. etiam Rennel. l. l. pag. 598. 623 et inprimis Ritter. Erdkund. I pag. 823. Sed fuere, qui auctore Bryano duplicem Heliopoleos urbem distinguendam esse docerent, alteram Arabicam, cuius Ptolemaeus quoque meminerit, ad laevam canalis Pelusiaci, a mari si ascenderis, sitam, ubi nunc vicus Matarea; alteram, priorem et ab Herodoto commemoratam, in ipsa Delta sitam intra Sebennyticum et Canopicum canalem. Sed de hac Heliopoli nemo veterum quidquam protulit, multumque abest, ut confusio, quam isti somniant, tollatur, ut adeo augeatur. Quare Larchero, aliis, hanc sententiam amplectentibus, iure oblocutus et Champollio l'Egypt. sous l. Phar. II pag. 36 seqq., qui vulgatam, quam nos proposuimus de urbis celeberrimae situ sententiam, idem probavit, accedente Mannerto in Geogr. X, 1 p. 481 seq. 535. Et ante Champollionem copiosius disseruerunt docti Galli illi, quos citavimus l. l. pag. 9 seqq. Larcheri aliorumque opinione reiecta. Tu vid. potissimum Herod. II, 9. Graecum Heliopoleos nomen cum Aegyptio convenire post Iablonsk. (Opusc. I p. 184. 185) multis placuit viris doctis et nuperrime Champollioni l. l. pag. 40. 41, si quidem *On*, quo vocabulo etiam Coptae urbem significant, Aegyptiorum lingua denotat *lucem, solem*.

ἐοῦσα πᾶσα ὑπτίη] ὑπτίη i. e. *supina, plana, campestris, depressa*, auctore Suidâ, qui ὑπτία πεδία exponit τὰ ὁμαλά. Larcherus Horatianum illud profert: *supinum* Tibur. Schweigh. ad Indicem Graecit. Appian. amandat.

ἄνυδρος]. Larcherus invitis libris scribendum censet εὔυδρος i. e. *aquis irrigua*, laudatque IV, 47, ubi pro εὔυδρος bini libri ἔνυδρος, quod h. l. repositum maluerat Hennicke in Comment. de Geogr. Afric. Herod. pag. 64. Larcherianam emendationem, quod miror, secutus est Schweighaeuserus, nos vulgatam restituimus, secuti iudicium Gaisfordii: „Aegyptum enim *aquis irriguam* temere dixeris, quae Nili solum inundationibus foecundetur."

τῇ ἐξ Ἀθηνέων ὁδῷ] Pro Ἀθηναίων, quod olim legebatur, cum recentt. reposuimus Ἀθηνέων, uti voluerat Valckenar., qui hac de forma genitivi laudat: I, 98. VI, 127. VII, 6. 62. 90. VIII, 100. 118. 120.

τῶν δυώδεκα θεῶν τοῦ βωμοῦ φερούσῃ ἔς τε Πίσαν καὶ ἐπὶ τὸν νηὸν τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου.

IX, 7. 106. *Cr.* consuli vult Gregor. Corinth. pag. 381 ed. Schaef. et Porson. ad Odyss. III, 278.

τῇ ἀπὸ τῶν δυώδεκα θεῶν τοῦ βωμοῦ φερούσῃ] Ara duodecim deorum, cuius infra quoque VI, 108 mentio fit, Athenarum in foro exstructa erat a Pisistrato, Hippiae filio, ut auctor est Thucydides VI, 54 et Olymp. 65, 1 s. 519 ante Chr. n. iam exstitisse videtur. Cuius ipsius cum frequens vel in inscriptionibus fiat mentio, ubi viarum longitudo indicatur, credibile est, hancce aram Atheniensibus ea praestitisse, quae Romanis milliarium aureum, indeque omnes viarum distantias per Atticam aliasve Graeciae regiones definitas fuisse. Vid. C. O. Müller. in Erschii et Gruberi Encyclop. VI p. 237 coll. Rose Inscriptt. tab. XXXII pag. 251. Boeckh. Corp. Inscriptt. I, 1 pag. 32.

φερούσῃ ἔς τε Πίσαν καὶ ἐπὶ τὸν νηὸν τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου] Copiosius de his disputat vir doctus in Mém. de l'Acad. des Inscript. t. VII (Paris. 1824) p. 33 seqq., commonstrare enim studuit, his verbis indicari iter, quae ab Athenis *et quidem* a duodecim deorum ara ducat Pisam *et quidem* ad Iovis Olympii templum; ita ut una eademque intelligatur via, accuratius modo indicatis utriusque urbis locis singulis, quae in dimetiendo auctor sit secutus. — *Πίσαν* pro *Πίσσαν* dudum restituerat Wesselingius; et satis commendant hanc scripturam Creuzeri disputata in Melett. I pag. 19 not. 13. Doctum Gallum l. l. pag. 36. 37 si audis, Herodotus antiquum et quasi sacratum *Pisae* nomen consulto retinuit, cum, quo tempore ille haec vel scribebat vel Olympicis ludis recitabat, Pisa ab Eleis diruta non amplius exstiterit.

ἐπὶ τὸν νηὸν τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου] Quaeritur h. l., Iovis templum antiquius intelligi debeat an recentius a Libone exstrui coeptum post Olympiad. LXXXI, quà ipsâ. Herodotus suam historiam Graecis recitasse fertur. *Cr.* conferri iubet Völkel.: Ueber den Tempel des Jupiter zu Olymp. pag. 15. 21 seq. Equidem malim recentius intelligere templum, praesertim cum apud Herodotum talia inveniantur prodita, quae vel multo post hoc templum exstructum acciderint et ad nonagesimam septimam Olympiadem usque referantur; vid. Heyse Quaest. Herod. pag. 74 seqq. Atque erunt fortasse, qui ex hoc Herodoti loco et ex hac comparatione argumentum ducere velint praelectionis Musarum Herodoti, quam Lucianus Olympicis ludis factam esse scribit, a criticis quibusdam nostrae aetatis immerito in dubium vocatam. Sed ea de re exponere non attinet post

3 σμικρόν τι τὸ διάφορον εὕροι τις ἂν λογιζόμενος τῶν ὁδῶν τουτέων, τὸ μὴ ἴσας μῆκος εἶναι, οὐ πλέον πεντεκαίδεκα σταδίων· ἡ μὲν γὰρ ἐς Πίσαν ἐξ Ἀθηνέων, καταδεῖ πεντεκαίδεκα σταδίων, ὡς μὴ

---

disputationem Heysii in Quaest. Herod. cap. II pag. 23 seqq.

λογιζόμενος τῶν ὁδῶν τουτέων] Vulgo et hic et III, 126 edunt οὐδῶν; qua tamen forma Ionica uti aiunt Nostrum abstinuisse credo. Quare cum Gaisf. vulgarem formam ὁδῶν, probatis libris confirmatam reposui. De forma οὐδῶν laudant Homer. Odyss. ρ', 196 ibique Eustath. pag. 613 ed. Bas. et eundem ad Il. α' pag. 18, 10 coll. Etymol. pag. 615.

τὸ μὴ ἴσας μῆκος εἶναι] Cr. confert Wyttenbach ad Plutarch. Mor. I, 2 pag. 816, qui h. locum ita reddit: „*quae itinera si quis computet, inveniat parum quiddam differre, quo minus sit par earum longitudo.*" Tu add. Matth. Gr. Gr. pag. 1067. Non admodum differt, quod continuo sequitur: *ὡς μὴ εἶναι πεντακοσίων καὶ χιλίων.* Ipsas mensuras ab Herodoto prolatas minus accuratas videri iudicat Rennel. l. l. pag. 593, cum Athenae a Pisa distent milliaria Germanica 26¼, Heliopolis vero 22 milliaria tantum a Nili ostio Canopico absit. Et monet quoque Iomard. (Descript. de l'Eg. Antiqq. I livr. 3 pag. 611) comparationem minus accurate institutam videri ab Herodoto, cum Heliopolis a mari rectâ lineâ ductâ sane distet 151,000 metra (quae non multum excedant numerum mille quingentorum stadiorum), Athenae autem a Pisa remotae sint rectâ linea 181,000 s. 183,000 metra (métres). Quare in eam inclinat sententiam, ut ab Herodoto dua eaque diversa stadia confusa esse putet. Sed graviorem litem Rennel. Herodoto intendit (p. 386—392), quod sexaginta stadia schoeno tribuat, quem quadraginta tantum stadiorum esse reliqui scriptores indicent; unde consequi Herodoteas mensuras semper nimis auctas esse, nisi ad vulgarem computandi modum schoenum revocaveris. Contra quem monet Bredowius (l. l. pag. 391), ideo auctas videri Aegyptiacas mensuras, quod omnes simul Nili ambages in demetiendo fuerint computatae, unde solito maior summa exstiterit. Alio pacto Herodoteis patrocinantur monente Cr. editores operis Descript. de l'Egypt. I second. livrais. p. 416. Exacte enim Herodoti mensuram convenire cum longitudine itineris, quae mappam geographicam inspicienti inveniatur inter Heliopolin et Nili ostium Ommfâreg prope Pelusium, si illud simul cogitaveris, Deltae solum ab eo inde tempore, quo Herodotus haec scribebat, nonnihil esse auctum et provectum. Conf. supra ad II, 6 allata.

εἶναι πεντακοσίων καὶ χιλίων· ἡ δὲ ἐς Ἡλιούπολιν ἀπὸ θαλάσσης, πληροῖ ἐς τὸν ἀριθμὸν τοῦτον.
8 Ἀπὸ δὲ Ἡλιουπόλιος ἄνω ἰόντι, στεινή ἐστι Αἴγυπτος. τῇ μὲν γὰρ, τῆς Ἀραβίης ὄρος παρατέταται, φέρον ἀπ' ἄρκτου πρὸς μεσαμβρίης τε καὶ νότου, αἰεὶ ἄνω τεῖνον ἐς τὴν Ἐρυθρὴν καλεομένην θάλασσαν· ἐν τῷ αἱ λιθοτομίαι ἔνεισι, αἱ ἐς τὰς

Utrumque latus inde ab Heliopoli monte cinctum, alterum Arabico, alterum Libyco.

Cap. VIII.

τῇ μὲν γὰρ, τῆς Ἀραβίης ὄρος παρατέταται] Respondent hisce verba: *τὸ δὲ πρὸς Λιβύης τῆς Αἰγύπτου, ὄρος ἄλλο πέτρινον τείνει*, ita ut primum montes orientem versus inde ab Arabia Aegyptum cingentes describantur, dein Libyae montes, qui Aegyptum occidentem versus a reliqua Libya secernunt.

αἰεὶ ἄνω τεῖνον ἐς τὴν Ἐρυθρὴν κ. τ. λ.] i. e. *semper sursum* (in altius) *tendens usque ad rubrum quod dicitur mare*, i. e. *usque ad sinum Arabicum*, qui hac appellatione non minus designatur quam ipsum Indicum mare (I, 1), cujus ille est pars. Vid. Breiger. de quibusdam difficil. Geogr. Herod. pag. 11. 14. Heyse Quaest. Herodd. p. 103.

ἐν τῷ αἱ λιθοτομίαι ἔνεισι κ. τ. λ.] *αἱ* pro *καὶ* cum recentt. scripsimus librorum auctoritate. De *lapicidinis* conf. II, 124 ibiq. nott. et II, 158. Est nimirum montium tractus ex adverso urbis Memphidis in orientali ripa Nili exsurgens tum orientem versus usque ad sinum Arabicum, tum meridiem versus Nili ripas legens ad superiorem usque Aegyptum, ubi sunt inprimis prope Syenen montes, unde lapides ad maxima Aegyptiorum aedificia, templa, obeliscos, alia id genus, esse caesos vestigia indubia hodieque commonstrant. Quin Romanorum aetate adhuc lapicidinae illae adhibitae sunt, quod docent inscriptiones a Letronn. nuper publicatae et illustratae in Recherches etc. pag. 360. 366 seq. *Cr.* de his lapicidinis consuli vult Feam ad Winckelmann. Histor. Art. I (Opp. tom. III) pag. 365 seq. ed. Dresd. et praecipue Gallos doctos, Iomard., Rozière, Desvilliers, in Descript. de l'Egypt. Antiqq. I chap. 4 p. 13 seqq. et chap. 2 pag. 10 seqq. Tu add. inprimis Ritter. Erdkund. I p. 696 seqq. Ternas huius montis partes ille distingui vult, priorem meridiem versus omnium maxime sitam, a Phile insula usque ad Syenen, unde optimi quique proveniant lapides (*Syenitas* vulgo appellant — *Granit*) ad columnas, colossos, obeliscos, statuas, ipsaque templa integra aptissimi. Eas vero lapicidinas hoc loco intelligendas esse vix dubium. Nam alteram istius montis partem, non nisi calcarios continere lapides,

2 πυραμίδας κατατμηθεῖσαι τὰς ἐν Μέμφι. ταύτῃ μὲν
λῆγον, ἀνακάμπτει ἐς τὰ εἴρηται, τὸ ὄρος. τῇ δὲ
αὐτὸ ἑωυτοῦ ἐστὶ μακρότατον, ὡς ἐγὼ ἐπυνθανό-
μην δύο μηνῶν αὐτὸ εἶναι τῆς ὁδοῦ ἀπὸ ἠοῦς
πρὸς ἑσπέρην· τὰ δὲ πρὸς τὴν ἠῶ, λιβανωτοφόρα
αὐτοῦ τὰ τέρματα εἶναι. τοῦτο μέν νυν τὸ ὄρος
3 τοιοῦτο ἐστί. Τὸ δὲ πρὸς Λιβύης τῆς Αἰγύπτου,
ὄρος ἄλλο πέτρινον τείνει, ἐν τῷ αἱ πυραμίδες 107
ἔνεισι, ψάμμῳ κατειλυμένον, τεταμένον τὸν αὐτὸν

---

tertiam, binis reliquis mediam quasi interpositam arenaceos, magis aptos illos quidem ad aedium moles exstruendas.

ταύτῃ μὲν λῆγον, ἀνακάμπτει ἐς τὰ εἴρηται, τὸ ὄρος] Explicuit haec Schweigh.: *Hoc enim loco* (ubi scil. sunt lapicidinae) *desinens mons*, (i. e. non amplius a septentrione ad meridiem recta surgens) *flectitur in eam quam dixi partem* (i. e. mare rubrum versus). Ita verba ἐς τὰ εἴρηται ad ea spectant, quae paulo ante leguntur: αἰεὶ ἄνω τεῖνον ἐς τὴν Ἐρυθρὴν καλεομένην θάλασσαν. Larcherus refert ad verba: ἀπὸ δὲ Ἡλιουπόλιος ἄνω ἐόντι, ac si Herodotus scripsisset: ἐς τὰ ἄνω Ἡλιουπόλιος, contra apertam ut mihi quidem videtur Herodoti sententiam, qui in seqq. monet, montem illum secundum mare porrigi usque ad regiones thuriferas. Quibus verbis notionem quandam Arabiae, qualem Noster sibi mente informaverit, contineri notat Niebuhr. in Diss. laud. de Herodot. Geogr. p. 220. Nec vero Arabicae terrae longitudinem accuratius hinc definire licebit, praesertim cum hasce regiones Herodotus non ipse viserit, sed quae fando audierat, ea tantum retulerit. Conf. Dahlmann. Herod. p. 71. 96.

τῇ δὲ αὐτὸ ἑωυτοῦ ἐστὶ μακρότατον] De locutione conf. I, 193. 203. Verbis τῇ δὲ, quae antecedentibus ταύτῃ μὲν opponuntur, ea indicatur regio, ubi mons iste orientem versus tendit longiusque porrigitur secundum mare rubrum. — τὰ δὲ πρὸς τὴν ἠῶ i. e. *orientem versus*.

τὸ δὲ πρὸς Λιβύης τῆς Αἰγύπτου] i. e. *quod attinet ad eam Aegypti partem, quae occidentem s. Libyam versus est sita*. In quo nulla opus emendatione.

ὄρος ἄλλο πέτρινον κ. τ. λ.] De *monte Libyco* consulatur Ritter. Erdkund. I pag. 770. seq. Nam qui a Libya Aegyptum secernunt montes, iam infra Memphin propius ad Nilum accedunt, ubi pyramides sunt exstructae prope ipsum montem, qui iam Nili convallem ab occidente arctius includens, meridiem versus tendit.

ψάμμῳ κατειλυμένον] Non-

τρόπον τὸν καὶ τοῦ Ἀραβίου τὰ πρὸς μεσαμβρίην
4 φέροντα. Τὸ ὦν δὴ ἀπὸ Ἡλιουπόλιος, οὐκέτι πολλὸν χωρίον, ὡς εἶναι Αἰγύπτου· ἀλλ' ὅσον τε ἡμερέων τεσσέρων ἀναπλόου στεινή ἐστι Αἴγυπτος ἐοῦ-
5 σα. τῶν δὲ οὐρέων τῶν εἰρημένων τὸ μεταξὺ, πε- 30
διὰς μὲν γῆ· στάδιοι δὲ μάλιστα ἐδόκεόν μοι εἶναι, τῇ στεινότατόν ἐστι, διηκοσίων οὐ πλείους, ἐκ τοῦ

---

nulli codd. et edd. κ α τ ε ι λ η μ μ έ ν ο ν. Quod nos dedimus cum Schweigh. et Gaisf., verbis commendatur Homericis Odyss. ξ', 136: ψαμάθῳ εἰλυμένα πολλῇ, a Wesselingio iam allatis, cui tamen κατειλημένον a verbo εἰλέω non minus probum videtur, firmatum versiculi cuiusdam auctoritate in Philostrati Heroicc. pag. 693 (98 Boisson.). Sed eo ipso in loco nunc Boissonadius pro εἰλημένε, quod Olearius dederat, e codicum consensu reposuit εἰλυμένε illudquè aliis etiam testimoniis firmavit. Conf. nott. pag. 469. Nam descendit a verbo εἰλύω, κατειλύω *obtego*, *obvolvo*. — In seqq. vulgo male τεταμμένον pro τετάμενον, cum loci sensus sit: *mons — pari modo porrectus* (in longitudinem sc.), *quo Arabici montis ea pars, quae meridiem versus tendit.*

τὸ ὦν δὴ ἀπὸ Ἡλιουπόλιος] i. e. *quod attinet ad eam Aegypti regionem, quae ab Heliopoli meridiem versus est sita Nilo adverso proficiscenti.* Respicit enim Herodotus ea, quae capitis initio posuerat, multis verbis interiectis: ἀπὸ δὲ Ἡλιουπόλιος ἄνω ἰόντι.

οὐκέτι πολλὸν χωρίον, ὡς εἶναι Αἰγύπτου] i. e. *regio non amplius spatiosa est, ut sit Aegypti* (s. quae Aegypti esse censetur) s. *non amplius in latitudinem multum patet ut in* (s. pro) *Aegypto.* Sic recte Matth. Gr. Gr. pag. 1071. Invita Minerva Steger. Praefat. pag. XI corrigit Α ἴ γ υ π τ ο ν.

ἀλλ' ὅσον τε — Αἴγυπτος ἐοῦσα] i. e. *Sed per quatridui navigationem, quae adverso flumine instituitur, angusta est Aegyptus* s. ea Aegypti pars, quae in angustam vallem contracta, illis montibus (Arabicis et Libycis) ab utraque parte includitur. — Quae Aristidi (t. II p. 343) fidem excedere videntur Nostri verba, ea recentioris aetatis peregrinatoribus valde probantur, monente Larchero. Sic, uti hoc utar, scribit Savary (Lettre sur l'Egypt. I p. 5): ubi latissima sit haec planities, vix novem illam esse milliariorum (lieues); id quod a ducentis Herodoti stadiis, quae septem fere milliaria alteriusque dimidium aequant, non valde discedit.

στεινότατον] „De hac forma Ionica conf. Heindorf. ad Platon. Phaedon. §. 139 pag. 237 seq." Cr. Vid. quae dixi ad Ctesiae

6 Ἀραβίου οὔρεος ἐς τὸ Λιβυκὸν καλεύμενον. τὸ δὲ
ἐνθεῦτεν αὖτις εὐρέα Αἴγυπτός ἐστι. Πέφυκε μὲν
9 νυν ἡ χώρη αὕτη οὕτω. Ἀπὸ δὲ Ἡλιουπόλιος ἐς
Θήβας, ἔστι ἀνάπλοος ἐννέα ἡμερέων· στάδιοι δὲ
τῆς ὁδοῦ, ἑξήκοντα καὶ ὀκτακόσιοι καὶ τετρακισχί-

Latitudo ab Heliopoli ad Thebas, et a Thebis ad Elephantinem.

---

fragm. pag. 163 seq. et ad Plutarch. Philopoem. pag. 8. 9.

C a p. IX.

ἔστι ἀνάπλοος ἐννέα ἡμερέων] Schweighaeusero hic numerus iusto minor videtur, quum hoc pacto 540 stadia navigantibus quotidie sint conficienda eaque adverso flumine; id quod vel si minorem stadii mensuram intelligas, nimium videatur, praesertim si cogites, naves non nisi funibus adverso flumine ferri posse, teste ipso Herodoto II, 96. Contra docti Galli monent (Descript. de l'Eg. Antiqq. 1 livr. 2 pag. 417) stadium Aegyptiacum constare ex centum metris (mètres; conf. not. ad II, 6), ita ut quatuor mille octingenta sexaginta stadia, modo longitudinem recta lineà indicari tibi persuadeas, cum vera mensura, quae e mappis geographicis intelligatur, accurate conveniat. Qui iidem adiiciunt, numerum stadiorum, qui uno die perfici debeat, minime esse exaggeratum, cum ipsi, coelo et tempestate quidem favente, vel longius iter uno die confecerint. Add. Iomard. (ibid. livr. 3 pag. 508. 625), ubi hoc modo sumtas mensuras et distantias convenire ferme notat, cum 4860 stadia (i. e. 486,000 metr.) non valde recedant a vera distantia, quae rectà lineà sit 490,400 mètr. Quibus haec addit (p. 625): „Cette distance, prise d'une carte exacte, lui (scil. *Herodoto*) a sans doute été donnée par les prêtres, et il a cru que c'étoit la distance mesurée sur le fleuve; ayant navigué lui - même pendant neuf jours d'un lieu à l'autre, il a conclu mal-à-propos qu' une journée de navigation étoit de 9 schoenes de cette espèce. D'ailleurs, comme il y avoit deux différens schoenes, tous deux de 60 stades aussi différens, et que le *dromos* avoit 9 de ces grands schoenes, il a pris apparemment l'un pour l'autre.“ *Maiores* igitur hoc loco schoenos (cf. p. 651 seq.) intellexisse putandus erit Herodotus, qui II, 4 minores ipsi alias usitatos intellexerit. Equidem nil decernam; videant peritiores. — Mannert. (Geograph. X, 1 pag. 481) hinc colligi posse putat, Heliopolin canali adsitam fuisse, qui iam multo ante Ptolemaeorum aetatem a Nilo orientem versus ad sinum Arabicum usque fuerit deductus. Ex quo canali qui ab Heliopoli in Nilum ipsum naviget Thebasque petat, ei novem esse dierum iter.

2 λιοι, σχοίνων ἑνὸς καὶ ὀγδώκοντα ἐόντων. οὗτοι συντιθέμενοι οἱ στάδιοι Αἰγύπτου, τὸ μὲν παρὰ θάλασσαν, ἤδη μοι καὶ πρότερον δεδήλωται ὅτι ἑξακοσίων τέ ἐστι σταδίων καὶ τρισχιλίων· ὅσον δέ τι ἀπὸ θαλάσσης ἐς μεσόγαιαν μέχρι Θηβέων ἐστὶ,
3 σημανέω. στάδιοι γάρ εἰσι εἴκοσι καὶ ἑκατὸν καὶ ἑξακισχίλιοι. τὸ δὲ ἀπὸ Θηβέων ἐς Ἐλεφαντίνην καλεομένην πόλιν, στάδιοι χίλιοι καὶ ὀκτακόσιοι εἰσί.

οὗτοι συντιθέμενοι οἱ στάδιοι] Cum recentt. scripsimus συντιθέμενοι pro συντεθειμένοι et οἱ, quod vulgo abest, adiecimus. Est autem haec fere loci sententia: *quando haec stadia secum erunt iuncta s. computata — existet inde summa sex mille centum viginti stadiorum, quae est Aegyptiacae terrae longitudo inde a mari usque ad Thebas, iam mihi indicanda, postquam, quae orae maritimae sit longitudo, supra indicavi.* Iam apparebit, verba οὗτοι συντιθέμενοι οἱ στάδιοι spectare ad verba στάδιοι γάρ εἰσι εἴκοσι, καὶ ἑκατὸν καὶ ἑξακισχίλιοι, ubi particula γὰρ neminem remorabitur, qui meminerit, quoties haec particula ita ponatur, ut ad ea, quae per parenthesin quasi interiecta proxime antecedunt, spectet. — In ipsis numeris haud prorsus constans sibi videtur Herodotus, qui hic summam stadiorum a mari usque ad Heliopolin et Thebas facit 6120, cum antea (II, 7) 1500 stadia posuisset a mari usque ad Heliopolin et ab Heliopoli usque ad Thebas 4860; unde summa existit stadiorum 6360. Fuere, qui librariis Herodoti textum corrumpentibus hoc tribuerent, quamvis mendi ne ulla quidem adpareat suspicio. Si sana sunt Nostri verba, vix ea alio modo secum componi posse existimat Schlichthorst. l. l. pag. 30, nisi priorem computationem de terrestri itinere si intelligas, alteram eamque maiorem de itinere, quod in fluvio fiat atque tortuosum ob eius cursum longius sit. Sed monent editores operis Descript. de l'Eg. l. l. hasce distantias omnes congruas fore, si recta lineà eas ductas esse tibi persuaseris. Sic mille octingentis stadiis Herodoteis exacte respondere summam 180,000 métres, quae eadem vera inveniatur viae longitudo mappam inspicienti. Distantiam Thebarum ab ipso mari minus bene indicari posse, cum non satis accurate Herodotus locum definierit, unde distantia sit demetienda, nec tamen absonam videri, si a mari mediterraneo prope Pelusium incipiens rectam lineam ad Thebas usque duxeris. Tu conf. etiam Iomard. l. l. pag. 508 l. l.

10 Ταύτης ὦν τῆς χώρης τῆς εἰρημένης ἡ πολλὴ, κατάπερ οἱ ἱρέες ἔλεγον, ἐδόκεε δὲ καὶ αὐτῷ μοι
2 εἶναι ἐπίκτητος Αἰγυπτίοισι. τῶν γὰρ οὐρέων τῶν εἰρημένων τῶν ὑπὲρ Μέμφιν πόλιν κειμένων τὸ μεταξὺ ἐφαίνετό μοι εἶναί κοτε κόλπος θαλάσσης,

Terra inter montem Arabicum et Libycum, olim sinus maris.

Cap. X.

ταύτης ὦν τῆς χώρης τῆς εἰρημένης ἡ πολλὴ] Secuti sumus Schweigh. et Gaisf. Vulgo male omittunt τῆς χώρης et mox particulam δὲ post ἐδόκεε. — De re ipsa conf. nott. ad II, 5.

τὸ μεταξὺ ἐφαίνετό μοι εἶναί κοτε κόλπος θαλάσσης] Aliorum sententias, quae ex hoc ipso loco fluxerunt, iam notavit Wesseling. Est praecipuus Plinii locus H. N. II, 85, qui Herodoti verba repetit, coll. Arrian. Exped. Alex. V, 6 et Strabon. XIII p. 1013 s. 691, qui idem Herodotum laudat atque Nearchum. Impugnat quidem Nostri sententiam Mannert. l. l. X, 1 p. 245 seqq., cui opponimus quae ad II, 4 et 5 adnotata sunt. Maxime vero huc faciunt ea, quae Ritter. disseruit in Erdkund. I pag. 852. Rerum naturalium peritos ille scribit, qui Aegyptum huc usque inviserint, eam in sententiam adductos fuisse, ut omnem Nili convallem maris sinum olim fuisse (pariter atque nunc sinum Arabicum) suspicarentur, in quem mare per eam intrarit regionem, quae nunc Delta perhibeatur, ab Alexandria usque ad Pelusium porrecta intra Mokattam et Libyae montes prominentes. Atque ipsis in praecipitibus saxis montis Mokattam (supra Memphin) vestigia certa quaedam undarum maris reperiri. Sed multum utique effluxisse temporis, vix accuratius indicandum, dum Delta ex undis maris provenerit. Faciunt quoque huc, quae idem profert Ritter. l. l. pag. 858 seq. 860 seqq. ex Gallorum doctorum investigationibus. Veri enim simile videri, Nilum, antequam Deltam limo et arena compleverit, aliâ viâ per Libyae deserta in mare undas suas volvisse et quidem per eam convallem, quae nunc vocetur *Thal der Natronseen* et *Thal des Bahr-belá-má* (i. e. vallis fluvii aquarum inopis) s. *Bahr et Farigh* (i. e. fluvii vacui), ab euronoto ad septentrionem et occidentem conversa, ita ut a meridie vallem Moeridis continuare videatur. In qua ipsâ tum alia esse inventa, tum fragmenta ligni petrificata ipsosque truncos petrificatos satis longos, piscium ossa petrificata, et quae his sunt similia. Conf. nott. ad II, 12 init. et II, 99. Eam sententiam probat Minutoli Reise nach dem Tempel d. Jup. Amm. pag. 190 seq. Et communicavit mecum Cr. scriptionem, ab Rittero quoque laudatam, ubi haec res accuratius tractata est: Mémoire sur la vallée des Lacs de

ὥσπερ γε τὰ περὶ Ἴλιον καὶ Τευθρανίην, καὶ Ἔφεσόν τε καὶ Μαιάνδρου πεδίον· ὥστε εἶναι σμικρὰ
3 ταῦτα μεγάλοισι συμβαλέειν. τῶν γὰρ ταῦτα τὰ χωρία προσχωσάντων ποταμῶν, ἑνὶ τῶν στομάτων τοῦ Νείλου, ἐόντος πενταστόμου, οὐδεὶς αὐτῶν
4 πλήθεος πέρι ἄξιος συμβληθῆναι ἐστί. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι ποταμοὶ οὐ κατὰ τὸν Νεῖλον ἐόντες μεγάθεα, οἵ τινες ἔργα ἀποδεξάμενοι μεγάλα εἰσί· τῶν ἐγὼ φράσαι ἔχω οὐνόματα, καὶ ἄλλων, καὶ οὐκ ἥκιστα Ἀχελώου· ὃς ῥέων δι' Ἀκαρνανίης, καὶ ἐξιεὶς ἐς θάλασσαν, τῶν Ἐχινάδων νήσων τὰς ἡμίσεας ἤδη

Natron et celle du fleuve sans eau, d'après la reconnaissance etc. par le général *Andréossy*. Extrait de la décade Egyptienne nr. 4. IIème Vol. An. VIII.

κόλπος θαλάσσης] „Vid. Eustath. ad Odyss. IV, 563 p. 185 Bas. infra ibique Apion.“ *Cr.*

τοῦ Νείλου, ἐόντος πενταστόμου] *πενταστόμου* optimi quique tuentur scripti libri. Alii *ἑπταστόμου*, quod ex communi veterum opinione de septem Nili ostiis ortum esse videtur. Herodotus enim, qui infra II, 15 quinque tantum Nili ostia commemorat, duo illa omisit ostia, quae hominum arte ac manibus neque natura fuerant effecta, Bolbitinum ac Bucolicum. Hinc recte Eustath. ad Dionys. Perieget. 226 ab Herodoto Nilo tribui quinque tantum ostia scribit, *δηλαδὴ κατὰ τὰ φυσικὰ στόματα, ὡς δύο τινῶν ὀρυκτῶν ὄντων*. Quae eadem quinque ostia infra II, 17 dicuntur *ἰθαγενέα στόματα*. Ad septenarium numerum haud scio an religio etiam nonnihil valuerit, quae sanctum quam maxime voluit hunc numerum.

οὐδεὶς αὐτῶν] *αὐτῶν* perspicuitatis causa hic adiectum pertinet ad genitivos *τῶν — προσχωσάντων ποταμῶν*.

οὐ κατὰ τὸν Νεῖλον ἐόντες μεγάθεα] De usu praepositionis *κατά* conf. I, 121. — *μεγάθεα* bene correxit Wesseling. pro vulg. *μεγάθεες*. Sancrofti liber exhibet *μεγαθέει*, unde Schaefer. et Larcher. reposuerunt *μεγάθεϊ*, quo tamen opus non esse bene monet Schweigh. comparans I, 202. III, 102. 107. — Quae de *Echinadis* insulis Noster refert, comparanda sunt cum iis, quae Thucydides II, 102 et Strab. X p. 705, B s. p. 459 referunt, quibus Angli docti recentioris testimonium addit Larcher. *Cr.* conferri iubet Popponis Prolegg. ad Thucyd. vol. I, 2 pag. 257.

11 ἤπειρον πεποίηκε. Ἔστι δὲ τῆς Ἀραβίης χώρης, 108
Αἰγύπτου δὲ οὐ πρόσω, κόλπος θαλάσσης ἐσέχων 61
ἐκ τῆς Ἐρυθρῆς καλεομένης θαλάσσης, μακρὸς οὕ-
2 τω δή τι καὶ στεινὸς, ὡς ἔρχομαι φράσων. μῆκος
μὲν πλόου, ἀρξαμένῳ ἐκ μυχοῦ διεκπλῶσαι ἐς τὴν
εὐρέην θάλασσαν, ἡμέραι ἀναισιμοῦνται τεσσερά-
κοντα, εἰρεσίῃ χρεωμένῳ· εὖρος δὲ, τῇ εὐρύτατός 65

Sinus Arabicus: ei similem quondam Aegyptum fuisse

Cap. XI.

κόλπος θαλάσσης ἐσέχων κ. τ. λ.] ἐσέχειν hic valet *pertinere*, *porrigi*, *vergere*. Conf. I, 193. II, 158. III, 78. VIII, 137. Quare haud cunctati in seqq. cum Schweigh. scripsimus: κόλπον ἐσέχοντα ἐπὶ Αἰθιοπίης, ubi vulgo ἐσχέοντα. — Pro στεινὸς in seqq. edidi στεινὸς, Schwgh. et Gaisf. secutus. Conf. not. ad II, 8. Ad ἀρξαμένῳ conf. Matth. Gr. Gr. pag. 711. μυχὸς intelligitur extrema sinus pars, quae Isthmum tangit; εὐρέη θάλασσα eadem est quae Ἐρυθρὴ θάλασσα.

ἡμέραι ἀναισιμοῦνται τεσσεράκοντα, εἰρεσίῃ χρεωμένῳ] Adnotat Larcherus, Niebuhrio inde a Suez usque ad Loheja proficiscenti triginta quatuor esse dies consumtos; unde usque ad Ghela sex dierum iter esse. Herodotum autem cum de ea sinus parte, quae Aegypto respondeat, loqui probabile sit, nihil Larchero videtur in hisce esse absonum. Pluribus de nostro loco disputavit Breiger. in Commentat. supra laud. pag. 16 seq. hoc ponens: Herodoteum numerum quadraginta dierum valere haud posse, nisi oram legendo illum inventum esse statuas simulque perpetuum, qui in illo sinu sit, undarum fluxum ac refluxum navigationi celeriori magno impedimento esse repute. Cum Strabone (XVI p. 768 s. 1118 coll. Plin. H. N. VI, 33) Herodotum ita conciliari posse existimat, ut illius mensura non ultra eum locum, qui nunc Babel-Mandel vocetur, protendatur, hic vero omnem sinus Arabici longitudinem usque ad mare indicare voluerit. Cuius sinus longitudinem 325 milliariorum Germanicorum esse statuit Rennel. Geogr. Herod. p. 687 not., ita ut octo fere milliaria in singulos navigationis dies incidant. Neque insolitum hoc esse, multa illic congesta exempla evincunt. Sed Niebuhrius filius in Dissertat. laud. de Herodoti Geogr. pag. 219 vera esse negat, quae Herodotus hic memoriae prodiderit.

εὖρος δὲ, τῇ εὐρύτατός ἐστι ὁ κόλπος, ἥμισυ ἡμέρης πλόου] Haec verba merito advertunt Breiger. in disput. laudat. p. 18, cum vix ullus in sinu Arabico inveniatur eius latitudinis locus, quem dimidio diei transgredi

ἐστι ὁ κόλπος, ἥμισυ ἡμέρης πλόου. ῥηχίη δ' ἐν
3 αὐτῷ καὶ ἄμπωτις ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην γίνεται. ἕτε-
ρον τοιοῦτον κόλπον καὶ τὴν Αἴγυπτον δοκέω γε-
νέσθαι κου· τὸν μὲν, ἐκ τῆς βορηΐης θαλάσσης
κόλπον ἐσέχοντα ἐπὶ Αἰθιοπίης· τὸν δὲ Ἀράβιον,
τὸν ἔρχομαι λέξων, ἐκ τῆς νοτίης φέροντα ἐπὶ Συ-
ρίης· σχεδὸν μὲν ἀλλήλοισι συντετραίνοντας τοὺς
μυχοὺς, ὀλίγον δέ τι παραλλάσσοντας τῆς χώρης.

---

possis. Quare Herodotum de ea huius sinus parte loqui mavult, qui vulgo *sinus Heroopolites* appelletur. Maxima enim huius sinus latitudo dimidium fere gradus aequatoris complet nec stadiorum trecentorum mensuram ullo modo excedit.

ῥηχίη δ' ἐν αὐτῷ — γίνεται] Aquarum in sinu Arabico fluxus ac refluxus satis notus. Conf. Diodor. Sicul. III, 40 et Exod. XIV, 21. 22 ibiq. interprett. Rosenmüller. Bibl. Archaeolog. III pag. 265 seqq.

ἐκ τῆς βορηΐης θαλάσσης κόλπον ἐσέχοντα ἐπὶ Αἰθιοπίης] ἡ βορηΐη θάλασσα est mediterraneum quod vulgo dicimus mare, cui opponitur ἡ νοτίη θάλασσα, quae eadem est ἡ Ἐρυθρή sive Oceanus Indicus, cuius pars est sinus Arabicus. — De ἐσέχοντα conf. initium capitis. Proxima verba: Ἀράβιον, τὸν ἔρχομαι λέξων, quae in omnibus libris comparent, uncis inclusit Schweighaeuserus, quasi aliena ab hoc loco et ex scholio olim huc imperite invecta. Secutus eum est Gaisfordius. Mihi tamen iusta ac sufficiens causa haud apparuit, cur voces istas damnarem; itaque uncis liberavi.

σχεδὸν μὲν ἀλλήλοισι συντετραίνοντας τοὺς μυχοὺς, ὀλίγον δέ τι παραλλάσσοντας τῆς χώρης] τοὺς μυχοὺς est accusativus obiecti, qui pendet a verbo συντετραίνοντας, quod ipsum haud aliter atque παραλλάσσοντας referri debet ad κόλπους, (τὸν μὲν — τὸν δὲ) Aegyptiacum, quem statuit, et Arabicum. Verbum συντετραίνειν Schweigh. in Lexic. Herodot. s. v. reddit: *perforando iungere et miscere*, ita ut *duo maris sinus* ex adverso sibi occurrentes *propemodum sibi invicem perforasse intimos suos recessus atque adeo iunxisse et miscuisse* dicantur. Melius credo Blomfield. in Glossar. ad Aeschyl. Choephor. 449. συντετραίνειν vertit: *simul terebrare*, locique sensum ita exposuit: „*ad intimos recessus penetrant idem fere terrae spatium dissecantes, ut initium huius cum fine illius concordet, quod ad parallelismum attinet; parvo autem spatio interposito inter se distant.* Mendosum est, quod libri quidam afferunt συμπεραίνοντας pro συντετραίνοντας.

4 εἰ ὦν δὴ ἐθελήσει ἐκτρέψαι τὸ ῥέεθρον ὁ Νεῖλος ἐς τοῦτον τὸν Ἀράβιον κόλπον, τί μιν κωλύει ῥέοντος τούτου ἐκχωσθῆναι ἐντός γε δισμυρίων ἐτέων;

5 ἐγὼ μὲν γὰρ ἔλπομαί γε καὶ μυρίων ἐντὸς χωσθῆναι ἄν. κοῦ γε δή, ἐν τῷ προαναισιμωμένῳ χρόνῳ πρότερον ἢ ἐμὲ γενέσθαι, οὐκ ἂν χωσθείη κόλπος καὶ πολλῷ μέζων ἔτι τούτου, ὑπὸ τοσούτου τε πο-

---

εἰ ὦν δὴ ἐθελήσει ἐκτρέψαι τὸ ῥέεθρον ὁ Νεῖλος κ. τ. λ.] δὴ cum Schweigh. et Gaisf. lubenter adscivimus, cum vulgo abesset. Elegantem periphrasin in verbo ἐθελήσει et hoc loco et VII, 49 Iacobsius notat ad Platonis Lach. p. 190, E (in Socrat. p. 220). Est autem hoc fere Herodoti argumentum: si Nilus in Arabicum sinum se effunderet, posse utique hunc sinum intra viginti mille ac vel decem mille annorum spatium ita expleri Nili adluvione, ut terra fieret continens; unde consentaneum esse per id tempus, quod ante effluxerit, sinum Aegyptium (quem supponit) eoque vel maiorem sinum potuisse compleri Nili, tanti fluvii, adluvionibus, ut in terram continentem mutatus fuerit.

τί μιν κωλύει ῥέοντος κ. τ. λ.] μὶν ad κόλπον Ἀράβιον spectat, τούτου ad Nilum fluvium. *Quid impedit*, quaerit Herodotus, *quominus Nilo fluente sinus ille compleri potuisse censendus sit intra viginti mille quidem annorum spatium? Nam equidem puto vel intra decem mille annorum spatium hoc fieri potuisse.* — ἔλπομαι eodem *putandi*, *existimandi* sensu, quo supra I, 65 in vetere oraculo, et II, 26. 43. 120 etc.

κοῦ γε δὴ — οὐκ ἂν χωσθείη κόλπος] Verba interiecta: πρότερον ἢ ἐμὲ γενέσθαι spuria videntur Valckenario, qui idem scribi vult ἦ κου (i. q. ἦ που), unde alii posthac ἦ κοῦ, libris non addicentibus, sine quibus quidquam hic mutandum nego. Est enim loci sensus: *Qui utique intra illud tempus, quod, antequam ipse natus sum, effluxit, non potuerit compleri sinus?* Cf. Matth. Gr. Gr. p. 1236, qui interpretatur: *in welchem Falle nicht* i. e. *in jedem Fall* etc. Benedictus in Actt. semin. philol. Lips. II, 2 p. 285 corrigit καί γε δή; Stegerus (Praefat. edit. pag. XI) mavult κοῦ τε δή.

κόλπος καὶ πολλῷ μέζων ἔτι τούτου recte intelligitur *sinus vel multo maior hoc Aegyptio sinu*; quem Nili adluvionibus completum esse intra multorum annorum spatium ante indicaverat.

12 τηίου καὶ οὕτως ἐργατικοῦ; Τὰ περὶ Αἴγυπτον ὦν καὶ τοῖσι λέγουσι αὐτὰ πείθομαι, καὶ αὐτὸς οὕτω κάρτα δοκέω εἶναι, ἰδών τε τὴν Αἴγυπτον προκειμένην τῆς ἐχομένης γῆς, κογχύλιά τε φαινόμενα ἐπὶ τοῖσι οὔρεσι, καὶ ἅλμην ἐπανθέουσαν,

Argumenta huius rei ex terrae a viciniis diversae natura.

Cap. XII.

καὶ τοῖσι λέγουσι αὐτὰ πείθομαι κ. τ. λ.] Herodoti haec est sententia: se non solum fidem habere iis, si qui talia de Aegypto narrent, verum ipsum sibi de his valde persuasisse, ductum terrae ipsius indole aliisque vestigiis, unde maris undis hanc regionem olim tectam fuisse adpareat.

ἰδών τε τὴν Αἴγυπτον προκειμένην τῆς ἐχομένης γῆς] i. e. *Aegyptum prominentem a terra continenti*, quae scilicet Libya sive Africa est putanda, ex qua Aegyptus quasi promineat in mare, ita ut ipsa terra olim maris undis tecta videri queat.

κογχύλιά τε φαινόμενα ἐπὶ τοῖσι οὔρεσι] οὔρεσι cum recentt. dedimus pro ὄρεσι. Ad argumentum conf. Plutarch. de Isid. atque Osirid. p. 367, A, ubi haec leguntur: *θάλασσα γὰρ ἦν ἡ Αἴγυπτος· διὸ πολλὰ μὲν ἐν τοῖς μετάλλοις καὶ τοῖς ὄρεσιν εὑρίσκεται μέχρι νῦν κογχύλια ἔχειν· πᾶσαι δὲ πηγαὶ καὶ φρέατα πάντα πολλῶν ὑπαρχόντων, ἁλμυρὸν ὕδωρ καὶ πικρὸν ἔχουσιν, ὡς ἂν ὑπόλειμμα τῆς πάλαι θαλάσσης ἕωλον ἐνταυθοῖ συνεῤῥυηκότος.* Ad quae illustranda Wesselingius nonnulla protulit de conchyliis, quae multis in montibus inveniantur et ad Noachiticam inundationem vel tempus diluvianum vulgo referantur. Accuratius ex recentiorum peregrinatorum libris de his exposuit Ritter. Erdkund. I pag. 858 seq. Namque supra eum locum, ubi Nilus in duo brachia dissecatur, duae sunt convalles, altera orientem versus sita, altera occidentem versus. Illa, quae nunc dicitur *Val-Tiel* (i. e. Thal der Verirrung), ab urbe Cairo tendit per montem Mokattam usque ad salis puteos, meridiem versus eam regionem tangens, cui nunc nomen Suez. In ea hodieque magna conchyliorum invenitur copia, quae omnem fere superficiem obtegunt; supersunt adeo concharum testae non petrificatae; quae omnia satis evincunt, maris undis hunc locum olim fuisse tectum. Atque etiam Dureau de la Malle l. l. pag. 154, eo quod h. l. *κογχύλια* (i. e. coquilles non altérées) neque *πετρώδη* (i. e. coquilles petrifiées) memorentur, inferioris Aegypti solum recens indicari indicat. — De altera valle vid. not. ad II, 10.

ἅλμην ἐπανθέουσαν] Per omnem Aegypti superficiem hodieque sparsam inveniri salis

2ὥστε καὶ τὰς πυραμίδας δηλέεσθαι· καὶ ψάμμον μοῦνον Αἰγύπτου ὄρος τοῦτο τὸ ὑπὲρ Μέμφιος ἔχον· πρὸς δὲ, τῇ χώρῃ οὔτε τῇ Ἀραβίῃ προσούρῳ ἐούσῃ τὴν Αἴγυπτον προσεικέλην, οὔτε τῇ Λιβύῃ, οὐ μὴν οὐδὲ τῇ Συρίῃ, (τῆς γὰρ Ἀραβίης τὰ παρὰ θάλασσαν Σύριοι νέμονται,) ἀλλὰ μελάγγαιόν τε καὶ κατεῤῥηγνυμένην, ὥστε ἐοῦσαν ἰλύν τε καὶ πρόχυσιν ἐξ Αἰθιοπίης κατενηνειγμένην ὑπὸ
8τοῦ ποταμοῦ. τὴν δὲ Λιβύην ἴδμεν ἐρυθροτέρην 109
τε γῆν, καὶ ὑποψαμμοτέρην· τὴν δὲ Ἀραβίην τε

---

copiam, testantur recentiores peregrinatores. Plura Hartmann. Erdbeschreib. v. Aegypt. pag. 153 seq. coll. 166.

καὶ ψάμμον μοῦνον — ἔχον] *μοῦνον* refer ad *ὄρος*, cum haec sit Herodoti sententia, solum montem arenâ obtectum inveniri. Supra II, 8: *τὸ δὲ πρὸς Λιβύης τῆς Αἰγύπτου ὄρος ἄλλο πέτρινον τείνει — ψάμμῳ κατειλυμένον.* — *πρὸς δὲ* est *praeterea*, *insuper*, ut I, 156. Ad reliqua ex antecedd. suppl. *ἰδών.* De ipsa Aegyptiacae terrae indole ac natura copiosius disputat Hartmannus l. l. pag. 148. Est enim vel tenuis terra coloris subalbi eademque arenosa, quae Aegypti Libyaeque loca deserta obtegit, vel pinguis et humida nigri coloris, quae ab utraque Nili ripa superficiem obtegit fertilissimamque reddit.

τῆς γὰρ Ἀραβίης τὰ παρὰ θάλασσαν Σύριοι νέμονται] Intelliguntur ea loca, quae a Ienyso urbe usque ad paludem Serbonidem pertinent, inter ipsam Palaestinam atque Aegyptum sita. Conf. III, 5 et Billerbeck. Comment. de Asiae Herod. difficill. pag. 9. 10. 13.

ἀλλὰ μελάγγαιόν τε καὶ κατεῤῥηγνυμένην] Adscribam Plutarchi locum classicum de Isid. atque Osirid. p. 364, C: *τὴν Αἴγυπτον ἐν τοῖς μάλιστα μελάγγειον* (sic) *οὖσαν, ὥσπερ τὸ μέλαν τοῦ ὀφθαλμοῦ χημίαν καλοῦσιν καὶ καρδίᾳ παρεικάζουσι.* Addit Wyttenbachius in Animadverss. p. 217 alium Plutarchi locum in Alexandr. vit. p. 679, F. Atque *Χημίαν* s. *Chem* nil aliud esse nisi *nigrum*, idque ipsum Aegypti nomen fuisse apud Aegyptios, qui nec Graeca appellatione vulgo usitata, nec Hebraeorum voce *Mizraim* s. *Misr* unquam fuerint usi, dudum monuit Iablonsk. Opuscc. I p. 404 seq. et copiosa disputatione nuper firmavit Champollio l'Egypt. sous l. Phar. I pag. 101 seqq. 107 seqq. Add. Cr. in Symbol. I p. 372 et conf. nott. ad Herodot. II, 15 fin.

καὶ Συρίην ἀργιλωδεστέρην τε καὶ ὑπόπετρον ἐοῦσαν.

13 Ἔλεγον δὲ καὶ τόδε μοι μέγα τεκμήριον περὶ 95
τῆς χώρης ταύτης οἱ ἱρέες, ὡς ἐπὶ Μοίριος βασιλέος, ὅκως ἔλθοι ὁ ποταμὸς ἐπὶ ὀκτὼ πήχεας τὸ ἐλάχιστον, ἄρδεσκε Αἴγυπτον τὴν ἔνερθε Μέμφιος.
2 καὶ Μοίρι οὔ κω ἦν ἔτεα εἰνακόσια τετελευτηκότι,

Quanta Nili altitudo irrigarit Aegyptum regnante Moeri; [ab a. 1358 ad 1329. 2, 101] quanta, Herodoti aetate. Famis periculum esse metuendum et Graecis, nisi pluat,

Cap. XIII.

ὅκως ἔλθοι ὁ ποταμὸς ἐπὶ ὀκτὼ πήχεας τὸ ἐλάχιστον κ. τ. λ.] Qui Herodotum et haec et quae sequuntur de sedecim cubitis scribentem errare dixit, is non satis respexit statum Nili et terrarum adiacentium ob fluvii alluviones crebro mutatum, ut alius alio tempore esse videatur. Quod contra Pocock. bene monet Larcher., cui adde Rennelii disputata p. 597 et quae de vario Nili statu ac mensuris in universum exponuntur ab Hartmanno l. l. pag. 122. Herodoti auctoritatem fere tuentur, alios ut taceam, Plutarchus Morall. p. 368, B. Strabo XVII p. 1136, C s. pag. 788, qui ante Petronii aetatem maximam narrat fuisse fertilitatem, cum Nilus ad *quartum* et *decimum* cubitum excrevisset; qui cum ad octavum modo adsurrexisset, famem evenisse atque inopiam. Quo vel disertius Plinius H. N. V, 9 §. 10 *iustum* scribit Nili incrementum *sedecim* esse cubitorum; si minus sit, inopia premi Aegyptum ac laborare. Et in hoc *sedecim* cubitorum numero omnes fere scriptores ab Herodoto inde usque ad Leonem Africanum consentire monet Ritter. Erdkund. I p. 838; eo enim opus esse, quo messis bona fiat. Quin etiamnum si Nilus ad hanc usque altitudinem, quam legitimam dicere liceat, creverit, per totam Aegyptum vectigal pendendum esse. Quare subinde fieri, ut vera Nili undarum mensura celetur, aut si minor sit, aucta dicatur, ut scilicet iure quasi vectigal ab incolis posci possit. Quae ipsa res peregrinatores quosdam in fraudem induxit. Alia nunc sciens praetereo, quae apud ipsum Ritterum legi malim. Satis enim Herodoti fidem in hisce probasse nobis videmur. Hinc vel in Romanae aetatis inscriptionibus Aegyptiacis invenitur *δικαία ἀνάβασις*, de iusta hac quatuordecim cubitorum mensura. Vid. Letronne Recherches sur l'Egypt. pag. 396. Declaratur haec quoque res imaginibus veterum Aegyptiorum, de quibus conf. nott. ad II, 19; ipsumque *Nili* hoc referri poterit nomen, si quidem fluvius est, tempore definito ut volunt crescens terrasque exundans. Vid. Creuz. Symbol. I p. 270 sq.

καὶ Μοίρι οὔ κω ἦν κ. τ. λ.]

3 ὅτε τῶν ἱρέων ταῦτα ἐγὼ ἤκουον. νῦν δὲ, ἢν μὴ
ἐπ' ἑκκαίδεκα ἢ πεντεκαίδεκα πήχεας ἀναβῇ τὸ ἐλά-
χιστον ὁ ποταμὸς, οὐκ ὑπερβαίνει ἐς τὴν χώρην.
4 δοκέουσί τέ μοι Αἰγυπτίων οἱ ἔνερθε τῆς λίμνης
τῆς Μοίριος οἰκέοντες τά τε ἄλλα χωρία καὶ τὸ
καλεόμενον Δέλτα, ἢν οὕτω ἡ χώρη αὕτη κατὰ λό-
γον ἐπιδιδοῖ ἐς ὕψος, καὶ τὸ ὁμοῖον ἀποδιδοῖ ἐς
αὔξησιν, μὴ κατακλύζοντος αὐτὴν τοῦ Νείλου πεί-
σεσθαι τὸν πάντα χρόνον τὸν ἐπίλοιπον Αἰγύπτιοι,
5 τό κοτε αὐτοὶ Ἕλληνας ἔφασαν πείσεσθαι. πυθόμε-
νοι γὰρ ὡς ὕεται πᾶσα ἡ χώρη τῶν Ἑλλήνων, ἀλλ'
οὐ ποταμοῖσι ἄρδεται, κατάπερ ἡ σφετέρη, ἔφασαν
„Ἕλληνας ψευσθέντας κοτὲ ἐλπίδος μεγάλης, κα-
6 „κῶς πεινήσειν.“ τὸ δὲ ἔπος τοῦτο ἐθέλει λέγειν,
ὡς „εἰ μὴ ἐθελήσει σφι ὕειν ὁ θεὸς, ἀλλ' αὐχμῷ
„διαχρᾶσθαι, λιμῷ οἱ Ἕλληνες αἱρεθήσονται· οὐ
„γάρ δή σφί ἐστι ὕδατος οὐδεμία ἄλλη ἀποστροφή,

„De Moeride rege vid. nunc Guigniault. in Biograph. universell. t. XLV p. 524 seq.“ Cr. Larcherus (tab. chronolog. p. 86 seq.) Moerin ponit mortuum esse 896 annis ante Herodotum in Aegyptum profectum i. e. anno 1356 a. Chr. n., cum anno 460 a. Chr. n. Herodotus Aegyptum inviserit. Sed vid. not. ad II, 1.

νῦν δὲ, ἢν μὴ ἐπ' ἑκκαίδεκα — ἀναβῇ] ἢν μὴ e binis libris nunc receptum, probante Werfero in Actt. phill. Monn. 1, 1 p. 100 coll. Matth. Gr. Gr. p. 1020. Vulgo εἰ μή. Quod sequitur, ἢν — ἐπιδιδοῖ — καὶ — ἀποδιδοῖ, de eo cf. I, 206. In ipsa sententia vix illa, quam nonnulli odorati sunt, inest tautologia, cum docente Wesselingio, ὕψος ad soli altitudinem, αὔξησις ad eiusdem incrementum spectet. Quare nihil mutandum monet Letronne (Journ. d. Sav. 1817 pag. 48 seq.), cum idem fere sit atque: ἢν — ἐπιδιδοῖ τε καὶ αὐξάνοιτο ἐς ὕψος sive ἢν ἐπιδιδοῖ ἔς τε ὕψος καὶ αὔξησιν. — Voculae οἱ Αἰγύπτιοι spectant ad verba, quae initio periodi leguntur: Αἰγυπτίων οἱ ἔνερθε τῆς λίμνης τῆς Μοίριος οἰκέοντες κ. τ. λ. — Ad verba: τὸ δὲ ἔπος τοῦτο ἐθέλει λέγειν, adhibe Valcken. not. ad IV, 131 de usu verbi ἐθέλειν, quod Latini quoque reddunt *velle*.

οὐ γὰρ δή σφί ἐστι ὕδατος

et Aegyptiis, ubi non possit fluvius in terram altius crescentem exspatiari. Minimo labore Aegyptios terrae Nilo irrigatae fructum percipere.

14 „ὅτι μὴ ἐκ τοῦ Διὸς μοῦνον.“ Καὶ ταῦτα μὲν ἐς Ἕλληνας Αἰγυπτίοισι ὀρθῶς ἔχοντα εἴρηται. φέρε δὲ νῦν, καὶ αὐτοῖσι Αἰγυπτίοισι ὡς ἔχει, φράσω. 2 εἴ σφι θέλοι, ὡς καὶ πρότερον εἶπον, ἡ χώρη ἡ ἔνερθε Μέμφιος (αὕτη γάρ ἐστι ἡ αὐξανομένη) κατὰ λόγον τοῦ παροιχομένου χρόνου ἐς ὕψος αὐξάνεσθαι, ἄλλο τι ἢ οἱ ταύτῃ οἰκέοντες Αἰγυπτίων πεινήσουσι; εἰ μήτε γε ὕσεταί σφι ἡ χώρη, μήτε ὁ 110

οὐδεμία ἄλλη ἀποστροφή, ὅτι μὴ ἐκ τοῦ Διὸς μοῦνον] οὐδεμία cum Gaisf. rescripsi pro vulg. οὐδεμίη. — ἀποστροφὴ *perfugium* est seu *remedium* (aquae); quam vocis significationem aliquot exemplis illustravit Wesseling. ad h. l. Hinc is fere existit loci sensus: *neque enim illis ullum aliud* (remedium) *est, unde aquam ad agros irrigandos petant, nisi a Iove solummodo* i. e. *non aliunde ullam aquae copiam petere possunt nisi pluviis a Iove missis.* Satis vero constat, *Iovis* nomine quamvis coeli et aëris temperiem indicari illumque deum auctorem ferri omnium, quae coelitus adpareant decidantve. Quare cum pluviae ad illum referantur, explicandum quod paulo ante legitur: εἰ μὴ ἐθελήσει σφι ὕειν ὁ θεός; ubi vulgo laudant Aristophan. in Avv. 1501. Nec alio pertinet, quod h. l. legitur ὅτι μὴ ἐκ τοῦ Διὸς μοῦνον. Nolim plura adferre in re satis nota et aliis locis a Valckenario allatis comprobata. Plato, ut Valcken. notat, t. II p. 761, A. 844, A. III p. 111, C *aquam pluviam* dixit τὰ ἐκ Διὸς s. παρὰ τοῦ Διὸς ὕδατα, τὰ ἐκ Διὸς ἰόντα νάματα. — De ὅτι μὴ conf. I, 18. 143.

Cap. XIV.

εἴ σφι θέλοι] Wesselingius receperat ἐθελήσει; cuius loco cum libri meliores ferrent θέλοι, hoc iure receptum est a Schwgh. et Gaisf. — Ad verba: εἰ θέλοι — πεινήσουσι confer Matth. Gr. Gr. p. 1018 et ad ἄλλο τι ἢ (*nonne*) Herodot. I, 109.

εἰ μήτε γε ὕσεταί σφι ἡ χώρη] De lectione nunc restituta nihil dicere attinet; de ipsa sententia quaedam addere iuvat. Namque Herodotus in ea fere opinione fuisse videtur, Aegyptum pluviis *non* irrigari. Quam eandem sententiam non solum veteres quosdam tenuisse (conf. Is. Voss. ad Pompon. Mel. I, 9 init.), verum etiam recentioris aetatis peregrinatores aliquot, neminem fugit, quamquam omni hoc dubio caret, Aegyptum pluviis quoque coelitus missis irrigari idque certis plerumque temporibus fieri nec uno eodemque modo ac tempore per omnes Aegypti

ποταμὸς οἷός τ' ἔσται ἐς τὰς ἀρούρας ὑπερβαίνειν. 3 Ἦ γὰρ δὴ νῦν γε οὗτοι ἀπονητότατα καρπὸν κομίζονται ἐκ γῆς, τῶν τε ἄλλων ἀνθρώπων ἁπάντων, καὶ τῶν λοιπῶν Αἰγυπτίων· οἳ οὔτε ἀρότρῳ ἀναῤῥηγνύντες αὔλακας ἔχουσι πόνους, οὔτε σκάλλοντες, οὔτε ἄλλο ἐργαζόμενοι οὐδὲν τῶν ὧλλοι ἄνθρωποι περὶ λήϊον πονέουσι· ἀλλ' ἐπεάν σφι ὁ ποταμὸς αὐτόματος ἐπελθὼν ἄρσῃ τὰς ἀρούρας, ἄρσας δὲ ἀπολείπῃ ὀπίσω, τότε σπείρας ἕκαστος 4 τὴν ἑωυτοῦ ἄρουραν, ἐσβάλλει ἐς αὐτὴν ὗς. ἐπεὰν

---

partes. Frequentiores enim imbres in inferiori Aegypti tractu, rariores in superiori eoque inprimis, qui a Thebis inde usque ad Syenem tendit. Plura collegit Hartmann. l. l. pag. 32 seqq., cui add. L. de Laborde in Revue français. Janvier 1829 p. 51 not. Ios. de Hammer. in Annall. Viennenss. vol. XLV p. 67.

ἦ γὰρ δὴ νῦν γε οὗτοι ἀπονητότατα καρπὸν κομίζονται] Schweigh. cum hisce comparat Pindarica in Olymp. II, 111. Atque Herodoteis similia produnt Diodor. I, 36. Columell. de re rust. II, 25. Athen. V, 8 p. 203, C. Sed recentioris aetatis scriptores si audias, vix ulla invenitur terra, quae quo fructus ferat, magis hominum opera indigeat quam Aegyptus. Hinc aratro opus aliisque instrumentis ad terram colendam et quidem statim post Nilum regressum, ne solum fiat durius minusque tractabile; hinc machinis atque canalibus opus, quibus aqua per campos disseminetur eosque fertiliores reddat. Videas Hartmannum l. l. pag. 199. Quin ipsis in veterum Aegyptiorum anaglyphis conspiciuntur aratra, alia ad agrorum culturam pertinentia, quae peculiari scriptione, ut monet Cr., illustravit Costaz. sur l'agricult. etc. in Descript. de l'Eg. mém. I (antiqq.) livrais. 1 p. 49 seqq. Ubi conf. inprimis pag. 52 seqq. Quae cum ita sint, nisi erroris patrem historiae incusare velis, eius verba non ad omnem Aegyptum erunt referenda, sed ad unam modo alteramve partem eximia agrorum fertilitate insignem. — Ad ὧλλοι conf. I, 48.

ἐσβάλλει ἐς αὐτὴν ὗς] Idem alii testantur scriptores (Plutarch. Symposs. IV p. 670, A. B. Eudoxus apud Aelian. de Nat. An. X, 16 coll. Plin. H. N. XVIII, 18 §. 47), vulgo perhiberi sues ab Aegyptiis immitti campis ad semina deprimenda in solo madido. Quod cum dubitarent viri docti, quia sues semina devorare potius

δὲ καταπατήσῃ τῇσι ὑσὶ τὸ σπέρμα, ἄμητον τὸ ἀπὸ τούτου μένει. ἀποδινήσας δὲ τῇσι ὑσὶ τὸν σῖτον, οὕτω κομίζεται.

15 Εἰ ὦν βουλόμεθα γνώμῃσι τῇσι Ἰώνων χρᾶ-

Ionum sententia de Aegypto refellitur

---

quam in limum recondere probabile sit eademque bestia despicatui fuerit Aegyptiis, Herodotum et hoc loco et proxime sequenti scripsisse βοῦς et βουσὶ suspicati sunt, praesertim cum Diodorus eadem in re dixerit βοσκήματα, nec sues bovesque sigillatim designarit. Sed contra codicum fidem, qui omnes in vulgata persistunt, hoc certe loco nihil equidem mutare audeam. Graviora sunt, quae in sequentibus leguntur: ἀποδινήσας δὲ τῇσι ὑσὶ τὸν σῖτον; quae de frumenti tritura intelligenda esse nemo dubitabit. Ad trituram vero sive ad exterenda e spicis matura grana *suibus* Aegyptios usos fuisse, nuspiam relatum invenio; *boves* per orientem ad hanc rem adhiberi sic satis constat atque etiamnum in Aegypto adhiberi commonstravit Hartmann. l. l. pag. 227. Neque in veterum Aegyptiorum anaglyphis, quae tot alia ad agrorum culturam pertinentia exhibent, sues se vidisse notat Costaz. l. supra laud. pag. 60; unde morem istum in inferiori Aegypto potius obtinuisse suspicatur. Quare, nisi consentiens esset librorum vetustorum lectio, haud invitus scripsissem: ἀποδινήσας τῇσι βουσί. — Verbum ἀποδινεῖν ad trituram pertinet sive ad frumentum excutiendum. Nam δῖνος olim dicebatur ἅλως, monente Valcken. ex Athen. XI p. 467, F; unde ἀποδινεῖν Herodoto idem, quod aliis ἀπαλοᾶν. Pro ἀμητὸν cum Schweigh. et Gaisford. rescripsi ἄμητον, cum monentibus Grammaticis ἄμητον sit *metendi tempus*, ἀμητὸν *fruges demessae*; conf. IV, 18.

Cap. XV.

εἰ ὦν βουλόμεθα κ. τ. λ.] βουλοίμεθα mavult Benedictus in Actt. Semin. phil. Lips. vol. II p. II pag. 286, quod Schweighaeusero arridet ob subsequens ἀποδεικνύοιμεν ἂν (quibus verbis apodosis incipit), nec nobis displicet, quamquam libris praesertim obstantibus haud necessarium videtur, cum ipsa structura haec nec insolita sit nec aliena omnino ab hoc loco videri queat. *Conf.* de ea Matth. Gr. Gr. pag. 1015 seq. („Ac bene locum tuetur Stallbaumius ad Platonis Sympos. cap. 27 p. 120 in bibl. Graec." *Cr.*) In ipsa oratione, ac praecipue in verbis interpositis ne quis haereat, hoc monitum volumus, participium λέγοντες pertinere ad οἵ φασι (sc. Iones), nec alio referendum esse λεγόντων, ubi in absolutam participii structuram subito deflectit auctor, priori orationis structura,

σθαι τὰ περὶ Αἴγυπτον, οἵ φασι τὸ Δέλτα μοῦνον εἶναι Αἴγυπτον, ἀπὸ Περσέος καλεομένης σκοπιῆς λέγοντες τὸ παρὰ θάλασσαν εἶναι αὐτῆς μέχρι Τα-

---

quam sequi debebat, neglecta. A quibus participiis pendere accusativos cum infinitivo qui sequantur, vix monere erit necesse; ita ut apodosis, quae respondeat verbis: εἰ ὦν βουλόμεθα γνώμῃσι τῇσι Ἰώνων χρᾶσθαι, incipiat demum a verbis ἀποδεικνύοιμεν ἄν, reliquis verbis omnibus interpositis eo quo diximus modo inter se iungendis ac struendis. — χρᾶσθαι τά περὶ Αἴγυπτον adscivimus cum recentt. editt. e libris scriptis. Vulgo omittunt τά.

ἀπὸ Περσέος καλεομένης σκοπιῆς] Περσέος, iubente quoque Werfero in Actt. phill. Monacc. I, 1 pag. 85, edidimus cum recentt. editt. pro vulg. Περσέως. Persei specula a Strabone (XVII pag. 1153, C. 801, D) sita esse dicitur a Bolbitino ostio septentrionem versus et quidem in arenoso et humili promontorio, quod longe porrigatur et τὸ Ἀγνοῦ κέρας appelletur. Sed bene monet Rennelius (Geograph. Herodot. p. 613), non Bolbitinum ostium, sed Canopicum, quod ad occidentem maxime vergat, in Herodoto necessario intelligendum esse, qui omnem orae latitudinem ab occidente ad orientem usque describere voluerit. Quae cum quadraginta schoenorum (i. e. 1600 stadiorum, si quidem quadraginta stadia unum schoenum complent) esse dicatur, i. e. 33⅓ milliarr. germanicc., hoc sic satis convenire cum orae maritimae mensura inde a Canopo usque ad Pelusium, quae ferme existimetur esse 34½ milliariorum geographicorum. In saxoso Canopi promontorio (Abukir), ubi ab recentioris aetatis peregrinatore arx detecta fertur, ad illud Nili ostium, per quod unum exteris intrare licuerit Aegyptum, multo utique aptiorem speculae esse locum idem censet Rennel. Quare cum Larchero malumus hic speculam intelligere in promontorio erectam, quod nunc vocatur *Abukir*, clade illâ Gallis perquam fatali insigne. Strabonis auctoritatem praefert Danvillius, speculam scribens hodie superesse nomine *Megaisel*. Conf. Schlichthorst. l. l. pag. 67.

λέγοντες τό παρὰ θάλασσαν εἶναι αὐτῆς μέχρι Ταριχηΐων τῶν Πηλουσιακῶν κ. τ. λ.] Scripsi cum recentt. edd. Ταριχηΐων pro ταριχηΐων, et dein τῇ δή pro vulg. τῇδε. Est vero haec Herodoti sententia: „Iones dicunt, oram maritimam eius (Aegypti sc. quae unâ constet Deltà) esse s. pertinere a Persei speculâ usque ad Taricheas Pelusiacas, quâ sint XL schoeni; a mari vero ad mediterranea loca pertinere illam (Aegyptum scil. sive Deltam) usque ad Cercasori urbem; re-

ριχηΐων τῶν Πηλουσιακῶν, τῇ δὴ τεσσεράκοντά εἰσι
2 σχοῖνοι· τὸ δὲ ἀπὸ θαλάσσης λεγόντων ἐς μεσό-
γαιαν τείνειν αὐτὴν μέχρι Κερκασώρου πόλιος, κατ'
ἣν σχίζεται ὁ Νεῖλος, ἔς τε Πηλούσιον ῥέων καὶ
3 ἐς Κάνωβον· τὰ δὲ ἄλλα λεγόντων τῆς Αἰγύπτου,
τὰ μὲν Λιβύης, τὰ δὲ Ἀραβίης εἶναι· ἀποδεικνύοι-
μεν ἂν, τούτῳ τῷ λόγῳ χρεώμενοι, Αἰγυπτίοισι
4 οὐκ ἐοῦσαν πρότερον χώρην. ἤδη γάρ σφι τό γε
Δέλτα, ὡς αὐτοὶ λέγουσι Αἰγύπτιοι, καὶ ἐμοὶ δο-
κέει, ἔστι κατάῤῥυτόν τε καὶ νεωστὶ, ὡς λόγῳ εἰ-
5 πεῖν, ἀναπεφηνός. εἰ τοίνυν σφι χώρη γε μηδεμία

---

liquas Aegypti partes (s. quae alia ad Aegyptum pertinere vulgo censentur) tum ad Libyam, tum ad Arabiam pertinere." Atque hanc Ionum sententiam sua aetate opinor vulgatam Herodotus post refellit, quamvis ei adstipulari videatur IV, 46. Quod ad Libyam attinet, quae et hoc loco Arabiae opponitur et aliis Nostri locis ab Aegypto discernitur, quae ipsa ab Herodoto quibusdam in locis Libyae accenseri videtur; monet Heyse Quaestt. Herodd. I p. 107 duplici sensu Herodotum Libyae vocem adhibuisse, tum latiori, quo de omni Africa, quam nos dicimus, intelligatur, tum arctiori, quo de ea Africae parte accipiatur, quae etiam posthac Libyae nomine vulgo indicata fuerit, exclusa Aegypto.

μέχρι Ταριχηΐων τῶν Πηλουσιακῶν] *Tarichearum* nomen pluribus locis Aegypti adiectum invenitur. Occurrunt *Canobicae Taricheae* infra II, 113, *Mendesias* atque *Scenicae* apud Stephan. Byzant. s. v. *Taricheas Pelusiacas* nostra aetate vocari *Al-Farma* s. *Faramch* ex Danvillio (Mém. p. 97) annotat Schlichthorst. l. l. p. 78. Ipsum nomen ex congestis hominum animaliumve cadaveribus singulari cura conditis, ut ferebat Aegyptiorum mos, repetit Wesselingius, ad Aelianum provocans N. An. X, 29 et Diodorum Siculum I, 91; Cellarius ex piscium mercatura, qui illis in locis fuerint conditi. Tu vid. Strabon. XVI p. 1109 s. 526 et quae ad h. l. adscripsit Iablonsk. Opusc. I p. 302.

ἀποδεικνύοιμεν ἂν — χώρην] De participii usu confer Matth. §. 549, 5 pag. 1077 seq. — Pro ἤδη γάρ σφι Benedict. mavult scribi ἤ τοι γάρ σφι (*profecto enim*). Sed libri non addicunt. Pro μηδεμίη cum Gaisf. rescripsi μηδεμία, ut alibi. — περιεργάζεσθαι reddunt: *nugas agere*, *supervacua*, *haud necessaria tractare*. Conf. III, 46 et de ipsa re II, 2.

ὑπῆρχε, τί περιεργάζοντο δοκέοντες πρῶτοι ἀνθρώπων γεγονέναι; οὐδὲ ἔδει σφέας ἐς διάπειραν 111
τῶν παιδίων ἰέναι, τίνα γλῶσσαν πρώτην ἀπήσουσι. 51
6 Ἀλλ' οὔτε Αἰγυπτίους δοκέω ἅμα τῷ Δέλτα τῷ
ὑπ' Ἰώνων καλεομένῳ γενέσθαι, αἰεί τε εἶναι, ἐξ
οὗ ἀνθρώπων γένος ἐγένετο· προϊούσης δὲ τῆς χώρης, πολλοὺς μὲν τοὺς ὑπολειπομένους αὐτῶν γενέ-
7 σθαι, πολλοὺς δὲ τοὺς ὑποκαταβαίνοντας. τὸ δ' ὦν 55

πολλοὺς μὲν τοὺς ὑπολειπομένους κ. τ. λ.] οἱ ὑπολειπόμενοι sunt qui pristinis in sedibus remanent, terra quamvis aucta et promota; οἱ ὑποκαταβαίνοντες qui paulatim in inferiores descendunt regiones, prioribus sedibus relictis. Colligit autem ex hoc loco et seqq. Heeren. (Ideen etc. II, 2 p. 100 coll. 326). Thebas s. superiorem Aegyptum priorem fuisse cultam, ex quâ omnis cultioris vitae semina per reliquam Aegyptum sparsa fuerint. Quocum convenit, quod teste Diodoro I, 50 Thebani se omnium antiquissimos esse praedicabant. — Pro αὐτέων cum Gaisfordio edidi αὐτῶν.

τὸ δ' ὦν πάλαι αἱ Θῆβαι, Αἴγυπτος ἐκαλέετο] Male libri quidam ἐκαλέοντο. Tu vid. Matth. Gr. Gr. §. 305. — Herodoti sententiam diserte repetit Aristoteles Meteorol. I, 14: τὸ ἀρχαῖον ἡ Αἴγυπτος Θῆβαι καλεούμεναι. Ac longum est h. l. de ipso Aegypti nomine exponere, de quo varias virorum doctorum sententias suppeditabit Beck. in Allgem. Weltgesch. I pag. 265 seq. Add. nott. supra ad II, 12 et, quae Cr. laudat, scholia in Platon. p. 207 ed. Ruhnk. Hic illud modo addimus, vel nostra aetate idem ferri nomen et urbis, quae princeps est in Aegypto, et huius ipsius terrae, si quidem *Cairo* urbs et *Misraim* apud Iudaeos et *Mesr* apud Arabes dicitur; quâ utraque appellatione Aegyptum ipsam vulgo indicari constat. Vid. Hartmann. Erdbeschreib. v. Aegypt. p. 883 coll. pag. 3.

Urbem ipsam Thebarum aliquot quidem locis commemoravit Herodotus (II, 3. 56. 58 etc.), nec tamen quidquam de ea retulit; quod ne mireris, docti Galli, monente *Cr.*, hoc ponunt (Déscript. de l'Egypt. tom. II, Thèb. p. 94), Thebis quidem non commoratum fuisse Herodotum aut consulto noluisse uberius describere amplissimam eam urbem, quoniam ante eum hoc ipsum praestiterit Hecataeus. Sed Thebis commoratum fuisse Nostrum, colligo ex colloquio cum Thebanis sacerdotibus habito II, 143 coll. II, 3, et mirum profecto foret, qui ad Elephantinen usque pervenit

πάλαι αἱ Θῆβαι, Αἴγυπτος ἐκαλέετο· τῆς τὸ περίμετρον στάδιοί εἰσι εἴκοσι καὶ ἑκατὸν καὶ ἑξα-

---

(II, 9), eum Thebas non visitasse. Quae cum ita sint, nisi in episodia quadam de Thebis relaturus erat Herodotus, Hecataei auctoritate eum commotum fuisse credam, ut huius urbis tam celebratae descriptionem omitteret. De cuius magnitudine et ambitu (quippe confuso et urbis et terrae nomine, ut ad illam referrentur, quae ad hanc pertinerent) quae Graeci confabulati fuerint, referre non vacat. Admonet *Cr.* et Homerici loci in Iliad. IX, 383 seq., qui, exponente Heynio (Observv. tom. V p. 611) iam veteribus largam disputandi ansam praebuit, et eorum, quae tum ab Is. Voss. ad Pompon. Mel. I, 9 pag. 613 ed. Abr. Gronov. hanc in rem allata sunt, tum a Valcken. in Dissert. de scholiis in Homerum, Opuscc. II pag. 99. Quibus idem Cr. adiicit: Tacit. Annall. II, 60 et (de *Thebis Ogygiis*) Tzetz. in Lycophron. vs. 1206 p. 957 seq. ibiq. Müller. Scholia in Aristid. Panathen. pag. 100 ed. Frommel. Gesner. ad Lucian. t. IX p. 408 ed. Bipont. Equidem primarium Diodori locum I, 49 adscribam, ubi aliorum testimonia collegit Wesseling. Plura nunc de urbis situ deque amplissimis eius ruderibus perscripserunt recentioris aetatis peregrinatores, inprimis Galli docti, editores operis: Descript. de l'Egypt. Quorum summam retulit Ritterus accuratissime singulas partes ac singula rudera describens in Erdkund. I pag. 733 seqq. coll. Schlichthorst. l. l. pag. 103 seq. Nunc plures vici spatium illud occupant, in quo vetus Thebarum urbs fuit exstructa, in occidentali Nili ripa praecipue *Medynet-Abu*, in orientali *Luxor* et *Karnak*.

Nomen urbis Graecis quoque est *Διόσπολις*, i. e. *Iovis urbs*, quod convenire volunt cum Aegyptio urbis nomine *No-Ammon.* Hoc autem significat *Ammonis* (qui Aegyptiorum Iupiter est) *partem*, *possessionem*, *peculium*. De quo idem Cr. consuli vult: „Iablonsk. Opuscc. I pag. 163 — 168. Champoll. l'Egypt. sous l. Phar. I pag. 30, virum doctum in the classical Journal vol. III pag. 374. IV p. 369, et Déscript. de l'Eg. antiqq. vol. II p. 425 — 427."

τῆς τὸ περίμετρον στάδιοί εἰσι εἴκοσι καὶ ἑκατὸν καὶ ἑξακισχίλιοι] Haec non ad urbis Thebarum ambitum pertinent, sed ad Thebaidem terram quam vulgo dicimus, sive superiorem Aegypti partem, quae ab Heptanomide incipiens ad Aethiopiae fines porrigitur. Ipsum *Thebaidis* nomen infra occurrit II, 28, unde diversus *Thebaicus nomus* II, 42.

16 κισχίλιοι. Εἰ ὦν ἡμεῖς ὀρθῶς περὶ αὐτῶν γινώσκομεν, Ἴωνες οὐκ εὖ φρονέουσι περὶ Αἰγύπτου.
2 εἰ δὲ ὀρθή ἐστι ἡ τῶν Ἰώνων γνώμη, Ἕλληνάς τε καὶ αὐτοὺς Ἴωνας ἀποδείκνυμι οὐκ ἐπισταμένους λογίζεσθαι· οἳ φασι τρία μόρια εἶναι γῆν πᾶσαν,
3 Εὐρώπην τε καὶ Ἀσίην καὶ Λιβύην. τέταρτον γὰρ δή σφεας δεῖ προσλογίζεσθαι, Αἰγύπτου τὸ Δέλτα·
4 εἰ μή τι γέ ἐστι τῆς Ἀσίης, μήτε τῆς Λιβύης. οὐ γὰρ δὴ ὁ Νεῖλός γέ ἐστι, κατὰ τοῦτον τὸν λόγον, ὁ τὴν Ἀσίην οὐρίζων τῆς Λιβύης· τοῦ Δέλτα δὲ

Cap. XVI.

εἰ ὦν ἡμεῖς ὀρθῶς περὶ αὐτῶν γινώσκομεν] αὐτῶν reposui cum Gaisf. pro αὐτέων. Ad argumentum loci teneamus, veteres in ipsa orbis terrarum divisione valde dissensisse, ut pluribus ad h. l. notavit Wesselingius. Ac plerique tres olim constituebant partes, Europam, Asiam, Africam s. Libyam; alii quidam duas modo partes ponebant, ita ut Africa vel Asiae vel Europae adscriberetur. Herodotus quidem ad vulgarem eorum Graecorum, qui tres constituebant partes, opinionem se applicat, sed in eo opinor discedit, quod, cum Nilum illi indicarint terminum Asiae et Africae, ad Africam refert Aegyptum nec Nilo ab Asia seiungi vult, sed Isthmo Aegyptiaco sinuque Arabico. Quodsi enim Nilo utraque orbis terrarum pars determinetur, iam restare putat Deltam sive eam terram, quae Nilo vel potius eius fluviis utrinque inclusa, intermedia quasi inter Asiam et Africam sita, quartam fere orbis terrarum partem constituere censenda sit, cum neutri accenseri possit. Ad quam sententiam ea quoque faciunt, quae apud Pomponium Melam leguntur I, 9 §. 120, ubi consul. Is. Voss. Sed universam Herodoti de orbis terrarum divisione sententiam bene exposuit Dahlmann. Herod. pag. 80 sqq. coll. Ukert. I, 2 p. 215. 216.

ἀποδείκνυμι οὐκ ἐπισταμένους] De structura vid. nott. ad II, 15. In sequentibus cum Schweigh. reposuimus: τέταρτον γὰρ δή (ubi vulgo omittunt δή) et εἰ μή τι γε (*quandoquidem*) pro εἰ μή τε γε.

ὁ τὴν Ἀσίην οὐρίζων τῆς Λιβύης] Quod olim legebatur τῇ Λιβύῃ, iam correxit Wesselingius. Pro οὐρίζων, quod omnes libri scripti tenent, Schaefer. in Melett. critt. I pag. 95, laudante Cr., scribi vult διουρίζων aliaque affert exempla huius verbi genitivo iuncti. Qui idem tamen postea sententiam

τούτου κατὰ τὸ ὀξὺ περιῤῥήγνυται ὁ Νεῖλος, ὥστε ἐν τῷ μεταξὺ Ἀσίης τε καὶ Λιβύης γίνοιτ' ἄν. Καὶ τὴν μὲν Ἰώνων γνώμην ἀπίεμεν· ἡμεῖς δὲ ὧδε

17 καὶ περὶ τούτων λέγομεν. Αἴγυπτον μὲν πᾶσαν εἶναι ταύτην τὴν ὑπ' Αἰγυπτίων οἰκεομένην, κατάπερ Κιλικίην τὴν ὑπὸ Κιλίκων, καὶ Ἀσσυρίην τὴν
2 ὑπὸ Ἀσσυρίων. οὔρισμα δὲ Ἀσίῃ καὶ Λιβύῃ οἴδαμεν οὐδὲν ἐὸν ὀρθῷ λόγῳ, εἰ μὴ τοὺς Αἰγυπτίων
3 οὔρους. εἰ δὲ τῷ ὑπ' Ἑλλήνων νενομισμένῳ χρησόμεθα, νομιοῦμεν Αἴγυπτον πᾶσαν, ἀρξαμένην

Asiae atque Africae terminum esse Nilum: eius iter et septem ostia.

---

retractans suam, vulgatam lectionem tuetur in Append. ad Bast. Epist. critic. pag. 28. In grammatica Matth. §. 354, β p. 666, ubi hic locus ob genitivi usum laudatur, scriptum reperio δ ο υ ρ ί ζ ω ν; sed in editione Herodoti legitur οὐρίζων. — Ad verba γίνοιτ' ἂν in fine capitis conf. Werfer. Actt. phill. Monacc. I, 2 pag. 255.

κατὰ τὸ ὀξὺ] Quod Herodoto est τὸ ὀξὺ (τοῦ Δέλτα), Straboni XVII p. 1136, C et 1137, D dicitur ἡ κορυφή. Pomponius Mela I, 9 §. 25 reddidit *acumen Deltae*, ubi Herodotei loci non immemor fuit Is. Voss.

Cap. XVII.

εἰ δὲ τῷ ὑπ' Ἑλλήνων νενομισμένῳ χρησόμεθα] Est ea ipsa Ionum opinio paulo antea commemorata, quâ, cum ternae essent orbis terrarum partes, Asiam atque Africam Nilo terminari dicerent, ita ut Aegyptus, quippe in utrâque Nili ripâ sita, partim Asiae partim Africae adscriberetur. Quod displicet patri historiae, qui Aegyptum unam esse terram contendit nec ita divisam, ut altera pars Asiae altera Africae accensenda sit; cum tota terra in utraque Nili ripa ad Libyam s. Africam pertineat. In qua sententia, ut Arabicus sinus pro termino Africae atque Asiae potius habeatur, meliores suae aetatis geographos persistere, Strabo auctor est I p. 34, C. Tu vid. Schlichthorst. l. l. p. 16 coll. Rennel. Geogr. Herodot. pag. 567.

ἀρξαμένην ἀπὸ Καταδούπων τε καὶ Ἐλεφαντίνης πόλιος] Vix monere attinet, his ferme locis indicari fines Aegypti Aethiopiam versus. Nam *Catadupis*, quae vocantur, Noster intelligit *catarractem minorem* quem dicunt, a Syene urbe non valde remotum meridiem versus escendenti. De cuius magnitudine nimioque sonitu, quo accolae audiendi sensu priventur, plurima retulerunt veteres, quae eo minus hic refer-

ἀπὸ Καταδούπων τε καὶ Ἐλεφαντίνης πόλιος, δίχα 75

re vacat, quo magis haec a vero aliena aut certe multum exaggerata esse videantur, si eos audias, qui nostra aetate has regiones visitarunt. Vide Hartmann. in Erdbeschreib. von Aegypt. pag. 75 seq. Inter veteres scriptores Strabo *minorem catarractem* accuratius descripsit XVII p. 1172, C s. p. 817; quem sequitur Mannert. Geogr. d. Gr. u. Röm. X, 1 pag. 237 coll. 226. Sed Cr. ad Iomardum nos amandat, qui omnium copiosissime et accuratissime de hoc catarracte ac reliquis (nam *octo* vulgo ponuntur) egit in Déscript. de l'Egypt. antiqq. livrais. I cap. II sect. 2 pag. 13 seqq. (s. in Récueil d'observatt. sur l'Egypt. chap. I sect. 2 pag. 24—54). Tu add. Champollion. l'Egypt. sous les phar. I p. 120 seq. et Ritter. Erdk. I p. 594. 687 seq. Est autem scopulorum ac saxorum series, quae transverso flumine porrigitur, pone quam aqua retenta et collecta iam praecipiti cursu delabitur ac navigationem perquam difficilem reddit. Nunc Arabes vocant *Chellal*. Sunt alii quoque catarractae maiores in Aethiopia ipsa atque a Syene multum remotiores; de quibus tamen accuratior nobis deest cognitio, quamquam valde probabile est, veterum aliquot narrationes de nimia magnitudine atque sonitu catarractarum ad eos superiores pertinere, male translatas, uti fit, ad minorem illum propiorem indeque magis cognitum. Vid. Iomard. p. 47 seqq. 54 (Recueil etc.).

Elephantine, insula celeberrima et urbs, in ipso Aegypti introitu sita sub ipsis fere catarractis (ut Aelius Aristides scribit), nec multum inde remota a Syene. Qui terminus fuit regni veterum Pharaonum ac remansit postea usque ad Romani imperii tempora, cuius claustra appellantur a Tacito Annall. II, 61. Est locus insignis soli fertilitate arborumque flore, commercio frequens non minus atque religione conspicua, quum illic Nilum crescentem observarent ac dimetirentur. Nunc magnarum aedium atque templorum aliquot supersunt, singulari curâ descriptae a Iomardo, quem omnino de hac insula consulas velim in Recueil etc. pag. 55 seqq. Add. Mannert. l. l. p. 323 et Ritter. l. l. p. 689 seqq. Nomen insulae nunc esse *Gezyret Assuân*, quod significat *insulam Syenes*, scribit Iomardus l. l. pag. 58; quod alii se audivisse dictitant nomen *El-Sag*, se nunquam audivisse affirmat. Est tamen Champoll. (l'Egypt. sous l. phar. I p. 160), qui hoc nomen recipiens vertit *Ile fleurie* i. e. *insula florens*; quamquam hanc appellationem in insulam re vera cadere posse, ipsa ea testantur, quae pluribus de eius situ atque fertilitate exposuit Iomardus l. l. p. 55 seqq. Add. Ios. de Hammer in Annall. Viennenss. vol. XLV pag. 47.

διαιρέεσθαι, καὶ ἀμφοτέρων τῶν ἐπωνυμιέων ἔχε-
σθαι· τὰ μὲν γὰρ αὐτῆς εἶναι τῆς Λιβύης· τὰ δὲ,
4 τῆς Ἀσίης. ὁ γὰρ δὴ Νεῖλος ἀρξάμενος ἐκ τῶν Κα-
ταδούπων, ῥέει, μέσην Αἴγυπτον σχίζων, ἐς θάλασ-
σαν. μέχρι μέν νυν Κερκασώρου πόλιος ῥέει εἷς
ἐὼν ὁ Νεῖλος· τὸ δὲ ἀπὸ ταύτης τῆς πόλιος, σχί-
ζεται τριφασίας ὁδούς· καὶ ἡ μὲν πρὸς ἠῶ τρέπε-
ται, τὸ καλέεται Πηλούσιον στόμα· ἡ δὲ ἑτέρη τῶν
ὁδῶν πρὸς ἑσπέρην ἔχει· τοῦτο δὲ Κανωβικὸν στό-
5 μα κέκληται. ἡ δὲ δὴ ἰθέα τῶν ὁδῶν τῷ Νείλῳ
ἐστὶ ἥδε· ἄνωθεν φερόμενος, ἐς τὸ ὀξὺ τοῦ Δέλτα
ἀπικνέεται· τὸ δὲ ἀπὸ τούτου, σχίζων μέσον τὸ
Δέλτα, ἐς θάλασσαν ἐξίει, οὔτε ἐλαχίστην μοίρην
τοῦ ὕδατος παρεχόμενος ταύτῃ, οὔτε ἥκιστα οὐνο-
6 μαστήν· τὸ καλέεται Σεβεννυτικὸν στόμα. ἔστι δὲ
καὶ ἕτερα διφάσια στόματα, ἀπὸ τοῦ Σεβεννυτικοῦ

ἀμφοτέρων — ἔχεσθαι] De structura verbi ἔχεσθαι conf. I, 120. 190.

μέχρι μέν νυν Κερκασώρου πόλιος ῥέει εἷς ἐὼν ὁ Νεῖλος] De *Cercasori* oppido conf. Strabon. XVII p. 806, D s. 1160 et Herodot. II, 19. 97. Nec dissentit Pomponius Mela I, 9 haec scribens: „Iuxta Cercasorum oppidum triplex esse (Nilus) incipit." Cercasori locum nunc occupare dicunt vicum *Eksas* s. *Aksas* in occidentali ripa Nili, nec audiendum esse Savary, V. D., qui in pago Charakanie ab orientali ripa Nili veterem urbem quaesierit. Conf. Schlichthorst. l. l. p. 63. Hartmann. l. l. pag. 783. Nilum vero scribit Le Père (Déscript. de l'Eg. Et. mod. I p. 119) eo loco dividi, qui nunc cognitus nomine *Batn-el-Baquarah*. De reliquis vid. Excurs.

ἡ δὲ δὴ ἰθέα τῶν ὁδῶν τῷ Νείλῳ κ. τ. λ.] Ad dativum τῷ Νείλῳ consul. Matth. Gr. Gr. pag. 714, et ad formam ἐξίει eundem pag. 401. Vid. supra I, 6. 180. Paulo post cum recentt. edidi ταύτῃ pro vulgato ταύτην.

διφάσια στόματα, ἀπὸ τοῦ Σεβεννυτικοῦ] Quod Schlichthorst. l. l. pag. 38 reponi vult: ἀπὸ τοῦ Βουκολικοῦ, eo libris praesertim adversantibus minime opus. Nec magis opus, paulo inferius rescribere *Τανιτικὸν* pro *Σαϊτικὸν*, ut eidem placuit Schlichthorst. l. l. pag. 42. Tu videas Excurs.

ἀποσχισθέντα, φέροντα ἐς θάλασσαν· τοῖσι οὐνό- 112
ματα κέεται τάδε, τῷ μὲν Σαϊτικὸν αὐτῶν, τῷ δὲ,
7 Μενδήσιον. τὸ δὲ Βολβίτινον στόμα καὶ τὸ Βου-
κολικὸν οὐκ ἰθαγενέα στόματά ἐστι, ἀλλ' ὀρυκτά.
18 Μαρτυρέει δέ μοι τῇ γνώμῃ, ὅτι τοσαύτη ἐστὶ Αἴ-
γυπτος ὅσην τινὰ ἐγὼ ἀποδείκνυμι τῷ λόγῳ, καὶ 95
τὸ Ἄμμωνος χρηστήριον γενόμενον· τὸ ἐγὼ τῆς
ἐμεωυτοῦ γνώμης ὕστερον περὶ Αἴγυπτον ἐπυθό-
2 μην. οἱ γὰρ δὴ ἐκ Μαρέης τε πόλιος καὶ Ἄπιος,

Hammonis responsum, quae terra sit Aegyptus, qui Aegyptii,

τῷ μὲν Σαϊτικὸν αὐτῶν, τῷ δὲ, Μενδήσιον] De structura conf. Matth. Gr. Gr. pag. 610. — αὐτῶν cum Gaisf. reposui pro αὐτέων. — ἰθαγενής, quod reperitur infra quoque VI, 53, exponitur γνήσιος, *genuinus*, *nativus*. Naturâ enim quae sunt ostia, opponuntur iis, quae hominum ars effecit, cum primitus minime exstiterint, antequam hominum accesserit opera. Conf. Gregor. Corinth. de dialect. Ion. §. 161, ubi plura Koen. atque Schaefer. pag. 551 coll. pag. 294 edit. Schaef. et Lobeck. ad Phrynich. pag. 648.

Cap. XVIII.

τὸ ἐγὼ τῆς ἐμεωυτοῦ γνώμης ὕστερον περὶ Αἴγυπτον ἐπυθόμην] Male olim τῇσι — γνωμῇσι. Verum restituit Valckenar. probavitque Matth. Gr. Gr. pag. 847. Nam τῆς ἐμεωυτοῦ γνώμης ὕστερον idem fere est atque ὕστερον ἢ ἐγὼ ἔγνων. Idem Valcken. scribi vult περὶ Αἰγύπτου; quo tamen non opus. Conf. I, 158.

οἱ γὰρ δὴ ἐκ Μαρέης τε πόλιος κ. τ. λ.] *Marea* urbs extra Deltam erat sita occidentem versus in eo terrae tractu, quo lacus Mareotis a mare separatur. Magna olim fuit urbs, insignis quoque vini copia, quod e vitibus Mareoticis vel Romanorum aetate celeberrimis percipiebatur. Conf. Virgil. Georg. II, 91 ibiq. interprett. Athen. I, 25 p. 33, D et quae alia laudat Schlichthorst. l. l. pag. 58 sqq. Add. Schulzeitung 1829 (II) nr. 56 pag. 462 seqq. Primitivum urbis nomen Champollioni (l'Eg. sous l. phar. II p. 265 seqq.) videtur fuisse *Maré* s. *Mari*, quod valeat *donum solis*, Coptarumque nomen *Phaiat* s. *Niphaiat*, quo hanc regionem vulgo designent, idem Aegyptio sermone sonare, quod Graeco *Libya*. Nunc regio appellatur *Mariuth* valdeque deserta est nec nisi Arabibus nomadibus frequentata. Plura Ritter. Erdkund. I p. 864. 871 seq. — De *Apidis* urbe nihil aliunde constat. Qui enim vicus huius nominis a Strabone

οἰκέοντες Αἰγύπτου τὰ πρόσουρα Λιβύῃ, αὐτοί τε
δοκέοντες εἶναι Λίβυες, καὶ οὐκ Αἰγύπτιοι, καὶ
ἀχθόμενοι τῇ περὶ τὰ ἱρὰ θρησκίῃ, βουλόμενοι θη-
λέων βοῶν μὴ ἔργεσθαι, ἔπεμψαν ἐς Ἄμμωνα, φά-
μενοι „οὐδὲν σφίσι τε καὶ Αἰγυπτίοισι κοινὸν εἶ-
„ναι· οἰκέειν τε γὰρ ἔξω τοῦ Δέλτα, καὶ οὐκ ὁμο-
„λογέειν αὐτοῖσι· βούλεσθαί τε πάντων σφίσι ἐξεῖ-
8 „ναι γεύεσθαι.“ ὁ δὲ θεός σφεας οὐκ ἔα ποιέειν
ταῦτα, φὰς „Αἴγυπτον εἶναι ταύτην τὴν ὁ Νεῖλος
„ἐπιὼν ἄρδει· καὶ Αἰγυπτίους εἶναι τούτους, οἳ
„ἔνερθε Ἐλεφαντίνης πόλιος οἰκέοντες, ἀπὸ τοῦ
„ποταμοῦ τούτου πίνουσι.“ οὕτω σφι ταῦτα ἐχρή-
19 σθη. ἐπέρχεται δὲ ὁ Νεῖλος, ἐπεὰν πληθύῃ, οὐ
μόνον τὸ Δέλτα, ἀλλὰ καὶ τοῦ Λιβυκοῦ τε λεγομέ-

Nilus quam Aegypti regionem inundet: quando

---

commemoratur, eum valde discernendum monet Schlichthorst. l. l. pag. 60.

ἀχθόμενοι τῇ περὶ τὰ ἱρὰ θρησκίῃ] Olim θρεσκείῃ, cuius loco Wesselingius reposuit θρεσκίῃ, quamvis, si libri ferrent, maluisset θρησκηΐῃ. Quod mihi quoque maxime arridet propter ea, quae Matthiae disputat ad Herodot. II, 87. Tu conf. nott. ad I, 54. 73. 116.

βουλόμενοι θηλέων βοῶν μὴ ἔργεσθαι] Reddit Schwgh. in Lex. Herod.: *abstinere noluerunt esu boum foeminarum.* Nam satis constat, boves Aegyptiis sacras fuisse, quas mactare minime licuerit. Conf. modo II, 41. IV, 186. Porphyr. de abstin. ab esu an. IV, 7 p. 314 seq. (quae iam attulit Larcher.) et Heeren. Ideen etc. I, 3 p. 375. — Cum Gaisford. rescripsi ἔργεσθαι ex Aldina et ex Origen. advers. Cels. V, 34 p. 603, ubi haec citantur. Vulgo εἴργεσθαι. Infra IV, 164 ἔργετο sine ulla lectionis varietate. Add. VII, 197. V, 67. — In seqq. verba: καὶ οὐκ ὁμολογέειν αὐτοῖσι valent: *nec se eâdem, quâ Aegyptios, linguâ uti.*

καὶ Αἰγυπτίους εἶναι τούτους κ. τ. λ.] Apte hic laudant Strabon. XVII p. 790 s. 1139, C: οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι τὸ οἰκούμενον αὐτὸ καὶ ποτιζόμενον ὑπὸ τοῦ Νείλου μόνον Αἴγυπτον ἐκάλουν, ἀπὸ τῶν περὶ Συήνην τόπων ἀρξάμενοι μέχρι τῆς θαλάττης. Alia tamen recentiores assumsisse idem addit.

Cap. XIX.

ἐπέρχεται δὲ ὁ Νεῖλος — οὐ μόνον τὸ Δέλτα, ἀλλὰ καὶ

νου χώρου εἶναι, καὶ τοῦ Ἀραβίου, ἐνιαχῇ καὶ ἐπὶ δύο ἡμερέων ἑκατέρωθι ὁδὸν, καὶ πλεῦν ἔτι τούτου, καὶ ἔλασσον. et quam diu crescat et decrescat: nullas ab eo auras efflare.

2 Τοῦ ποταμοῦ δὲ φύσιος πέρι, οὔτε τι τῶν ἱρέων, οὔτε ἄλλου οὐδενὸς παραλαβεῖν ἐδυνάσθην. 3 πρόθυμος δὲ ἔα τάδε παρ' αὐτῶν πυθέσθαι, ὅ τι κατέρχεται μὲν ὁ Νεῖλος πληθύων, ἀπὸ τροπέων

τοῦ Λιβυκοῦ τε λεγομένου χώρου εἶναι κ. τ. λ.] ἐπέρχεσθαι proprie *venire super aliquid*; hinc de fluvio *inundante*, regionesque adiacentes undis *tegente*, cum Schweighaeusero intelligere licebit. Haud iniuria comparat ille, quod proxime antecedit I, 18: — ταύτην τὴν ὁ Νεῖλος ἐπιὼν ἄρδει. Add. II, 97. Accusativum, qui hic adiunctus invenitur verbo ἐπέρχεσθαι, equidem refero ad eos, de quibus Matth. Gr. Gr. §. 426. Ad genitivos subsequentes supple, si opus erit, τί: intelligit enim Noster *partem eius regionis*, *quae Libyae et Arabiae esse dicitur*. — χώρου pro vulg. χωρίου iam revocaverat Schweighaeuserus.

καὶ ἐπὶ δύο ἡμερέων ἑκατέρωθι ὁδὸν] ἐπὶ in his spatium fere indicat continuatum („*et quidem in duo dierum s. bidui iter*"), ut mox in verbis ἐπὶ ἑκατὸν ἡμέρας. De quo utroque monitum in Fischeri Animadverss. ad Weller. III, 6, 248 coll. Matth. l. l. pag. 1169 — Ad genitivos sequentes τῶν ἱρέων et ἄλλου οὐδενὸς conf. ibid. §. 373. Eodem sensu paulo post addidit praepositionem παρ' αὐτῶν πυθέσθαι, ubi cum Gaisfordio abiicimus vulgatum αὐτέων. Ad formam ἔα conf. I, 187 et de universo loci argumento Strab. XVII p. 1137, D. p. 789.

ὅ τι κατέρχεται μὲν ὁ Νεῖλος πληθύων κ. τ. λ.] ὅ τι est *cur*, *quare*. Conf. Matth. §. 477 fin. pag. 893. De universo hoc argumento Cr. adscripsit locum Ciceronis, de nat. deorr. II, 52: „Aegyptum Nilus irrigat, et, cum tota aestate obrutam oppletamque tenuit, tum recedit mollitosque et oblimatos agros ad serendum relinquit." — Add. Diodor. l. l. Iam enim nemo amplius dubitat, quin vere Noster retulerit. Nam primis plerumque diebus mensis Iulii Nilus crescere incipit, ita ut medio Augusto ad incrementi dimidium fere devenerit; ad summam autem altitudinem intra vicesimum et tricesimum Septembris diem assurgit, quo in statu quatuordecim ferme dies manet. Quo praeterlapso tempore decrescere incipit, sed tardius, quam ante creverat, usque ad vigesimum fere Maium anni proximi; ubi nihil mutatur eius conditio usque ad solstitium. Conf. Strabo XVII p. 1137, C s. p. 789 et, ut alios taceam, qui nostra ae-

τῶν θερινέων ἀρξάμενος, ἐπὶ ἑκατὸν ἡμέρας· πελάσας δ' ἐς τὸν ἀριθμὸν τουτέων τῶν ἡμερέων, ὀπίσω ἀπέρχεται ἀπολείπων τὸ ῥέεθρον· ὥστε βραχὺς

---

tate in haec inquisiverunt, vid. Ritter. Erdkunde I p. 837 coll. Salmas. Exercitt. Plinn. p. 804 seq. Verbis ἀπὸ τροπέων τῶν θερινέων solstitium indicari aestivum, vix memorare attinet. Ac dici vix potest, quot imaginibus hoc ipsum tempus indeque pendens Aegypti felicitas declaretur in anaglyphis templorum vetustorum, quae frequentissima per Aegyptum reperiuntur. Nonnulla attigit Creuzerus in Symbol. I p. 269, alia idem monet in Philarum et Elephantines insulis reperiri de quibus Galli in Descript. de l'Egypt. Antiqq. vol. I p. 57 seq. coll. cap. 3 §. 4 p. 13. cp. 8 §. 4 p. 14 seq.

πελάσας δ' ἐς τὸν ἀριθμὸν τουτέων τῶν ἡμερέων] πελάσας recte nunc editur, cum antea e Mediceo Gronovius substitutum voluisset πέλας. Sed recte iam monet Wesselingius, πελάσας hic paulo minus esse ac πληρώσας ἐς τὸν ἀριθμὸν II, 7: „quando compleverit propemodum huncce dierum numerum s. magis ad verbum: quando crescendo accesserit ad istum dierum numerum." Contra Larcherus πελάσας de accessu i. e. de incremento fluvii intelligi vult, cui mox opponatur τὸ ἀπέρχεσθαι s. recessus fluvii, defectus fluvii decrescentis. Verum talem interpretationem ipsum verbum, quo Noster utitur, respuit. Video tamen eam iam dudum prolatam fuisse a Salmasio in Exercitt. Plinn. p. 310, A.

ὀπίσω ἀπέρχεται ἀπολείπων τὸ ῥέεθρον] Molestam interpunctionem vulgo post ἀπέρχεται positam cum Gaisfordio sustuli, iubente iam dudum Werfero in Actis phill. Monacenss. I, 1 p. 85, qui participium ἀπολείπων cum ἀπέρχεται ita coniungi vult, ut huius ipsius potestas hoc modo aucta reperiatur, accusativumque τὸ ῥέεθρον accurate sic exponendum docet, ut proprie valeat: „quod ad fluentum attinet," aliis quoque locis similis structurae et cognatae notionis in medium prolatis. Recte tamen Schweighaeuserus mihi monere videtur, verbum ἀπέρχεσθαι opponi ei, quod supra exstat πελάσας(?) ἐπέρχεται, eodemque modo ἀπολείπων participio πληθύων. Namque ἀπολείπειν τὸ ῥέεθρον vix aliter atque de fluvio decrescente intelligi poterit; eoque ipso adiecto accuratius declaratur et ampliatur id, quod in universum quidem iam significatum erat verbo ἀπέρχεται. De eodem fluvio diminuto ac minori aquarum copia fluente intelligendum βραχὺς in continuo sequentibus. — Ad μέχρι οὗ conf. I, 181. ἱστορεῖν, quo bis in seqq. Noster utitur, est sciscitari, quaerere; conf. I, 56. 61 — 123. — Paulo infra τὰ λελεγμένα, quod tres probati offerunt libri, recentt. edd. re-

τὸν χειμῶνα ἅπαντα διατελέει ἐὼν, μέχρι οὗ αὖτις
4 τροπέων τῶν θερινέων. τούτων ὦν πέρι οὐδενὸς οὐδὲν οἷός τ' ἐγενόμην παραλαβεῖν παρὰ τῶν Αἰγυπτίων, ἱστορέων αὐτοὺς ἥντινα δύναμιν ἔχει ὁ Νεῖλος τὰ ἔμπαλιν πεφυκέναι τῶν ἄλλων ποταμῶν.
5 ταῦτά τε δὴ τὰ λεγόμενα βουλόμενος εἰδέναι, ἱστόρεον· καὶ ὅ τι αὔρας ἀποπνεούσας μοῦνος ποτα- 113

---

ceperunt pro vulg. τὰ λεγόμενα, locum ita reddentes Latine: „*Haec igitur, quae dixi, cognoscere cupiens, sciscitatus sum.*“ Quos secutus Italus interpres vertit: „*Volend' io conoscere le antedette cose, gl' interrogava.*“ Mihi secus videtur; ideoque retinendum censui τὰ λεγόμενα hoc fere sensu: *Ea igitur, quae de his* (de Nilo scil. certum ad tempus crescente ac decrescente) *dicantur* (ab Aegyptiis scil.), *cognoscere cupiens, quaesivi, itemque quaesivi, cur auras efflantes solus omnium fluviorum* (*Nilus*) *haud exhibeat.*

ὅ τι αὔρας ἀποπνεούσας μοῦνος κ. τ. λ.] Ex Schol. Sophocl. ad Ajac. 688 Larcherus monet αὔραν dici ventum exhalationibus loci aquosi aut stagnosi ortum, ἄνεμον ventum, qui in aere existat. Sed Cr. confert Coraem ad Heliodori Aethiop. p. 99, ubi αὔρας hic intelligi vult λεπτὰς πνοὰς καὶ ψυχρὰς ἐξ ὑγροῦ ἀναφερομένας οὐχ ὁμίχλας. Idem Coraes in Herodoto scribi iubet αὔρας ἀποπνειούσας. Equidem illud addo, in re ipsa quam maxime consentire cum Nostro Diodorum I, 38 circa Nilum neque nubes cogi, neque auras exsistere frigidas, neque aerem crassescere affirmantem. In quo tamen veterum plerosque aliter tradere bene iam monuit Wesselingius, monuitque I. Ludolfus Commentar. ad hist. Aethiopic. p. 117 inanem dictitans istam Herodoti aliorumque opinionem, qua Nilum nullos emittere vapores crediderint. Tu vid. infra II, 27 ibique notat. Ac verbo quidem hic monendum de variis veterum sententiis de Nili incremento eiusque causis, quas ex Plutarch. de Placit. Philosoph. IV, 1 aliisque haud paucis scriptoribus collectas praebet Herodoti editio Iungermanniana indeque Wesselingiana p. 787 — 802. E quibus praecipue conferri volumus Diodorum I, 38 seqq. Strab. XVII p. 1138, A et 1139. Ephorum (fragmm. ed. Marx.) p. 214 seqq. Plin. H. N. V, 10 et quae in eandem rem leguntur apud Io. Laur. Lydum de mens. (Iul. c. 68) p. 111 seq. s. p. 260 seqq. ed. Röther. Recentiorum sententias ad unum fere omnes indicavit Beck. Allg. Weltgesch. I p. 269 seq.

20 μῶν πάντων οὐ παρέχεται. Ἀλλὰ Ἑλλήνων μέν τινες

Opiniones de Nili adscensu tres, ab Herodoto improbatae.

ἐπίσημοι βουλόμενοι γενέσθαι σοφίην, ἔλεξαν περὶ
τοῦ ὕδατος τούτου τριφασίας ὁδούς· τῶν τὰς μὲν
δύο τῶν ὁδῶν οὐδ' ἀξιῶ μνησθῆναι, εἰ μὴ ὅσον
2 σημῆναι βουλόμενος μοῦνον. τῶν ἡ ἑτέρη μὲν λέγει
τοὺς ἐτησίας ἀνέμους εἶναι αἰτίους πληθύειν τὸν
ποταμόν, κωλύοντας ἐς θάλασσαν ἐκρέειν τὸν Νεῖ-
3 λον. πολλάκις δὲ ἐτησίαι μὲν οὐκ ὦν ἔπνευσαν, ὁ
4 δὲ Νεῖλος τὠυτὸ ἐργάζεται. πρὸς δέ, εἰ ἐτησίαι αἴ-
τιοι ἦσαν, χρῆν καὶ τοὺς ἄλλους ποταμούς, ὅσοι
τοῖσι ἐτησίῃσι ἀντίοι ῥέουσι, ὁμοίως πάσχειν καὶ

Cap. XX.

τῶν ἡ ἑτέρη μὲν λέγει τοὺς ἐτησίας ἀνέμους εἶναι αἰτίους πληθύειν τὸν ποταμόν] Haec sententia Thaletem auctorem habet, ut ex Senec. Nat. Quaest. IV, 11 et Diod. Sicul. I, 38, qui eam iisdem atque Herodotus argumentis impugnat, discimus. Apud Io. Laur. Lydum l. l. p. 263 et Euthymenes Massiliensis et Thrasyalces Thasius eiusdem opinionis fuisse dicuntur. Quod mirum, cum Euthymenem secundae sententiae (cap. 21) addictum fuisse alii tradant. Hinc idem dulcem fere Atlantici maris esse aquam et similes eius beluas Niloticis statuerat. Cautius de etesiis pronuntiarat Chrestus Romanus, ut illic legimus p. 266. Si vero quaeramus, quid rei sit, minime quidem solis etesiis effici persuasum habemus, ut Nilus crescat; nonnihil tamen easdem facere ad Nili incrementum observarunt peregrinatores recentiores. Venti enim etesiae a septentrione flant, inde a mense Maio paulo ante Nilum accrescentem usque ad Novembrem, et quidem tam continui, ut ne ullus alius ventus per hoc tempus inveniatur et hoc modo impediatur celer aquarum lapsus in mare, quippe Nili ostiis vento quasi obstructis. Tu vid. Hartmann. Erdbeschr. v. Aegypt. p. 43—46. 96. 97 coll. Salmas. Exercitt. Plinn. p. 304, qui veterum locos attigit, in quibus praecipue Philonem notamus, qui tale quid pronuntiavit in vit. Mos. I p. 620 A.

αἰτίους πληθύειν] De articulo τοῦ ante infinitivum omisso conf. Matth. p. 1064. Paulo post cum Gaisford. rescripsi οὐκ ὦν pro vulg. οὔκων et fine capitis τοιοῦτο pro τοιοῦτον.

χρῆν καὶ τοὺς ἄλλους ποταμούς] De omissione particulae ἄν, quae verbo χρῆν hac significatione addi debet, Cr. laudat Schaefer. Melett. criticc. p. 130. 131, ubi plura omissae particulae exempla inveniuntur.

κατὰ τὰ αὐτὰ τῷ Νείλῳ· καὶ μᾶλλον ἔτι τοσούτῳ,
ὅσῳ ἐλάσσονες ἐόντες, ἀσθενέστερα τὰ ῥεύματα
παρέχονται. εἰσὶ δὲ πολλοὶ μὲν ἐν τῇ Συρίῃ ποτα-
μοὶ, πολλοὶ δὲ ἐν τῇ Λιβύῃ, οἳ οὐδὲν τοιοῦτο πά-
21 σχουσι οἷόν τι καὶ ὁ Νεῖλος. Ἡ δ' ἑτέρη, ἀνεπι-
στημονεστέρη μέν ἐστι τῆς λελεγμένης, λόγῳ δὲ εἰ-
πεῖν, θωυμασιωτέρη· ἣ λέγει ἀπὸ τοῦ Ὠκεανοῦ
ῥέοντα αὐτὸν ταῦτα μηχανᾶσθαι, τὸν δ' Ὠκεανὸν
22 γῆν περὶ πᾶσαν ῥέειν. Ἡ δὲ τρίτη τῶν ὁδῶν, πολ-

εἰσὶ δὲ πολλοὶ μὲν ἐν τῇ Συρίῃ ποταμοὶ κ. τ. λ.] Haec olim quibusdam ideo displicuisse video, quod Syrii fluvii non boream versus mare intrant, verum ad solem occidentem. Quos sane fugit etesias non minus dici e septentrione, quam occidente flantes, monente iam Diodoro I, 39, A. Aristotel. Meteorolog. II, 6.

Cap. XXI.

ἡ δ' ἑτέρη, ἀνεπιστημονεστέρη μέν ἐστι κ. τ. λ.] Quocum conf. quae c. 23 disseruntur. Absurdam vero hanc causam habent et Herodotus et Diodorus I, 37, cuius auctores fuisse dicuntur sacerdotes Aegyptii. Inde tradita perhibetur ab Euthymene Massiliensi, ut Seneca l. l. atque Plutarch. de Placit. philos. IV p. 897, F testantur. Haud aliter Dicaearchum ex mari Atlantico Nilum effundi censuisse ex Laur. Lyd. l. l. p. 264 discimus. Ac denique Hecataei Milesii, quem ante Herodotum Aegyptum invisisse et descripsisse constat, illa quoque opinio fuit, ab Herodoto, qui subinde severius Hecataei dicta perstringit, acerbius notata. Conf. Dahlmann. Herodot. p. 114 seq. Ukert. Geograph. I, 2 p. 26. 215. Hecataei locum de Nilo servavit Scholiast. Apoll. Rhod. IV, 259. Hic enim existimaverat, terram in duas partes quasi divisam, Oceano circumflui. Quae fuit Homeri et antiquissimorum poetarum Graecorum sententia, qui terram planam et Oceani circulo circumdatam esse putarunt, teste Bredowio in Uranolog. Herodot. spec. p. III.

Cap. XXII.

ἡ δὲ τρίτη τῶν ὁδῶν κ. τ. λ.] Hanc sententiam professus erat Anaxagoras eumque secutus Euripides in fragm. ex Archel. tragoed. et in Helen. 3 monente Diodoro I, 38, qui hanc sententiam aeque ac Noster refellendam sibi sumsit, iisdemque fere argumentis impugnavit, hoc praeterea addens, si vel nix, id quod vix probabile fuerit, in Aethiopia cecidisse sumatur, inde Ni-

λὸν ἐπιεικεστάτη ἐοῦσα, μάλιστα ἔψευσται. λέγει γὰρ δὴ οὐδ' αὐτὴ οὐδὲν, φαμένη τὸν Νεῖλον ῥέειν ἀπὸ τηκομένης χιόνος· ὃς ῥέει μὲν ἐκ Λιβύης διὰ
2 μέσων Αἰθιόπων, ἐκδιδοῖ δὲ ἐς Αἴγυπτον. πῶς ὦν δῆτα ῥέοι ἂν ἀπὸ χιόνος, ἀπὸ τῶν θερμοτάτων [τόπων] ῥέων ἐς τὰ ψυχρότερα; τῶν τὰ πολλά ἐστι ἀνδρί γε λογίζεσθαι τοιούτων πέρι οἵῳ τε ἐόντι,

---

lum minime sic augeri consentaneum esse, quoniam fluvius, qui hoc modo creverit, ventos excitet frigidos aeremque reddat crassiorem. Quorum neutrum in Nilum convenire. Sed nivem, quâ uterque scriptor Aethiopiam obtegi posse negat, subinde tamen, quamquam rarius, inveniri in montibus Aethiopiae iam Ludolfus monuerat in Aethiopic. Hist. I, 5. Anaxagorae sententiam affert quoque Lydus l. l. p. 260 itemque Chresti Romani, qui contra aliis argumentis probare studuerunt, Nilum e liquefactis nivibus augeri non posse, quod frigidus non sit sed tepidus. Sed ex Iubae regis scriptis Plinius (H. N. II, 9 s. al. 10) tradit, prout in Mauritania nives imbresve satiaverint, ita Nilum crescere.

λέγει γὰρ δὴ οὐδ' αὐτὴ οὐδὲν] i. e. *namque ne illa quidem quidquam dicit* i. e. *quidquam veri dicit s. continet.* In verbis seqq. ἀπὸ τῶν θερμοτάτων [τόπων] ῥέων ἐς τὰ ψυχρότερα Schweighaeuserum secuti sumus, uncis includentes vocabulum τόπων, quod utique in quibusdam libris non legitur, cum in aliis, ubi legitur, omissam invenias vocum ῥέων, quae ad universam sententiam prorsus est necessaria. Ad loci sensum vid. Aristides tom. II p. 334.

τῶν τὰ πολλά ἐστι ἀνδρί γε λογίζεσθαι τοιούτων πέρι οἵῳ τε ἐόντι κ. τ. λ.] Liberius hunc locum ita expressit Schweighaeuserus: „*Ac sunt sane permulta, ex quibus homo, qui quidem iudicare de talibus rebus valet* [valeat], *colligat, nullo modo probabile esse, ut e nive Nilus fluat.*" Quaeritur enim, quonam pertineat genitivus τῶν, cuius loco Reiskius olim repositum volebat τὰ ὦν τεκμήρια πολλά ἐστι, repudiante Wesselingio, qui ad verba τῶν τὰ πολλὰ subintelligi vult τεκμήρια sive μαρτύρια: *quorum* (paulo ante scriptorum) *indicia multa adsunt viro* etc. Schweighaeusero articulus τὰ orationem turbare videtur, qui quid huc faciat, haud se intelligere profitetur. Infelicissime in hoc loco emendando et explicando versatus est Stegerus, in Praefat. Herodot. pag. XI, ubi, quod scribi iubet: τῶν τάδε πολλά ἐστι, illud sic explicat: *cuius rei, (τῶν) nempe, ne probabile quidem esse, cum e nive fluere, haec multa sunt argumenta*

3 ὡς οὐδὲ εἰκὸς ἀπὸ χιόνος μιν ῥέειν. πρῶτον μὲν
καὶ μέγιστον μαρτύριον οἱ ἄνεμοι παρέχονται, πνέ-
4 οντες ἀπὸ τῶν χωρέων τουτέων θερμοί. δεύτερον
δὲ, ὅτι ἄνομβρος ἡ χώρη καὶ ἀκρύσταλλος διατε-

(τάδε πολλά ἐστι)." Equidem nihil mutandum existimo, sed interpretatione locum illustrandum, cuius hic mihi videtur sensus: *Quorum pleraque* (quae scil. de Nili incremento in hanc opinionem disputantur) *talia sunt, ut viro — ne probabile quidem videri possit, Nilum fluere nive auctum.* — Pro οἰκὸς, quod in Reizii aliasque editiones irrepsit, rescripsimus εἰκὸς, omnibus libris probatum. Eodem consilio ducti Schellershemiani auctoritate cum recentt. scripsimus χωρέων pro χωρίων.

ὅτι ἄνομβρος ἡ χώρη καὶ ἀκρύσταλλος κ. τ. λ.] Idem profert Diodor. l. l. Sed celsiora Aethiopiae loca, montium praesertim cacumina nec nive nec grandine atque gelu carere, bene monet Wesseling. testibus allatis, quibus alia adiicit Larcherus de pluviis, quas ab Iunio mense inde usque ad Septembrem in Aethiopia cadere recentiores observarunt. Atque iam inter veteres nonnulli Nilum augeri contenderant imbribus aestivis, quae in Aethiopia et quidem praecipue in montibus decidant. Conf. Strabon. XVII pag. 1138, A. B. 1139, B, ubi Eratosthenis haec laudatur sententia. Alii Aegyptii, teste Lydo de menss. pag. 264, ab etesiis tradiderant omnes nubes e superioribus regionibus meridiem versus detrudi et inde cum gravis pluvia decidat, Nilum exaestuare; atque etiam Thrasyalces Thasius eam tenuit sententiam, ab etesiis Nilum extrudi affirmans. Cum enim Aethiopia altioribus montibus circumdetur atque excipiat nubes, quae ab etesiis protrudantur, Nilum inundari. Neque aliter Callisthenes Nilum se invenisse testatus erat ex infinitis imbribus in Aethiopia ortis deferri. Nostra aetate satis compertum habemus, in pluviis tropicis quae dicuntur a Maio mense usque ad Septembrem fere decidentibus veram Nili crescentis et inundantis causam quaerendam esse. Conf. Hartmann. Erdbeschr. v. Aegypt. pag. 92 seqq. 97. Heeren. Ideen etc. II, 2 pag. 56 seq. coll. Ritter. Erdkund. I pag. 835. De ventis nonnulla monuimus ad II, 20. Referunt huc quoque, quod Nilus iam Homero dicitur διιπετής, *auctus* scilicet *pluviis coelitus delapsis*, ut poetam vera causa fluvii aucti haud latuerit. Vid. testes Graecos a Creuz. laudatos in Commentt. Herodd. pag. 187. 188 not. Iam in clausula haud praetermittenda Ephori sententia et ipsa commemorata a Lydo l. l. pag. 265. Vid. Diodor. Sic. I, 39 et Ephori

λέει ἰοῦσα· ἐπὶ δὲ χιόνι πεσούσῃ, πᾶσα ἀνάγκη ἐστὶ ὕσαι ἐν πέντε ἡμέρῃσι· ὥστε εἰ ἐχιόνιζε, ὕετο
5 ἂν ταῦτα τὰ χωρία. τρίτα δὲ, οἱ ἄνθρωποι ὑπὸ
6 τοῦ καύματος μέλανες ἐόντες. ἰκτῖνοι δὲ καὶ χελιδόνες δι' ἔτεος ἐόντες οὐκ ἀπολείπουσι· γέρανοι δὲ φεύγουσαι τὸν χειμῶνα τὸν ἐν τῇ Σκυθικῇ χώρῃ γινόμενον, φοιτέωσι ἐς χειμασίην ἐς τοὺς τόπους
7 τούτους· εἰ τοίνυν ἐχιόνιζε καὶ ὁσονῶν ταύτην τὴν χώρην, δι' ἧς τε ῥέει καὶ ἐκ τῆς ἄρχεται ῥέων ὁ Νεῖλος, ἦν ἂν τούτων οὐδὲν, ὡς ἡ ἀνάγκη ἐλέγ-

---

fragm. pag. 214 seqq. Aegyptum ille dixerat, utpote fluvii limo ortam, humoris copiam in se recipere et per hiemem in se constringere, aestate autem tanquam sudores ex se emittere; unde fieri, ut Nilus augeatur et inundet.

ἐπὶ δὲ χιόνι πεσούσῃ, πᾶσα ἀνάγκη ἐστὶ ὕσαι ἐν πέντε ἡμέρῃσι] De verbis ἐπὶ χιόνι πεσούσῃ (*continuo post nivem coelitus delapsam*) consul. Matth. Gr. Gr. pag. 1113. — Mox verba ἐν πέντε ἡμέρῃσι displicuerunt Fabro et Gronovio, qui alia eorum loco proponerent. Sed Gellii auctoritatem iure opponit Wesselingius, Noctt. Att. VIII, 4. Nec minus credibile est, Herodotum, quae Thuriis aliisve locis ipse accidere viderat aut ab aliis fando audierat, ad Aethiopiae regiones transtulisse. — Mox ὕετο edidimus pro ὕετ' ut in Reizii editione exstat. De ipso verbo eiusque usu conf. II, 16. Quae praeterea addit Noster de adusto hominum colore et de gruibus, ea, teste Wesselingio, haud praeteriit Seneca Quaest. Natt. IV, 2 coll. Euripid. Helen. 1497.

δι' ἔτεος ἐόντες οὐκ ἀπολείπουσι] δι' ἔτεος est: *per totum annum*; vid. Fischer. ad Weller. III, b pag. 169 ἀπολείπειν a Werfero (in Act. phill. Monacc. I, 2 p. 272) exponitur: *aufhören, ausgehen.* In seqq. adscivimus γινόμενον (pro γενόμενον) et φοιτέωσι pro φοιτῶσι cum recentt. editt.

εἰ τοίνυν ἐχιόνιζε καὶ ὁσονῶν ταύτην τὴν χώρην κ. τ. λ.] „*Quodsi igitur vel quantulacunque nix caderet istam in terram, tamen nihil eorum* (quae inde scil. colligunt, Nilum nive potissimum, quae in Aethiopia cadat, augeri) *locum habere posse* (*censet Noster*), *ipsa ratione cogente.*“ Hoc modo si locum interpreteris, nulla utique me sentiente erit causa, quae ad emendandum nos cogat. Ad ὁσονῶν conf. I, 199.

23 χει. Ὁ δὲ περὶ τοῦ Ὠκεανοῦ λέξας, ἐς ἀφανὲς τὸν 2 μῦθον ἀνενείκας, οὐκ ἔχει ἔλεγχον. οὐ γάρ τινα ἔγωγε οἶδα ποταμὸν Ὠκεανὸν ἐόντα· Ὅμηρον δὲ ἤ τινα τῶν πρότερον γενομένων ποιητέων, δοκέω τοὔνομα εὑρόντα ἐς τὴν ποίησιν ἐσενείκασθαι. 114

24 Εἰ δὲ δεῖ μεμψάμενον γνώμας τὰς προκειμένας, αὐτὸν περὶ τῶν ἀφανέων γνώμην ἀποδέξασθαι, φράσω διότι μοι δοκέει πληθύεσθαι ὁ Νεῖλος τοῦ 2 θέρεος. τὴν χειμερινὴν ὥρην ἀπελαυνόμενος ὁ ἥλιος

Ipsius Herodoti sententia, Nilum aestate abundare, minui hieme, quod cum sol aestivus ab Africa superiore digressus, minus attrahat; hibernus propior, magis.

Cap. XXIII.

ὁ δὲ περὶ τοῦ Ὠκεανοῦ λέξας κ. τ. λ.] Hecataeum Milesium intelligit, ut vidimus II, 21. Herodotum sequitur Pausanias I, 33 §. 4. ubi negat Aethiopes ad Oceanum fluvium habitare.

ἐς ἀφανὲς τὸν μῦθον ἀνενείκας, οὐκ ἔχει ἔλεγχον] i. e. *Ille cum sermonem* (de Nili incremento) s. *causam suam ad obscurum reiecerit* (ab eo, quod obscurum est, suspensam fecerit nec firmo validoque argumento confirmarit) *non habet, quod nos convincat.* Obscurum autem illud s. τὸ ἀφανὲς intelligit Oceanum et de eo fabulam, quippe rem fictam nec ullo modo probatam atque apertam. Idem affirmat Noster IV, 8 ab Homero in his discedens, in cuius verbis de Oceano iam olim desudarunt docti Grammatici, ut e Strabone I p. 9 s. p. 4 novimus. Tu vid. Homer. Il. XIV, 245 et quae de Homeri sententia uberius disputavit Ukert. in Geograph. d. Gr. u. Röm. I, 2 pag. 8 seqq.

ἤ τινα τῶν πρότερον γενομένων ποιητέων] „Conf. II, 53 fin.“ *Cr.* Ad quem locum vid. notatt.

Cap. XXIV.

εἰ δὲ δεῖ — ἀποδέξασθαι] ἀποδείκνυσθαι γνώμην est *sententiam declarare, in medium proferre.* Conf. III, 82. 160. IV, 97. I, 207. 170 etc. Item ἀποφαίνεσθαι VIII, 49. Add. Heindorf. ad Platon. Gorg. pag. 68. — „Herodoti sententiam paucis verbis contractam praebet quoque I. Laur. Lydus de menss. p. 263 ed. Roeth.“ *Cr.*

τὴν χειμερινὴν ὥρην ἀπελαυνόμενος ὁ ἥλιος κ. τ. λ.] i. e. „*sol per hibernum tempus repulsus e priori cursu ab hiemibus, accedit ad Libyae regiones superiores.*“ Ad ipsam sententiam faciunt, quae disputavit Bredow. in Uranolog. Herodot. specim. pag. VII: „Herodoto terra est plana, coelo concavato in modum hemisphaerii obtecta, cuius margines extremis terrae finibus iunguntur“ et pag. XIII:

ἐκ τῆς ἀρχαίης διεξόδου ὑπὸ τῶν χειμώνων, ἔρχεται τῆς Λιβύης τὰ ἄνω. ὡς μέν νυν ἐν ἐλαχίστῳ δηλῶσαι, πᾶν εἴρηται· τῆς γὰρ ἂν ἀγχοτάτω ᾖ χώρης οὗτος ὁ θεὸς, καὶ κατὰ ἥν τινα, ταύτην εἰκὸς

„in hoc laqueari coelesti sol tempore aestatis quotidianam tenet viam *fere in medio:* hieme autem ingruente, frigoribus a meatu suo in magis australes coeli partes depulsus, transit *τὰ ἄνω τῆς Λιβύης*. Quando igitur sol Graeciam calore aestatis urit: eodem tempore in partibus Africae australibus, sole in medium coelum recedente, hiems est, quamquam non hiems Graeciae; verum, quum sol tempore Graecis aestivo a Libya et Graecia eodem fere spatio distare videbatur, hiems Libyca eundem fere calorem habet, quem ceterarum terrarum aestas. Quando autem frigore ingruente sol in fines coeli australes repellitur, necesse est, ut sol, margini laquearis coelestis inclinatae propior, vehementiori calore superiora Africae adurat. Itaque non solum Indi et Aethiopes sub ortu solis, sed etiam Aethiopes Libyci, qui super Aegyptum habitant, *calore solis proprioris* aduruntur, ut nigrescant et crines crispos maxime inter omnes homines habeant, VII, 70 cfr. III, 101."

ἐκ τῆς ἀρχαίης διεξόδου] *διέξοδος* Herodoto est *cursus, meatus solis in coelo, via quam sol percurrit*, ut explicat Schwgh. in Lex. Herod. s. v. Alias vocis notiones, monente *Cr.*, attigit Wyttenbach. ad Plut. Mor. I, 2 p. 973. Et conf. Herod. I, 196 ibiq. nott. Hinc II, 25 *διεξιέναι*. Plura dabit *Cr.* ad Plotin. p. 189, B.

τῆς Λιβύης τὰ ἄνω] „Superiora dicit hoc loco in austrum versa, unde fluvius maximus Libyae in mare boreale i. e. mediterraneum effluit: sicuti, eadem opinor ratione ductus, cap. 26 *τὰ ἄνω τῆς Εὐρώπης* septentrionales partes Europae dicit." Bredow. l. l. pag. XIII. Tu conf. etiam Aristid. II p. 341. Quod quidam in Herodoti loco exhibent *ἐς τὰ ἄνω*, eo non opus. Conf. II, 25. 26.

ὡς μέν νυν ἐν ἐλαχίστῳ δηλῶσαι, πᾶν εἴρηται] i. e. *ut paucissimis verbis rem omnem aperiam*, s. ut Schweigh. reddit: *ita brevissimis verbis res tota declarata est*. Quibus respondent ea, quae initio proximi capitis leguntur, laudata ob infinitivi usum a Matth. Gr. Gr. §. 569 p. 1069: *ὡς δὲ ἐν πλέονι λόγῳ δηλῶσαι*. — In seqq. libros vetustos secuti reposuimus *εἰκὸς* pro vulg. *οἰκὸς*, quod Gaisf. reliquit, qui idem II, 22 ediderat *εἰκός*. — Pro *κατὰ ἥν τινα* et hoc loco et II, 86 Struve in Spec. Quaest. de dialect. Herod. p. 47 scribi mavult *καθ' ἥντινα*.

διψῆν τε ὑδάτων μάλιστα, καὶ τὰ ἐγχώρια ῥεύματα
μαραίνεσθαι τῶν ποταμῶν. Ὡς δὲ ἐν πλέονι λόγῳ
δηλῶσαι, ὧδε ἔχει. διεξιὼν τῆς Λιβύης τὰ ἄνω ὁ
ἥλιος, τάδε ποιέει· ἅτε διὰ παντὸς τοῦ χρόνου
αἰθρίου τε ἐόντος τοῦ ἠέρος τοῦ κατὰ ταῦτα τὰ
χωρία, καὶ ἀλεεινῆς τῆς χώρης ἐούσης, οὐκ ἐόντων
ἀνέμων ψυχρῶν, διεξιὼν ποιέει οἷόν περ καὶ τὸ
θέρος ἔωθε ποιέειν, ἰὼν τὸ μέσον τοῦ οὐρανοῦ.
2 ἕλκει γὰρ ἐπ' ἑωυτὸν τὸ ὕδωρ· ἑλκύσας δὲ, ἀπωθέει ἐς τὰ ἄνω χωρία· ὑπολαμβάνοντες δὲ οἱ ἄνεμοι, καὶ διασκιδνάντες, τήκουσι· καί εἰσι οἰκότως οἱ ἀπὸ ταύτης τῆς χώρης πνέοντες, ὅ τε νότος, καὶ
3 ὁ λίψ, ἀνέμων πολλὸν τῶν πάντων ὑετώτατοι. δοκέει δέ μοι οὐδὲ πᾶν τὸ ὕδωρ τὸ ἐπέτειον ἑκάστοτε ἀποπέμπεσθαι τοῦ Νείλου ὁ ἥλιος, ἀλλὰ καὶ ὑπο-
4 λείπεσθαι περὶ ἑωυτόν. πρηϋνομένου δὲ τοῦ χειμῶνος, ἀπέρχεται ὁ ἥλιος ἐς μέσον τὸν οὐρανὸν ὀπίσω· καὶ τὸ ἐνθεῦτεν ἤδη ὁμοίως ἀπὸ πάντων ἕλκει
5 ποταμῶν. τέως δὲ οἱ μὲν, ὀμβρίου ὕδατος συμ-

Cap. XXV.

διεξιὼν — τάδε ποιέει] τάδε ad sequentia spectat et repetitur quodammodo verbis διεξιὼν ποιέει οἷόν περ κ. τ. λ., ubi cum recentt. scripsi ἔωθε pro ἐώθεε. Conf. Matth. l. l. §. 630 p. 1292. Ad ipsam sententiam conf. nott. ad II, 24.

ἑλκύσας δὲ, ἀπωθέει ἐς τὰ ἄνω χωρία] Est haec nostri scriptoris sententia: aquam attractam solem retro quasi ad loca superiora (i. e. magis australia) repellere; quam ipsam ventos suscipientes et dissipantes liquefacere; unde explicandum, cur venti illinc efflantes pluvias maxime ferant. Tu conf. Salmas. ad Solin. p. 303, C. D et de superlativo ὑετώτατος Matth. l. l. pag. 256.

ἀλλὰ καὶ ὑπολείπεσθαι περὶ ἑωυτόν] Putabant enim, aquas circa solem relinqui, qui illis et aleretur et quasi pasceretur. Ita certe Stoicos tradidisse, patet ex Plutarch. II p. 229, A. B et Cicer. de nat. deorr. II, 15. Sed explosit hanc sententiam Aristoteles Meteorol. II, 2 p. 551, E.

τέως δὲ οἱ μὲν κ. τ. λ.] Ex Herodoti sententia sol per hie-

μισγομένου πολλοῦ αὐτοῖσι, ἅτε ὑομένης τε τῆς χώρης καὶ κεχαραδρωμένης, ῥέουσι μεγάλοι· τοῦ δὲ θέρεος, τῶν τε ὄμβρων ἐπιλειπόντων αὐτοὺς, καὶ 95
6 ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἑλκόμενοι, ἀσθενέες εἰσί. ὁ δὲ Νεῖλος ἐὼν ἄνομβρος, ἑλκόμενος δὲ ὑπὸ τοῦ ἡλίου, μοῦνος ποταμῶν τοῦτον τὸν χρόνον οἰκότως αὐτὸς ἑωυτοῦ ῥέει πολλῷ ὑποδεέστερος ἢ τοῦ θέρεος· τότε μὲν γὰρ μετὰ πάντων τῶν ὑδάτων ἴσον ἕλκεται, τὸν δὲ χειμῶνα, μοῦνος πιέζεται. οὕτω τὸν ἥλιον
26 νενόμικα τούτων αἴτιον εἶναι. Αἴτιος δὲ ὡυτὸς 1
οὗτος, κατὰ γνώμην τὴν ἐμὴν, καὶ τὸν ἠέρα ξηρὸν

---

mem, ubi remotior a reliquis terris commoratur in superioribus regionibus (i. e. magis australibus), e fluviis reliquarum terrarum nil aquae attrahere potest usque ad aestatis tempus, quo ex illis locis superioribus (ad quae frigore repulsus erat) in medium coelum redit ac fluviorum aquam, cuius partem nunc ad se trahit, imminuit. — χώρη κεχαραδρωμένη a Schweigh. exponitur *regio torrentibus excavata*, ut VII, 176.

τῶν τε ὄμβρων ἐπιλειπόντων αὐτοὺς] i. e. *quando pluviae eos* (fluvios scil.) *deficiunt*, s. *cessant*. Conf. Werfer. in Actt. phill. Monacc. I, 1 p. 86. In seqq. ob librorum meliorum consensum reliqui οἰκότως, cum minima in his formis constans sit historiae pater. Infra II, 27 οἰκός exstat sine ulla lectionis varietate. Ad verba: αὐτὸς ἑωυτοῦ — ὑποδεέστερος conf. Matth. Gr. Gr. p. 848.

τὸν δὲ χειμῶνα, μοῦνος πιέζεται] Per hiemem solus omnium fluviorum Nilus (a sole) premitur magnamque aquarum inde amittit copiam, quam sol ad se attrahit, qui frigoris causa in hasce plagas australes regressus, illic subsistit Niloque quasi incumbit, sed aestatis tempore in medium coelum hinc progressus non amplius e Nilo solo aquae copiam adsumit, verum aequo modo ex omnibus fluviis; unde consentaneum est, Nilum minorem aquae copiam amittere aestatis tempore, quam hiemis, indeque etiam maiorem ipsum fluere aestivo quam hiberno tempore. Herodoti sententiam Plutarcho quoque commemoratam de placit. philosoph. IV, 1 p. 898, A refutare conatus est Diodorus Siculus I, 38.

Cap. XXVI.

αἴτιος δὲ ὡυτὸς οὗτος — καὶ τὸν ἠέρα ξηρὸν τὸν ταύτῃ εἶναι] Ante verba τὸν ἠέρα — εἶναι, quae ab αἴτιος pendent, non addendum τοῦ, verum mente intelligendum, ut II, 20.

τὸν ταύτῃ εἶναι, διακαίων τὴν διέξοδον αὐτῷ· οὕ-
2 τω τῆς Λιβύης τὰ ἄνω θέρος αἰεὶ κατέχει. Εἰ δὲ
ἡ στάσις ἤλλακτο τῶν ὡρέων, καὶ τοῦ οὐρανοῦ τῇ 5
μὲν νῦν ὁ βορέης τε καὶ ὁ χειμὼν ἑστᾶσι, ταύτῃ
μὲν τοῦ νότου ἦν ἡ στάσις καὶ τῆς μεσαμβρίης, τῇ
3 δὲ ὁ νότος νῦν ἕστηκε, ταύτῃ δὲ ὁ βορέης· εἰ ταῦ-
τα οὕτω εἶχε, ὁ ἥλιος ἂν ἀπελαυνόμενος ἐκ μέσου
τοῦ οὐρανοῦ ὑπὸ τοῦ χειμῶνος καὶ τοῦ βορέω, ἤϊε
ἂν τὰ ἄνω τῆς Εὐρώπης, κατάπερ νῦν τῆς Λιβύης 115
4 ἔρχεται. διεξιόντα δ' ἄν μιν διὰ πάσης Εὐρώπης, 11
ἔλπομαι ποιέειν ἂν τὸν Ἴστρον τά περ νῦν ἐργά-
27 ζεται τὸν Νεῖλον. Τῆς αὔρης δὲ πέρι, ὅτι οὐκ
ἀποπνέει, τήνδε ἔχω γνώμην, ὡς κάρτα ἀπὸ θερ-

Conversis caeli regionibus, Danubio idem eventurum.

Auras propter fervorem nullas exspirare.

διακαίων τὴν διέξοδον αὐτῷ] αὐτῷ plurimos libros secutus edidit Gaisfordius; vulgo αὐτοῦ, quod ad aerem, qui solis transitu excandescat, referri vult Wesselingius; sed rectius opinor Schweighaeuserus intellexit de sole, *qui exurat suum transitum* i. e. *omnia quae transeat exurat*. διέξοδος enim, erit tractus ille in coelo super terram, quem permeat sol; conf. supra II, 24. — In seqq. ad τὰ ἄνω τῆς Λιβύης et paulo inferius τὰ ἄνω τῆς Εὐρώπης conf. nott. ad II, 24. Ad vocem ὡρέων, qua *tempestates anni* indicantur, conf. I, 142.

καὶ τοῦ οὐρανοῦ τῇ μὲν νῦν ὁ βορέης κ.τ.λ.] Bene hic particulae sibi invicem in oratione bimembri respondent; nam in priori ut τῇ μὲν et ταύτῃ μὲν, ita in posteriori τῇ δὲ ponuntur et ταύτῃ δὲ; conf., praeter Schaefer. in Melett. critt. p. 111 not. et Werfer. in Actt. philoll. Monacc. I, 1 pag. 90, Matth. Gr. Gr. pag. 1263. Simili modo in seqq. duplicem invenimus particulam ἄν, quae altero loco ad ipsum participium, altero loco ad verbum finitum referri poterit, docente eodem Werfero l. l. I, 2 pag. 250.

διεξιόντα δ' ἄν μιν κ. τ. λ.] Ad solem haec referenda, qui (ex Herodoti mente) si ab altera parte Europam omnem permearet (ut nunc sc. Libyam permeat), idem in Istro efficeret, quod nunc in Nilo efficit.

Cap. XXVII.

ὡς κάρτα ἀπὸ θερμῶν χωρέων κ. τ. λ.] Conf. II, 19 fin. Cum Herodoto in his conveniunt Plinius H. N. V, 9. Diodorus Siculus I, 38, alii, quos interpretes ad h. l. adiiciunt.

μῶν χωρέων οὐκ οἰκός ἐστι οὐδὲν ἀποπνέειν· αὔρη δὲ ἀπὸ ψυχροῦ τινος φιλέει πνέειν.

28 Ταῦτα μέν νυν ἔστω ὡς ἔστι τε καὶ ὡς ἀρχὴν ἐγένετο. Τοῦ δὲ Νείλου τὰς πηγὰς οὔτε Αἰγυπτίων, οὔτε Λιβύων, οὔτε Ἑλλήνων τῶν ἐμοὶ ἀπικομένων

De Nili fontibus quid Saita quidam narrarit: eorum profundam

Cap. XXVIII.

καὶ ὡς ἀρχὴν ἐγένετο] ἀρχὴν Wesseling. reddit *ab initio*. Tu conf. I, 86 ibiq. not.

τοῦ δὲ Νείλου τὰς πηγὰς κ. τ. λ.] In eandem sententiam disputat Diodor. Siculus I, 37. Scribit enim Nili fontes aut locum, unde ille proveniat, neminem unquam adhuc vidisse aut cognovisse eorum, qui illos se vidisse probarint. Memorat porro Aegyptiorum sacerdotum opinionem, qua Nilum ex Oceano terram circumfluente derivari contenderent, aliasque aliorum sententias ipsiusque adeo Herodoti; quarum tamen nulla ipsi probatur. Iubae regis sententiam, quâ Nilus e lacu erumpat haud longe ab Oceano in monte inferioris Mauritaniae retulit Plinius H. N. V, 9 (10), alia quoque ex eiusdem regis scriptis afferens de Nili cursu, quae nuper in examen vocavit Mannert. in Geograph. d. Griech. u. Röm. X, 1 pag. 172 seqq. 2 pag. 542 seqq. Addimus Chresti Romani sententiam, qui idem Nilum oriri statuit e lacubus, qui sub montibus in occidente altissimis Libyamque ab Aethiopia disiungentibus in infinitam latitudinem extendantur. Vid. I. L. Lydum de menss. pag. 266 ed. Roeth. Recentiori aetate multa de Nili fontibus congessit Ludolf. in Hist. Aethiop. pag. 122 seqq.; post quem accuratius in haec inquisivit Danvill. in Mémoirs de l'Acad. d. Inscript. XXVI p. 46 seqq., illudque posuit, Nili fontes hodieque non magis fere cognitos esse quam Herodoti et qui eum secuti sunt, aetate. Hartmann. (Erdbeschr. von Aegypt. pag. 75), Anglum peregrinatorem Bruce secutus, Nili fontes esse scribit haud procul a vico Gisch in Abyssinia intra montes Aformascha et Litchambara. Quo cautius statuit Rennel. l. l. pag. 574 seqq. Nili fontes nemini adhuc innotuisse, qui probabiliter meridiem versus sub ipso aequatore sint quaerendi, cum et veterum testimonia et recentiorum, qui Africae regiones interiores inviserint, iudicia eo ducere videantur. Quare et ipse malim ad *Ritteri* accedere partes, qui varias et veterum et recentiorum de Nili fontibus opiniones examinans, nihil tamen certi hinc effici posse statuit Nilique fontes veteribus aeque ac recentioribus notos esse negat; vid. Erdkund. I p. 516 seqq. 523 seqq.

οὔτε Λιβύων] Dahlmann. in Herodot. pag. 72 eos intelligit Libyes, qui Aegyptum inferio-

ἐς λόγους, οὐδείς ὑπέσχετο εἰδέναι, εἰ μὴ ἐν Αἰγύπτῳ ἐν Σάϊ πόλι ὁ γραμματιστὴς τῶν ἱρῶν χρη- 20 altitudinem a Psammeticho frustra inquisitam esse.
2 μάτων τῆς Ἀθηναίης. οὗτος δ' ἐμοί γε παίζειν ἐδόκεε, φάμενος εἰδέναι ἀτρεκέως. ἔλεγε δὲ ὧδε·
„Εἶναι δύο οὔρεα ἐς ὀξὺ τὰς κορυφὰς ἀπιγμένα,
„μεταξὺ Συήνης τε πόλιος κείμενα τῆς Θηβαΐδος,

---

rem proxime habitarint, occidentem versus, a Cambyse rege post subactos, quo tempore ipsis praefuit Thannyras, Inari filius. Eo enim usque Herodotum pervenisse statuit, ibique quaesivisse de Nili fontibus. Nec omnino dubitandum, quin aliquam certe Libyae partem oramque inprimis maritimam Noster adierit. Vid. Heyse Quaest. Herod. I pag. 115 seq. Heerenio hic intelligendi videntur Libyes, qui commercii causa ex ipsis illis locis Thebas venerint eaque in urbe ab Herodoto fuerint consulti; vid. Ideen etc. II, 2 p. 439 coll. II, 1 pag. 195.

εἰ μὴ ἐν Αἰγύπτῳ ἐν Σάϊ πόλι ὁ γραμματιστὴς τῶν ἱρῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίης] Quae verba citans Pollux in Onomast. IV, 19 *γραμματιστὴς* hic idem esse ait atque *γραμματεύς*. Larcherus, qui prius intellexerat sacerdotem sacro aerario atque suppellectili praefectum „*le garde des trésors sacrés,*" post, Michaelem secutus in Commentt. societ. Gott. I p. 271 *interpretem* reddidit *hieroglyphorum* s. *sacrarum scripturarum*. In quo illi merito obloquitur Schweigh. Satis enim verba addita: *τῶν ἱρῶν χρημάτων*, indicare videntur, quale huius sacerdotis fuerit munus, qui aerario sacro communibusque sacerdotalis collegii reditibus cum praepositus esset, ab Heerenio (Ideen II, 2 p. 132) vocatur „*der Rentmeister des Priestercollegiums zu Sais.*" De *Minerva* Saitica et de urbe *Sai* conf. not. ad II, 59. 62. „*Σάϊν αἰθαλοέσσαν* novit Nicander in Theriacc. vs. 566, ubi vid. Schol. p. 90 ed. Schneid. et eiusdem Animadvss. p. 148." Cr.

μεταξὺ Συήνης τε πόλιος κείμενα τῆς Θηβαΐδος] Syene urbs prope Elephantinen sita in Nili ripa orientali, ubi ipsa Aegypti ditio incipit Aegyptique sunt fines. Ubi cum Nilus bene navigabilis fiat Aegyptiam terram quasi aperiens, ipsum urbis nomen hinc deductum credunt, quod Coptarum et Aegyptiorum sermone est *Souan* (i. e. *aperiens, quod aperiundi habet potestatem*), Arabum lingua *Assouan;* sed hodierna urbs paulo magis septentrionem versus exstructa est ab antiquiori urbe dudum destructa. De utriusque urbis, et antiquioris et recentioris, situ, et quantoquere is adverterit Graecorum astronomos et geographos, Eratosthe-

„καὶ Ἐλεφαντίνης· οὐνόματα δὲ εἶναι τοῖσι ουρε-

---

nem, Strabonem, Ptolemaeum, accurate egit, monente Cr., Iomard. in Descript. de l'Eg. vol. I cap. 2 p. 1 seqq. 7 seqq. (Recueil etc. p. 1 seqq. p. 8 seqq.); ubi plura de reliquiis veteris urbis. Tu add. Champoll. l'Egypt. sous l. phar. I p. 161 seqq. Ritter. Erdkund. I p. 693 seqq.

Thebais et hic et II, 92 non de nomo Thebaico, qui dicitur II, 42, sed de ipsa Aegypti parte superiore intelligenda est. Conf. II, 15 ibiq. not.

καὶ Ἐλεφαντίνης] De Elephantine vid. nott. ad II, 17. Sed quae hoc ipso loco memorantur, ea non ad Elephantinen, verum ad *Philas* (cuius insulae nulla caeteroqui apud Herodotum mentio) pertinere statuit Iomard. in Descript. de l'Egypt. Antiqq. vol. I cap. 2 sect. 2 pag. 18. 19 coll. cp. 3 p. 1. 2. 18 seq. (Recueil I pag. 36 seq. 88 seqq.) ipsumque istius insulae nomen huc refert, si quidem, ut dudum voluerat Bochartus, Φίλαι descendit a voce Φίλ, adiecta Graecâ terminatione, quâ voce Aethiopes aliique Asiae populi *elephantem* significent; in eum enim locum advectum esse notat e superioribus regionibus Africae ebur; quae res eius nominis causa fuerit. Haec et alia multa (in quibus tu praecipue conf. Zoeg. de Obeliscc. p. 286 not. et Coraem ad Heliodor. Aethiop. II p. 256) in medium protulit Creuz. (Commentt. Herodd. pag. 175 seq.), haec adiiciens: „Quam rationem si amplectaris: duae fuerint Elephantinae insulae, altera postea sic quoque appellata, altera Philae. Ac reapse quae Herodotus II, 28 de duobus montibus Syenen inter atque Elephantinen refert in loco de fontibus Nili, ea ad Philas pertinere arbitratur Iomardus. Quod mirum sit in historico tam accurato et qui ibidem profiteatur (cp. 29), se ipsum spectatorem pervenisse Elephantinen usque, quique quae ultra sita sunt audita, satis accurate describat. Contra, si unam tantummodo noverat Elephantinen historiae pater: celeberrimae insulae Philarum in eius libris nec vola nec vestigium apparet. Utraque tamen res commode explicari potest. Neque enim magis Tentyrae, Latopolis, Ombi aliarumque nobilium urbium templa, palatia reliquaque monumenta memorat. Strictim tantummodo carpit superioris Aegypti reliquias. Videlicet hac caussâ ductus, quod ante eum Hecataeus Milesius eas oras earumque memorabilia accuratius erat persecutus (cf. fragm. p. 21 seqq. et not. ad Herod. II, 15 fin.) Neque igitur doctissimo Iomardo assentiar, qui illud silentium inde explicat, quod nil nisi ipsas Thebas in Thebaide cognoverit Herodotus (Descript. de l'Eg. I cp. 5 p. 3)." Haec ille, plurima de Philarum insula eiusque sacris disputans, quae

3 „σι, τῷ μὲν, Κρῶφι, τῷ δὲ, Μῶφι. τὰς ὦν δὴ
„πηγὰς τοῦ Νείλου, ἐούσας ἀβύσσους, ἐκ τοῦ μέ-

---

ad Herodoti locum minus pertinent. Qui si unam modo noverat Elephantinen, quam II, 17 commemorat, haud equidem intelligo, quomodo ille ab erroris suspicione liberari queat, quod h. l. istam insulam cum Philarum insula, quae nonnihil remota est ab Elephantine meridiem versus, confuderit. Nam Philae, ut Salmasii utar verbis (Exerc. Plinn. p. 310. 311), supra novissimum catarracten, catarractes supra Syenen, cui opposita Elephantine sub ipsum catarracten sita est, supra quem Philae sunt. Hic autem insulam intelligendam esse, quae supra catarracten sita est, nec infra illum, dubio vix caret. Plura Ritter. Erkund. I pag. 680. 681.

τῷ μὲν, Κρῶφι, τῷ δὲ, Μῶφι] „Hunc locum et II, 29. 30. 42. 94. 172. A. G. Schlegel. in exemplis posuit indeclinabiliter a Graecis usurpatorum nominum, in Indisch. Biblioth. II, 3 p. 316, iniquius tamen, ut saepius, de Herodoto iudicans." Cr. Quod enim vir doctissimus Herodoto verba dedisse statuit sacerdotem Aegyptium, parum perspexisse videtur sacra Aegyptiorum, de quibus dicemus ad II, 61. Monet vero Champoll. l'Egypt. sous l. phar. I p. 114, nullum alium hic intelligi posse locum, nisi eum, qui apud Elephantinen sit insulam, ubi fluvii ripae utrinque assurgant saxis praecipitibus, quae unda alluat quaeque notis hieroglyphicis sint inscripta; nec tamen gurgitem aut simile quid esse conspicuum; nedum Nili fontes. Quod bene credimus viro docto, cum *veros* Nili fontes nemo hic quaesierit. *Mouphi* s. *Mophi* Aegyptio sermone idem contendit esse: *la bonne*, et *Chrophi* esse *la mauvaise*.

τὰς ὦν δὴ πηγὰς τοῦ Νείλου, ἐούσας ἀβύσσους] Quod minime sic intelligas velim, ut veros Nili fontes illic fuisse existimes. Qui enim supra dixerat (II, 17), Nilum a Catadupis *incipere*, quidni idem eodem iure dicere potuit, illic, unde fluere incipiat (i. e. ubi Aegyptum intrat Aegyptiisque fluere incipiat), eius esse *fontes*? Conf. Iomard. Recueil etc. I pag. 36. 37. Ac vel magis respiciendae sunt veterum Aegyptiorum religiones, qui omnem terrae salutem a Nilo suspensam facerent eumque summum colerent deum ac pie venerarentur ipsius Osiridis (qui alias pro Solis habetur numine) nomine; ut nihil sit mirum, illum locum, ubi intrat Aegyptum iste fluvius s. deus, et ubi eum crescentem observabant, singulari fuisse religione consecratum ab Aegyptiis, qui illic Osiridem sepultum esse confabularentur, sed redivivum quotannis e sepultura quasi exoriri undasque suas salutiferas ex hoc loco *ut ex fonte* per omnem Aegyptum volvere. De Osiride,

„σου τῶν οὐρέων τούτων ῥέειν· καὶ τὸ μὲν ἥμισυ „τοῦ ὕδατος, ἐπ' Αἰγύπτου ῥέειν καὶ πρὸς βορέην „ἄνεμον· τὸ δ' ἕτερον ἥμισυ, ἐπὶ Αἰθιοπίης τε
4 „καὶ νότου. ὡς δὲ ἄβυσσοί εἰσι αἱ πηγαί, ἐς διά-„πειραν ἔφη τούτου Ψαμμίτιχον Αἰγύπτου βασι-
5 „λέα ἀπικέσθαι. πολλέων γὰρ αὐτὸν χιλιάδων ὀρ-„γυιέων πλεξάμενον κάλον, κατεῖναι ταύτῃ, καὶ
6 „οὐκ ἐξικέσθαι ἐς βυσσόν.“ Οὕτω μὲν δὴ ὁ γραμματιστής, εἰ ἄρα ταῦτα γενόμενα ἔλεγε, ἀπέφαινε·

---

qui Nilus est, dicemus ad II, 61. Quae hic adscripsimus, pluribus disceptantur a Creuzero in Symbol. I p. 262 seqq. 273. 275 et a Ritter. Erdkund. I p. 688. Herodoti tamen vel potius sacerdotis Saitici narrationem irridet Strabo XVII p. 1174, A.

τῶν οὐρέων τούτων] τούτων cum Gaisf. dedi pro τουτέων. Ad verba seqq. ἐπὶ Αἰθιοπίης τε καὶ νότου Cr. confert Salmas. Exercitt. pag. 312.

εἰ ἄρα ταῦτα γενόμενα ἔλεγε] τὰ γενόμενα i. e. *ea quae sunt et reapse contingunt*, *vera* s. ἀληθῆ, ut dudum exposuit Wesseling. Add. Reiz. ad Viger. de idiotism. p. 357 ibique Hermann. pag. 778. In seqq. valde variant libri editi, praesertim quod ad interpunctionem attinet. Equidem maius interpunctionis signum posui post ἀπέφαινε, cum, quae sequantur verba, ad Herodotum ipsum necessario sint referenda, iudicium suum de iis, quae ab interprete relata acceperit, seiungentem, ut bene monet Letronne in Journ. d. Sav. 1817 p. 92. Quod secus est, si maiore distinctione post ἀπέφαινε sublata, huc referas accusativos δίνας ταύτῃ κ. τ. λ., verbis ὡς ἐμὲ κατανοέειν per parenthesin quasi interpositis. Est autem ἀποφαίνειν *declarare*, *exponere sententiam*, ut II, 24 ἀποδείκνυσθαι γνώμην. Verborum sequentium, quae a prioribus seiungi debent, structura nonnihil impedita nec tamen prorsus insolita (cf. not. ad I, 58), si quidem ad infinitivum ex minori enuntiatione verbum mente sit repetendum. Quamquam hoc tenendum, priori loco pro infinitivo exhiberi participium (δίνας — ἐούσας), cum mox ponatur infinitivus μὴ δύνασθαι κ. τ. λ., nisi etiam priori loco ex antecedentibus supplere malis ἀποφαίνειν sc. τὸν γραμματιστήν; quo assumto iam sponte omnia procedunt, cum uterque infinitivus pendeat a verbo κατανοέειν. Quem loci sensum recte expressit Aristides in Aegypt. tom. II p. 345 Iebb. his verbis: εἰ ἄρα ταῦτ' ἀληθῆ, δοκεῖν αὐτῷ δίνας ἐνταῦθα καὶ παλιῤῥοίας τοῦ ποταμοῦ, eum nos hoc mo-

ὡς ἐμὲ κατανοέειν, δίνας τινὰς ταύτῃ ἐούσας ἰσχυ-
ρὰς καὶ παλιῤῥοίην· οἷα δὲ ἐμβάλλοντος τοῦ ὕδα-
τος τοῖσι οὔρεσι, μὴ δύνασθαι κατιεμένην καταπει-
29 ρητηρίην ἐς βυσσὸν ἰέναι. Ἄλλου δὲ οὐδενὸς οὐ-
δὲν ἐδυνάμην πυθέσθαι. ἀλλὰ τοσόνδε μὲν ἄλλο
ἐπὶ μακρότατον ἐπυθόμην, μέχρι μὲν Ἐλεφαντίνης
πόλιος αὐτόπτης ἐλθών, τὸ δ' ἀπὸ τούτου, ἀκοῇ
2 ἤδη ἱστορέων. Ἀπὸ Ἐλεφαντίνης πόλιος ἄνω ἰόν-
τι, ἄναντές ἐστι χωρίον· ταύτῃ ὦν δεῖ τὸ πλοῖον

Ultra Elephantinam qualis Nili cursus: insula Tachompso: Aethiopes: lacus ingens: Meroe urbs, et ibi Iovis ac Liberi cultus, Iovisque oraculum.

---

do reddendum censuimus: „*ut equidem sentio, sunt quidam gurgites*, vel potius: *intellexit ille gurgites quosdam, qui illic sunt validi, ac refluxum s. repercussionem; quum vero aqua montibus illidat, haud potuit utique plumbum exploratorium demissum in fundum pervenire.* — In seqq. haud mutavi *οἷα δὲ*, quod voluit Valcken. Conf. nott. ad Plutarch. Pyrrh. pag. 176. — Pro *ἐμβαλόντος* cum recentt. scripsi *ἐμβάλλοντος*.

Cap. XXIX.

ἐπὶ μακρότατον] De hac formula conf. I, 171. II, 34. IV, 17. 192, notante Werfer. in Actt. phill. Monacc. I, 2 p. 244 seqq., cui add. Krüger. ad Dionys. Halicarn. Iudic. de Thucydid. pag. 119. Spectat illa ad locorum distantiam nec male a Larchero hunc in modum redditur: „*en poussant mes recherches aussi loin, qu'elles pouvoient aller.*" Minus recte Viger. de idiotism. pag. 158.

αὐτόπτης ἐλθών] Quo loco memorabili supra sumus usi ad II, 15, ubi vid. Et iure hoc in loco subsistunt, qui de Herodoti itineribus exposuerunt (conf. Heyse Quaest. Herod. I pag. 112). Nam universam Aegyptum Nostrum vidisse hinc manifestum fit.

ἀπὸ Ἐλεφαντίνης πόλιος ἄνω ἰόντι κ. τ. λ.] Herodotum ob narrationis elegantiam atque perspicuitatem laudat Longin. de sublim. §. 26, ubi Toupius Lucian. de ver. hist. II, 27 affert. Ad argumentum ipsum vid. quae ex recentiorum peregrinatorum libris attulit Heeren. Ideen etc. II, 1 p. 356 seqq. Qui enim nostra aetate has regiones ante incognitas perlustrarunt, testantur Nilum supra Syenen valde flexuosum ac tortuosum esse, aquis tam rapide delabentibus, ut adhuc opus sit funibus, quibus naves adverso flumine trahantur; alveum Nili fieri angustiorem indeque impeditiorem ipsam navigationem. Quae quantum ad Herodoti fidem probandam faciant, nemo non intelligit. Alia suis quaeque locis adnotabimus. Ad hunc vero locum conf. etiam Iomard. Recueil etc.

διαδήσαντας ἀμφοτέρωθεν, κατάπερ βοῦν, πορεύ-
εσθαι· ἢν δὲ ἀποῤῥαγῇ, τὸ πλοῖον οἴχεται φερό- 45
3 μενον ὑπὸ ἰσχύος τοῦ ῥόου. τὸ δὲ χωρίον τοῦτο
ἔστι ἐπὶ ἡμέρας τέσσερας πλόος· σκολιὸς δὲ ταύτῃ,
κατάπερ ὁ Μαίανδρος, ἔστι ὁ Νεῖλος. σχοῖνοι δὲ
δυώδεκά εἰσι οὗτοι, τοὺς δεῖ τούτῳ τῷ τρόπῳ διεκ-
4 πλῶσαι. καὶ ἔπειτα ἀπίξεαι ἐς πεδίον λεῖον, ἐν τῷ 116
νῆσον περιῤῥέει ὁ Νεῖλος· Ταχομψὼ οὔνομα αὐτῇ 51

I pag. 34 seq. et de Nili cursu Strab. XVII init. p. 786. 1133 et p. 1177, B. — Ad verba: ἢν δὲ ἀποῤῥαγῇ suppl. κάλως vel simile quid.

ἔστι ἐπὶ ἡμέρας τέσσερας πλόος] Indicant haec verba *navigationem quatridui;* conf. II, 19 et Matth. Gr. Gr. p. 794. Quo ipso spatium ab Elephantine insula usque ad Tachompso indicari post Hennick. statuit Larcherus, mox tamen (vid. Tab. Géogr. pag. 531), hac sententia reiecta, quatridui itinere declarari vult longitudinem ab Elephantine usque ad eum locum, ubi Nilus non amplius sit tortuosus; unde alio tridui aut quatridui itinere distare Tachompso; ita ut ad hanc insulam ab Elephantine proficiscenti septem s. octo dies sint insumendi. Mihi Herodoti verba vix aliter explicari posse videntur atque de via ab Elephantine usque ad eum locum, ubi Nilus non amplius est tortuosus. Quam viam commercio frequentem esse monuit Heeren. Ideen etc. II, 2 pag. 440.

Ταχομψὼ οὔνομα αὐτῇ ἐστί] *Tachompso* a Stephano Byzant. s. v. prope Philas esse dicitur, quae Ptolemaeo auctore magis ad meridiem a Philis sita erat. Sunt, qui insulam appellent; sunt qui urbem vocent, quae Romanorum aetate ad regionem nomine Dodecaschoeni notam pertinuerit. Sed ipsa urbs post deserta, quam Aethiopes aliam ex illius regione condiderant. Nunc loco nomen esse *Derar* Mannert. ponit l. l. X, 1 p. 231. Sed Heeren. (Ideen etc. II, 1 pag. 359) intelligi posse arbitratur insulam *Calaptsché*, vel aliam quandam, quae quatuor milliaria ulterius e regione vici Girscheh sita sit; nam in illa insula splendidissima et amplissima templorum rudera recentioris aetatis peregrinatores detexerunt, quos eosdem secutus Ritter. Erdkund. I p. 645 seqq. plura disputat. In Aegyptio insulae nomine *Tachempsah* s. *Tachimsah* invenit Champoll. (l'Egypt. sous l. phar. I p. 152 seq.) indicationem *loci, ubi sunt multi crocodili.* Quod idem antea posuerat Iomardus Recueil etc. I pag. 92, ubi varia nomina attigit, quibus apud veteres haec insula designatur.

ἐστί. οἰκέουσι δὲ τὰ ἀπὸ Ἐλεφαντίνης ἄνω Αἰθίοπες ἤδη, καὶ τῆς νήσου τὸ ἥμισυ· τὸ δὲ ἥμισυ, Αἰγύπτιοι. ἔχεται δὲ τῆς νήσου λίμνη μεγάλη, τὴν

οἰκέουσι δὲ τὰ ἀπὸ Ἐλεφαντίνης ἄνω κ. τ. λ.] Adscripsit Cr. Eustathii locum ad Odyss. IV, 84 p. 151 infr. et 152 supr. Bas. Est autem insignis hic locus, si de Aegyptiorum veterum originibus quaeras, quas ex Aethiopia repetendas esse nunc nemo fere dubitat. Qua de re, nostrum locum respiciens, haec scripsit Creuz. in Commentt. Herodd. I p. 180 seqq.: „Historiae pater insulam Tachompso partim ab Aethiopibus, partim ab Aegyptiis habitari prodit. Quod idem in Philensium insulâ locum habere dicit Strabo, quocum egregie facit Heliodorus. Iam Champollio (p. 157) elevare studet testimonium Strabonis, eamque communem habitationem soli insulae Tachompso arbitratur reservandam, cum tamen Herodotus ibidem (II, 29) terram supra Elephantinen ab Aethiopibus habitari et ipse profiteatur. Sed ut ad antiquissima tempora redeamus, quibus latius porrectam in meridiem Aegyptum facit Philostratus; ipse Champollio (I p. 57 seq.) eius rei vestigia offendit in recentioribus itinerariis, in quibus monumentorum Aegyptiorum mentio fit, quae longe supra Philas versus meridiem appareant. Quae res si accuratius et ad certam fidem historiae exploretur: possint indidem multa explicari, quae nunc quidem nos impeditos tenent. Nemo enim non videt, origines Aegyptias omnesque res vetustiorum Pharaonum alias esse, si, post occupatam a priscis illis colonis Aegyptum, Aethiopum res, opes, aliaque protinus seiuncta censeas a rebus institutisve Aegyptiis: alias contra, si plura per saecula et Aegyptios homines et Aethiopes eorundem regum imperio subditos existimes, ac mutuo omnium rerum commercio inter sese coniunctos.“ In nota subiecta idem Cr. plura monet de religionibus utriusque populi, quae si Aegyptios Aethiopum colonos dicas [uti Diodor. Sicul. III, 3], non poterant valde differre itemque monumenta advocat, templa, idola, alia id genus, quae Aegyptiacis plane congruunt.

ἔχεται δὲ τῆς νήσου λίμνη μεγάλη κ. τ. λ.] Nullus hodieque invenitur illic lacus, nisi ipsum Nilum inundationis tempore lacus magni speciem praebere existimes eoque Herodoti referas verba. Potuit etiam inde ab illa aetate mutari regionis conditio, lacusque olim qui fuit, arena compleri, potuit etiam haud accurate de his edoctus esse Noster. Quorum quid statuendum sit, nolim discernere. Vid. Heeren. l. l. pag. 359. Suspicatur Maltebrun (cuius locum adscripserat Cr., Nouvell. Annal. d. Voyag. 1820 vol. V p. 403), planitiem, quae nunc

πέριξ νομάδες Αἰθίοπες νέμονται· τὴν διεκπλώσας,
ἐς τοῦ Νείλου τὸ ῥέεθρον ἥξεις, τὸ ἐς τὴν λίμνην
6 ταύτην ἐκδιδοῖ. καὶ ἔπειτα ἀποβὰς, παρὰ τὸν πο-
ταμὸν ὁδοιπορίην ποιήσεαι ἡμερέων τεσσεράκοντα·
σκόπελοί τε γὰρ ἐν τῷ Νείλῳ ὀξέες ἀνέχουσι, καὶ
χοιράδες πολλαί εἰσι, δι' ὧν οὐκ οἷά τέ ἐστι πλέειν.
7 διεξελθὼν δὲ ἐν τῇσι τεσσεράκοντα ἡμέρῃσι τοῦτο
τὸ χωρίον, αὖτις ἐς ἕτερον πλοῖον ἐμβὰς, δυώδεκα
ἡμέρας πλεύσεαι· καὶ ἔπειτα ἵξεαι ἐς πόλιν μεγά-
8 λην, τῇ οὔνομά ἐστι Μερόη. λέγεται δὲ αὕτη ἡ

---

prope Aamara est e regione insulae Say, decem milliaria latam, ex parte nunc cultam, ex parte eaque maiori tectam silicibus, olim fortasse lacum fuisse illum, cuius apud Herodotum mentio fiat, nunc exsiccatum ferme.

σκόπελοί τε γὰρ ἐν τῷ Νείλῳ ὀξέες κ. τ. λ.] Vel haec probantur recentiorum peregrinatorum testimoniis, exponente Heeren. Ideen l. l. Nam supra alterum catarractem, qui est prope locum Wadi Halfa 21° 50′, crebrius in Nili alveo adparent scopuli ac saxa, quae fluvii cursum impediant catarractasque plures efficiant, in quibus singulis indicandis non prorsus peregrinatorum narrationes sibi conveniunt.

αὖτις ἐς ἕτερον πλοῖον ἐμβὰς κ. τ. λ.] Haec, opinor, spectant ad eas regiones, quae fines septentrionales terrae Dongola transgresso patent, et ad Meroem usque pertineat. Iam enim Nili alveus fit latior nec scopulis impeditus; ipse fluvius in plura brachia dissectus plures efficit insulas perquam fertiles omniumque rerum copia affluentes. Vid. Heeren. l. l. pag. 360 seqq. Ex quo eodem illud adiicimus, omnem hancce regionem ab Aegypti confiniis usque ad Meroem in utraque Nili ripa splendidis templorum ruderibus aliisque aedificiis amplissimis maxime insignem esse; quae ipsa, cum Aegyptiacis simillima sint idemque structurae genus exhibeant, quam maxime illud confirmant, quod paulo ante posuimus de Aegypti originibus ét de commercio inter veteres Aethiopes atque Aegyptios.

καὶ ἔπειτα ἵξεαι ἐς πόλιν μεγάλην] Nonnulli ἥξεις, quod etiam Lucianus praebet de ver. histor. II, 27, quodque sine ulla lectionis varietate exstat apud Herodot. II, 30. Nec tamen contra probatorum librorum consensum vulgatam immutare ausus sum. Mox invenitur ἀπίξεαι hoc ipso in capite.

τῇ οὔνομά ἐστι Μερόη] Quae Herodoto urbs est Meroë, aliis

9 πόλις εἶναι μητρόπολις τῶν ἄλλων Αἰθιόπων. οἱ δ' ἐν ταύτῃ Δία θεῶν καὶ Διόνυσον μούνους σέβονται, τούτους τε μεγάλως τιμῶσι· καί σφι μαν-

---

insula dicitur, de qua plura Diodor. I, 33. Strabo XVII p. 1134, A s. 786. p. 1139, A s. p. 790 coll. XVI p. 1116, A s. p. 771 et XVII p. 1177, A s. p. 821, alii, ab Heeren. citati l. l. pag. 396, quibus add. Chrestum Romanum apud Laur. Lydum de menss. pag. 268 ed. Roeth. et quae plura leguntur ap. Beck. Allgem. Weltgesch. I pag. 276. Nostra aetate de Meroë nemo copiosius egit Heerenio l. l., e cuius viri disputatione ea quidem summatim indicabimus, quae ad Herodoti locum rite intelligendum proxime faciunt. Nam Meroë insula, quae non minus atque urbs eiusdem nominis prisco aevo valde celebris fuit, Heerenio iudice est ea regio, quae nunc vocatur *Atbar* et maiori parte ad regnum Sennaar, minori eaque australi ad Abyssiniam pertinet, fluviis cum undique fere sit inclusa et satis ampla, ut eo magis insula a veteribus nuncupari potuerit, quo hisce fluviis pluviarum aetate auctis et terram longe lateque inundantibus illa revera insulae quandam speciem praebere videatur. Quo haud scio an faciat Chresti narratio: Nilum, dum Meroem circumfluat, insulam efficere. In ea igitur regione Meroë collocanda erit et quidem paulo infra eum locum, quo nunc invenitur *Chandi*. Hic omnia vides monumentis cuiusvis generis, templorum ruderibus, aedificiorum splendidissimorum reliquiis referta; unde quanta olim fuerit urbs, quantum regnum, quod vere pro Aegypti parente habere possit, iure colligas. Namque ista monumenta, recentissimorum peregrinatorum studiis cognita et descripta, quamvis in singulis quibusdam ab Aegyptiacis differant, tamen in summa cum Aegyptiis ita congruunt, ut altera ex alteris efficta fuisse appareat. Heerenii disputatis add. quae Ritterus protulit Erdkunde I p. 564 seqq. Meroem hic statuit eandem esse atque insulam, quae olim dicta fuerit Alva Selim el Assouanys, a Iacobitis Christianis habitata, nunc vero dicatur Sennaar. Urbis ipsius situm accurate definiri posse negat. Tu conf. etiam Mannert. Geogr. d. Gr. u. Röm. X, 1 pag. 182 seqq.

Δία θεῶν καὶ Διόνυσον μούνους σέβονται] Non prorsus cum his consentit Strabo XVII p. 1177 D; cui tamen haud scio an Herodoti sit anteferenda auctoritas, quocum monente Thorlacio in prolusione de sacr. et sapient. Aethiopp. (Havn. 1825) pag. 6 facit Heliodorus, qui *Solem*, *Lunam*, *Dionysum* memorat deos. Quod enim Iovem Noster appellat et Dionysum, intellexit (Iovem) Amun atque Osiridem (conf. II, 42); quem utrumque deum illic cultum fu-

τήϊον Διὸς κατέστηκε. στρατεύονται δ' ἐπεάν σφεας ὁ θεὸς οὗτος κελεύῃ διὰ θεσπισμάτων· καί, τῇ ἂν κελεύῃ, ἐκεῖσε.

30 Inde Automoli, coloni Aegyptii, qui a Psammeticho in Aethiopiam transfugerunt: Aegyptia praesidia tria:

Ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς πόλιος πλέων, ἐν ἴσῳ χρόνῳ ἄλλῳ ἥξεις ἐς τοὺς Αὐτομόλους, ἐν ὅσῳ περ ἐξ Ἐλεφαντίνης ἦλθες ἐς τὴν μητρόπολιν 2 τὴν Αἰθιόπων. τοῖσι δὲ Αὐτομόλοισι τούτοισι οὔ-

---

isse satis comprobant anaglypha atque imagines, quibus templorum rudera referta esse clamant peregrinatores recentissimi, ab Heerenio citati l. l. Nam universum Aegyptiorum cultum illorumque deorum sacra hinc repetenda esse, iam nemo in dubium vocare poterit. Quare etiam quod Ammonis templo (quod inter ruinas illas Heerenius sibi invenisse videtur, l. l. pag. 416 seqq. 420 seqq.) iunctum fuit oraculum, parens quodammodo reliquorum per Aegyptum oraculorum haberi poterit, quorum originem ad colonos istos revocaveris licet, qui ex Aethiopia in Aegypti regiones demissi ad utramque Nili ripam consederint. Quo ea ducere, quae Herodotus de iis mox tradat, qui oraculorum iussu ad bella proficiscantur, idem notat Heerenius. Nam satis cognitum est, colonias veterum haud raro ab oraculis exire iussas esse; quibus oraculis cum sacerdotes praeessent, haud mirum, illos coloniarum et auctores et duces perhiberi. Conf. etiam Diodor. Sicul. III, 3. 6. Qui ex India haec omnia repeti volunt, cui et Aethiopia et Aegyptus sacra sua ac templa debeat, eos nunc mittimus, cum tale argumentum ab Herodoto explicando, in quo uno nunc versamur, alienum videri queat. Vid. tamen Henrichsen de Phoenic. commentt. alter. p. 8 (Havn. 1827).

Cap. XXX.

τοῖσι δὲ Αὐτομόλοισι τούτοισι οὔνομά ἐστι Ἀσμάχ] Nemo nescit voce Αὐτομόλων indicari *transfugas;* quales fuerint Aegyptiorum milites, qui ad Aethiopes secesserant. Vocem Ἀσμάχ, cuius loco libri quidam Ἀσχάμ, alii ex Hebraica, alii alia ex lingua explicare studuerunt. Si unâ literâ additâ legeretur Σασμάχ, id Iablonskius explicari posse putat ex Aegyptiaco *Sosmeh* aut *Sosmak*, quod denotet *plenos ignominia et despectu;* si legeretur Ἀσασμάχ, compositam videri vocem, quae denotet *ad sinistram stantes*, beneque conveniat iis, quos alii scriptores appellent εὐωνυμίτας. Ad Herodoteam vocis interpretationem inprimis facit Diodorus I, 67. Cum enim rex, suscepta in Syriam expeditione, peregrinos milites praeferens in dextra aciei parte collocaret, Aegyptios vero in sinistra, Aegyptii indi-

mitiores facti Aethiopes imitandis moribus colonorum.

νομά ἐστι Ἀσμάχ· δύναται δὲ τοῦτο τὸ ἔπος κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν, οἱ ἐξ ἀριστερῆς χειρὸς πα-
3 ριστάμενοι βασιλέϊ. ἀπέστησαν δὲ αὗται τέσσερες καὶ εἴκοσι μυριάδες Αἰγυπτίων τῶν μαχίμων ἐς τοὺς
4 Αἰθίοπας τούτους, δι' αἰτίην τοιήνδε. ἐπὶ Ψαμμιτίχου βασιλέος φυλακαὶ κατέστασαν ἔν τε Ἐλεφαντίνῃ πόλι πρὸς Αἰθιόπων, καὶ ἐν Δάφνῃσι τῇσι Πηλουσίῃσι, ἄλλη δὲ πρὸς Ἀράβων τε καὶ Σύρων,

---

gnabundi defecisse et in Aethiopiam commigrasse dicuntur. Nam sinistra minus utique honorata; unde appellatio Ἀσμάχ ignominiae causa illis indita fuisse videtur. Sed alias quoque causas fuisse suspiceris licet, quae indigenas milites moverint, ut a Psammiticho desciscerent aliasque sibi quaererent terras. Qui enim iam Sethonis sacerdotis sub imperio postpositi fuerint ac neglecti, haud meliori sorte usi esse videntur Psammitichi sub regno, qui peregrinos mercede conduxerat milites, iisdemque se custodiendum tradiderat. Conf. nott. ad II, 152. Plura Beck. Weltgesch. I p. 726.

δύναται δὲ τοῦτο τὸ ἔπος] *δύνασθαι valere, significare* (quo sensu θέλειν II, 13) illustrarunt Valcken. ad Herod. IV, 131. Boissonad. ad Eunap. pag. 155. — De nominativo addito vid. Matth. Gr. Gr. p. 609.

μυριάδες Αἰγυπτίων τῶν μαχίμων κ. τ. λ.] Intelliguntur ii Aegyptii, qui ad militum tribum (Kriegercaste) pertinebant, in Aethiopiam transgressi, cum regis Aegyptiaci imperium aegre ferrent; id quod valde diminuisse censendum est ipsorum Aegypti regum facultates et opes, cum omne robur in hac militum tribu esset positum, reliqui autem Aegyptii armis ferendis vix pares essent. Cf. Heeren. Ideen etc. II, 2 p. 399 coll. p. 137 seqq. In Aethiopia benigne excepti sedes acceperunt in terra Goiam, ubi prioribus incolis loco pulsis, suum quoddam regnum conderent. Plura Heeren. l. l. II, 1 p. 427 seq. 434 seq. Cr. ad h. l. adscripsit Coraem ad Heliod. Aethiop. pag. 256 seq. et Journal d. Sav. 1819 Sept. p. 518—520. Hoc enim loco Angli cuiusdam Bowdich sententia memoratur, Aethiopes ab Aegyptiis immigrantibus pulsos, in interiorem Africam paulatim esse delatos, ut pro parentibus gentis bellicosissimae Anglis nuper perquam fatalis, *Ashante's*, haberi possint.

καὶ ἐν Δάφνῃσι τῇσι Πηλουσίῃσι] *Daphnae Pelusiacae*, quae infra quoque memorantur II, 107, non multum aberant a Pelusio urbe, Pelusiaco fluvio appositae ad Aegyptum ab exterarum gentium incursionibus tutandam. In codice sacro

5 *καὶ ἐν Μαρέῃ πρὸς Λιβύης ἄλλη. ἔτι δὲ ἐπ' ἐμεῦ*
καὶ Περσέων κατὰ τοῦτὰ αἱ φυλακαὶ ἔχουσι, ὥς καὶ
ἐπὶ Ψαμμιτίχου ἦσαν· καὶ γὰρ ἐν Ἐλεφαντίνῃ Πέρ-
6 *σαι φρουρέουσι, καὶ ἐν Δάφνῃσι. τοὺς ὦν δὴ Αἰ-*
γυπτίους τρία ἔτεα φρουρήσαντας ἀπέλυε οὐδεὶς
τῆς φρουρῆς· οἱ δὲ, βουλευσάμενοι καὶ κοινῷ λό-
γῳ χρησάμενοι, πάντες ἀπὸ τοῦ Ψαμμιτίχου ἀπο-
7 *στάντες, ἤϊσαν ἐς Αἰθιοπίην. Ψαμμίτιχος δὲ πυ-*
θόμενος, ἐδίωκε. ὡς δὲ κατέλαβε, ἐδέετο, πολλὰ
λέγων, καί σφεας θεοὺς πατρῴους ἀπολιπεῖν οὐκ
8 *ἔα, καὶ τέκνα, καὶ γυναῖκας. τῶν δέ τινα λέγεται*
δείξαντα τὸ αἰδοῖον εἰπεῖν „ἔνθα ἂν τοῦτο ᾖ, ἔσε- 117
„σθαι αὐτοῖσι ἐνθαῦτα καὶ τέκνα καὶ γυναῖκας.“
9 *Οὗτοι ἐπεί τε ἐς Αἰθιοπίην ἀπίκοντο, διδοῦσι σφέ-*
ας αὐτοὺς τῷ Αἰθιόπων βασιλέϊ. ὁ δέ σφεας τῷδε
10 *ἀντιδωρέεται. ἦσάν οἱ διάφοροί τινες γεγονότες τῶν*
Αἰθιόπων· τούτους ἐκέλευε ἐξελόντας, τὴν ἐκείνων

---

aliquoties occurrunt nomine *Taphnes*, quod ab hodierno *Safnas* non valde recedit. Conf. Schlichthorst. l. l. p. 75. Mannert. l. l. X, 1 pag. 492 seq. Hartmann. Erdbeschreib. von Aeg. p. 855. Mox scripsi cum Gaisf. *Ἀραβίων τε καὶ Σύρων*, ubi vulgo deerat *τε* et pro *Σύρων* inveniebatur *Ἀσσυρίων*, quod merito iam damnaverat Valcken. — De *Marea* vid. nott. ad II, 18. — In verbis: *ὥς καὶ ἐπὶ Ψαμμιτίχου ἦσαν* Struve Spec. Quaest. etc. pag. 26 notat usum particulae *ὡς* rariorem post praegressum *ταὐτὰ* et similia.

τρία ἔτεα φρουρήσαντας ἀπέλυε κ. τ. λ.] Alia prodit Diodorus I, 67, quocum conferunt Plutarch. Mor. pag. 601, E et Aristotel. Rhet. III, 16. Tu vid. quae paulo ante ipsi monuimus. — *οὐκ ἔα* recte explicat Valcken. *dissuadebat*, *dehortabatur*. Vid. eius not. et cf. Hermann. ad Viger. p. 890.

τῶν δέ τινα λέγεται δείξαντα τὸ αἰδοῖον εἰπεῖν κ. τ. λ.] Simile quoddam de nobili uxore Itala, Catharina Sforza, quae domino Forlensi erat nupta, ex Machiavell. Hist. Florent. l. VIII profert Italus interpres.

τούτους ἐκέλευε ἐξελόντας] *τούτους* ad Aethiopes spectat et a verbo *ἐξελόντας* pendet, quod ipsum ad Aegyptios recens receptos referri debet, hoc

11 γῆν οἰκέειν. τούτων δὲ ἐσοικισθέντων ἐς τοὺς Αἰθίοπας, ἡμερώτεροι γεγόνασι Αἰθίοπες, ἤθεα μαθόντες Αἰγύπτια.

31 Μέχρι μέν νυν τεσσέρων μηνῶν πλόου καὶ ὁδοῦ γινώσκεται ὁ Νεῖλος, πάρεξ τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ ῥεύ-
2 ματος. τοσοῦτοι γὰρ συμβαλλομένῳ μῆνες εὑρίσκονται ἀναισιμούμενοι ἐξ Ἐλεφαντίνης πορευομένῳ ἐς 1
τοὺς Αὐτομόλους τούτους. ῥέει δὲ ἀπὸ ἑσπέρης τε
3 καὶ ἡλίου δυσμέων. Τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε, οὐδεὶς ἔχει σαφέως φράσαι· ἐρῆμος γάρ ἐστι ἡ χώρη αὕτη ὑπὸ

Nilum apud Automolos fluere ab occidente: quod ultra, incompertum.

32 καύματος. Ἀλλὰ τάδε μὲν ἤκουσα ἀνδρῶν Κυρηναίων, φαμένων ἐλθεῖν τε ἐπὶ τὸ Ἄμμωνος χρηστή- 5
ριον, καὶ ἀπικέσθαι ἐς λόγους Ἐτεάρχῳ τῷ Ἀμμω-

Quid Cyrenaei quidam retulerint de quinque Nasamonum profectione ad inspiciendas Africae solitudines:

---

fere sensu: *Iussit rex Aegyptios advenas, illis* (Aethiopibus) *eiectis, terram habitare, ab illis olim occupatam.* Ubi ἐξελόντας minime sollicitandum, quod Schweigh. tuetur his locis: I, 103. 159 etc.

Cap. XXXI.

τοσοῦτοι γὰρ κ. τ. λ.] Vulgo οὗτοι, cuius loco cum bini libri offerrent τοσούτῳ, priores editores, quos secutus sum, inde reposuerunt τοσοῦτοι. Adnotat Wesselingius, in mensium numero, quos ab Elephantine Meroem versus et Automolos proficiscentes conterant, dissentire ab Herodoto Aristidem Orat. Aegypt. pag. 346. Sed hicce aliis ex fontibus sua hausisse censeri potest.

Cap. XXXII.

φαμένων ἐλθεῖν τε ἐπὶ τὸ Ἄμμωνος χρηστήριον] De Ammoniis conf. II, 42. IV, 181 coll. III, 25 seq. Intelligi debet h. l. Iovis Ammonii templum atque oraculum satis notum tum propter religionem et sacra, tum propter commercii celebritatem. Neque enim templum solum illic fuisse existimandum est, verum regnum incolis frequens, ut cryptae hominibus medicatis sive mumiis repletae hodieque monstrant. Nunc loco nomen *Siwah.* Cuius rei inprimis fidem nobis fecit recentissimus peregrinator de Minutoli, qui accuratissime hunc locum descripsit in itinerario suo, quod Berolini prodiit a. 1824 pag. 87 seqq. Conf. praeterea Heeren. Ideen etc. II, 1 p. 212 seqq. et Ritter. Erdk. I p. 981 seqq. Aliis Ammonis templum in Oasi El-Kassar quaerendum videbatur. Vid. Ios. de Hammer in Annalibus Viennenss. vol. XLV p. 31. Minus recte,

per quas eos ad Zephyrum itinere facto, invenisse fluvium in quo crocodili essent, meantem ab occidente ad orientem.

νίων βασιλέϊ· καί κως ἐκ λόγων ἄλλων ἀπικέσθαι ἐς λέσχην περὶ τοῦ Νείλου, ὡς οὐδεὶς αὐτοῦ οἶδε τὰς πηγάς· καὶ τὸν Ἐτέαρχον φάναι ἐλθεῖν κοτε
2 παρ' αὐτὸν Νασαμῶνας ἄνδρας. τὸ δὲ ἔθνος τοῦτο, ἔστι μὲν Λιβυκὸν, νέμεται δὲ τὴν Σύρτιν τε καὶ τὴν πρὸς ἠῶ χώρην τῆς Σύρτιος οὐκ ἐπὶ πολ-
3 λόν. ἀπικομένους δὲ τοὺς Νασαμῶνας, καὶ εἰρωτεωμένους εἴ τι ἔχουσι πλέον λέγειν περὶ τῶν ἐρήμων τῆς Λιβύης, φάναι, παρὰ σφίσι γενέσθαι ἀνδρῶν δυναστέων παῖδας ὑβριστάς· τοὺς ἄλλα τε μηχανᾶσθαι ἀνδρωθέντας περισσὰ, καὶ δὴ καὶ ἀποκληρῶσαι πέντε ἑωυτῶν, ὀψομένους τὰ ἐρῆμα τῆς Λιβύης, καὶ εἴ τι πλέον ἴδοιεν τῶν τὰ μακρότατα
4 ἰδομένων. (Τῆς γὰρ Λιβύης τὰ μὲν κατὰ τὴν βορηΐην θάλασσαν, ἀπ' Αἰγύπτου ἀρξάμενοι μέχρι

---

meâ quidem sententiâ. — Ad verba ἀπικέσθαι ἐς λέσχην cf. quae diximus ad I, 153.

ἐλθεῖν — Νασαμῶνας ἄνδρας] De *Nasamonibus* confer IV, 172 et Diodor. Sicul. III, 49. Atque Heerenius, ubi hunc locum exponit (Ideen etc. II, 1 pag. 203 seqq.), recte notare videtur (p. 198 l. l.) Nasamones pertinuisse ad Syrticas gentes, quae commercium cum interioris Africae gentibus egerint; ita ut iter illud haudquaquam per regiones plane incognitas institutum videri debeat; quippe quo hoc potissimum respexerint, num quid ulterius, quam commercii causa vulgo proficiscerentur, progredi liceat.

τῆς γὰρ Λιβύης τὰ μὲν κατὰ τὴν βορηΐην θάλασσαν κ. τ. λ.] Eandem Libyae in tres partes divisionem profert IV, 181. Quae vel hodie servata esse dicitur in tribus illis appellationibus: *Barbarei*, *Biledulgerid* et *Sahara;* quippe naturae ipsi illa est valde congrua et consentanea. Quae ultra deserta Sahara sunt regiones cultae ac fertiles, nunc cognitae sunt nomine *Nigritiae* sive *Sudan;* quas nec Herodoto prorsus incognitas fuisse, ea ipsa declarant, quae in huius capitis fine leguntur. Confer Heeren. Ideen II, 1 p. 6 coll. Ritter. Erdkund. I p. 898.

τῆς γὰρ Λιβύης — θάλασσαν] i. e. *quod attinet ad eas Libyae partes, quae secundum mare boreale s. mediterraneum porriguntur;* quibus ora borealis Libyae indicatur, in cuius

Σολόεντος ἄκρης, ᾗ τελευταὶ τῆς Λιβύης, παρήκουσι παρὰ πᾶσαν Λίβυες, καὶ Λιβύων ἔθνεα πολλὰ, πλὴν ὅσον Ἕλληνες καὶ Φοίνικες ἔχουσι. τὰ δὲ ὑπὲρ θαλάσσης τε καὶ τῶν ἐπὶ θάλασσαν κατηκόντων ἀνθρώπων, τὰ κατύπερθε θηριώδης ἐστὶ ἡ Λιβύη· τὰ δὲ κατύπερθε τῆς θηριώδεος, ψάμμος τέ ἐστι, καὶ ἄνυδρος δεινῶς, καὶ ἐρῆμος πάντων) 118

6 „Ἐπεὶ ὦν τοὺς νεηνίας ἀποπεμπομένους ὑπὸ τῶν

---

extrema occidentem versus parte ab Herodoto collocatur *Soloïs* promontorium. Conf. IV, 43. Quod promontorium *Kantin* esse, copiosa disputatione probatum it Rennelius (l. l. p. 567 — 570), improbante Bredowio, qui cum Gosselin. promontorium *Spartel* ponit, cuius loco alii promontorium *Boiador* intelligi posse existimant. Confer ibid. p. 570, 17. Rennelium sequitur Mannertus l. l. X, 2 p. 495 seq., a quo discedens Schlichthorst. l. l. p. 167 seq. indicari putat ab Herodoto id promontorium, quod Graeco nomine appellatur *Ampelusia*, Punico *Cotes*. Equidem cum Rittero (Erdkund. I pag. 890) malim intelligere promontorium *Spartel*.

ᾗ τελευταὶ τῆς Λιβύης] Secutus sum Gaisfordium, quamquam valde arridet lectio a viro docto olim proposita: *ᾗ τελευτᾷ τὰ τῆς Λιβύης*. Vulgo: *ᾗ τελευτᾷ τῆς Λιβύης*, cuius loco Struve l. l. pag. 30 praeferendum censet: *ᾗ τελευτᾷ τὰ τῆς Λιβύης*. Nam *τελευτᾷ* olim scriptum fuisse, codicum vestigia indicare videntur. — In seqq. *οἱ ἐπὶ θάλασσαν κατήκοντες ἄνθρωποι* cum ii sint, qui secundum maris mediterranei oram habitant, verba: *τὰ ὑπὲρ θαλάσσης τε καὶ τῶν ἐπὶ θάλασσαν κατηκόντων ἀνθρώπων* intelligenda erunt de interioris Africae regionibus, a mari remotioribus.

ἐπεὶ ὦν τοὺς νεηνίας ἀποπεμπομένους κ. τ. λ.] Particula *ἐπεὶ*, quam omnes libri tenent, immerito displicuit viris doctis, adeo ut emendarent *εἶπον*. Sed loco succurrendum erat non emendatione sed interpretatione; est enim oratio *ἀνακόλουθος*; cuius occasionem praebuerunt ea, quae de Libycae terrae divisione interiecta sunt, inde a verbis *τῆς γὰρ Λιβύης τὰ μὲν κατὰ κ. τ. λ.* usque ad *καὶ ἐρῆμος πάντων*. Iam haec confirmaturus iis, quae reliqua erant de Etearchi narratione, pergit *ἐπεὶ ὦν κ. τ. λ.*, quorum verborum apodosis, iudice Hermanno ad Viger. pag. 784 seq. incipiat a verbis *διεξελθόντας δὲ χῶρον πολλὸν ψαμμώδεα — ἰδεῖν δή κοτε κ. τ. λ.*, ubi particula *δὲ*, post plerasque particulas temporales et maxime

„ἡλίκων, ὕδασί τε καὶ σιτίοισι εὖ ἐξηρτυμένους,
„ἰέναι τὰ πρῶτα μὲν διὰ τῆς οἰκεομένης· ταύτην
„δὲ διεξελθόντας, ἐς τὴν θηριώδεα ἀπικέσθαι· ἐκ
„δὲ ταύτης, τὴν ἐρῆμον διεξιέναι, τὴν ὁδὸν ποιευ-
7 „μένους πρὸς ζέφυρον ἄνεμον· διεξελθόντας δὲ χῶ-
„ρον πολλὸν ψαμμώδεα, καὶ ἐν πολλῇσι ἡμέρῃσι,
„ἰδεῖν δή κοτε δένδρεα ἐν πεδίῳ πεφυκότα· καὶ
„σφεας προσελθόντας, ἅπτεσθαι τοῦ ἐπεόντος ἐπὶ

---

post ἐπεὶ, per anacoluthiam in apodosi inferri solita, praecipue in errorem interpretes induxisse eidem viro docto videtur. Aliam rationem orationis ἀνακολούθου constituendae iniit Matthiae in not. ad h. l. Cui Herodotus, cum dicere vellet ἐπεὶ ὦν τοὺς νεηνίας ἀποπεμπομένους — εὖ ἐξηρτυμένους ἰέναι, ἰέναι πρῶτα μὲν κ. τ. λ. prius ἰέναι omisisse videtur, ut apodosis haec sit: ἰέναι πρῶτα μέν. Atque ea ratio utique facilior videtur magisque apta ad ipsum loci sensum.

ὕδασί τε καὶ σιτίοισι εὖ ἐξηρτυμένους κ. τ. λ.] Bene nobis monere videtur Heeren. Ideen II, 1 pag. 198 minime solos quinque intelligendos esse iuvenes nobiles, qui iter susceperint, verum additos etiam illis ministros, comites. Nos dicimus *eine Karawane*. Nec tamen illi iuvenes viam in istiusmodi profectionibus solitam secuti esse videntur, sed relicta illa, cum alias Africae regiones adhuc incognitas visere vellent, magis ad occidentem se convertisse. Quo spectant verba τὴν ὁδὸν ποιευμένους πρὸς ζέφυρον ἄνεμον, cum scilicet occidentem et meridiem versus (südwestlich) illi iter instituerent.

διεξελθόντας δὲ χῶρον πολλὸν ψαμμώδεα κ. τ. λ.] Haec ad deserta *Sahara* referri debere manifestum est; quibus desertis transmigratis (id quod hodieque haud sine magno periculo fieri potest), haud minus manifestum, pervenisse iuvenes ad eas regiones, quas nunc solemus vocare *Negerländer*. Eo enim quadrant et color niger, qui incolis harum terrarum tribuitur, et minor statura corporis, quam recentioris quoque temporis peregrinatores observarunt, et indoles incolarum benigne et hospitaliter advenas excipientium; quam virtutem illius gentis hodieque memorant; eo denique etiam spectant arbores frugiferae, itidem recentioribus peregrinatoribus illic observatae. Vid. Heeren. l. l. II, 1 pag. 199. 200.

ἅπτεσθαι τοῦ — καρποῦ] ἅπτεσθαι — καρποῦ non tam *attingere fructus* esse monet Larcherus, sed *gustare fructus*, *vesci*, uti apud Thucydid. II, 60. Intelliguntur autem, ut

8 „τῶν δενδρέων καρποῦ. ἁπτομένοισι δέ σφι ἐπελ-
„θεῖν ἄνδρας μικρούς, μετρίων ἐλάσσονας ἀνδρῶν,
„λαβόντας δὲ ἄγειν σφέας· φωνῆς δὲ οὔτε τι τῆς
„ἐκείνων τοὺς Νασαμῶνας γινώσκειν, οὔτε τοὺς
9 „ἄγοντας τῶν Νασαμώνων. ἄγειν τε δὴ αὐτοὺς δι'
„ἑλέων μεγίστων, καὶ διεξελθόντας ταῦτα, ἀπικέ-
„σθαι ἐς πόλιν, ἐν τῇ ἅπαντας εἶναι τοῖσι ἄγουσι
10 τὸ μέγαθος ἴσους, χρῶμα δὲ μέλανας. παρὰ δὲ τὴν

---

credibile est, fructus arboris, quae dicitur *Schea Toulu*, *Schibaum* s. *Butterbaum*, et per totam interiorem Africam est propagata. Conf. Ritter. Erdkund. I p. 347. Nec aliter visum Heerenio l. l.

ἐπελθεῖν ἄνδρας μικρούς, μετρίων ἐλάσσονας ἀνδρῶν] De Aethiopiae incolis brevissimis staturâ, ita ut inde Pygmaeorum fabulam ortam credere liceat, Strab. XVII p. 1176, D s. p. 821. Similia quaedam Nonnosus apud Photium Bibl. Cod. III p. 8, quae recentiorum quoque narratione probari monet Larcherus. Neque enim nunc aliam de istis interioris Africae gentibus opinionem ferri confirmant, quae Heerenius protulit l. l. p. 199. 200. Alia olim Ludolf. Histor. Aethiop. pag. 69—74. Nuperrimae autem aetatis peregrinator, Mallien., in mediae Africae regionibus homines tam parvae staturae eosdemque imbecillimos, ut iure Pygmaeos dixeris, se invenisse testatur, linguâ etiam diversissimos a reliquis Africae gentibus, ut sane Herodotea narratio de Nasamonibus hinc nonnihil lucretur lucis; videas Voyage dans l'intérieur de l'Afrique etc. faite en 1818 t. II p. 209. 262. In seqq. ad *τοὺς ἄγοντας τῶν Νασαμώνων* conf. Matth. §. 570 p. 1126.

ἀπικέσθαι ἐς πόλιν κ. τ. λ.] Quae urbs, nisi ea est, quae Tombuctu nunc dicitur amplissima et commercio per varias Africae partes hinc instituto celeberrima, certe in istis regionibus sita fuisse videtur. Ad istas enim regiones unice quadrant Herodoti verba. Tu conf. de hac urbe Ritter. Erdkunde II, 1 p. 445 seqq. 457 seqq. Dubitanter olim de his pronuntiaverat Ukert. Geogr. der Gr. u. Röm. I, 1 pag. 76, qui quo tempore scripsit, eo nondum istae regiones tam cognitae erant, quam nunc sunt recentiorum Europaeorum studiis, qui summo cum periculo ad has terras progressi sunt.

παρὰ δὲ τὴν πόλιν ῥέειν ποταμὸν μέγαν] Valde discepta-

„πόλιν ῥέειν ποταμὸν μέγαν· ῥέειν δὲ ἀπὸ ἑσπέρης
„αὐτὸν πρὸς ἥλιον ἀνατέλλοντα· φαίνεσθαι δὲ ἐν

---

tum inter viros doctos, fluvius iste qui fuerit. Sed vix dubitandum, *Nigrum* esse sive *Ioliba*, quod apud indigenas fluvii est nomen, quodque ipsum significat *fluvium magnum* seu *aquam magnam*. Nam in eum unum conveniunt Herodoti verba, ipsique crocodili in eo frequentes esse dicuntur. Vide Heeren. l. l. II, 1 p. 201. II, 2 p. 439 coll. Rennel. l. l. p. 573. Ritter. Erdkunde I pag. 472 seqq. 492 seqq. Gravius illud est, quod non minus inter veteres, quam inter recentiores potissimum disceptatum est, utrum hic fluvius, quem Nigrum esse diximus, cum Nilo cohaereat, adeoque unus idemque sit fluvius. Praefracte negat Rennelius l. l. pag. 573 sq. nec omnino aliter statuendum erit, si ipsum Nigri cursum consideres montiumque interioris Africae tractum, et terram, quam Nilus permeat, altiorem eâ, quam Niger irrigat, alia, quae ab recentioribus peregrinatoribus observata, bene notarunt Heerenius II, 1 pag. 15 seq. Ritterus l. l. I p. 491 sqq. 506 seqq. 511 seqq. 523-26, qui iidem ex eorundem peregrinatorum testimoniis satis patere adiiciunt, apud istarum terrarum incolas eandem hodieque ferri famam: Nigrum cohaerere cum Nilo, sive unum esse eundemque fluvium. Conf. Dahlmann. in Herodot. pag. 86. Rennelio diserte obloquitur Dureau de la Malle (Géographie physique etc. p. 79) communi famae antiquitatis aeque ac recentiorum temporum insistendum ratus eamque proponens sententiam, ut Nilus et Niger per alium fluvium intermedium quasi iuncti existimentur, quemadmodum v. c. in America septentrionali Orinoco fluvius et Amazonum fluvius iuncti inveniantur fluvio Rio-Negro et Cassiquiaré. Recentissima quoad scio testimonia praebent itineraria Angli docti et Galli. Quorum ille, Fitz Clarence, a mercatore Arabe, qui pluries iam inde a Fetz ad Tombuctu iter fecerat, haec accepit: urbem distare duabus viae horis ab Nigro, qui orientem versus fluens in magnum dulcis aquae lacum sive mare desinat, in media Africa situm nomine *Bahr-Soldan;* unde qui ab altera parte exeat fluvius, esse Nilum Aegyptium (conf. Revue Encyclop. t. IV p. 57, Xème livrais.). Quibuscum fere consentiunt, quae Mollieno sciscitanti nonnulli dixerunt: Nigrum procul ab urbe Tombuctu exire in lacum immensum, cuius ipsius aquae defluentes in Nilum delaberentur. Vid. Voyage etc. t. I pag. 219. t. II pag. 291 seq.

33 „αὐτῷ κροκοδείλους.“ Ὁ μὲν δὴ τοῦ Ἀμμωνίου
Ἐτεάρχου λόγος ἐς τοῦτό μοι δεδηλώσθω· πλὴν
ὅτι „ἀπονοστῆσαί τε ἔφασκε τοὺς Νασαμῶνας, ὡς
„οἱ Κυρηναῖοι ἔλεγον· καὶ ἐς τοὺς οὗτοι ἀπίκον-
2 „το ἀνθρώπους, γόητας εἶναι πάντας.“ Τὸν δὲ
δὴ ποταμὸν τοῦτον τὸν παραῤῥέοντα καὶ Ἐτέαρχος
συνεβάλλετο εἶναι τὸν Νεῖλον· καὶ δὴ καὶ ὁ λόγος
οὕτω αἱρέει. ῥέει γὰρ ἐκ Λιβύης ὁ Νεῖλος, καὶ μέ-
3 σην τάμνων Λιβύην· καὶ (ὡς ἐγὼ συμβάλλομαι,
τοῖσι ἐμφανέσι τὰ μὴ γινωσκόμενα τεκμαιρόμενος)
4 τῷ Ἴστρῳ ἐκ τῶν ἴσων μέτρων ὁρμᾶται. Ἴστρος τε

Hunc Nilum videri, qui mediam Africam eadem longitudine secet, qua Danubius Europam.

Cap. XXXIII.

γόητας εἶναι πάντας] Incantationum et artium magicarum superstitionem per gentes Africae, quas vulgo *Neger* dicimus, adhuc valde celebratam esse observat Heerenius (II, 1 pag. 199) ex Europaeorum, qui illuc pervenere, itinerariis.

συνεβάλλετο εἶναι τὸν Νεῖλον] De verbi *συμβάλλεσθαι* *coniectandi* notione diximus ad I, 68. Verba sequentia: *καὶ δὴ καὶ ὁ λόγος οὕτω* (vulgo *οὕτως*) *αἱρέει* sonant: *atque etiam ratio sic suadet*, ut scil. hunc fluvium Nilum esse credamus. Conf. I, 182 fin. ibique not. De ipso argumento ad II, 32 fin. monuimus.

καὶ μέσην τάμνων Λιβύην] *καὶ* deleverat Wesselingii monitu Reizius, invitis libris. Restituerunt Schweighaeuserus et Gaisfordius. Tu verte: „*vel mediam dissecans Libyam.*“ — De structura verbi *τεκμαίρεσθαι* conf. Matth. §. 896.

τῷ Ἴστρῳ ἐκ τῶν ἴσων μέτρων ὁρμᾶται] Interpretatus est Schweighaeuserus: *parallelum Istro cursum habet;* minus opinor accurate, cum Herodotus non tam de utriusque fluvii cursu quam de fontibus sive de loco, unde uterque fluvius initium capiat, loqui videatur. Hunc vero fontium locum utrique fluvio ex opposito inveniri dicit hoc modo, ut in meridionali orbis terrarum parte, ubi Nili cursus incipiat, ibidem in septentrionali Ister fluvius exoriatur. Quapropter postea, Istri cursum Nilo similem descripturus, addit mediam illum dissecare Europam, ut a Nilo Africam secari mediam supra indicaverat. De cursu Istri conf. infra IV, 49. Istri ac Nili comparationem instituit etiam Oppian. Cyneget. II, 138. De Istri fontibus primarius exstat Pindari locus Olymp. III, 25

γὰρ ποταμὸς ἀρξάμενος ἐκ Κελτῶν καὶ Πυρήνης 55 πόλιος, ῥέει μέσην σχίζων τὴν Εὐρώπην. οἱ δὲ Κελ-

---

seqq., unde proficiscitur Pausanias V, 7. Plura dabant Pindari interpretes.

Ἴστρος τε γὰρ ποταμὸς ἀρξάμενος ἐκ Κελτῶν καὶ Πυρήνης πόλιος] Pyrene urbs vix aliunde nota. Cum vero satis constet, Istrum non in montibus Pyrenaeis (quo quidem ducit Herodotea urbs Pyrene), verum in Abnoba monte (Schwarzwald) exoriri, ad eum ipsum montem eiusdemque fere aut cognati nominis urbem Herodoti Πυρήνην nonnulli referre studuerunt. Afferunt nimirum illud, prope Istri fontes duo rivos *Brygen* s. *Pregen* scaturire et cum Istro misceri, vicinamque illis regionem *Preginam* s. *Pryginam* adpellari; unde fieri potuisse, ut Herodoti Πυρήνη sit orta. Quibus noli tu assentiri; Herodoti enim universam narrationem et sententiam, quam de Nilo atque Istro ex iisdem fontibus profluente eundemque cursum (ex opposito quidem) tenente protulit, accuratius consideranti vix dubium, quin Pyrenaeorum montium regiones intellexerit, ibique Istri fontes collocaverit. Quo errore eo magis erit excusandus, quo hae regiones ipsius aetate prorsus incognitae fuerunt, ipseque historiae pater eo usque in itineribus suis pervenire haud potuerit. Conf. etiam Dahlmannum in Herodot. p. 89 Herodoti lapsum in his exponentem. De reliquis conf. Aristot. Meteorol. I, 13. Dalecamp. ad Plin. Hist. N. IV, 12.

οἱ δὲ Κελτοί εἰσι ἔξω Ἡρακλητῶν στηλέων] Maluerunt quidam: ἔσω Ἡρακληΐων στηλέων, cum Celtae, quorum nomine Hispaniae incolae continentur, extra columnas Herculeas censeri nequeant. Sed bene monet Wesselingius, omnia extra Herculis fretum in Oceanum versa inde a Calpe promontorio, ubi Herculeae columnae fixae credebantur, extra hasce columnas dici; ut v. c. et Gades et extremam Lusitaniae partem in Oceanum porrigentem, et fortasse veteribus, qui accuratiori huius terrae cognitione carebant, ulteriorem visam, quam reapse est. Vid. Strab. I p. 82 s. 47. p. 112 s. 64. III p. 256 s. 168. Praeterea Celtas ad flumen Anam et Lusitaniae promontorium Sacrum et Nerium, cui et Celtico nomen, sedes olim habuisse, idem testatur Strabo III p. 230, B s. pag. 153 Cas. Qui Celtae quo minus hoc loco intelligantur, nihil certe obstat; quod ipsum documento erit, Pyrenen Herodoteam non in Germania sed circa Hispaniam montesque Pyrenaeos quaerendam esse. De Celtis conf. etiam IV, 49 et C. O. Müller. Etrusc. I pag. 151, qui cum Herodoti Celtis comparat Herodoti *Gletes*, cum Graeca nomina Κελτοί, Γαλάται, Γλῆτες ad unam

τοί εἰσι ἔξω Ἡρακληΐων στηλέων· ὁμουρέουσι δὲ
Κυνησίοισι, οἳ ἔσχατοι πρὸς δυσμέων οἰκέουσι τῶν
6 ἐν τῇ Εὐρώπῃ κατοικημένων. τελευτᾷ δὲ ὁ Ἴστρος,
ἐς θάλασσαν ῥέων τὴν τοῦ Εὐξείνου πόντου διὰ
πάσης Εὐρώπης, τῇ Ἰστρίην οἱ Μιλησίων οἰκέουσι
34 ἄποικοι. Ὁ μὲν δὴ Ἴστρος, ῥέει γὰρ δι' οἰκευμέ- 119
νης, πρὸς πολλῶν γινώσκεται· περὶ δὲ τῶν τοῦ 61
Νείλου πηγέων οὐδεὶς ἔχει λέγειν· ἀοίκητός τε γὰρ
2 ἐστι καὶ ἐρῆμος ἡ Λιβύη, δι' ἧς ῥέει. περὶ δὲ τοῦ
ῥεύματος αὐτοῦ, ἐπ' ὅσον μακρότατον ἱστορεῦντα
8 ἦν ἐξικέσθαι, εἴρηται. ἐκδιδοῖ δὲ ἐς Αἴγυπτον. ἡ δὲ 65
Αἴγυπτος τῆς ὀρεινῆς Κιλικίης μάλιστά κῃ ἀντίη
κέεται· ἐνθεῦτεν δὲ, ἐς Σινώπην τὴν ἐν τῷ Εὐξεί-

---

eandemque radicem sint revocanda.

ὁμουρέουσι δὲ Κυνησίοισι] *Cynesios* infra IV, 49 vocat *Cynetas*, quos eosdem occidentem versus ultimos esse ait Stephanus Byzantinus, quorumque sedes accuratius definiuntur ab Avieno Or. maritim. 200. — In seqq. verba, quae libri scripti omnes retinent *ῥέων τὴν τοῦ κ. τ. λ.*, ipsi quoque retinenda censuimus, neglectis aliorum coniecturis, qui voces nonnullas sine idonea causa sublatas voluerunt.

τῇ Ἰστρίην οἱ Μιλησίων οἰκέουσι ἄποικοι] Hanc urbem alii vocant Istros, alii Istropolin, ut monet Larcher. in Tab. Geogr. p. 282 seq. Meridiem versus ab ostio sacro sita esse dicitur eo loco, quo nunc *Chiustange* sive ut aliis placet *Karakirmen.*

Cap. XXXIV.

ἐπ' ὅσον μακρότατον — ἐξικέσθαι] Confer supra II, 29 init.

ἡ δὲ Αἴγυπτος — ἀντίη κέεται] Maritimam Aegypti oram non prorsus Ciliciae respondere, cum nunc quidem satis constet, in Herodotum, qui graviter fuerit lapsus, minime invehamur, sed veniam illi demus, qui in huiusmodi rebus ea non viderit, quae tam remotis temporibus vix melius cognosci potuerint. Conf. Rennel. l. l. p. 455. Nec aliter iudicandum de comparatione quam inter Nili atque Istri cursum Herodotus instituit; quae quantum a vero abhorreat, nunc nemo fere nescit. Conf. Dahlmann. l. l. pag. 87. Quo gravius illud est, quod haec ipsa Herodoti verba alieno hoc loco legi, in quartum scilicet librum reiicienda, olim quis suspicatus

νῳ κόντῳ πέντε ἡμερέων ἰθεῖα ὁδὸς εὐζώνῳ ἀνδρί· ἡ δὲ Σινώπη τῷ Ἴστρῳ ἐκδιδόντι ἐς θάλασσαν ἀν-
4 τίον κέεται. οὕτω τὸν Νεῖλον δοκέω διὰ πάσης τῆς Λιβύης διεξιόντα ἐξισοῦσθαι τῷ Ἴστρῳ. Νείλου μέν νυν πέρι τοσαῦτα εἰρήσθω.

35 Aegyptiorum utriusque sexus, et sacerdotum apud eos, mores et victus et ritus.

Ἔρχομαι δὲ περὶ Αἰγύπτου μηκυνέων τὸν λόγον, ὅτι πλεῖστα θωυμάσια ἔχει ἢ ἄλλη πᾶσα χώρη, καὶ ἔργα λόγου μέζω παρέχεται πρὸς πᾶσαν

---

erat. Sed optime commonstravit Valcken. haec verba perquam necessaria hic esse. Namque Herodotus tractum cursumque Nili atque Istri comparat ab occidente versus orientem fluentium. Quemadmodum ille Libyam mediam dissecat, ita hicce Europam; ille fluit ab occidenti Libyae, hic ab occidenti Europae parte; ille Aegyptum petit inque mare se effundit, hic in Pontum Euxinum effluit. Terminus orientalis, ad quem usque Nilus ex occidenti fluens pervenit, Aegyptus est; cui opposita est (nam monstrandum erat, Aegypto obiectum respondere locum, quo Ister in mare exit) Cilicia montana, unde recta via pergendo quinque diebus perveniri potest Sinopem ad Pontum sitam et obiacentem Istro in idem mare se exoneranti. E quibus omnibus hanc Noster concludit summam: Nilum (per totam Africam, ut Ister per totam Europam) fluentem Istro similem esse beneque cum eo comparari posse. — Ad verba seqq. πέντε ἡμερέων — εὐζώνῳ ἀνδρί conf. I, 72 ibiq. nott.

ἀντίον κέεται] De dativo et genitivo, qui voculae ἀντίον adstruitur, monuit Wesseling., quem vid.

Cap. XXXV.

ἔρχομαι δὲ — μηκυνέων τὸν λόγον] Ad participium μηκυνέων conf. nott. ad I, 194 et add. Valckenar. ad Euripid. Phoeniss. 713. 1082. Ipsam locutionem μηκύνειν τὸν λόγον (*pluribus s. prolixius disserere*) illustrant ea, quae collegit Schaefer. ad Lambert. Bos. de ellips. pag. 255.

ὅτι πλεῖστα θωυμάσια ἔχει ἢ κ. τ. λ.] Olim πλέω, quod nunc e melioribus libris mutatum est in πλεῖστα. Neque enim repugnat sequens ἢ. Vid. Matth. Gr. Gr. pag. 461 coll. Hermann. ad Viger. pag. 718. Idem Matthiae l. l. §. 451 init. verba seqq.: καὶ ἔργα λόγου μέζω recte sic exponit: ἔργα μέζω ἢ λέγειν ἔστιν, ἔξεστιν: *grössere Merkwürdigkeiten, als sich sagen lässt.* Ad verba πρὸς πᾶσαν χώρην vid. ibid. §. 455, 3, et ad τὰ πολλὰ πάντα in seqq. conf. I, 203.

χώρην· τούτων εἵνεκα πλέω περὶ αὐτῆς εἰρήσεται.
2 Αἰγύπτιοι ἅμα τῷ οὐρανῷ τῷ κατὰ σφέας ἐόντι
ἑτεροίῳ, καὶ τῷ ποταμῷ φύσιν ἀλλοίην παρεχομένῳ ἢ οἱ ἄλλοι ποταμοὶ, τὰ πολλὰ πάντα ἔμπαλιν τοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώποισι ἐστήσαντο ἤθεά τε καὶ
3 νόμους. ἐν τοῖσι αἱ μὲν γυναῖκες ἀγοράζουσι καὶ καπηλεύουσι· οἱ δὲ ἄνδρες, κατ' οἴκους ἐόντες,

---

ἐστήσαντο ἤθεά τε καὶ νόμους] Pro ἤθεα Valcken. maluit ἔθεα (quod idem placuit Schaefero in Apparat. critic. ad Demosthen. tom. II pag. 169); qui cur ita maluerit, haud satis se intelligere scribit Schweighaeuserus, cui ἔθεα videntur magis esse *consuetudines singulorum*, ἤθεα *publici* magis *mores*. Ac laudat Herodot. IV, 95. 106. VIII, 144. Tu vid. quae de his vocibus disputavit Bekkerus meus in Specim. Philostrat. pag. 11 seq. Namque ἦθος *omnem morum indolem, habitum proprium quendam* indicat apteque inde etiam ad populi mores et civilia instituta transferri potest. — De morum Aegyptiorum et Graecorum discrepantia comici cuiusdam versiculos apud Athen. VII p. 299 seq. affert Schweighaeuserus.

ἐν τοῖσι αἱ μὲν γυναῖκες ἀγοράζουσι καὶ καπηλεύουσι] Ad ipsam rem Nymphodori locum afferunt interpretes in scholiis ad Sophocl. Oedip. Colon. 331 (327), ubi narratur, Sesostrin primum muliebria munia viris assignasse, quo scilicet eos effeminaret. Add. Pompon. Mel. I, 9, 6 ibiq. Tzschuck. t. V p. 294. Ad mulierum dignitatem apud Aegyptios ea quoque spectant, quae apud Diodorum leguntur I, 27. — ἀγοράζειν omnino est *in foro agere* et *versari*, ἐν ἀγορᾷ περιπατεῖν, διατρίβειν, ut apud Nymphodorum exstat. Hoc autem ipsum apud Graecos virorum, haudquaquam mulierum erat. Conf. III, 137. 139. IV, 78. 164. — καπηλεύειν ad id commercii genus pertinere, quod rebus vilioribus ad vitae usum maxime necessariis continetur, patet ex iis, quae ad I, 94 annotavimus.

οἱ δὲ ἄνδρες, κατ' οἴκους ἐόντες, ὑφαίνουσι] Satis celebratae veterum Aegyptiorum texturae, quibus permulti homines iique inferioris plerumque conditionis operabantur. Testatur vel sacra scriptura, quantam in texendo operam posuerint Aegyptii quantumque excelluerint; testantur ipsa anaglypha, Gallorum studiis nuper detecta, quae ut plurimum textores, textorias sellas, alia huc spectantia exhibent. Atque ipsius Herodoti locus II, 106 huc referri poterit. Quae si reputes, haud amplius mirabere, qui fa-

ὑφαίνουσι. ὑφαίνουσι δὲ οἱ μὲν ἄλλοι, ἄνω τὴν 4 κρόκην ὠθέοντες, Αἰγύπτιοι δὲ, κάτω. τὰ ἄχθεα οἱ μὲν ἄνδρες ἐπὶ τῶν κεφαλέων φορέουσι, αἱ δὲ γυναῖκες ἐπὶ τῶν ὤμων· οὐρέουσι, αἱ μὲν γυναῖ-5 κες, ὀρθαί· οἱ δὲ ἄνδρες, κατήμενοι. εὐμαρέῃ χρέωνται ἐν τοῖσι οἴκοισι, ἐσθίουσι δὲ ἔξω ἐν τῇσι 35

---

ctum sit, ut tale opus virorum potius fuerit quam mulierum. Plura Heeren. Ideen etc. II, 2 pag 368.

ὑφαίνουσι δὲ οἱ μὲν ἄλλοι, ἄνω τὴν κρόκην ὠθέοντες κ. τ. λ.] *ἄνω τὴν κρόκην ὠθεῖν* nihil aliud est quam *ἄνω ὑφαίνειν*, h. e. *sursum versus texere* s. *in altitudinem texere;* qui texendi modus omnibus gentibus fuit usitatus praeterquam Aegyptiis. „Aegyptii enim deorsum versus texebant, qui tramam in inferiorem partem trudebant. Apud caeteras enim gentes cum trama vel fila infra essent, in superioribus tenebatur vestimentum: et sic trama semper pectine ad superiorem partem ducebatur et trudebatur; atque id, sursum versus texere vel in altitudinem, vocabant. Contrario modo Aegyptii, ex superioribus, ubi erant fila, vel licia, ad inferiora procedebant, ubi vestimentum vel tela quae texebatur, inerat.“ *Salmasius ad Vopisci Aurelian.* pag. 564 tom. II. Iugo textorio Indico, quod omnium simplicissimum sit, Aegyptios usos fuisse, ex aliorum observationibus notat Beck. allgem. Weltgesch. I p. 765.

οἱ μὲν ἄνδρες ἐπὶ τῶν κεφαλέων φορέουσι] *ἐπὶ τῶν κεφαλέων* plane ut nos: *auf dem Kopfe.* Conf. Matthiae Gr. Gr. p. 1162. — Haec vero minus conveniunt cum anaglyphis, in quibus haud raro conspiciuntur homines onera in humeris gestantes. Conf. Costaz. Déscript. de l'Eg. antiqq. I mém. p. 69.

οὐρέουσι — κατήμενοι] *κατήμενοι* Schweigh. reddit: *residentes.* Larchero, qui olim verterat *assis*, postea placuit *accroupis* (i. e. *se deprimentes, demittentes*). Idem addit, apud Indos, qui ad Hudsoni sinum habitent, idem ab Anglo peregrinatore observatum fuisse.

εὐμαρέῃ χρέωνται] Pro *εὐμαρίῃ*, quod tenuit Wesselingius, nunc meliorum librorum consensu repositum est *εὐμαρέῃ*. Conf. IV, 113 ibiq. Valcken. et Koen. ad Gregor. Corinth. de dialect. Ion. §. 119. Indicat autem *εὐμαρέη*, quod honestius rei turpis est vocabulum, *alvei exonerationem* recteque exponitur a Suida: *ἀπόπατος*. Add. Eustath. ad Homer. Il. ξ' p. 970, 13 s. p. 980 ed. Rom. Ac Graecos quidem ad istiusmodi necessitates explendas aedibus exire solitos

ὁδοῖσι· ἐπιλέγοντες, ὡς τὰ μὲν αἰσχρὰ, ἀναγκαῖα
δὲ, ἐν ἀποκρύφῳ ἐστὶ ποιέειν χρεών· τὰ δὲ μὴ αἰ- 120
6 σχρὰ, ἀναφανδόν. ἱρᾶται γυνὴ μὲν οὐδεμία οὔτε
ἔρσενος θεοῦ, οὔτε θηλέης· ἄνδρες δὲ, πάντων τε 90
καὶ πασέων. τρέφειν τοὺς τοκέας τοῖσι μὲν παισὶ
οὐδεμία ἀνάγκη, μὴ βουλομένοισι· τῇσι δὲ θυγα-
36 τράσι πᾶσα ἀνάγκη, καὶ μὴ βουλομένῃσι. Οἱ ἱρέες
θεῶν τῇ μὲν ἄλλῃ κομέουσι· ἐν Αἰγύπτῳ δὲ, ξυ-

---

esse ostendit Casaubonus ad Theophrast. Charact. 14 coll. Aristophan. eccles. 316 seqq.

ἱρᾶται γυνὴ μὲν οὐδεμία κ. τ. λ.] οὐδεμία et hoc loco et sequenti scripsi cum Gaisf. pro οὐδεμίη. — Verbum medium ἱρᾶσθαι de iis dici, *qui sacerdotio funguntur*, optime monuit Ruhnken. ad Timaei Lex. Platon. pag. 147. Add. Pausan. II, 32 init., ubi plura collegit Siebelis. de formis ἱερᾶσθαι et ἱεροῦσθαι, et conf. eundem ad Pausan. VII, 22 §. 5. In ipsum loci argumentum inquisivit Creuzerus in Symbol. I p. 250 seqq. Herodoto enim, qui mulieres sacerdotes Aegyptiorum fuisse negat, et alii obloquuntur veteres, qui mulieres sacerdotes diserte commemorant, et ipsa Rosettana inscriptio atque anaglypha, quae feminas sacerdotes hic illic repraesentare videntur. Equidem, ut alia mittam a viris doctis, quos Creuzer. citat l. l., disputata, animum vix inducere possum, ut falsa Herodotum conscripsisse putem, qui ipsa sacra sacerdotumque collegia, ad quae nullae utique mulieres admitterentur, intellexisse et prisca Pharaonum tempora et quae proxima secuta sunt, respexisse mihi videtur. Nam postera aetate Ptolemaeorum potissimum temporibus in his novatum fuisse quis neget? Ac vel ipsa Pharaonum aetate sacras quasdam in templis fuisse mulieres (ἱεροδούλους vulgo vocant), haud quidem abhorret a vero, cum aliis quoque locis idem obtinuisse videamus. Cf. nott. ad I, 154 et vid. infra II, 54. Ad huiusmodi autem mulieres equidem ea retulerim quaecunque in anaglyphis huc spectantia reperiuntur. Conf. quae dixi in Annall. Heidelbergg. 1823 nr. 33 pag. 520 seq. et add. Toelken. in Minutoli Reise z. Tempel des Juppiter Ammon pag. 150.

Cap. XXXVI.

τῇ μὲν ἄλλῃ — ξυρεῦνται] Verbis τῇ ἄλλῃ et τοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώποισι Graecos potissimum respici, dubium vix esse poterit. Iam quae hoc loco referuntur, iis non tam diversam sacerdotum consuetudinem Herodotum declarare voluisse Larcherus existimat, sed quo gen-

ρεῦνται. τοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώποισι νόμος ἅμα κήδεϊ κεκάρθαι τὰς κεφαλὰς τοὺς μάλιστα ἱκνέεται· Αἰ-

---

tis universae consuetudinem a reliquis differre monstraret; a qua populi consuetudine ne sacerdotes quidem abesse, in hisce aeque alienos a reliquarum gentium sacerdotibus. Mihi hunc locum perlegenti in mentem veniebant similia Iudaeorum instituta, ex Aegypto opinor repetenda, in Levitic. XXI, 1. 5. 6, ubi plura disputat Spencer. de ritt. Hebraeorum II, 28 sect. 2. 3 pag. 585 seqq. De Aegyptiorum more disputat Creuz. in Commentt. Herodd. pag. 363, ubi de corporibus Aegyptiorum medicatis, in quibus capillum residuum arguunt mumiarum vetustissimarum crania e criptis Thebaicis eruta. „Lege mihi (sunt verba Creuzeri l. l. p. 364), quae posuit Iomardus (Déscript. de l'Eg. antiqq. II p. 344). Qui quidem in mumiis non solum capilli reliquias reperit, sed cincinnatum plane capillum ipsum apteque compositum. Ac suffragatur eius observationibus ipsius civis ac sodalis Rouyerius (ibid. Xème livrais. p. 208 notic. sur les embaumemens). Ille vero eam rem dicit etiam confirmari aliquot Aegyptiorum figuris, quas anaglypha opera Thebaica picturaeque exhibeant. Unde idem vir doctus coniicit: quae Herodotus (II, 36) tradat de abrasis capitibus hominum Aegyptiorum, ea non usquequaque neque in omnibus locum habuisse. Barbae ut plurimum nulla comparere vestigia; etiam reliquas corporis partes sine pilis esse, qui quidem medicamentis adhibitis absumti videantur. Hoc ipso multa expediri possunt, quae de barba mumiarum disputarunt viri docti.“ Idem Creuzerus l. laud. p. 363 not. 372 nostrum locum laudans, haec adscripsit: „Quem locum non neglexit de Schmidt de sacerdotibus Aegyptt. Etiam attigit Becker. in Augusteo I p. 7. Ac plane tonsi videntur sacerdotes exhibiti esse in anaglyphis Thebaicis; vid. Op. Déscript. de l'Eg. antiqq. vol. II pag. 47 seq. Conf. Olympiodor. ad Platon. Alcib. p. 18.“

τοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώποισι νόμος κ. τ. λ.] Graecis hunc morem fuisse, auctor est Plutarch. Opp. (II) pag. 367, B.

τοὺς μάλιστα ἱκνέεται] Ad haec, monente Valckenar., ex antecedentibus subintelligendum κῆδος, ut ii intelligantur, *ad quos potissimum venit luctus*, i. e. qui proximi sunt genere. Quod vero idem scribi vult: ἐς τοὺς μάλιστα ἱκνέεται, ut in aliis ab ipso allatis locutionibus, eo minime opus, ut recte monet Schweigh. laudans Herod. IX, 26. —ὑπὸ τοὺς θανάτους i. e. *quando s. quo tempore quis* (cognatorum s. suorum) *est mortuus*, ut I, 51, ubi vid.

γύπτιοι δὲ ὑπὸ τοὺς θανάτους ἀνιεῖσι τὰς τρίχας
αὔξεσθαι, τάς τε ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ τῷ γενείῳ, τέως
3 ἐξυρημένοι. τοῖσι μὲν ἄλλοισι ἀνθρώποισι χωρὶς
θηρίων δίαιτα ἀποκέκριται· Αἰγυπτίοισι δὲ ὁμοῦ
4 θηρίοισι ἡ δίαιτά ἐστι. ἀπὸ πυρέων καὶ κριθέων 1
ὤλλοι ζώουσι· Αἰγυπτίων δὲ τῷ ποιευμένῳ ἀπὸ
τούτων τὴν ζόην, ὄνειδος μέγιστόν ἐστι· ἀλλὰ ἀπὸ
ὀλυρέων ποιεῦνται σιτία, τὰς ζειὰς μετεξέτεροι κα-

Αἰγυπτίοισι δὲ ὁμοῦ θηρίοισι ἡ δίαιτά ἐστι] δίαιτα omnino *vitae* est *ratio*, *vivendi modus* ac *locus*, ut I, 35. 157. II, 68, quos locos affert Schweigh. Atque eandem prorsus vivendi rationem hominum cum bestiis domesticis hodieque advertit in Aegypto Minutoli (Reise nach dem Tempel etc.) p. 243. *Cr.* ad h. l. adscripsit haec: „Cf. Zoëga de obeliscc. p. 283 seq. et add. Déscript. de l'Eg. vol. II p. 331, ubi animalia veterum Aegyptiorum domestica memorantur; in quibus tamen non fuerunt et elephas et camelus.“ Quod utrumque animal in anaglyphis ac monumentis Aegyptiacis cum vulgo deesse putaretur, a se inventum esse notat Minutoli l. laud. pag. 298. Valuit autem hoc vitae quasi consortium animalium atque hominum ad consecranda et medicanda animalium corpora, quo spectat Zoëgae l. l. Tu vid. nott. ad II, 67.

ἀπὸ ὀλυρέων ποιεῦνται σιτία, τὰς ζειὰς μετεξέτεροι καλέουσι] ζειὰς recepimus cum recentt. pro vulg. ζεάς. Atque Buttmannus, monente *Cr.*, in Lexilog. pag. 198 contendit, ὄλυρα antiquissimam *hordei* appellationem esse indeque simile frumenti genus designare. Cui non usquequaque hic suffragatur locus. Nam ab *hordeo* diversum esse, ex antecedentibus satis perspicitur; ad commune τῆς ζεᾶς genus pertinuisse videtur ὄλυρα tanquam species. Quod enim distinguunt et *triticum Spelta* (Dinkel) et *Zea* (Spelz), utrumque etiam equorum pabulum (Homer. Il. V, 196) et communi *Zeas* appellatione indicatum, illud si accuratius loquaris, ὄλυρα, hoc ζεά appellari debet. Vid. Sprengel. hist. botan. I pag. 36 coll. pag. 60. In Homerico loco Odyss. IV, 42 Nitzsch. p. 236 ζειάς interpretatur *farra* (Dinkel) secundum Virgil. Georg. I, 73, ubi vid. I. H. Voss.; aliis tamen locis (Il. V, 196. VIII, 564) idem frumenti genus ὄλυραν dici monet. Ac Link. (Urwelt etc. p. 212) nomina Graeca ζειά atque ὄλυρα nihil nisi *Spelz* significare vult, cum variis temporibus modo hoc modo illud nomen in usu fuerit. Ad Herodotum ut revertar, infra

5 λέουσι. φυρῶσι τὸ μὲν σταῖς τοῖσι ποσί· τὸν δὲ
πηλὸν τῇσι χερσὶ, καὶ τὴν κόπρον ἀναιρέονται. τὰ
αἰδοῖα ὧλλοι μὲν ἐῶσι ὡς ἐγένοντο, πλὴν ὅσοι ἀπὸ
6 τούτων ἔμαθον· Αἰγύπτιοι δὲ περιτάμνονται. εἵμα-
τα, τῶν μὲν ἀνδρῶν ἕκαστος ἔχει δύο· τῶν δὲ γυ-
7 ναικῶν ἓν ἑκάστη. τῶν ἱστίων τοὺς κρίκους καὶ
κάλους, οἱ μὲν ἄλλοι ἔξωθεν προσδέουσι· Αἰγύπτιοι
8 δὲ, ἔσωθεν. γράμματα γράφουσι καὶ λογίζονται ψή-

II, 77 memorantur panes ex *olyra* confecti, quos vulgo cyllestis Aegyptii appellant. Nostro loco Italus interpres copiosa disputatione ὄλυραν contendit esse *hordeum distichum;* Gallo interpreti Miot. videtur esse *Sorgho* s. *Holcus sorghum* Linn., quo hodieque maxime utantur Aegyptii, vocantes *Dourah belady*, id est: *Dourah indigenam*, quo distinguatur a *Dourah châmy* i. e. a *Dourah externo.*

φυρῶσι τὸ μὲν σταῖς τοῖσι ποσί κ. τ. λ.] Confirmat Strabo XVII p. 1179, C s. pag. 823, quod Herodotus retulit: proprium enim esse Aegyptiis: *τὸ μὲν πηλὸν ταῖς χερσὶ φυρᾶν, τὸ δὲ στέαρ τὸ εἰς τὴν ἀρτοποιΐαν τοῖς ποσί.* Quibus addit Wesseling. Anonym. in Pythag. reliqq. pag. 714 ed. Gal. Monet autem Cr. hodieque sic fieri in Aegypto, testibus Gallis doctis in Déscript. de l'Egypt. vol. II pag. 386; idem laudans Hamacker. in Lectt. Philostratt. pag. 5 seqq., qui tamen, si πηλὸν intelligi vult *vinum*, a loci sententia aberrasse putandus est. Confer de hac voce nott. ad II, 85.

Αἰγύπτιοι δὲ περιτάμνονται] Confirmat idem Strabo XVII pag. 1180, A s. p. 824. Plura de circumcisione invenies nott. ad II, 37. 104. Cr. h. l. amandat ad Vonck. specim. crit. pag. 55 (in Append. cap. 1) et Huetium ad Origen. vol. I p. 16 ed. Ruaei.

εἵματα, τῶν μὲν ἀνδρῶν κ. τ. λ.] Conf. II, 81. Comprobantur haec Nymphodori testimonio ap. Schol. ad Sophocl. Oedip. Colon. 331, ubi Sesostris morem introduxisse narratur.

γράμματα γράφουσι κ. τ. λ.] „Dici non potest, quas turbas dederit locus Herodoteus, quas idem molestias exhibuerit viris doctis, qui inde a renatis literis in hanc rem inquisiverunt. Nam primum hoc testimonio usi sunt ii, qui Hebraeorum sermonem scriptionemque cognatum fuisse contenderunt cum Aegyptiorum sermone ac scriptione, quibus alii obloquuntur, qui diversum fuisse volunt. Deinde alii duplicem scripturam Aegyptiacam veterem agnoscunt, commoti ipsâ auctoritate patris historiae, ut qui vigentibus li-

φοισι, Ἕλληνες μὲν, ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν ἐπὶ τὰ

---

teris Aegyptum adierit: alii triplicem, quoniam triplicem agnoscant Clemens Alexandr. Stromat. V cp. 4 pag. 657. Pott. et Porphyrius de vit. Pythag. §. 12 p. 15 Kust." Creuzer. in Commentt. Herodd. p. 371, qui in nota subiect. nr. 386 plures laudat viros doctos, qui de his tractarunt.

λογίζονται ψήφοισι] i. e. „*calculis computant* Graeci a sinistra parte ad dextram promoventes manum." Coraës (cuius locum adscripsit Cr.) ad Heliodor. pag. 315 ψήφους et h. l. et Diodor. Sicul. XII, 13 explicat *Chiffres*, οὐχ ἑτέρας παρὰ τὰ γράμματα, ἀλλ' αὐτὰ ταῦτα τὰ γράμματα καὶ στοιχεῖα τῶν λέξεων, εἰς ἀριθμῶν σημεῖα μεταλαμβανόμενα. — Scripsimus autem cum recentt. ἐπὶ δεξιὰ pro ἐπὶ τὰ δεξιὰ, probante Creuzero, qui (in Commentt. Herodd. p. 370) Platonis loco in Conviv. p. 177 s. p. 379 Bekk. hanc lectionem confirmari monet.

Ἕλληνες μὲν, ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν κ. τ. λ.] „Quod scribendi rationem attinet, hoc nomine patri historiae litem intenderunt nonnulli. Quorum tamen conatus retundunt inscriptio Rosettana eiusque docti interpretes, e quibus Sacyi (lettre au cit. Chaptal, minist. de l'intérieur, par Silvest. de Sacy à Paris 1802 pag. 37. 38) verba apponam: „J'ai déjà dit, que la marche de l'écriture Egyptienne de notre inscription est conformée à celle de l'hebreu, c'est à dire, qu'elle procède de droite à gauche. C'est ce qu'a dit Herodote." „„Les Grecs, dit-il, écrivent en portant la main de gauche à droite et les Egyptiens au contraire, en la portant de droite à gauche."" Subiicit Sacyus Graeca Herodoti verba; tum ita pergit: „Notre inscription prouve donc évidemment, que D. Wilkins dans sa dissertation de linguâ Copticâ, imprimée à la suite de l'Oraison dominicale de J. Chamberlayne, a eu tort p. 85 de reléguer cette assertion du père de l'histoire au nombre des fables, que Diodore de Sicile reproche à Herodote d'avoir trop légèrement adoptées. Et il est bon d'observer que cette remarque d'Herodote s'applique également aux deux genres d'écriture des Egyptiens; car c'est presque immédiatement après le passage, que je viens de citer, qu'il ajoute: Διφασίοισι — καλέεται." Atque cum Sacyo plane faciunt eius cives, qui postea in Thebaide grandia illa monumenta explorarunt. Cuius examinis summa eo redit, ut et hieroglyphicas literas a dextra ad sinistram scriptas esse contendant, idque cum in templorum parietinis inscriptionibus, tum nec minus in voluminibus papyraceis, quae vel hieroglyphicam scripturam habent vel currentem, i. e. literis, quas cursivas dicunt, pictam. „Vid. Déscript. de l'Eg. vol. II p. 268 seq. 273.

δεξιὰ φέροντες τὴν χεῖρα· Αἰγύπτιοι δὲ, ἀπὸ τῶν δεξιῶν ἐπὶ τὰ ἀριστερά· καὶ ποιεῦντες ταῦτα, αὐτοὶ μέν φασι ἐπὶ δεξιὰ ποιέειν, Ἕλληνας 9δὲ ἐπ' ἀριστερά. διφασίοισι δὲ γράμμασι χρέων-

---

869." Creuzer. Commentt. Herodd. p. 372 sq., ubi alia adiiciuntur, quae ad Aegyptiacam veterem linguam atque Hebraicam ex una stirpe progenitas et quasi sororias, ut nonnulli contendunt, spectant, aliis nimirum refragantibus, qui plane diversas iudicant.

διφασίοισι δὲ γράμμασι χρέωνται κ. τ. λ.] „Herodotus *duas* tantummodo agnoscit scripturas Aegyptiorum, *hieroglyphicam* ac *popularem*. Ac licet Diodorus Siculus (I, 81 coll. III, 4 et Palin. fragmm. sur l'étud. des hieroglyph. part I pag. 12) hac in re plane cum Nostro faciat: tamen Clementis Porphyriique diversam rationem supra memoravimus, si modo diversa est. Iam quaeritur, utrum Herodoti Diodorique narratio conciliari queat cum ceterorum quos diximus auctoritate, an secus. Zoëga quidem, ut hinc ordiar, qui in eam caussam studiose inquirere instituit (de obeliscc. p. 424 — 440. 649), Clementis ac Porphyrii rationem argumentis operose congestis tanquam unice veram firmare est conatus. Ponit autem ille Alexandrinus *haec tria genera: τὰ ἐπιστολογραφικὰ, τὰ ἱερογλυφικὰ, τὰ συμβολικά.* Contra conciliari haec inter se posse iudicat Sacyus, qui ita scribit (lettre à Msr. Chaptal etc. p. 39): „Si le rapport de cet écrivain (Clementis) semble contraire à celui d'Herodote et de Diodore de Sicile, qui ne parlent, que de deux sortes d'écriture, il est cependant assez facile de concilier ces divers temoignages. Il n'est pas nécessaire pour cela de supposer avec D. Wilkins, que sous le nom d'écriture *épistolographique* Clément d'Alexandrie a entendu parler du charactère Grec, ce qui ne me paroît nullement vraisemblable; il vaut mieux expliquer Herodote et Diodore de Sicile par le passage de ce Père et dire que ces écrivains ont compris, sous le nom d'écriture vulgaire, par opposition aux *charactères sacrés* ou *hieratique* et *épistolographique*." Vidimus eandem Wesselingii sententiam esse. Nec minus patrocinatur Herodoto Diodoroque Iomardus, qui ex Thebaicis monumentis copiosam his de rebus disputandi materiam erat nactus. Sed idem tamen aliam illius diversitatis rationem sibi informavit. Eius ego viri argumentorum summam hoc loco subiiciendam duco, quo Herodoti lectoribus consulam. Videlicet oblocutus Zoëgae Iomardus (Déscript. de l'Eg. antiqq. vol. II pag. 370) *duo* tantum scripturae genera apud veteres

ται· καὶ τὰ μὲν αὐτῶν, ἱρά· τὰ δὲ, δημοτικὰ καλέεται.

Aegyptios agnoscit, *hieroglyphicum* et *vulgare;* quod alii addunt *hieraticum* genus, et ipsum, characteres si spectaveris, hieroglyphicum fuisse. Constare autem hieroglyphicam scriptionem ex permultis characteribus, abs rerum imitatione ductis: vulgarem ex multo paucioribus (sexaginta fere numero); atque hanc ad alphabeticae scripturae similitudinem accedere. Sensu seu significatu tantummodo inter se discrepasse *hieroglyphicam* scriptionem atque *hieraticam*. Idem vir doctus (p. 371 ibid.) ita pergit, postquam Appuleii locum (Metamorph. XI, 255 pag. 801 Oudendorp.) exhibuerat, eumque scriptorem utramque scripturam novisse dixerat: „Il semble qu'un tel rapprochement doive lever toutes les doutes sur la question actuelle, et auctorise à conclure, que les lettres *hiératiques*, *hieroglyphiques* ou *symboliques* de Clément et de Porphyre ne sont autre chose que les lettres *sacrées* de Diodore et d'Herodote et des autres auteurs, autrement les *hieroglyphes des temples*, et que les *épistolographiques* de deux premiers auteurs sont les mêmes que les lettres *populaires* ou *vulgaires* de seconds, et les mêmes aussi que celle de la *pierre de Rosette* et des *papyrus*. Qu'on se garde toute-fois d'en conclure que ces deux classes de lettres sont de formes entièrement différentes et n'ont aucun rapport entre elle." Idem (pag. 372 in notâ) hoc addit: sibi admodum levia videri argumenta eorum, qui inscriptionis Rosettanae characteres dicant singulares atque hieraticos esse. In omnibus autem Aegyptiorum monumentis non nisi duas illas characterum scripturas conspici, alteram *hieroglyphicam*, *cursivam* (lettres courantes) alteram. Idem pag. 359 hinc ita pronuntiat: „Il est donc grandement probable, que la connoissance du langage alphabétique vulgaire conduira quelque jour à l'interprétation partielle, si non totale de langue hieroglyphique." Creuz. (in Commentt. Herodd. pag. 375—378) addens insignem Plotini locum Ennead. V, 6 pag. 547. Idem nunc praeterea conferri vult: „Ammian. Marcell. XVII, 4 §. 8 cum Lindenbrogii not. p. 264 seq. ed. Wagner. et Bellay hieroglyphicc. origg. Cantabrig. 1816 (Classic. Journ. XVI pag. 318 seqq." — Nam plerique viri docti nunc satis probatum habent, sacros Herodoti et Diodori characteres hieroglyphas quoque complecti notas hieraticamque quam dicunt scripturam, popularem scripturam vero haud differre ab epistolographica. Vid. Übersicht der Versuche z. Entzifferung d. Hieroglyph. nach Brown von M. Fritsch p. 8. 11.

37 Θεοσεβέες δὲ περισσῶς ἐόντες μάλιστα πάντων
2 ἀνθρώπων, νόμοισι τοιοίσιδε χρέωνται. Ἐκ χαλκέων ποτηρίων πίνουσι, διασμέοντες ἀνὰ πᾶσαν
3 ἡμέρην· οὐκ ὁ μὲν, ὁ δ' οὔ, ἀλλὰ πάντες. εἵματα δὲ λίνεα φορέουσι, αἰεὶ νεόπλυτα· ἐπιτηδεύοντες τοῦτο μάλιστα. τά τε αἰδοῖα περιτάμνονται καθα-

---

Cap. XXXVII.

ἐκ χαλκέων ποτηρίων πίνουσι] De poculis aeneis Aegyptiorum iam ante Herodotum retulerat Hellanicus, teste Athen. XI, 6 p. 470, D. — Ad *διασμέοντες* (pro *διασμῶντες*, *detergentes*, *eluentes* eoque *purgantes*) conf. Matthiae Gr. Graec. pag. 489. — Paulo post cum recentt. scripsi *οὐκ ὁ μὲν* pro *οὐχ ὁ μέν*.

τά τε αἰδοῖα περιτάμνονται καθαριότητος εἵνεκεν] Quae Wesselingius ex aliorum virorum doctorum observationibus hic adnotavit, eo fere redeunt, ut Nostri verba ad sacerdotes referri debeant neque ad omnes Aegyptios; quippe quibus, nisi mysteriis initiari et ad sacras admitti scientias voluissent, circumcisio minime necessaria fuerit. Quam circumcisionis causam Herodotus affert, eam ipsam prodit Philo, Iudaeus homo, de circumcis. pag. 810, C hoc quoque addens, non aliam ob causam corpus quoque sacerdotes accuratissime radere. Quae confirmari dicuntur iis, quae Niebuhrius in his ipsis orientis regionibus audivit, quaeque alii aliis in terris, Australiae opinor in insulis, observarunt. Vid. Larcher. not. ad h. l., qui idem sacerdotum circumcisionem ad praecipuam valetudinis curam, munditie potissimum servandae tam calido sub coelo, revocat. Est quidem ea res hodieque valde disceptata inter viros doctos, qui certatim in moris originem atque causas inquisiverunt. De origine moris opportunius instituetur disputatio ad II, 104. De causis hic nonnulla adiiciemus, quae ad Herodoti sententiam pertinent, quâ munditiei causa sacerdotes circumcidi statuit. Nam Iudaeos satis constat, eundem morem recepisse, ex Aegypto, ut quibusdam videtur. Conf. Spencer. de ritt. Hebrr. I, 5 sect. IV p. 55 seq. s. 58, ubi variae atque diversae virorum doctorum de instituti huius origine atque consilio uno sub conspectu ponuntur. Post quem alii idem argumentum tractarunt, praecipua tamen curâ persecutus est Meiners. in Commentt. societ. reg. Gotting. vol. XIV pag. 207 seqq. inprimis p. 211 seq., ubi varias recenset tum antiquiorum tum recentiorum de instituti istius vera causa atque ratione. Atque Herodotea causa, in quâ refellendâ plurimum vir

ριότητος εἵνεκε· προτιμῶντες καθαροὶ εἶναι ἢ εὐ-
4 πρεπέστεροι. Οἱ δὲ ἱρέες ξυρεῦνται πᾶν τὸ σῶμα 121
διὰ τρίτης ἡμέρης, ἵνα μήτε φθεὶρ, μήτε ἄλλο μυ-
σαρὸν μηδὲν ἐγγίνηταί σφι θεραπεύουσι τοὺς θεούς.
5 ἐσθῆτα δὲ φορέουσι οἱ ἱρέες λινέην μούνην, καὶ

---

doctus insumsit operae, reprobatà, ipse eam coniecturam profert, qua id praecipue gentes in circumcisione spectasse autumat, ut corporis mutilatione ac sanguine effuso irata aut invida numina placarentur. Quod ut omnino non absonum est a rudium gentium indole neque revera non invenitur tum apud antiquas, tum vero etiam apud ipsas recentiores Australiae nationes; ita tamen vix unicam moris causam fuisse credo. Accedere utique potuit salubritatis cura ut Philo contendit; quamquam institutum, in quibusdam utile et corporis munditiei inserviens, non usquequaque hoc et in omnibus praestare videtur. Quare ad sacras res relatum vult Hoffmann. (Encyclop. v. Ersch u. Gruber vol. IX p. 265 seqq.), ut sanctitatis animi atque morum, quam affectant sacerdotes, hoc quoque signum esset exterius, quò membrum virile, ob vim procreatricem iam ipsum per se in orientalium religionibus consecratum, purum ac mundum servarent. Sed praestat ad ipsa viri docti disputata ablegare lectores, p. 269 l. l. Add. Beck. Weltgeschichte I p. 243. De Wette. Bibl. Archaeolog. §. 150 pag. 187 not.

προτιμῶντες] Unus liber *προτιμέωντες*. Ad structuram vid. Matth. Gr. Gr. §. 456.

οἱ δὲ ἱρέες ξυρεῦνται κ. τ. λ.] Conf. ad II, 36 nott. et quae Iudaeorum sacerdotibus praescribuntur Num. VIII, 7. XIX, 7 seq. Ex Aegypto enim haec et alia eiusmodi, quae in purgationibus fieri solent, Iudaeos accepisse monet Spencer. de ritt. Hebrr. III, 5 sect. 1 pag. m. 800 seq. — *διὰ τρίτης ἡμέρης* est *tertio quoque die*. Conf. Matth. Gr. Gr. pag. 1150.

ἐσθῆτα δὲ φορέουσι οἱ ἱρέες λινέην μούνην] Supra, initio capitis de Aegyptiis omnibus: *εἵματα δὲ λίνεα φορέουσι αἰεὶ νεόπλυτα*; ubi tamen tenendum, *lineas* vestes videri dictas esse non modo quae ex *lino*, sed etiam quae ex *gossypio* s. *bysso* erant confectae. Vid. Heeren. Ideen I, 1 p. 107. II, 2 p. 133 seqq. De sacerdotibus Aegyptiis testatur Plinius H. N. XIX, 1 sect. 2. 3 haec scribens: „vestes ex gossypio sacerdotibus Aegypti gratissimae.“ Idem alii affirmant, quos, monente Cr., laudat Wyttenbach. ad Plutarch. Moral. II, 1 (3) pag. 171. Est enim primarius hanc in rem Plutarchi locus de Isid. atque Osirid. pag. 352, quocum conf. Herodot. II, 81 ibique nott. Ab Aegyptiis transiit iste mos tum

ὑποδήματα βύβλινα· ἄλλην δέ σφι ἐσθῆτα οὐκ ἔξ-
6 εστι λαβεῖν, οὐδὲ ὑποδήματα ἄλλα. λοῦνται δὲ δὶς
τῆς ἡμέρης ἑκάστης ψυχρῷ, καὶ δὶς ἑκάστης νυκτός.
7 ἄλλας τε θρησκίας ἐπιτελέουσι μυρίας, ὡς εἰπεῖν
8 λόγῳ. πάσχουσι δὲ καὶ ἀγαθὰ οὐκ ὀλίγα. οὔτε τι
γάρ τῶν οἰκηΐων τρίβουσι, οὔτε δαπανέωνται· ἀλ-
λὰ καὶ σιτία σφί ἐστι ἱρὰ πεσσόμενα, καὶ κρεῶν
βοέων καὶ χηνέων πλῆθός τι ἑκάστῳ γίνεται πολ-

---

ad alios, tum ad Iudaeorum sacerdotes, de quibus monet Spencer. l. l. III, 5. p. m. 682 seqq. In templorum Aegyptiorum anaglyphis non aliter fere repraesentatos videmus sacerdotes, longis nimirum vestibus ad pedes usque pertinentibus indutos et raso capite, nisi ubi pilei quodam genere ornatus causa tecti videntur.

λοῦνται δὲ δὶς τῆς ἡμέρης νυκτός] Idem retulit Porphyrius ex Chaeremone, de abstin. an. IV, 7, plura de sacerdotum officiis disputans, nisi quod *ter* hoc interdiu fieri scripsit. De sacerdotum abluitionibus idem auctor est Plutarchus de Isid. atque Osirid. pag. 381, D, ubi narrat, aquam eo adhiberi puram, unde Ibis avis biberit. Unde lotiones solemnes in Iudaeorum sacris, de quibus Spencer. l. l. III, 3 sect. 2 pag. 788 seqq. Idem, monente *Cr.*, hodieque facere Aegyptios testantur Galli docti in Descript. de l'Eg. II pag. 386.

ἄλλας τε θρησκίας ἐπιτελέουσι μυρίας] Ita dedimus Schweigh. secuti. Vulgo: *μυρίας ἐπιτελέουσι* inverso ordine. De argumento conf. Porphyrii locum laud. Verbum *ἐπιτελεῖν* in rebus sacris peragendis usitatum illustravimus ad Ctesiae fragmm. pag. 436.

οὔτε τι γὰρ τῶν οἰκηΐων τρίβουσι κ. τ. λ.] Haec diiudicanda sunt ex universa Aegyptiorum sacerdotum conditione atque instituto. Cuique enim templo ampli adiecti erant fundi, ex quorum reditu commune templi constitit aerarium, cui ipsi unus e sacerdotibus praefuit, ὁ γραμματιστὴς τῶν ἱρῶν χρημάτων, ut supra II, 28 vocatur. Ex hoc aerario omnium sacerdotum, qui ad templum hocce pertinebant, sumtus erogabantur, ipsaeque sacerdotum familiae quotidianum inde accipiebant victum, ut nihil e privatis opibus esset insumendum. Ac praeterea singulis sacerdotibus privatae quoque opes fuisse videntur et peculia. Tu vid. Heeren. Ideen etc. II, 2 pag. 132 coll. Diodor. Sic. I, 73. Unde satis apparet, quae sint *ἱρὰ χρήματα* II, 28 et quae h. l. dicantur *σιτία ἱρὰ πεσσόμενα* i. e. cibi cocti, qui e templorum aerario reditibusque erogantur sacerdotibus eorumque familiis.

λόν, ἡμέρης ἑκάστης· δίδοται δέ σφι καὶ οἶνος
9 ἀμπέλινος. ἰχθύων δὲ οὔ σφι ἔξεστι πάσασθαι.
κυάμους δὲ οὔτε τι μάλα σπείρουσι Αἰγύπτιοι ἐν
τῇ χώρῃ, τούς τε γενομένους οὔτε τρώγουσι, οὔτε
10 ἕψοντες πατέονται. οἱ δὲ δὴ ἱρέες οὐδὲ ὁρέοντες

δίδοται δέ σφι καὶ οἶνος ἀμπέλινος] Qui Aegyptios narravit (II, 77) vino uti ex hordeo parato, cum nullae sint per Aegyptum vites, idem tamen vini usum Aegyptiis haud plane denegare voluit II, 60. Et utroque loco addidit *ἀμπέλινον*, ne scil. vinum intelligatur *ἐκ κριθέων* paratum s. cerevisia. Facit huc quam maxime Plutarchi locus de Isid. et Osirid. cap. 6 pag. 353, A, unde discimus, modice tantum nec quovis tempore vinum sumsisse Aegyptios sacerdotes itemque reges certam quandam vini mensuram praescriptam accepisse inde ex Psammitichi aetate, cum antea illis vinum prorsus esset negatum. Plura ad hunc Plutarchi locum, monente Cr., adscripsit Wyttenbach. in Animadvss. II, 1 (3) pag. 173. Tu conf. etiam Chaeremon. apud Porphyr. de abstin. animall. IV, 6. De vitium cultura, quae post Psammitichum et Ptolemaeorum aetate inprimis per Aegyptum invaluisse videtur, vid. nott. ad II, 77.

ἰχθύων δὲ οὔ σφι ἔξεστι πάσασθαι] Idem testatur Plutarchus de Isid. et Osirid. p. 353, D (ubi, monente Cr., reliquorum scriptorum locos hac de re contulit Wytteab. t. III. p. 174) coll. Symposs. Quaest. VIII, 8 p. 729, A. B. Quod vero piscis, ut refert Clemens Alexandrinus Strom. V §. 7 pag. 770 Pott. Aegyptiis olim fuerit odii symbolum, id eo opinor spectat, quod Osiridis a Typhone caesi et in Nilum coniecti corpus pisces dilacerasse ferebantur. Vid. Creuzer. Symbol. I p. 262 coll. II pag. 70 not. Satis constat, apud Syrios quoque pisces sacros fuisse habitos, nec sacerdotibus licitum fuisse illos edere aut attingere. Ab Aegyptiis autem Pythagorei piscium odium didicisse feruntur. Cf. Plutarch. Symposs. Quaest. l. l.

οὔτε τρώγουσι, οὔτε ἕψοντες πατέονται] Ne reponatur *φρύγουσι* pro *τρώγουσι*, monet Wesselingius, cum *τρώγειν* sit *crudas edere* fabas, quemadmodum *τρωκτὰ* et *τρώξιμα* i. q. *ὠμὰ ἐσθιόμενα* I, 71. II, 92. IV, 177. Pro *πατέονται* quidam libri *δατέονται*. Sed retinui rarius verbum, praesertim cum mox inveniatur *πάσασθαι*. Conf. Buttmann. Gr. Gr. mai. II p. 206, Herodot. II, 47. 66. IV, 186. — *ὄσπριον* h. l. est *legumen* (Hülsenfrucht). Ad loci huius argumentum laudant Sext. Empiric. Hypoth. III, 24 p. 184. Ac satis notum est, ab Aegyptiis vulgo perhiberi Pythagoram assumsisse odium istud in fabas,

ἀνέχονται, νομίζοντες οὐ καθαρόν μιν εἶναι ὄσπριον.
11 ἱρᾶται δὲ οὐκ εἷς ἑκάστου τῶν θεῶν, ἀλλὰ πολλοί,
τῶν εἷς ἐστι ἀρχιέρεως· ἐπεὰν δέ τις ἀποθάνῃ, τού-
38 του ὁ παῖς ἀντικατίσταται. Τοὺς δὲ βοῦς τοὺς
ἔρσενας τοῦ Ἐπάφου εἶναι νομίζουσι, καὶ τούτου
2 εἵνεκα δοκιμάζουσι αὐτοὺς ὧδε. τρίχα ἢν καὶ μίαν
ἴδηται ἐπεοῦσαν μέλαιναν, οὐ καθαρὸν εἶναι νομί-

Quomodo taurus ut victima pura exploretur et signetur.

---

quod dein ad eius scholam transiit. Exstant primarii hac de re loci apud Plin. H. N. XVIII, 12. Ciceron. de divin. I, 30, ubi vid. Davis. et Creuzer. II, 58. Hoc autem fortasse minus notum, hinc in Graecorum quoque mysteriis fabas damnari neque earum gustum concedi initiatis, quippe quas etiam Ceres, cum reliquas hominibus afferret fruges, omiserit impurasque censuerit. Plura Creuzer. Symbol. IV p. 268. Equidem hoc modo adiiciam: Aegyptiam fabam sacram pro *loto* s. *Nelumbio specioso*, cuius radix et fructus edi soleant (conf. not. ad II, 92) haberi a V. D. Link. (die Urwelt etc. p. 225 seq.), qui huius fabae sanctitatem post ad aliam communem fabam translatam esse contendit eoque refert, quod Aegyptiis fabas edere haud licuerit.

ἐπεὰν δέ τις ἀποθάνῃ κ. τ. λ.] Haec nemo non intelligit ad sacerdotalem ordinem s. tribum (*Kaste* nos appellare solemus) pertinere. In quo etiam hoc tenendum, singula collegia sacerdotum eodem fere modo inter se discreta et seiuncta fuisse, quo omnis sacerdotalis ordo a reliquis ordinibus fuerit distinctus; ita ut nemini licuerit ad aliud transire collegium, sed filius patris collegio adscriptus maneret. Quo vel ea faciunt, quae supra de communi templorum aerario atque reditu monuimus. Conf. Heeren. l. l. pag. 127 coll. Diodor. Sic. I, 73.

Cap. XXXVIII.

καὶ τούτου εἵνεκα δοκιμάζουσι αὐτούς] Haec cum antecedentibus: τοὺς δὲ βοῦς τοὺς ἔρσενας τοῦ Ἐπάφου εἶναι νομίζουσι non satis cohaerere putabat Wesselingius indeque scribendum: τοὺς δὲ καθαροὺς βοῦς τοὺς ἔρσενας κ. τ. λ. Nec tamen, si quid video, opus inserere καθαροὺς vel propter verba τούτου εἵνεκα, cum sensus sit: *eam ob causam*, ut intelligant, quinam boves mares revera *puri* sint Epaphoque sacri, *hunc in modum illos explorant*. De *Epapho* vid. II, 153 et III, 27.

τρίχα ἢν καὶ μίαν ἴδηται κ. τ. λ.] Ad ἴδηται suppleri poterit ὁ δοκιμάζων sive, ut infra legimus, τῶν τις ἱρέων ἐπὶ τοῦτο τεταγμένος, sacerdotum unus,

3 ζει. δίζηται δὲ ταῦτα ἐπὶ τούτῳ τεταγμένος τῶν τις
ἱρέων, καὶ ὀρθοῦ ἑστεῶτος τοῦ κτήνεος καὶ ὑπτίου,
καὶ τὴν γλῶσσαν ἐξειρύσας, εἰ καθαρὴ τῶν προ-
κειμένων σημηΐων, τὰ ἐγὼ ἐν ἄλλῳ λόγῳ ἐρέω.
4 κατορᾷ δὲ καὶ τὰς τρίχας τῆς οὐρῆς, εἰ κατὰ φύ-
5 σιν ἔχει πεφυκυίας. ἢν δὲ τούτων πάντων ᾖ καθα-
ρός, σημαίνεται βύβλῳ περὶ τὰ κέρεα ειλίσσων· καὶ 122
ἔπειτα γῆν σημαντρίδα ἐπιπλάσας, ἐπιβάλλει τὸν
6 δακτύλιον· καὶ οὕτω ἀπάγουσι. ἀσήμαντον δὲ θύ-
σαντι θάνατος ἡ ζημίη ἐπικέεται. δοκιμάζεται μὲν

---

cui explorandi munus obtigit. Conf. II, 47. I, 195. Ad rem conf. Herod. III, 28. Diodor. I, 88 et Plutarch. de Isid. et Osirid. p. 363, B, unde intelligimus, rufos tantum boves ab Aegyptiis immolari, accuratissimo ante instituto examine, cum si vel unum pilum nigrum albumve haberet victima, mactari non posset. Nec raro in monumentis Aegyptiacis, quae continet grande opus Gallorum, istiusmodi boves victimae conspiciuntur.

ἐπὶ τούτῳ τεταγμένος τῶν τις ἱρέων] Male olim ἐπὶ τοῦτο. Tu vid. V, 109 et conf. not. ad Plutarch. Alcibiad. pag. 162. Huic negotio praefectos sacerdotes Plutarchus loco mox laudando vocat σφραγιστάς.

ἐν ἄλλῳ λόγῳ] i. e. *in alia narrationis parte*, ut bene intellexit Schweigh. Respexit Noster ea, quae III, 28 traduntur. In seqq. cum Gaisf. scripsi τούτων pro τουτέων et ειλίσσων pro ειλίσσων. Sed Stegero non obsecutus sum pro ἀπάγουσι in seqq. coniicienti ἂν ἄγουσι; vid. Praefat. ad Herod. p. X.

σημαίνεται — ειλίσσων] Pertinent haec ad sacerdotem, qui bovem signat papyro circa cornua circumvoluto. Signatoriam terram, (γῆν σημαντρίδα) quae hoc loco memoratur, comparant interpretes cum *creta Asiatica* ad obsignandum apta, cuius mentio apud Cicer. in Verr. IV, 26. pro Flacc. 16. Magis vero huc spectat Plutarchi locus de Is. et Osir. p. 363, B, ubi haec legimus: τὸν δὲ μέλλοντα θύεσθαι βοῦν οἱ σφραγισταὶ λεγόμενοι τῶν ἱερέων κατεσημαίνοντο. Addit deinde Plutarchus e Castore, sigilli sculpturam exhibere hominem in genua desidentem manibus post tergum reductis, iugulo ense imminente.

In eo immolando quid observent, et mactati capite quare non vescantur.

39 νυν τὸ κτῆνος τρόπῳ τοιῷδε. Θυσίη δέ σφι ἥδε κατέστηκε. ἀγαγόντες τὸ σεσημασμένον κτῆνος πρὸς
2 τὸν βωμὸν, ὅκου ἂν θύωσι, πυρὴν καίουσι. ἔπειτα δὲ ἐπ' αὐτοῦ οἶνον κατὰ τοῦ ἱρηΐου ἐπισπείσαντες, καὶ ἐπικαλέσαντες τὸν θεὸν, σφάζουσι· σφάξαντες
3 δὲ, ἀποτάμνουσι τὴν κεφαλήν. σῶμα μὲν δὴ τοῦ κτήνεος δείρουσι· κεφαλῇ δὲ κείνῃ πολλὰ καταρησάμενοι, φέρουσι, τοῖσι μὲν ἂν ᾖ ἀγορὴ, καὶ Ἕλληνές σφισι ἔωσι ἐπιδήμιοι ἔμποροι, οἳ δὲ φέροντες ἐς τὴν ἀγορὴν, ἀπ' ὧν ἔδοντο· τοῖσι δὲ ἂν μὴ

Cap. XXXIX.

ἔπειτα δὲ ἐπ' αὐτοῦ — ἐπισπείσαντες] Verba ἐπ' αὐτοῦ, quae immerito viris doctis displicuerunt, cum Gronovio ad βωμὸν referri debent. Ad verba κατὰ τοῦ ἱρηΐου conf. Matth. Gr. Gr. p. 1152.

κεφαλῇ — καταρησάμενοι] Dativum, qui et hoc loco et IV, 184 additur verbo καταρᾶσθαι, equidem refero ad ea, quae praecipit Matth. Gr. Gr. §. 104, 1. Satis vero ipse ritus arguit, pro piaculo haberi animal, in cuius caput omnia sua peccata quasi coniicerent, quodque hominum scelera quasi luens diris devoverent. Simile institutum apud Hebraeos invenitur Levit. XVI, 6 seqq. 21 seq., ubi merito ad Herodoti locum moremque Aegyptium provocat Spencer. de ritt. Hebrr. III, 8 p. 1064. Atque inveniuntur ipsa anaglypha Aegyptiaca, quae hosce ritus ad oculorum sensum traductos exhibent. Vid. Costaz. in Descript. de l'Eg. mém. (antiqq.) I p. 73.

φέρουσι, τοῖσι μὲν ἂν ᾖ ἀγορὴ κ. τ. λ.] Scripsi cum recentt. ἐπιδήμιοι pro ἐπίδημοι et οἱ δὲ pro οἵδε, monente Werfero in Actt. phill. Monacc. I, 1 p. 88 ac probante Buttmann. in Excurs. ad Demosthenis Midian. p. 158. Usum pronominis σφίσι, ubi relativum exspectabas pronomen, notat Matth. Gr. Gr. p. 881, idem de tmesi (in verbis: ἀπ' ὧν ἔδοντο) monens p. 1189. 1275 et de aoristi usu in re, quae fieri solet, §. 506, V, 1.

οἳ δὲ φέροντες — ἔδοντο] His verbis quodammodo repetuntur priora verba: φέρουσι, τοῖσι μὲν ἂν ᾖ κ. τ. λ. Ubi nota usum particularum μὲν et δὲ, quae in priori orationis parte sibi invicem opponuntur (τοῖσι μὲν ἂν — οἱ δὲ φέροντες), cum in posteriori δὲ dupliciter posita et protasin et apodosin incipiat (τοῖσι δὲ ἂν — οἱ δ' ἐκβάλλουσι). Monuerunt Werfer. l. l. p. 90. 93. et Buttmann. l. l. Hinc talis fere loci sensus: „*ferunt* (caput) *ii*, *quibus forum est*

παρέωσι Ἕλληνες, οἱ δ' ἐκβάλλουσι ἐς τὸν ποτα-
4 μόν. καταρέονται δὲ, τάδε λέγοντες, τῇσι κεφαλῇ-
σι· „εἴ τι μέλλοι ἢ σφίσι τοῖσι θύουσι, ἢ Αἰγύπτῳ
„τῇ συναπάσῃ κακὸν γενέσθαι, ἐς κεφαλὴν ταύτην
5 „τραπέσθαι.“ Κατὰ μέν νυν τὰς κεφαλὰς τῶν θυο-
μένων κτηνέων, καὶ τὴν ἐπίσπεισιν τοῦ οἴνου, πάν-
τες Αἰγύπτιοι νόμοισι τοῖσι αὐτοῖσι χρέωνται ὁμοίως
ἐς πάντα τὰ ἱρά· καὶ ἀπὸ τούτου τοῦ νόμου, οὐδὲ
ἄλλου οὐδενὸς ἐμψύχου κεφαλῆς γεύσεται Αἰγυπτίων
40 οὐδείς. Ἡ δὲ δὴ ἐξαίρεσις τῶν ἱρῶν καὶ ἡ καῦσις
ἄλλη περὶ ἄλλο ἱρόν σφι κατέστηκε. τὴν δ' ὦν με-
γίστην τε δαίμονα ἥγηνται εἶναι, καὶ μεγίστην οἱ
2 ὁρτὴν ἀνάγουσι, ταύτην ἔρχομαι ἐρέων. ἐπεὰν ἀπο-

Isis maxima Dea, et maximum eius festum: ante sacrificium ieiunant, et eo ardente se verberant.

---

et quibus Graeci adsunt mercatores, *hi igitur caput in forum ferunt et vendere solent; quibus vero Graeci non adsunt, hi caput in flumen coniiciunt.*“

οἱ δ' ἐκβάλλουσι ἐς τὸν ποταμόν] Affert Larcherus Aeliani locum N. A. X, 21, ubi ille scribit, ab Ombitis (qui Aegyptii sunt homines) hostiarum capita, quibus gustandis ipsi abstineant, obiici crocodilis comedenda, qui in lacubus idcirco factis ab ipsis nutriantur. Et pertinent huc quoque Plutarchi verba loco supra laudato: διὸ τῇ μὲν κεφαλῇ τοῦ ἱερείου καταρασάμενοι καὶ ἀποκόψαντες, εἰς τὸν ποταμὸν ἐῤῥίπτουν πάλαι, νῦν δὲ τοῖς ξένοις ἀποδίδονται. Cuiusmodi imprecationes apud Iudaeos fieri solitas in hirci caput novimus ex Levit. XVI, 21.

Cap. XL.

ἡ δὲ δὴ ἐξαίρεσις τῶν ἱρῶν καὶ ἡ καῦσις κ. τ. λ.] ἐξαίρεσις dicitur *exenteratio*, quae fit visceribus s. intestinis e corpore extractis. Larcherus divinationem hic respici putat laudatque Xenophontem in Anabas. II, 1 §. 7. Verum alia Graecorum, alia Aegyptiorum, de quibus nihil istius modi relatum inveni, ratio. — Ad verba seqq. provocavit Spencer. l. l. IV, 1 p. 1092, quo nimirum monstraret, eodem modo, quo Aegyptii ad Isidis festum, Israelitas ad dei sui festa confluxisse eundemque fere cultum huic exhibuisse.

ταύτην ἔρχομαι ἐρέων] Reliqui ταύτην, cuius loco Schwgh. et Gaisf. dederant ταύτῃ, cum in uno libro inventum esset ταύτῃ. Vulgatum bene tuetur Struve Spec. Quaest. Herod. p. 28 not.; unde haec apponam: „negligenter suo more Herodotus locutus est, ταύτην, quod grammatica cum τὴν (i. e. ἣν) μεγί-

δείρωσι τὸν βοῦν, κατευξάμενοι, κοιλίην μὲν κει-
νὴν πᾶσαν ἐξ ὧν εἷλον, σπλάγχνα δὲ αὐτοῦ λεί-
πουσι ἐν τῷ σώματι καὶ τὴν πιμελήν· σκέλεα δὲ
ἀποτάμνουσι, καὶ τὴν ὀσφὺν ἄκρην, καὶ τοὺς
3 ὤμους τε καὶ τὸν τράχηλον. ταῦτα δὲ ποιήσαντες,
τὸ ἄλλο σῶμα τοῦ βοὸς πιμπλᾶσι ἄρτων καθαρῶν, 80
καὶ μέλιτος, καὶ ἀσταφίδος, καὶ σύκων, καὶ λιβα-
νωτοῦ, καὶ σμύρνης, καὶ τῶν ἄλλων θυωμάτων.
πλήσαντες δὲ τούτων, καταγίζουσι, ἔλαιον ἄφθονον
4 καταχέοντες. προνηστεύσαντες δὲ, θύουσι. καιομέ-

στην δαίμονα iungit, ad ὁρτὴν referens. Sententia enim est: „τὴν δὲ μεγίστην ὁρτὴν τῇ μεγίστῃ δαίμονι ἀνάγουσι, ταύτην ἔρχομαι ἐρέων.“ — Ad locutionem ἔρχομαι ἐρέων conf. II, 35 init. Isidem autem intelligendam esse, vel e proximo cap. liquet.

ἐπεὰν ἀποδείρωσι τὸν βοῦν κατευξάμενοι κ. τ. λ.] Secutus sum Schweighaeus. et Gaisford., qui e pluribus libris ita ediderunt. Vulgo enim hunc in modum haecce leguntur: ἐπὴν προνηστεύσωσι τῇ Ἴσι καὶ ἐπὴν κατεύξωνται, θύουσι τὸν βοῦν· καὶ ἀποδείραντες, κοιλίην μὲν ἐκείνην πᾶσαν ἐξ ὧν εἷλον; ubi nemo non videt ea ex parte proferri, quae infra quoque referuntur, quaeque bis ita a scriptore relata fuisse, vix verisimile videtur. Matthiae vulgatam retinuit, nisi quod uncis inclusit alterum ἐπὴν ante κατεύξωνται et pro ἐκείνην scripsit κεινήν. Et hoc quidem Schweighaeuserus quoque reposuerat, cum κεινὴν idem valeat atque κενὴν, hoc fere sensu: *totum abdomen exenterant* (i. e. intestina omnia ex alvo eximunt), *viscera vero in corpore relinquunt.* Nam κενὴν κοιλίαν idem esse monet atque κενεῶνα *alvum, abdomen*, in quo sunt intestina. Schneiderus in Lex. s. v. κοιλίαν πᾶσαν interpretatur: *den Magen sammt den Därmen des Opferstiers.* — Ad verba ἐξ ὧν εἷλον conf. II, 39: ἀπ' ὧν ἔδοντο.

καὶ τὴν ὀσφὺν ἄκρην] ὀσφὺς coxa est (Hüfte), quam humeris (ὤμοις) hic opponi contendit Schneiderus. — In seqq. cum recentt. editt. probatorum librorum auctoritate rescripsi ἀσταφίδος pro ἀσταφίδων, quod Wesselingio debetur. Est autem ἀσταφίς, sive σταφίς, ut posteriori aetate loquebantur, *uva passa.* Tu vid. quae ad Ctesiae fragmm. pag. 325 citavimus.

νων δὲ τῶν ἱρῶν τύπτονται πάντες· ἐπεὰν δὲ ἀποτύψωνται, δαῖτα προτίθενται τὰ ἔλιποντο τῶν ἱρῶν.

ἐπεὰν δὲ ἀποτύψωνται] i. e. ἐπεὰν δὲ παύσωνται τύπτεσθαι, ut exponit Hesychius, *ubi plangere desierunt.* Ubi nemo non praepositionis vim intelliget in verbis sibi oppositis τύπτεσθαι et ἀποτύπτεσθαι, ut II, 73 πειρᾶσθαι et ἀποπειρᾶσθαι, alia, quae laudat Valcken. — Herodoti locum imitatus est Lucian. de dea Syr. 6 p. 89 t. IX ed. Bip. De ipso argumento laudant Athenagor. legat. pro Christ. §. 12 pag. 52 (§. 14 p. 290, D), ubi hunc morem deridet. Ac memorat Noster hoc loco ea, quae in Busiritico Isidis maximo sacro solemnia obire solent Aegyptii, II, 61, uberius tractata a Creuzero in Commentt. Herodd. I p. 115, unde potiora hic adscribere placet. „Qui truncatum hoc pacto exenteratumque et myrrhâ aromatibusque refertum bovem in lugubri festo Osiridis Isidi immolari cogitet, is me quidem sentiente, non poterit ipsum Osiridem mutilatum et deinde aromatibus conditum non cogitare. Nam quae reliqua adduntur in bovis sacrificio, ea partim ad combustionem pertinent, ut oleum, partim ad frumenta inventa vitesque cultas, ut panes mundiores, uvae passae.“ Sequitur Diodori locus I, 21, de bestiis Aegypti sacris, adduntur alia illis similia a priscis Atticis hominibus in Diipoliis factitari solita, ubi bovis solemniter caesi carnes communibus epulis comedebant bovisque exuviis simulacrum ligneum circumdatum aratro iungebant; pertinent denique huc vel Mithriaca, ubi bovem Abudad Mithras Persarum occidit, atque ex mactati animalis corpore excluduntur germinum varia genera, caudaque in aristas excrescit. Peracto primo sacrificio exoriuntur reges agriculturae inventores. Athenis Atticis communiter bovillà vescuntur sacrificuli, et post solemne sacrificium a bovis simulacro simulatae arationis initium fit. Busiride Aegyptiorum coetus sacer bovem igne conficit, posteaquam caesi corpus implevit panibus et uvis atque agriculturae auctorem Osiridem lugubriter deplorat. Quae omnia qui in unum colligat, et simpliciter intueatur, is nullo negotio dispiciat, quo haec pertineant, *nimirum ad arationis caussas declarandas*, unde *vitae cultioris initia ducuntur.* Inde nil mirum, in anaglyphis et picturis sepulcralibus urbis Hithyiae Aegypti ita exhiberi Osiridem, ut aratoria instrumenta gerat in manibus: flagellum, rutrum s. ligonem, vomerem peramque, seminis plenam, sementi faciendae. Vid. Descript. de l'Eg. antiqq. vol. II pag. 27 s. 355 et vol. I tab. 68.“ Conf. II, 61 ibique nott.

Boves Isidi consecratae, venerationisque maximae omnium pecudum: aversabiles Aegyptiis Graeci: mortuae boves merguntur: pecudes aliae quomodo sepeliantur: urbs Atarbechis.

41 Τοὺς μέν νυν καθαροὺς βοῦς τοὺς ἔρσενας 123
καὶ τοὺς μόσχους οἱ πάντες Αἰγύπτιοι θύουσι· τὰς
δὲ θηλέας οὔ σφι ἔξεστι θύειν, ἀλλὰ ἱραί εἰσι τῆς
Ἴσιος. τὸ γὰρ τῆς Ἴσιος ἄγαλμα ἐὸν γυναικήϊον,

Cap. XLI.

τὰς δὲ θηλέας οὔ σφι ἔξεστι θύειν κ. τ. λ.] Eiusdem interdicti meminit Porphyrius de abstin. ab esu an. II, qui haud aliter atque Hieronymus advers. Iovin. II, 7 hoc ad animalis utilitatem refert adeoque raritatem. Valuisse autem hoc institutum usque ad Constantii imperatoris tempora, ex Athanas. hist. Arrian. ad Monach. cp. 56 p. 378 colligi potest. Atque Isidi sacras perhiberi vaccas, nemo mirabitur, qui ipsam Aegyptiorum sacrorum ac religionis rationem perspexerit. Ut enim Osiridem *Solem* illi perhibebant, ita Isidem *Lunam*, teste Plutarcho de Isid. et Osirid. p. 372 s. 525 Wytt.; quae quando congressa fuerint numina (s. quando sol in domo tauri locatus cum lunâ fuerit congressus) generandi vis in terram redundat. Generationis vero universae symbolum est bos ac vacca, ut nihil sit absonum illis numinibus hoc animal fuisse consecratum. Sive *Osiridem* intelligere malis *Nilum*, iam *Isis* erit *terra Aegyptiaca*, a Nilo exundante vegetata et quasi foecundata. Manet vacca Isidis signum procreatricisque naturae symbolum; *βοῦν γὰρ Ἴσιδος εἰκόνα καὶ γῆν νομίζουσιν*, ut Plutarchus scribit l. l. „Igitur nil mirum (sunt verba Creuzeri in Comm. Her. p. 123 coll. 121. 125) universae quasi procreatricis naturae bovem ac vaccam symbola fuisse veteribus; et quando in sementivis festis agriculturae vicissitudines a siderum meatu suspensas significabant per *bovem* vel aratro iunctum vel vaccae admotum: hoc ipso symbolo varias in partes converso etiam vitae humanae orbem et immortalitatis animorum spem significatam voluisse. Non philosopham dicimus hic doctrinam sed spem universam vitae reviviscentis et ubertatis nunquam exstinguendae. Eadem ubertatis spes ostensa a Sibyllinis oraculis populo Romano in Dionysi Halic. XIV, 20 p. 60 (Excerptt. a Mai.). Qua in re nihil aliud Romani fecere quam Aegyptii apud Herodotum II, 40. Illi *placentas* in terram immiserunt; *hi panes mundos* in *bovem*, *qui* ipsis pro terrâ erat.“ — Equidem his illud unum addam: Iudaeos in his differre ab Aegyptiis, cum iuvencam rufam mactare iubeantur Numer. XIX, 2, quod consulto sic institutum videtur Spencero II, 26, 2, de ritt. Hebrr. pag. 485, quo Aegyptiis plane essent contrarii. Plura dabit idem Creuzerus Symbol. I pag. 355 not. 113.

τὸ γὰρ τῆς Ἴσιος ἄγαλμα —

βουκερών ἐστι, κατάπερ Ἕλληνες τὴν Ἰοῦν γράφουσι· καὶ τὰς βοῦς τὰς θηλέας Αἰγύπτιοι πάντες ὁμοίως σέβονται προβάτων πάντων μάλιστα μακρῷ.
3 τῶν εἵνεκα οὔτ' ἀνὴρ Αἰγύπτιος, οὔτε γυνὴ, ἄνδρα Ἕλληνα φιλήσειε ἂν τῷ στόματι, οὐδὲ μαχαίρῃ ἀνδρὸς Ἕλληνος χρήσεται, οὐδ' ὀβελοῖσι, οὐδὲ λέβητι, οὐδὲ κρέως καθαροῦ βοὸς διατετμημένου
4 Ἑλληνικῇ μαχαίρῃ γεύσεται. Θάπτουσι δὲ τοὺς ἀποθνήσκοντας βοῦς, τρόπον τόνδε. τὰς μὲν θηλέας ἐς τὸν ποταμὸν ἀπιᾶσι· τοὺς δὲ ἔρσενας κατορύσσουσι ἕκαστοι ἐν τοῖσι προαστείοισι, τὸ κέρας τὸ

βουκερών ἐστι] Haec quo spectent, satis ex iis patebit, quae modo disputavimus. Atque monet Plutarchus l. l. in Isidis buculae cornibus ornatae imaginibus veteres exprimere voluisse orbes lunae falcatos. Ad oculorum quoque sensum haec traducta esse, cum Isidem et Osiridem, pro primigeniis bubus habitos, bovis ac vaccae vel capitibus vel exuviis impositis, exhiberent, satis constat. Hinc frequens in Aegyptiorum anaglyphis Isis conspicitur buculae cornibus ornata. Tu vid. Creuzer. Symbol. I p. 494 seq. et Commentt. Herodott. pag. 114.

κατάπερ Ἕλληνες τὴν Ἰοῦν γράφουσι] De forma Ἰοῦν cf. I, 1 *γράφειν* vel *pingere* est, vel omnino *imagine exprimere* atque in tabula s. lapide *repraesentare*. Ad argumentum conf. Creuzer. Symbol. I p. 681 not. 333. II p. 717. Nam Isidis atque Ius eadem fere symbola, idem fere ornatus, cum, tesserarias rationes si spectes, utraque dea sibi conveniat, quippe quà lunam indicari vulgo docerent. — Ad verba *τοῖς προβάτοις* conf. nott. ad I, 133. 207.

οὔτε γυνὴ — φιλήσειε ἂν τῷ στόματι, οὐδὲ — χρήσεται — οὐδὲ — γεύσεται] De discrimine, quod h. l. inter optativum et futurum obtinet, conf. Matth. Gr. Gr. p. 977, qui verba *φιλήσειε ἂν* recte sic vertit: „*wird schwerlich küssen.*“ Ad ipsam rem conf. Genes. XLIII, 32, ubi legimus Aegyptiis haud licuisse cum Hebraeis comedere, cum tale convivium profanum putaretur. Quod si de Hebraeis valuit, haud minus de aliis gentibus valuisse consentaneum est.

ἐς τὸν ποταμὸν ἀπιᾶσι] *τὸν ποταμὸν* intelligit Nilum, in quem vaccas coniici credibile est eam ob causam, quod Nilo generandi vim contineri putabant. Vid. nott. ad init. capitis.

τὸ κέρας τὸ ἕτερον ἢ καὶ τὸ ἀμφότερα ὑπερέχοντα] Haec

ἕτερον ἢ καὶ ἀμφότερα ὑπερέχοντα, σημηΐου εἵνε-
5 κεν. ἐπεὰν δὲ σαπῇ, καὶ προσίῃ ὁ τεταγμένος χρό-
νος, ἀπικνέεται ἐς ἑκάστην πόλιν βᾶρις ἐκ τῆς
6 Προσωπίτιδος καλευμένης νήσου. ἡ δ' ἔστι μὲν ἐν
τῷ Δέλτα, περίμετρον δὲ αὐτῆς εἰσὶ σχοῖνοι ἐννέα.
7 ἐν ταύτῃ ὦν τῇ Προσωπίτιδι νήσῳ ἔνεισι μὲν καὶ
ἄλλαι πόλιες συχναί· ἐκ τῆς δὲ αἱ βᾶρις παραγί-
νονται ἀναιρησόμεναι τὰ ὀστέα τῶν βοῶν, οὔνομα

---

verba ita explicanda censet Matthiae Gr. Gr. pag. 788, ut cogitando suppleatur ἔχοντας (scil. ἔρσενας βοῦς). Antigonus Carystius Hist. mirabb. 23, eandem rem prodens, ita loquitur: ὥστε αὐτὰ τὰ κέρατα τῆς γῆς ὑπερέχειν. — Ad vocem βᾶρις conf. nott. ad II, 96.

ἐκ τῆς Προσωπίτιδος καλευμένης νήσου] Inclusa est insula Sebennytico et Canopico Nili brachio eumque fere ambitum, quem olim habuit, etiamnum habere dicitur. *Prosopitidis* nomi fit mentio II, 165 et apud Strabon. XVII p. 1154, C. Ac vel postea insignis insula, eo quod Athenienses Aegyptiis rebellibus auxilio missi hic a Persis obsidebantur. Vid. Thucydid. I, 104. 109. Aegyptium insulae nomen esse *Pschati*, copiosa disputatione contendit Champoll. l'Eg. sous l. phar. II p. 162 seqq. — In seqq. cum Schweigh. rescripsi περίμετρον pro περίμετρος. Conf. II, 149.

οὔνομα τῇ πόλει Ἀτάρβηχις] „Quam pro *Aphroditopoli* habet Iablonskius in Vocc. Aegyptt. p. 43 (ubi nostro loco legendum censet Ἀτάρβηχιν, cum vox composita sit ex Ἀτάρ s. Ἀτὼρ, Ἀθὼρ, quod est Aegyptiacum Veneris nomen, testante quoque Orion. apud Etymolog. m. p. 26 Sylb. p. 24 Lips., quodque proprie denotat *noctem*, et ex *baki*, quod urbem significat. Vid. ibid. p. 20. 21). Quam sententiam quod in dubium vocat Champoll. l'Egypt. s. l. phar. II p. 173, hoc nil ad me pertinet, siquidem Herodotus h. l. diserte testatur: Veneris templum sacrum esse in urbe Atarbechi et numi etiam arguunt eius urbis religiones pertinere ad Venerem. Illud ego vicissim in dubium vocaverim ipsius Champollionis, quod illam miram boum funerationem ab Herodoto memoratam, corruptis demum religionibus Aegypticis invaluisse arbitratur.“ Creuzer. in Comm. Herod. p. 118. Tu vid. potissimum de hac urbe, cuius rudera prope locum *Chybîn-el-koum* inveniri dicuntur, Ritter. Erdkund. I. pag. 819 et conf. I. de Hammer in Annall. Viennenss. 1829 vol. XLV p. 26.

τῇ πόλι Ἀτάρβηχις· ἐν δ' αὐτῇ Ἀφροδίτης ἱρὸν
8 ἅγιον ἵδρυται. ἐκ ταύτης τῆς πόλιος πλανέονται
πολλοὶ ἄλλοι ἐς ἄλλας πόλις· ἀνορύξαντες δὲ τὰ
ὀστέα, ἀπάγουσι καὶ θάπτουσι ἐς ἕνα χῶρον πάν-
9 τες. κατὰ ταὐτὰ δὲ τοῖσι βουσὶ καὶ τἄλλα κτήνεα
θάπτουσι ἀποθνήσκοντα· καὶ γὰρ περὶ ταῦτα οὕ-
τω σφι νενομοθέτηται· κτείνουσι γὰρ δὴ οὐδὲ ταῦ-
42 τα. Ὅσοι μὲν δὴ Διὸς Θηβαιέος ἵδρυνται ἱρὸν, ἢ Isis et Osiris, qui et Bacchus, Dii

---

Ἀφροδίτης ἱρὸν ἅγιον ἵδρυται] Vidimus modo Venerem Aegyptiis vocatam fuisse *Athor* i. e. noctem, quae omnium, quae in rerum natura sunt, parens est ac genitrix. Namque nox omnium rerum semina et initia in se continere putatur, ut inde omnia proveniant atque originem capiant. Quare et bos illi consecratus et ille mensis, quo Osiris periisse dicitur, Nilus recedit et terra nudatur, nox longior fit, tenebrae crescunt lucisque superatur ac tabescit vis, ut scribit Plutarch. de Iside et Osiride pag. 366 s. 501 Wytt. „Erat ea dea Atarbechi coli solita eadem, quae in Dodonaeorum religionibus Veneris Diones nomine celebrabatur. Arguit columbae symbolum ab ea gestari solitae, arguunt alia, quae exponere longum est. Ad eius deae sacram insulam ex universa Aegypto boum masculorum devehebantur ossa: hominum Aegyptiorum cadavera devehebantur Memphim h. e. in portum bonorum, sive Abydum, vicinam insulae Beatorum, aut Busiridem medio in Delta, alioque ubi Nilum traiicientibus coemeteria patebant. Igitur armenta allicit et retinet dea Athor, in eo etiam similis Veneri Libitinae Romanorum, quae funebrium rerum omnium praeses ex Dodonaeorum sacrariis in Latium pervenit. Eam autem Libitinam fugiunt quoad possunt omnes, et dira non minus habetur quam Proserpina, quae quidquid ad eam pervenerit, retinet.“ Creuz. in Comm. Her. pag. 118. 119. Adde eiusd. Symbol. IV p. 282 seqq. I p. 521.

ἄλλοι ἐς ἄλλας πόλις] De formâ *πόλις*, quam optimi hic tuentur libri, conf. Matth. p. 180. — In seqq. pro *πάντες* Gesner. in Chrestom. Graec. p. 22 maluit *πάντα*, probante Larchero.

Cap. XLII.

ὅσοι μὲν δὴ Διὸς Θηβαιέος ἵδρυνται ἱρὸν] Mavult Valckenar. scribi: *ὅσοις μὲν δὴ Δ. Θ. ἵδρυται ἱρόν*. Sed bene monuit Schweigh. vulgatam haud sollicitandam esse, cum *ἵδρυνται* idem fere sit atque *ἱδρυμένον ἔχουσι* s. *ἱδρύκασι ἑαυτοῖς*, aut, quod infra II, 44 exstat, *ἱδρυσάμενοι ἔκτηνται*. Et eadem res continuo declaratur ver-

omnium communes: Thebani quare ab ovibus immolandis abstineant, et quare Iupiter arietina facie apud Ammonios.

νομοῦ τοῦ Θηβαίου εἰσὶ, οὗτοι μέν νυν πάντες ὀΐων 2 ἀπεχόμενοι, αἶγας θύουσι. θεοὺς γὰρ δὴ οὐ τοὺς αὐτοὺς ἅπαντες ὁμοίως Αἰγύπτιοι σέβονται, πλὴν Ἴσιός τε καὶ Ὀσίριος, τὸν δὴ Διόνυσον εἶναι λέ-3 γουσι· τούτους δὲ ὁμοίως ἅπαντες σέβονται. ὅσοι δὲ τοῦ Μένδητος ἔκτηνται ἱρὸν, ἢ νομοῦ τοῦ Μενδησίου εἰσὶ, οὗτοι δὲ αἰγῶν ἀπεχόμενοι, ὄϊς θύου-4 σι. Θηβαῖοι μέν νυν, καὶ ὅσοι διὰ τούτους ὀΐων ἀπέχονται, διὰ τάδε λέγουσι τὸν νόμον τόνδε σφι τεθῆναι· „Ἡρακλέα θελῆσαι πάντως ἰδέσθαι τὸν

---

bis: ἔκτηνται ἱρόν; ut mea quidem sententia omnis absit mutandi causa. Nam intelliguntur, quicunque Iovem Ammonium colunt et ad eius templum Thebanum pertinent. Nec magis in seqq. opus lectione ὅσοι δὲ δή, ut idem Valcken. maluit, cum repetitis particulis μὲν et δὲ (ὅσοι μὲν δή — οὗτοι μὲν νυν et ὅσοι δὲ — οὗτοι δὲ) satis magnam vim acquisierit oratio. Vid. Buttmann. in Excurs. ad Demosth. Orat. Mid. p. 154. — Ad vocem Θηβαιέος conf. I, 182. — Caeterum hoc ex loco coniecturam de nomorum Aegyptiorum origine ducit Heeren. Ideen etc. II, 2 pag. 113 coll. 155. Nomos enim suspicatur singulos singula ad templa sacerdotumque colonias pertinuisse, quarum singulae singulos constituerint nomos, sua quemque religione sacrisque distinctum ab aliis nomis; ita ut quot nomi, totidem sacerdotum civitates s. coloniae primitus exstiterint. Quare Sesostrin nomorum divisionem instituisse dici, quia primus totius Aegypti imperium nactus sit. Tu vid. de nomis nott. ad II, 109. 164.

Ὀσίριος, τὸν δὴ Διόνυσον εἶναι λέγουσι] Conf. Herod. II, 144 seq., alios locos ut taceam. Ac vera quidem historiae patrem tradidisse, nec lapsum esse, ut iis placet, qui Herodoto plus se sapere opinentur, nemo infitias iverit, qui quae de Osiride Aegyptii enarrent, quae illi instituta sint sacra, reputaverit et cum iis composuerit, quae de Graecorum Dionyso tradita accepimus. Ut enim Aegyptios talia a Graecis accepisse credam, nunquam contra antiquitatis testimonium a me impetrare possum. De singulis vid. Creuzer. Symbol. III p. 128 seqq.

ὅσοι δὲ τοῦ Μένδητος] *Mendesii* nomi infra II, 166 fit mentio; de sacris Mendesiorum conf. II, 46. *Mendes* urbs in inferiori Aegypto s. Delta erat sita, ubi nunc *Ashmun-Tanah* s. *Oshmun-Tinnag*.

Ἡρακλέα θελῆσαι πάντως ἰδέσθαι κ. τ. λ.] Sufficiat mo-

„Δία, καὶ τὸν οὐκ ἐθέλειν ὀφθῆναι ὑπ' αὐτοῦ.
5 „τέλος δὲ, ἐπεί τε λιπαρέειν τὸν Ἡρακλέα, τὸν Δία „μηχανήσασθαι, κριὸν ἐκδείραντα, προέχεσθαί τε „τὴν κεφαλὴν ἀποταμόντα τοῦ κριοῦ, καὶ ἐνδύντα
6 „τὸ νάκος, οὕτω οἱ ἑωυτὸν ἐπιδέξαι." Ἀπὸ τούτου κριοπρόσωπον τοῦ Διὸς τὤγαλμα ποιεῦσι Αἰ-

---

fuisse, quae h. l. proditur fabula, eam ad rationes physicas siderumque meatum videri spectare, siquidem talia istiusmodi fabulis a veteribus declarata fuisse satis est notum. Cogitabant enim Herculem solem vernalem, qui quotannis vere ineunte cursum suum coelestem instituere soleat, quo e terra omnia semina in altum educantur et ad maturitatem perveniant. Cf. Creuz. Dionys. pag. 146 seq. Quod ipsum in illud anni tempus incidit, ubi sol versatur in arietis signo coelesti, quod primum omnino fertur in Aegyptiorum Zodiaco, quodque hinc etiam summo Iovis numine tesserarie ratione indicatur. Inde explicandum Iovis (*Amun*, qui ideo appellatur) caput arietinum una cum cornibus; inde etiam repetendus interior fabulae, quam Herodotus profert, sensus; in qua quae Herculis s. Hori, quae Iovis sint partes, intelligimus. Quare a vero minime abhorret, quod Creuz. (Symbol. II p. 205 coll. I p. 278 seq.) hic tesserarie indicari putat in euntis veris festum. Quin anaglypha Aegyptiaca ille laudat, in quibus tale quid exhiberi videmus.

τὸν Δία μηχανήσασθαι, κριὸν — προέχεσθαί τε κ. τ. λ.] Particulae defectum in his notat Matth. Gr. Gr. p. 1293. Equidem infinitivos sequentes ab ipso verbo *μηχανήσασθαι* pendere dixerim. — Pro *προέχεσθαι* Wesseling. maluit *προσχέσθαι*; sed refragantur libri scripti. — *νάκος* de arietis vellere accipiendum, ex Bochart. monuit Wesselingius. „Dicitur autem *νάκη* et *νάκος*, teste Eustath. ad Odyss. XV, 535 pag. 560 Basil." Cr. Apollon. Lex. Homer. p. 468 ed. Toll. *νάκην* exponit *τὴν τοῦ αἰγὸς δοράν*.

ἀπὸ τούτου κριοπρόσωπον τοῦ Διὸς τὤγαλμα κ. τ. λ.] Hoc satis explicatur iis, quae paulo ante monuimus. Nam respicitur sol in arietis signo coelesti versans. Inde tot Aegyptiorum anaglypha Iovem arietina facie insignem repraesentant; inde vel Graecis notus Iuppiter arietis capite atque cornibus. Vid. Hirt. Ueber Gegenstände der ägypt. Kunst etc. pag. 125 seq. „Iovem Ammonem quod attinet, de eius templo, quod Thebis est, vid. Strabonem XVII pag. 815 s. 597 Tzsch. Quocum componenda est Descript. de l'Egypt. Antiqq. vol. II p. 255 seqq. Nimirum Iovis Ammonis templum

γύπτιοι· ἀπὸ δὲ Αἰγυπτίων, Ἀμμώνιοι, ἐόντες Αἰ-
γυπτίων τε καὶ Αἰθιόπων ἄποικοι, καὶ φωνὴν με-
7 ταξὺ ἀμφοτέρων νομίζοντες. δοκέειν δ' ἐμοὶ, καὶ 124
τὸ οὔνομα Ἀμμώνιοι ἀπὸ τοῦδέ σφι τὴν ἐπωνυ- 31
μίην ἐποιήσαντο· Ἀμοῦν γὰρ Αἰγύπτιοι καλέουσι

---

hodieque superest in Thebarum reliquiis, meridiem versus prope Karnak. In eius fani aditu utrinque locati erant arietes plurimi ex grandi lapide, quorum hodieque haud ita pauci reliqui sunt. Recumbunt sphingum in morem, gerentes ante pectora dei anaglyphum, in manibus tesseras sacras. Ibidem ante magnum palatium superest sphingum genus grande, ita compositarum, ut leonino corpori impositum sit caput arietis. Vid. ibid. p. 207. 254. In quibus symbolis iidem viri docti eam sententiam inesse volunt, ut solis domicilium in signo arietis significetur. Nec minus magnum templum Latopoli (Esne) residuum Iovis Ammonis fuisse suspicantur. Ac frequentantur in eo eius dei imagines, nec minus imagines sphingis virgineo capite insignitae. Vid. ibid. vol. I cp. 10 p. 7.“ Creuzer. Comm. Herodd. p. 161 not.

Ἀμμώνιοι, ἐόντες Αἰγυπτίων τε καὶ Αἰθιόπων ἄποικοι κ. τ. λ.] Anaglyphis haec probari censet Hirt. l. l. pag. 126. Quippe apud Ammonios quoque navem sacram reperiri, quae non nisi e Thebis illuc afferri potuerit. Ex Herodoti autem loco hoc colligit Heeren. (Ideen etc. II, 2 pag. 93) unam primitus videri fuisse Aethiopicam atque Aegyptiacam linguam, aut certe cognatam, ex uno eodemque fonte deductam. Documento sunt templa, notae hieroglyphicae, anaglypha in Aethiopiae regionibus, quae nuper Aegyptiis simillima inventa sunt. Conf. nott. ad II, 29. Ac testatur recentissimus peregrinator de Minutoli (Reise zum Tempel etc. p. 94 et Nachträge zur Reise etc. pag. 106) etiamnum Ammoniorum linguam mixtam videri ex Aethiopica et Aegyptiaca, Ammoniosque ipsos repraesentare physiognomiam, quam dicunt, vere Aethiopicam Aegyptiisque esse magis rubros. Nec omisit Herodoti testimonium Henrichsen. (de Phoenicis fabul. part. II pag. 7 seq. Havn. 1827), quo monstraret, ab eodem sacerdotum ordine, cui Aethiopia instituta cultumque debeat, Aegyptum quoque deos suos ac sacra accepisse ac primo quidem Thebas, ubi illi sacerdotes consederint, per universam Aegyptum mox delati.

καὶ φωνὴν — νομίζοντες] i. e. *in usu habent, utuntur.* Conf. I, 131. 142. Dativum φωνῇ addidit Noster IV, 117 coll. II, 50. — Ad ἐπωνυμίη conf. I, 14. II, 4.

Ἀμοῦν γὰρ Αἰγύπτιοι κα-

8 τὸν Δία. τοὺς δὲ κριοὺς οὐ θύουσι Θηβαῖοι, ἀλλ'
εἰσί σφι ἱροὶ διὰ τοῦτο. μιῇ δὲ ἡμέρῃ τοῦ ἐνιαυ-
τοῦ, ἐν ὁρτῇ τοῦ Διός, κριὸν ἕνα κατακόψαντες
καὶ ἀποδείραντες, κατὰ τὠυτὸ ἐνδύουσι τὤγαλμα
τοῦ Διός, καὶ ἔπειτα ἄλλο ἄγαλμα Ἡρακλέος προσ-
9 άγουσι πρὸς αὐτό. ταῦτα δὲ ποιήσαντες, τύπτον-
ται οἱ περὶ τὸν ἱρὸν ἅπαντες τὸν κριόν, καὶ ἔπειτα
ἐν ἱρῇ θήκῃ θάπτουσι αὐτόν.

λέουσι τὸν Δία] Vulgo Ἀμμοῦν, quod cum Gaisf. mutavimus in Ἀμοῦν, auctoritate libri Schellershemiani ipsiusque Eustathii ad Dion. Perieg. vs. 211. — „Nec aliter cod. Paris. Iamblichi de Myster. VIII, 3 ibiq. Gal. p. 302. Atque hanc scripturam veram pronuntiat Iablonski II, 2 p. 166 seq. et in Vocc. Aegypt. p. 30 seq. Eandem servavit Plutarch. de Isid. p. 354. 463, duas huius vocis explicationes proferens, alteram Manethonis, Hecataei Abderitae alteram. Alia tentarunt recentiores; vid. Iablonski l. l. ibiq. Te Water. Quas lites diremit nuper Champollio in libro: l'Egypte s. les phar. I, 217 seq., qui se in lexico coptico biblioth. reg. Paris. reperisse testatur, eam significare: *gloria, celsitudo, sublimis*, eamque appellationem recte cadere in principem deorum Aegypti omnium. Atque Iablonskius in Panth. II, 2 §. 5. 7. *Amun* accipiens tanquam *lucidum*, hunc Ammonem Thebarum dicit esse introitum solis in signum arietis, i. e. primordia veris. Obloquitur Iomardus in Descript. de l'Eg. I, 3 p. 16 seq. negans in ariete antiquitus veris initia s. aequinoctium vernum fuisse: in tauro potius fuisse. Continetur haec res cum universâ ratione Francogallorum, qui nuper de Zodiacis per templa Aegyptiorum vetusta obviis disputarunt; quam ego diiudicare nec volo, nec, si velim, possim." Creuzer. l. l. p. 159. 160.

τύπτονται — τὸν κριόν] i. e. *verberant se arietem lugentes* s. *plangunt arietem*. De τύπτεσθαι hoc significatu diximus ad II, 61. — „Ac vide quomodo arietem caedant Thebani et eundem tamen plangant. Nimirum caedunt haud dubie ad significandum transitum solis, plangunt propter Osiridem, utpote cuius quaedam imago aut particula in eo hirco obierit." *Cr.* l. l. p. 160, qui idem postea haec adscripsit: „Adhibet haec Inghirami in Monumenti Etruschi ad tab. 45 de' vasi fittili pag. 444 seq."

ἐν ἱρῇ θήκῃ] θήκην hic vulgo reddunt *loculum*. Melius Schweigh. *sepulcrum*, cum θήκη Herodoto sit *conditorium* s. *camera*, plurium arcarum capax et arcis recipiendis destinata, mo-

Hercules Deorum XII unus: Graecos illius nomen ab Aegyptiis accepisse.

43 Ἡρακλέος δὲ πέρι τόνδε τὸν λόγον ἤκουσα, ὅτι εἴη τῶν δυώδεκα θεῶν. τοῦ ἑτέρου δὲ πέρι Ἡρακλέος, τὸν Ἕλληνες οἴδασι, οὐδαμῇ Αἰγύπτου ἐδυνάσθην ἀκοῦσαι. καὶ μὴν ὅτι γε οὐ παρ' Ἑλλή-

---

nente Creuzer. in Comm. Herr. p. 67. Spectant vero haec ad animalium post mortem consecrationem, de qua vid. nott. ad II, 65.

Cap. XLIII.

ὅτι εἴη τῶν δυώδεκα θεῶν] Olim ὡς, cuius loco e melioribus libris nunc receptum ὅτι. Classicus Herodoti locus de tribus deorum Aegyptiorum ordinibus exstat II, 145 coll. II, 46. Et alii quoque scriptores deorum ordines commemorant, singulosque deos, qui ad quemque ordinem pertineant, recensent. Nam primus ordo octo est deorum, alter duodecim fuisse perhibetur, e priori scilicet ortus, cum tertius e secundo pariter originem ducat. Quod ad secundum, cui Hercules adscribitur, ordinem pertinet, hoc, Iablonskio interprete, sic accipiendum erit, ut ad priorem octo deorum ordinem quatuor adiecti fuerint, unde haec summa exstiterit. Sol enim quadrifariam respicitur in utroque et aequinoctio et solstitio, unde quatuor exsistunt dii Ammun (et quodammodo Hercules-Sem), Horus, Serapis, Harpocrates. Nam hoc nemo fere nescit, orientalium religionum paululum gnarus, varias unius eiusdemque numinis vires in singulas formas totidemque personas dividi, ita ut ex *quadruplici* solis conditione ac statu quatuor quoque solis dii quasi *emanent*, in unum eundemque Solem denuo revolvendi. Aliter Görres., de quo tu vid. Creuzer. Symbol. I p. 292 seqq. Hoc autem loco teneamus, distingui inter Herculem deum, qualem Aegyptii habuerint et inter Herculem Graecorum, heroëm potius quam deum, ut qui propter multa in terris egregie perpetrata in coelum post fuerit receptus. Hunc Aegyptios ignorare asserit pater historiae, ut qui omnino apotheosin quam vocant ignorasse videantur. Quare in eam potius inclinat sententiam, ut Graecos ab Aegyptiis Herculem accepisse malit, additis caussis, cur ita sibi placeat. Quorum summa eo redit, ut Graeci vetus Orientalium numen utique acceperint, sed humana forma et indole istud sibi mente informaverint in eoque omne virtutis humanae exemplar repraesentari voluerint, dei naturam quasi ad humanam eamque optimam conformantes. Plura tu vid. apud Creuzer. Symbol. II p. 204, copiosius de his exponentem.

οὐδαμῇ Αἰγύπτου] Cr. confert Valcken. not. ad Euripid. Hippolyt. 1012 pag. 272, ubi plura his similia collegit vir doctissimus.

νων ἔλαβον τὸ οὔνομα τοῦ Ἡρακλέος Αἰγύπτιοι, ἀλλὰ Ἕλληνες μᾶλλον παρ' Αἰγυπτίων, καὶ Ἑλλήνων οὗτοι οἱ θέμενοι τῷ Ἀμφιτρύωνος γόνῳ τοὔνομα Ἡρακλέα, πολλά μοι καὶ ἄλλα τεκμήριά ἐστι τοῦτο οὕτω ἔχειν, ἐν δὲ καὶ τόδε, ὅτι τε τοῦ Ἡρακλέος τούτου οἱ γονέες ἀμφότεροι ἦσαν, Ἀμφιτρύων καὶ Ἀλκμήνη, γεγονότες τὸ ἀνέκαθεν ἀπ' Αἰγύπτου, καὶ διότι Αἰγύπτιοι οὔτε Ποσειδέωνος οὔτε Διοσκούρων τὰ οὐνόματά φασι εἰδέναι, οὐδέ σφι θεοὶ οὗτοι ἐν τοῖσι ἄλλοισι θεοῖσι ἀποδεδέχαται.
4 καὶ μὴν εἴ γε παρ' Ἑλλήνων ἔλαβον οὔνομά τευ δαίμονος, τούτων οὐκ ἥκιστα ἀλλὰ μάλιστα ἔμελλον μνήμην ἕξειν, εἴπερ καὶ τότε ναυτιλίῃσι

ἐν δὲ καὶ τόδε] Vulgo *ἐν δὲ δὴ καὶ τόδε*; ubi *δή*, quod a libris abest scriptis, recentiores eiecerunt. Utrumque caeterum Nostro in usu; conf. I, 185. 192. III, 15. 38. II, 78. 176. Plura Schweigh. Paulo ante cum iisdem edidimus *τὸ οὔνομα* pro *τοὔνομα*. — Ad *ἀνέκαθεν*, quod de tempore adhibetur, cf. I, 170.

ὅτι τε τοῦ Ἡρακλέος τούτου οἱ γονέες κ. τ. λ.] Commode Larcher. laudat Plutarch. de Socrat. Gen. p. 577, ubi memoratur antiquissimum Haliarti in Boeotia sepulcrum Alcmenae, literis inscriptum formae peculiaris sed barbarae fere Aegyptiisque similis; ita ut Agesilaus, qui sepulcrum aperuit, in Aegyptum mitteret inscriptionis exemplar, quod sacerdotes legerent. Ac re vera unum quendam ex Aegyptiis sacerdotibus legere potuisse tradunt. — Ad Herodoti locum intelligendum hoc omnino tu paucis tene: Amphitryonis aeque atque Alcmenae genus repeti a Perseo, qui ipse refertur ad Belum, Aegypti regem. Itaque Hercules paterna et materna stirpe Aegyptius fertur ex Graecorum fabulis. — Reliqui in textu *Διοσκούρων*, licet unus liber *Διοσκόρων*, Attico dicendi more. Sed vulgatum recte tuetur Schaefer. ad Greg. Cor. p. 300 add. Lobeck. ad Phrynich. p. 235.

τούτων οὐκ ἥκιστα ἀλλὰ μάλιστα ἔμελλον μνήμην ἕξειν] Laudat locum Matth. Gr. Gr. §. 498 p. 944, ob usum verbi *μέλλειν*, quo hic id indicatur, quod ex procedenti hypothasi necessario consecuturum erat. Quare *ἔμελλον ἕξειν* idem fere quod *ἔσχον ἄν*, monente Schaefero in Melett. criticc. p. 131, quem locum adscripsit Cr. Est vero haec loci sententia: *Si qui-*

ἐχρέωντο, καὶ ἦσαν Ἑλλήνων τινὲς ναυτίλοι· ὡς ἔλπομαί τε καὶ ἐμὴ γνώμη αἱρέει, ὥστε τούτων ἂν καὶ μᾶλλον τῶν θεῶν τὰ οὐνόματα ἐξεπιστέατο Αἰγύπτιοι ἢ τοῦ Ἡρακλέος. Ἀλλά τις ἀρχαῖός ἐστι θεὸς Αἰγυπτίοισι Ἡρακλέης· ὡς δὲ αὐτοὶ λέγουσι, ἑτεά ἐστι ἑπτακισχίλια καὶ μύρια ἐς Ἄμασιν βασιλεύσαντα, ἐπεί τε ἐκ τῶν ὀκτὼ θεῶν οἱ δυώδεκα θεοὶ ἐγένοντο, τῶν Ἡρακλέα ἕνα νομίζουσι.

44 Καὶ θέλων δὲ τούτων πέρι σαφές τι εἰδέναι ἐξ ὧν οἷόν τε ἦν, ἔπλευσα καὶ ἐς Τύρον τῆς Φοινίκης, πυνθανόμενος αὐτόθι εἶναι ἱρὸν Ἡρακλέος ἅγιον· καὶ

In urbe Tyro Herculis templum antiquissimum, et aliud eiusdem cognomine Thasii: Thasum, ibique

---

dem revera nomen dei cuiusdam a Graecis accepissent (Aegyptii), certe horum memoriam quam maxime conservassent. — De formula οὐκ ἥκιστα ἀλλὰ μάλιστα idem consul. Matth. §. 463. Ad ἐχρέωντο mente subaudiendum οἱ Αἰγύπτιοι.

ὡς ἔλπομαί τε καὶ ἐμὴ γνώμη αἱρέει] Locutio ἐμὴ γνώμη αἱρέει *sententiam rationibus nixam* exprimit, sicuti λόγος αἱρέει, *quod sanior ratio persuadet*, III, 45. IV, 127 [et I, 132 fin. II, 33, ubi conf.]. Haec et plura Wesseling. ad h. l. Sed ἔλπομαι simpliciter est *puto, existimo*. — In seqq. pro vulg. τουτέων cum Gaisford. edidi τούτων.

ἀλλά τις ἀρχαῖός ἐστι θεὸς Αἰγυπτίοισι Ἡρακλέης] Hinc apud Ciceronem quoque de nat. deorr. III, 16: „alter (Hercules) traditur Nilo ortus, Aegyptius.“ Quinam Aegyptiorum sit Hercules, diximus ad II, 42. Unde quoque apparet, in verbb. seqq. ἐγένοντο bene a Gronovio et Schweigh. redditum fuisse: *exstiterunt* sive ut olim H. Stephanus notaverat: „ex quo e diis octo facti fuerunt duodecim.“

ἐς Ἄμασιν βασιλεύσαντα] Coepit regnare Amasis anno 570 a. Chr. n., desiit ann. 526. Conf. Larcher. Chronol. d'Herod. p. 117. 629.

Cap. XLIV.

ἐξ ὧν οἷόν τε ἦν] Suspicatur Struve l. l. pag. 45, hoc loco, ut I, 125. II, 92. 154. III, 82 scribendum esse ἐκ τῶν. Equidem libris invitis nihil mutem.

αὐτόθι εἶναι ἱρὸν Ἡρακλέος ἅγιον] Colebant Phoenices Herculem, summum deum, solarem opinor genium nec alium atque Aegyptii (conf. nott. ad II, 42) eiusque cultum per alias multas regiones propagarunt. Quod illum sua lingua appellabant *Melkarth*, id vel *urbis regem*,

Herculis templum, qui condiderint: Hercules in Graecia passim duplex, Olympius et Heros.

ἴδον πλουσίως κατεσκευασμένον ἄλλοισί τε πολλοῖσι ἀναθήμασι, καὶ ἐν αὐτῷ ἦσαν στῆλαι δύο, ἡ μὲν, χρυσοῦ ἀπέφθου· ἡ δὲ, σμαράγδου λίθου, λάμποντος τὰς νύκτας μέγαθος. ἐς λόγους δὲ ἐλθὼν τοῖσι ἱρεῦσι τοῦ θεοῦ εἰρόμην ὁκόσος χρόνος εἴη 70
2 ἐξ οὗ σφι τὸ ἱρὸν ἵδρυται. εὗρον δὲ οὐδὲ τούτους τοῖσι Ἕλλησι συμφερομένους. ἔφασαν γὰρ ἅμα Τύρῳ οἰκιζομένῃ καὶ τὸ ἱρὸν τοῦ θεοῦ ἱδρυθῆναι·

---

vel *validum regem* significare contendunt viri docti. Convenit ille cum Aegyptiorum Hercule, quum et ipse solis quaedam sit incarnatio itemque indicet vim solis verni, quâ semina educat et quaecunque in rerum sunt natura, ut crescant et maturescant efficiat. Plura Creuzer. Symbol. II p. 211 seqq.

ἡ μὲν, χρυσοῦ ἀπέφθου· ἡ δὲ, σμαράγδου λίθου] χρυσὸς ἄπεφθος qualis sit, vidimus ad I, 50. Pro σμαράγδου plures libri μαράγδου; qua de scriptura praeter Wass. ad Thucyd. IV, 31 conf. Brouckhus. ad Propert. II, 13, 43. Ad argumentum facit Theophrasti locus opp. pag. 394 et Plinii Hist. Nat. XXXVII, 5 (al. 19), qui Tyri in Herculis templo stantem pilam e smaragdo esse narrant, nisi potius pseudosmaragdus sit. Quae alia ibi adduntur de smaragdorum magnitudine exempla, nolim huc transcribere; cum Larchero ne smaragdi quidem columna fuisse videatur, sed „du verre coloré, dont l'interieur etoit eclairé par des lamps.“ Heerenius (Ideen I, 2 p. 212) quaerit, an Lazuli lapis fuerit, ex quo eodem constent columnae Iesuitarum in templo, quod Romae est. Et reapse aliud quid smaragdi nomine Noster intelligere potuit, quam quod hodie intelligunt. Quale vero hoc ipsum sit, quod ille intellexerit, me nescire fateor. Consului alios viros doctos, qui itidem tantae molis smaragdum inveniri posse negarunt, splendescentem praeterea, cum quo maior et amplior, eo minus clarior et lucidior iste sit lapis. Quod in fine legitur μέγαθος si pro μεγάλως adverbialiter poni existimes, hoc utique insolentius dictum videtur; ne vero μεγάλως reponamus in textu, obstant libri manu scripti omnes. Quare mihi aliquid hoc loco excidisse videtur, quo fortasse mensura columnae fuerit indicata, ubi vox μέγαθος commode adponi poterat.

καὶ τὸ ἱρὸν τοῦ θεοῦ ἱδρυθῆναι] Aldina ed. et codd. nonnulli ἱδρυνθῆναι, quemadmodum I, 172 exstat: ἱδρυνθέντων; quod apud recentiores frequentissimum, non rarum antiquioribus observat Lobeck. ad Phrynich. p. 37 not. Nec tamen

εἶναι δὲ ἔτεα ἀφ' οὗ Τύρον οἰκέουσι, τριηκόσια
3 καὶ δισχίλια. εἶδον δὲ ἐν τῇ Τύρῳ καὶ ἄλλο ἱρὸν
4 Ἡρακλέος, ἐπωνυμίην ἔχοντες Θασίου εἶναι. ἀπικό-
μην δὲ καὶ ἐς Θάσον, ἐν τῇ εὗρον ἱρὸν Ἡρακλέος

---

ideo mutaverim ἱδρυθῆναι, quod Atticistae praeferri iubent. Cf., ne plura, Buttmann. in Gramm. mai. II p. 152. — In sq. pro ἀφ' οὗ Schaefer., probante Struve l. l. p. 32, ἀπ' οὗ. Cf. Koen. ad Gregor. Corinth. de dial. Ion. §. 18. Libri omnes: ἀφ' οὗ.

εἶναι δὲ ἔτεα — τριηκόσια καὶ δισχίλια] Fuit utique Tyrus post Sidonem et maxima et antiquissima Phoenicum urbs, teste Strabone XVI p. 1097 et Iesai. XXIII, 7; quod tamen non impedit, quo minus cum Wesselingio eam hic nimis priscam perhiberi censeamus. A sacerdotibus, antiquitatis suae iactatoribus, Nostro ut verba data fuerint, fieri utique potuisse idem ille scribit, reiecta Vignolii coniecturâ, qua τριηκόσια καὶ χίλια in Herodoto sit scribendum, cum vel hac ratione Tyri initia iusto antiquiora constituerentur. Denuo hanc rem disquisivit Larcherus in Chronolog. Herodot. cap. II p. 129 seqq. Cum enim, Herodotum vel potius ipsos Tyrios si sequamur, urbs fuerit condita ann. 2760 a. Chr., id quod nimis recedit, Larcherus ponit in anno 1690 a. Chr. Tyri origines. Nec tamen patri historiae Tyrios imposuisse vult, sed sibi ipsos Tyrios imposuisse, cum suae urbis origines confunderent cum Sidone, quae ipsa Tyri esset metropolis, condita anno 1730 a. Chr. Utut est, valde antiquam urbem videri, cum Gesenio (quem Cr. ad h. l. adscripsit) ad Iesai. XXIII, 4 p. 728 statuere malumus. Ac poterit hoc utique referri ad communem antiquitatis opinionem, quâ aliis praestantiores se esse atque haberi voluerunt, eo quod summam antiquitatem sibi assumerent. Monet praeterea Heerenius (Ideen I, 2 p. 12 seq.) templum vetus, quod una cum ipsa urbe conditum esse narrabant Tyrii, diu demolitum aliudque eius loco a rege Hiram Salomonis aequali exstructum fuisse. Atque hoc potius fuisse templum, quod quingentis quinquaginta post annis viderit Herodotus.

ἐπωνυμίην — Θασίου εἶναι] De abundante verbo εἶναι conf. Hermann. ad Viger. p. 751 et Siebelis. ad Pausan. VIII, 31 §. 4. Cr. adscripsit Platonis locum in Phaedon. §. 117, ubi Herodotei loci non immemor Heindorfius p. 198.

ἐν τῇ εὗρον ἱρὸν Ἡρακλέος ὑπὸ Φοινίκων ἱδρυμένον κ. τ. λ.] Hoc templum, si annos supputaveris e mente Herodoti, i. e. 166 ante Graecorum Herculem natum, conditum erit anno 1550

ὑπὸ Φοινίκων ἱδρυμένον, οἳ κατ' Εὐρώπης ζήτησιν ἐκπλώσαντες, Θάσον ἔκτισαν· καὶ ταῦτα καὶ πέντε γενεῇσι ἀνδρῶν πρότερά ἐστι ἢ τὸν Ἀμφιτρύωνος Ἡρακλέα ἐν τῇ Ἑλλάδι γενέσθαι. Τὰ μέν 80
νυν ἱστορημένα δηλοῖ σαφέως παλαιὸν θεὸν τὸν
6 Ἡρακλέα ἐόντα. καὶ δοκέουσι δέ μοι οὗτοι ὀρθότατα Ἑλλήνων ποιέειν, οἳ διξὰ Ἡράκλεια ἱδρυσάμενοι ἔκτηνται· καὶ τῷ μὲν, ὡς ἀθανάτῳ, Ὀλυμ-

---

a. Chr. n.; ita ut Graecus Hercules natus fuerit 1384 a. Chr. n. Qui bene diversus non minus ab Aegyptio et Phoenicio quam a Tyrio ac Thasio Hercule, non deus ipsa origine, sed mortali stirpe progenitus ferebatur, mox in coelum receptus ob insignia facinora. Quem igitur Orientales habuere deum primigenium, eum Graeci inde acceptum magis ad humanam formam ac speciem conformarunt, et in heroem transmutarunt, qui ob ipsius de humano genere merita in coelum evectus nunc reliquos etiam homines ad similia perpetranda ipsiusque vestigia legenda provocaret. Quae de Thasio Hercule accepimus et ipsa Aegyptium et Phoenicium deum fuisse commonstrant. Plura Creuzer. Symbol. II p. 218 seqq., ubi etiam Thasiorum nummi memorantur, in quibus Herculis effigies comparet. — De Thaso ipsa conf. Nostrum VI, 47. Cum enim auri fodinis et metallis conspicua esset insula, maturius Phoenicum coloni illic sedes ceperunt.

οἳ κατ' Εὐρώπης ζήτησιν ἐκπλώσαντες] conf. I, 2 Cr. citat F. A. Wolf. in Analectt. IV p. 513.

καὶ ταῦτα καὶ πέντε γενεῇσι ἀνδρῶν πρότερά ἐστι ἢ τὸν Ἀμφιτρύωνος κ. τ. λ.] Cum a Cadmo plus quinque generationibus abiisse tradant, verba Herodoti displicuerunt viris doctis, qui pro *πέντε* rescribi maluerunt *δέκα* vel *ὀκτώ*. Sed vulgatae lectioni, quam in istius modi rebus valde obscuris immutare nefas puto, patrocinatus est Larcherus, cum a Cadmo usque ad Oedipum, Herculis aequalem, utique fuerint quinque generationes, Cadmi autem genealogiam Noster verisimiliter cognorit. Quae si vere disputata sunt, Herodoto sua constabit auctoritas. Conf. Larcher. not. ad h. l. et Tab. Chronol. p. 326 seqq. 344 seqq.

οἳ — ἱδρυσάμενοι ἔκτηνται] De his verbis conf. II, 42. In seqq. quid sit *ἐναγίζειν*, diximus ad I, 167. Ad argumentum conferri potest Diodor. Sicul. IV, 39 et Plutarch. de malign. Herodot. p. 857, D tom. II Opp. haec cavillans Herodoti verba.

κίῳ δὲ ἐπωνυμίην, θύουσι· τῷ δὲ ἑτέρῳ, ὡς ἥρωϊ
45 ἐναγίζουσι. Λέγουσι δὲ πολλὰ καὶ ἄλλα ἀνεπισκέπτως οἱ Ἕλληνες. εὐήθης δὲ αὐτῶν καὶ ὅδε ὁ μῦθός ἐστι, τὸν περὶ τοῦ Ἡρακλέος λέγουσι· ὡς „αὐτὸν ἀπικόμενον ἐς Αἴγυπτον στέψαντες οἱ Αἰγύπτιοι, ὑπὸ πομπῆς ἐξῆγον ὡς θύσοντες τῷ Διΐ· „τὸν δὲ, τέως μὲν ἡσυχίην ἔχειν· ἐπεὶ δὲ αὐτοῦ „πρὸς τῷ βωμῷ κατάρχοντο, ἐς ἀλκὴν τραπόμενον,

Refellitur Graecorum quaedam fabula de Hercule.

Cap. XLV.

εὐήθης δὲ αὐτῶν καὶ ὅδε ὁ μῦθός ἐστι] αὐτῶν cum Gaisfordio rescripsi pro αὐτέων. — De εὐήθης (*stolidus*, *ineptus*) vidimus ad I, 60. In seqq. ad verba ὑπὸ πομπῆς conf. Matth. §. 592 fin. p. 1187.

ἐπεὶ δὲ αὐτοῦ πρὸς τῷ βωμῷ κατάρχοντο] i. e. *cum ad altare auspicarentur sacrificium.* Ita Schweigh.; αὐτοῦ, quod de Hercule tanquam victima intelligendum, pendet a verbo κατάρχοντο. Nam κατάρχεσθαι (ἱερῶν) usitatum est in Graecorum sacris, *auspicari* eaque omnia comprehendit, quae initio sacrificii fiunt, pilos e fronte victimae abscindere, lustrare eam, alia. Plura interprr. ad Aristoph. Aves 970 et quem Schweigh. in Lex. Herodot. laudat. Heyne Opuscc. Acadd. I p. 326. Ex Herodoto conf. IV, 60. 103. Formulam πρὸς ἀλκὴν τρέπεσθαι Aemilius Portus haud male reddidit: *ad vim propulsandam se convertere*; alii: *virium suarum periculum facere.* Recurrit locutio III, 68. IV, 125. IX, 102, quam inde alii quoque scriptores imitando expresserunt. Vid. plura ad Plutarch. Philopoem. 10 pag. 41. — Caeterum facile in his cognoscas celeberrimam de Busiride fabulam, qui Aegypti olim rex ex oraculo quotannis peregrinum ad Aegyptiacas terras delatum mactare solitus fuerit. Qui idem Herculem advenam ad altare cum duci iussisset, ille compedibus fractis se solvisse ac Busiridem eiusque filium Amphidamantem et Chalbem praeconem interemisse traditur. Vid. Creuzer. Symbol. I p. 353 seqq. Quae quidem in Graeciam dein translata vel ab artificibus ad oculorum sensum traducta in vasorum picturis repraesentantur; conf. Peintures de Vases grecs par Millingen. Rom. 1813. nr. XXVIII. Nec desunt aliae Graecorum fabulae similes, ad illam Aegyptiacam confictae, quae minime ad Graeciam, ut C. O. Müllero (quem Cr. ad h. l. laudavit) in Orchomen. p. 164 videtur, revocandae et inde in Aegyptum demum translatae debent existimari. Qui interior sit fabulae sensus, hic explicare non vacat. Vid. Creuzer. l. l. p. 355 seqq.

2 „πάντας σφίας καταφονεῦσαι." Ἐμοὶ μέν νυν δοκέουσι, ταῦτα λέγοντες, τῆς Αἰγυπτίων φύσιος καὶ
3 τῶν νόμων πάμπαν ἀπείρως ἔχειν οἱ Ἕλληνες. τοῖσι 95
γὰρ οὐδὲ κτήνεα ὁσίη θύειν ἐστὶ, χωρὶς ὑῶν, καὶ ἐρσένων βοῶν καὶ μόσχων, ὅσοι ἂν καθαροὶ ἔωσι,
4 καὶ χηνέων, κῶς ἂν οὗτοι ἀνθρώπους θύοιεν; ἔτι
δὲ ἕνα ἐόντα τὸν Ἡρακλέα, καὶ ἔτι ἄνθρωπον, ὡς 126
δή φασι, κῶς φύσιν ἔχει πολλὰς μυριάδας φονεῦσαι; Καὶ περὶ μὲν τούτων τοσαῦτα ἡμῖν εἰποῦσι, καὶ παρὰ τῶν θεῶν καὶ παρὰ τῶν ἡρώων εὐμένεια 1
εἴη.

χωρὶς ὑῶν, καὶ ἐρσένων βοῶν κ. τ. λ.] Aegyptii cum sues aversati sint, quas uno tantum festo Lunae mactabant, ut Noster asserit infra II, 47, aliique testantur scriptores, mavult Valckenarius pro ὑῶν rescribi ὀΐων, ut *oves* intelligantur *suum* loco. Quod cum Schellershemianus liber comprobare videretur exhibens οἴων, receperunt Schweigh. atque Gaisford.; nos a vulgata stare maluimus, cui satis ea ipsa patrocinari statuit Larcherus, quae II, 47 memorantur. De bobus ad sacrificium adhibitis vid. supra II, 38 seq.

κῶς ἂν οὗτοι ἀνθρώπους θύοιεν] Herodoti quidem aetate ab Aegyptiis minime homines esse mactatos sanequam credamus licet historiae patri, cum iam antea Amasis rex humana sacrificia per Aegyptum quibusdam locis fieri solita sustulerit, et omnino Persarum occupatione in hisce multa mutata fuisse perquam fiat credibile. Quod enim alii testantur scriptores veteres, olim per Aegyptum in sacris caesos fuisse homines, hoc confirmant ea, quae in hypogaeis Aegyptiacis repraesentata conspicimus sacrificia humana. Conf. Wesseling. ad h. l. et ad Diodor. I, 88. Creuzer. Symbol. I p. 354 seq. et inprimis Costaz. descript. de l'Eg. Antiqq. I mém. pag. 75. — De forma genitivi χηνέων conf. Matth. Gramm. Gr. pag. 166.

κῶς φύσιν ἔχει] Haec ita reddit Vigerus de Idiotism. p. 255 seq.: *quomodo verisimile sit*. Malim equidem: *quomodo consentaneum*, sive *probabile sit*, cum id Herodotus indicare velit, quod per rerum naturam fieri minime potuerit. Conf. Platon. Republ. V pag. 473, A. VII, p. 489, B.

καὶ παρὰ τῶν θεῶν — εὐμένεια εἴη] Pro εὐμένεια duo libri εὐμενέα, quod in εὐμενέη (ut substantivum nimirum sit) h. l. mutatum voluit Koen. ad Gregor. Corinth. de dial. Ion. §. 41, accedente Schaef. p. 521

46 *Τὰς δὲ δὴ αἶγας καὶ τοὺς τράγους τῶνδε εἵνεκα οὐ θύουσι Αἰγυπτίων οἱ εἰρημένοι. τὸν Πᾶνα τῶν ὀκτὼ θεῶν λογίζονται εἶναι οἱ Μενδήσιοι·*

Mendesii non immolant capras et hircos: Pan unus ex VIII diis qua-

---

ibid. Schweighaeusero (in Lex. Herod. s. v.) nunc placet *εὐμενέα*, quod, ut neutrum plurale idem valeat atque ἡ εὐμένεια, hoc loco vereor ut probari possit. Inde retinui εὐμένεια, quod in simili formula in Heliodor. Aethiopp. IX p. 424 invenitur, ubi denotat *veniam*, *indulgentiam*. Eam vero a diis aeque atque heroibus sibi petit Herodotus, ut qui de rebus disseruerit, quas tangere nefas sit, cum ad arcanas religiones ac mysteriorum doctrinam pertineant. Conf. supra II, 4. Similes formulae apud Nostrum aliquoties reperiuntur II, 46. 47. 48 fin.

Cap. XLVI.

οὐ θύουσι Αἰγυπτίων οἱ εἰρημένοι] Mendesios intelligit, conf. II, 42.

τὸν Πᾶνα τῶν ὀκτὼ θεῶν λογίζονται εἶναι οἱ Μενδήσιοι] Octo primi ordinis deos Aegyptiorum attigimus ad II, 43. Quos eosdem vulgo summos *Cabiros* vocant. *Pan*, qui ad eos refertur ab Herodoto, hoc erit numen, quô in rerum naturâ vis designatur prolifica et genetrix tunc efficacissima, quando sol in tauri signo domicilium capiens cum caprae signo, quae continuo taurum excipit, coniunctus reperitur. Hinc summa eius veneratio cultusque, hinc pater ille dicitur optimus, omniumque parens, quae terra profert, hinc illi sacra fertur capra et hircus. Quae pluribus persecutus est Creuzerus Symbol. I p. 476. III p. 234—240, coll. II p. 391. Eo etiam ducit Aegyptium dei nomen, quod *Mendes* fuisse scriptores veteres testantur *hircumque* nostro idiomate significare contendunt. Cf. Bochart. Hierozoic. II, 53. Quod secus esse monet Iablonskius, cum *Mendes* Aegyptiorum sermone exprimat *seminalem*, *prolificum*, *foecundum*, ita ut Aegyptii foecunditatem prolificam naturae exprimere voluerint. Cf. Vocc. Aegyptt. p. 138 *ibique laudd.* Unde manifestum, cur hircum huic deo sacratum voluerint, ipsumque deum hirci partibus praeditum vulgo repraesentaverint, quamquam, quod iure mireris, in tot anaglyphis Aegyptiacis nulla huius dei imago, qualem Herodotus certe indicat, reperitur. Vid. Hirt. über die Gegenst. d. Kunst etc. pag. 124. Sed monet Minutoli (Reise etc. p. 283), in cryptis a Belzonio apertis inventum fuisse Pana eâdem forma repraesentatum, quam, teste Herodoto, ipsi tribuerint Aegyptii. Urbis numi Romanorum aetate fusi monstrant hircum. Vid. Zoëg. numm. Aegyptt. imperr. p. 117. 215. Sed nomen *Mendes* nec urbi nec nomo inde cognominato revera olim fuisse

τοὺς δὲ ὀκτὼ θεοὺς τούτους, προτέρους τῶν δυώ-
2δεκα θεῶν φασι γενέσθαι. γράφουσί τε δὴ καὶ γλύφουσι οἱ ζωγράφοι καὶ οἱ ἀγαλματοποιοὶ τοῦ Πανὸς τὤγαλμα, κατάπερ Ἕλληνες, αἰγοπρόσωπον καὶ τραγοσκελέα· οὔ τι τοιοῦτον νομίζοντες εἶναί μιν,
3ἀλλ' ὅμοιον τοῖσι ἄλλοισι θεοῖσι. ὅτευ δὲ εἵνεκα τοιοῦτον γράφουσι αὐτὸν, οὔ μοι ἥδιόν ἐστι λέγειν.

le simulacrum eius fingatur: capris et maxime hircis quantus apud Mendesios honor.

---

contendit Champollio l'Egypt. sous l. phar. II pag. 124, cum nomen Aegyptium fuerit *Schmun* an *Erman* (de la grenade), duabus postremis vocalis ideo adiectis, quibus urbs inferioris Aegypti distingueretur ab ea, quae in medio Aegypto fuerit: *Schmun magná*, Graecis quae dicitur Hermopolis magna. Et cognomen a terrae indole ductum, quae granatis (Punicis) sit feracissima. Utut est, non multum urbs remota erat a Diospolide et Busiride urbibus, marique propinqua, teste Strabone XVII p. 802 s. p. 1154, A. B. Nunc loco nomen *Ashmun* s. *Oshmun*, vid. Schlichthorst. in Geogr. Afric. Herodot. p. 73, coll. Champoll. l. l. p. 128.

γράφουσί τε δὴ καὶ γλύφουσι κ. τ. λ.] Ad *γλύφειν* vid. nott. ad II, 4. Inde videbuntur non absurda, quae Gesnerus adscripsit ad h. l. in Chrestomathia Graeca ab ipso edita (Lips. 1734), cuius exemplar est penes Creuzerum: „Debebat dicere *γρ. καὶ γλύφουσιν*. Sed in talibus non satis accurati sunt scriptores; cuius generis et alia exempla reperiuntur." Mox cave mutes *τραγοσκελέα* (ut nimirum cum substantivo *τὤγαλμα* conveniat), cum illud pertineat ad *Πανὸς*, structurâ Graecis scriptoribus haud insolita. Conf. Matth. Gr. Gr. §. 434 p. 810 seq. not. De *Panis* imaginibus Graecis confer sis Winckelmann. opp. tom. IV p. 79. VI, 2 p. 231 ed. Dresd. Cr. confert the classic. Journal. vol. V p. 408 seq.

οὔ τι τοιοῦτον νομίζοντες εἶναί μιν, ἀλλ' ὅμοιον τοῖσι ἄλλοισι θεοῖσι] Haec ita intelligo, ut Aegyptii Pana minime talem deum existimaverint, facie caprina hircique pedibus instructum, sed similem eundem reliquis diis repraesentaverint, quos scilicet animalium partibus ornatos conspicimus, ut Isidem buculae cornibus, Iovem arietis capite praeditum, alios aliis attributis. Causam moris Herodoto bene, ut equidem existimo, cognitam nec tamen prolatam religionis gratia, indicavimus supra.

οὔ μοι ἥδιόν ἐστι λέγειν] i. e. *haud mihi lubet*, *convenit*. Conf. nott. ad II, 46 in fin. In comparativo insignis elucet positivi gradus vis. Conf. Matth. p. 854.

4 σέβονται δὲ πάντας τοὺς αἶγας οἱ Μενδήσιοι, καὶ μᾶλλον τοὺς ἔρσενας τῶν θηλέων, καὶ τούτων οἱ αἰπόλοι τιμὰς μέζονας ἔχουσι· ἐκ δὲ τούτων εἷς μάλιστα, ὅστις ἐπεὰν ἀποθάνῃ, πένθος μέγα παντὶ
5 τῷ Μενδησίῳ νομῷ τίθεται. καλέεται δὲ ὅ τε τράγος καὶ ὁ Πὰν Αἰγυπτιστὶ, Μένδης. ἐγένετο δ' ἐν τῷ νομῷ τούτῳ ἐπ' ἐμεῦ τοῦτο τὸ τέρας· γυναικὶ

πάντας τοὺς αἶγας] Cr. conf. Villoison. ad Apollon. Lex. Hom. pag. 468 Toll., ubi de voce *αἴξ*, quae masculino genere adhibeatur.

καὶ μᾶλλον τοὺς ἔρσενας τῶν θηλέων] Capros hircosve cur magis honorarint, haud latebit eum, qui, quae de Panis natura supra diximus prolifica, omniumque rerum genitrice reputaverit. In verbis sequentibus haeserunt interpretes variaque tentarunt. Sine causa, ut mihi videtur. Nam primum in verbis *καὶ τούτων οἱ αἰπόλοι τιμὰς μέζονας ἔχουσι*, aperte *τούτων* pertinet ad *αἶγας ἔρσενας*, ut hircorum pastores maiorem quam caprarum honorem tenere dicantur. Locutio *αἰπόλος αἰγῶν* nihil habet absoni, quum aliquoties eâ usus fuerit Homerus, v. c. Odyss. ρ', 246. 269. Haec igitur verba (*καὶ τούτων — ἔχουσι*) si per parenthesin quasi interiecta accipias, nihil in eo offendes, quod verba sequentia *ἐκ δὲ τούτων εἷς μάλιστα κ. τ. λ.* ad hircos referenda sunt, e quibus unum potissimum esse ait Noster, qui, quando fuerit mortuus, multum lugeatur a Mendesiis. Itaque equidem nil in Herodoto, cuius oratio quibusdam haud satis expedita atque dilucida est visa, mutandum censeo; maxime vero displicet, quod pro *οἱ αἰπόλοι* Schaeferus olim reposuit *οἱ κόλοι*, ut intelligantur *hirci cornua non habentes*, coll. Theocrit. VIII, 51 cum schol.

καλέεται δὲ — Μένδης] De re ipsa iam supra monitum. Sunt vero, qui *Thmuis* (quo nomine invenitur urbs in inferiori Aegypto atque nomus, quem a Mendesio Noster distinguit II, 166) Aegyptiorum lingua *hircum* significasse arbitrentur, cum alii *leonis urbem* hoc nomine designari contendant, ipseque Champollio *insulae significationem* in hac voce inesse statuat. Cf. Creuzer. Symbol. I p. 477.

γυναικὶ τράγος ἐμίσγετο ἀναφανδόν] Mendetis in urbe hircos mulieribus se miscere Pindarus quoque cecinerat (vide Strab. XVII p. 1154), ex quo alii repetierunt laudati a Schneidero ad Pindari fragm. p. 122 ed. Heyn. tom. III et Bochart. Hieroz. II, 53. Idem facinus de Thmuitis alii retulerunt; vid. Clem. Alexandr. p. 27. Ac turpissimi huius amoris causam a

τράγος ἐμίσγετο ἀναφανδόν. τοῦτο ἐς ἐπίδεξιν ἀνθρώπων ἀπίκετο.
47 Ὗν δὲ Αἰγύπτιοι μιαρὸν ἥγηνται θηρίον εἶναι, καὶ τοῦτο μὲν, ἤν τις ψαύσῃ αὐτῶν παριὼν ὑὸς αὐτοῖσι ἱματίοισι, ἀπ' ὧν ἔβαψε ἑωυτὸν, βὰς ἐπὶ τὸν ποταμόν· τοῦτο δὲ, οἱ συβῶται, ἐόντες Αἰγύπτιοι ἐγγενέες, ἐς ἱρὸν οὐδὲν τῶν ἐν

Sues et subulcos Aegyptii aversantur: Lunae ac Baccho semel per annum, eodem plenilunio utrique, sues immolant, et immolatarum carnibus vescuntur: quomodo eas Lunae immolent, et

---

religione petendam esse, quâ vaductae mulieres Pani sive hirco, eius symbolo, se permiserint, in dubium vocari nequit. Vide supra notata; quibus *Cr.* h. l. addi vult Payne-Knight inquiry on symbol. languag. pag. 24 §. 33.

τοῦτο ἐς ἐπίδεξιν ἀνθρώπων ἀπίκετο] Steger. Praefat. pag. XII post τοῦτο inseri vult δ έ. Libri vetusti non addicunt. Ipsa verba Graeca olim sic Latine reddita: *hoc in ostentationem hominum pervenit*, a recentissimo interprete melius hunc in modum expressa sunt: *hoc* (concubitus intelligitur hirci ac mulieris palam factus) *ad hominum notitiam pervenit.* Iablonskius olim verterat: *huiusque rei videndae hominibus copia facta est.* Ac denique Aemilius Portus ita loci sensum expresserat: *hoc in hominum demonstrationem venit*, id est, *hominibus innotuit*, *ita ut omnes hoc indicarent ac demonstrarent.*

Cap. XLVII.

ὗν δὲ Αἰγύπτιοι μιαρὸν ἥγηνται θηρίον εἶναι] Nolim huc afferre aliorum scriptorum testimonia tum de Aegyptiis, tum de aliis antiquitatis gentibus sues aversantibus, aut varias enumerare causas ab illis proditas, cum abunde hoc fecerit Bochart. Hierozoic. II, 57 pag. 702. *Cr.* consuli vult Gesen. ad Iesai. LXV, 4 p. 278, qui Iudaeos in suili carne aversanda minus valetudinis curam habuisse, sed finitimarum gentium, Aegyptiorum, Arabum, Phoenicum morem secutos esse statuit. Quam autem moris causam habuerint et aliae gentes et vero potissimum Aegyptii, vixdum certo indicare licebit. Cf. Heeren. Ideen II, 2 p. 151. Ad Herodoti locum hunce facit Plutarch. de Is. et Osirid. p. 353, F, ubi Wyttenbachius a *Cr.* laudatus in Animadverss. p. 176 seq. praeter alia laudat Aelian. N. A. X, 16 et Proclum in Hesiod. Opp. et D. 767.

αὐτοῖσι ἱματίοισι] Articulum τοῖσι ante ἱματίοισι recte delevit Wesseling., qui idem locutionem aliquot exemplis illustravit. Tu vid. Matthiae Gr. Gr. pag. 741. Ad verba ἀπ' ὧν ἔβαψε conf. II, 39. 40.

οἱ συβῶται, ἐόντες Αἰγύπτιοι ἐγγενέες κ. τ. λ.] Valcken. ante ἐόντες inseri vult particulam καὶ, ut sensus sit: *quamvis indigenae sint.* Sed nihil

Αἰγύπτῳ ἐσέρχονται μοῦνοι πάντων· οὐδέ σφι ἐκδίδοσθαι θυγατέρα οὐδεὶς ἐθέλει, οὐδ' ἄγεσθαι ἐξ αὐτῶν· ἀλλ' ἐκδίδονταί τε οἱ συβῶται καὶ ἄγονται ἐξ ἀλλήλων. τοῖσι μέν νυν ἄλλοισι θεοῖσι θύειν ὗς οὐ δικαιεῦσι Αἰγύπτιοι· Σελήνῃ δὲ καὶ Διονύσῳ 127
μούνοισι, τοῦ αὐτοῦ χρόνου, τῇ αὐτῇ πανσελήνῳ,

---

opus hac particula, quam scripti libri non agnoscunt. De ipsis subulcis (qui etiam memorantur II, 164) infimo loco habitis ap. Aegyptios, alia aliorum scriptorum testimonia suppeditabit Bochart. Hierozoic. II, 57 p. 707. Ac tenendum est, agriculturae promovendae et tuendae causa, cui maxime assuetam et adstrictam voluerint sacerdotes legislatores gentem Aegyptiam, vitam pastoritiam atque nomadicam reiici, ut adeo infamia quadam notentur ii, qui huic vitae generi sese dicarint, quoniam in agris rite colendis sedibusque firmis capiendis omnis consistat rei publicae salus atque ordo, qualem sacerdotes illi maxime sectarentur. Plura Heeren. Ideen II, 2 pag. 159 seqq. coll. 150.

οὐδέ σφι ἐκδίδοσθαι θυγατέρα κ. τ. λ.] De locutionibus *ἐκδίδοσθαι θυγατέρα* et *ἄγεσθαι* conf. not. ad I, 34. 59. *Cr.* conferri vult Heindorf. ad Platon. Gorg. pag. 226. — Pro *ἐκδίδονται* et *ἄγονται* Schwgh. et Gaisf. ex uno libro receperunt *ἐκδιδόαται* atque *ἀγέαται*. Equidem vulgatam lectionem reliquorum librorum consensu probatam retinui. Conf. I, 209. Sed *αὐτῶν* scripsi cum Gaisf. pro *αὐτέων*.

Σελήνῃ δὲ καὶ Διονύσῳ μούνοισι κ. τ. λ.] Auctor est Aelianus N. A. X, 16 Aegyptios semel quotannis Lunae suem sacrificare solitos esse; cuius moris causas, tum ab aliis tum ab Eudoxo prolatas idem subiungit. Maxime vero huc pertinet Plutarchi locus de Is. atque Osiride pag. 353, F. 354, A seq., ubi suem refert sacerdotes existimare animal a sacris alienum, quoniam maxime coeat luna decrescente eiusdemque lac bibentibus lepram afferat atque scabiem. Quod vero semel in plenilunio suem Aegyptii mactent comedantque, hoc ad Typhonem spectare, qui plena luna suem persequens ligneam arcam, quâ Osiridis corpus inclusum fuerit, invenerit illudque disiecerit. Est hic procul dubio *ἱερὸς λόγος*, quem Herodotus religione impeditus proferre noluit. Spectat vero huc, monente *Cr.* (Symbol. III p. 332), imago viri cum sue, quae in Zodiaco Tentyrorum conspicitur, spectant huc Graecorum sacra, qui Bacchi in festo suem hirci loco mactant, eodemque fere referri posse videntur suum sacrificia

3 τοὺς ὗς θύσαντες, πατέονται τῶν κρεῶν. διότι δὲ τοὺς ὗς ἐν μὲν τῇσι ἄλλῃσι ὀρτῇσι ἀπεστυγήκασι, ἐν δὲ ταύτῃ θύουσι, ἔστι μὲν λόγος περὶ αὐτοῦ ὑπ' Αἰγυπτίων λεγόμενος· ἐμοὶ μέντοι ἐπισταμένῳ 4 οὐκ εὐπρεπέστερός ἐστι λέγεσθαι. θυσίη δὲ ἥδε τῶν ὑῶν τῇ Σελήνῃ ποιέεται· ἐπεὰν θύσῃ, τὴν οὐρὴν ἄκρην καὶ τὸν σπλῆνα καὶ τὸν ἐπίπλοον συνθεὶς ὁμοῦ, κατ' ὦν ἐκάλυψε πάσῃ τοῦ κτήνεος τῇ πιμελῇ τῇ περὶ τὴν νηδὺν γινομένῃ· καὶ ἔπειτα 5 καταγίζει πυρί. τὰ δὲ ἄλλα κρέα σιτέονται ἐν τῇ πανσελήνῳ, ἐν τῇ ἂν τὰ ἱρὰ θύσωσι· ἐν ἄλλῃ δὲ 6 ἡμέρῃ οὐκ ἂν ἔτι γευσαίατο. οἱ δὲ πένητες αὐτῶν ὑπ' ἀσθενείης βίου σταιτίνας πλάσαντες ὗς, καὶ

---

in Cereris mysteriis usitata, de quibus plura idem Cr. l. l. IV p. 178. 182. 473 seq., qui ad h. Herodoti locum haec praeterea adscripsit: „Eustathius ad Odyss. XX, 156 sqq. p. 727, 42 ed. Bas. attendere nos iubet in festo novae Lunae *tres sues* (τρεῖς σιάλους) ab Ithacensibus immolari. Atque Veneri (quae ipsa pro Lunae dea habetur) Argivi suem mactasse dicuntur. Vid. Iablonsk. Voce. Aegyptt. pag. 37.“ —

πατέονται τῶν κρεῶν] In margine exempl. Stephan. quod penes Cr. est, docta manus appinxit *δ α τ έ ο ν τ α ι.* Sed vide ad II, 37. — Ad verba *οὐκ εὐπρεπέστερός ἐστι* (scil. λόγος) *λέγεσθαι* conf. II, 46.

ἐν δὲ ταύτῃ θύουσι] „Eustathius ad Odyss. XIX, 439 p. 705 infra Basil. (conf. Athen. p. 402): οἱ δέ φασιν εἰρῆσθαι *σ ῦ ν*, ὡς οἱονεὶ *θ ῦ ν* τὸν εἰς θυσίαν εὔθετοῦντα; ut igitur σῦς (sus) a θύειν nomen invenerit.“ Cr.

ἐπεὰν θύσῃ] Scil. τὶς s. ὁ θύων. Vid. I, 132 ibiq. laudd. Cr. hic confert Ast. ad Plat. Polit. II p. 430. *τὸν ἐπίπλοον* intelligit Latinorum *omentum*.

οὐκ ἂν ἔτι γευσαίατο] Observa optativi vim, de qua Matthiae Gr. Gr. pag. 977. Verba *ὑπ' ἀσθενείης βίου* bene Wesselingius reddit: *propter egestatem et victus tenuitatem*, ut IV, 135. VIII, 51. Idem addit *σταιτίνας ὗς* (farinaceas sues) hic poni sicuti bovem farinaceam in Cyzicenorum sacris ap. Plutarch. Lucull. (cp. 10) p. 498, A. Ac similem morem Schweighaeusero teste tangit Suidas in Ἕβδομος βοῦς.

quomodo Baccho: huius festum ut agant.

48 ὀπτήσαντες ταύτας, θύουσι. Τῷ δὲ Διονύσῳ, τῆς
ὁρτῆς τῇ δορπίῃ, χοῖρον πρὸ τῶν θυρέων σφάξας
ἕκαστος, διδοῖ ἀποφέρεσθαι τὸν χοῖρον αὐτῷ τῷ
2 ἀποδομένῳ τῶν συβωτέων. τὴν δὲ ἄλλην ἀνάγουσι
ὁρτὴν τῷ Διονύσῳ οἱ Αἰγύπτιοι, πλὴν χορῶν, κα-
3 τὰ ταὐτὰ σχεδὸν πάντα Ἕλλησι. ἀντὶ δὲ φαλλῶν,
ἄλλα σφί ἐστι ἐξευρημένα ὅσον τε πηχυαῖα ἀγάλ-
ματα νευρόσπαστα, τὰ περιφορέουσι κατὰ κώμας

Cap. XLVIII.

τῆς ὁρτῆς τῇ δορπίῃ] i. e. „*vesperâ, quae festum antecedit,*“ ut recte interpretatur Schweighaeuser. Admonent Apaturiorum festi (de quo I, 147), ubi primus dies vocabatur *Δορπία* a coena solemni, a singulis gentibus familiisve vespere institutâ. De quo praeter Hesychium ac Suidam s. v. *Ἀπατουρ.* conf. Athen. IV pag. 171, D. Animadverss. t. II p. 613 Schwgh. — De *ἀποδόσθαι* (*vendere*) cf. I, 70. In seqq. *τὴν ἄλλην ἑορτὴν* cave accipias: *alia Aegyptiorum Dionysia*, cum sint *reliqua eiusdem festi solemnia*, monente Schweighaeusero.

πλὴν χορῶν, κατὰ ταὐτὰ σχεδὸν πάντα Ἕλλησι] *χορῶν* meliores scripti exhibent libri; *χοίρων* ex Aldina, aliisque codicibus tenuit Wesselingius, cum sensus sit alia Aegyptiorum Dionysia a Graecorum Bacchanalibus vix differre, eademque videri exceptis suibus (*πλὴν χοίρων*), quas nimirum illi in Dionysiacis sacris non adhibuerint. Sed praeter meliorum librorum auctoritatem illud tenendum in Graecorum sacris, ut paulo ante diximus, Dionysiacis utique commemorari sues (conf. schol. ad Aristoph. Ran. 341 ibique Spanhem.), easdemque crebrius conspici in vasis pictis, quae ad Dionysi cultum pertinentia in Graecâ magnâ reperta sunt. Vid. Creuz. Symb. III pag. 332 seq. Quare retinendum *χορῶν*, praesertim cum sequentia quoque verba eam lectionem commendare videantur. In choris enim differre Noster ait Graecorum Dionysia ab Aegyptiis, statimque subiicit, quae eo pertinent solemnia de phallis, utrique genti haud paria. — „Anaglypha et picturae ad *φαλλὸν* pertinentes multae visuntur in monumentis Aegyptiacis praesertim Thebaicis, inprimis in palatio prope Karnak et in sepulcris regum. Vid. Descript. de l'Eg. II p. 411 seq. et conf. etiam Wyttenbach. ad Plutarch. de Isid. pag. 186.“ *Cr.*

ἀγάλματα νευρόσπαστα] i. e. *imagines, quae nervo moventur, nervo mobiles*, quales Lucianus quoque memorat (t. IX p. 99 ed. Bip.), de dea Syr. 16. Iam quae sequuntur *νεῦον τὸ αἰ-*

γυναῖκες, νεῦον τὸ αἰδοῖον, οὐ πολλῷ τέῳ ἔλασ-
4σον ἐὸν τοῦ ἄλλου σώματος. προηγέεται δὲ αὐλός· 50
5αἱ δὲ ἕπονται ἀείδουσαι τὸν Διόνυσον. διότι δὲ μέζον τε ἔχει τὸ αἰδοῖον, καὶ κινέει μοῦνον τοῦ σώματος, ἔστι λόγος περὶ αὐτοῦ ἱρὸς λεγόμενος.

49 Ἤδη ὦν δοκέει μοι Μελάμπους ὁ Ἀμυθέωνος τῆς

Melampodem sacra Aegyptiaca,

δοῖον κ. τ. λ., in his mutandi nulla iusta causa; proposuerant enim quidam et σεῦον et νεύοντα pro νεῦον, quod tu refer ad ἀγάλματα nominativumque cogita absolutum, ubi vulgo ponunt genitivos consequentiae: νεύοντος τοῦ αἰδοίου. Conf. supra II, 41 et infra II, 133.

προηγέεται δὲ αὐλός] Tibia Bacchicis festis propria, ab Osiride adeo inventa dicitur Aegyptiis, qui uti in sacris reconditioribus sacerdotum cytharâ usi videantur, ita in vulgi conventibus sacrisque Bacchi tibiam adhibuerunt. Cuius causas aperuit Creuzer. Symbol. I p. 448. Conf. infra II, 60.

αἱ δὲ ἕπονται ἀείδουσαι τὸν Διόνυσον] Lamentantes, puto, et carmina lugubria canentes in Dionysi (Osiridis) a Typhone caesi undisque traditi honorem Aegyptii hic exhibentur. Conf. Creuzer. l. l.

ἔστι λόγος περὶ αὐτοῦ ἱρὸς λεγόμενος] Sensus formulae haud diversus a similibus illis, quas II, 46 attigimus. Quae vero Herodotus eloqui nefas habet, prodit Plutarchus de Isid. et Osirid. pag. 358, B. Cum enim Osiris a Typhone caesus et discerptus esset, Isis illius membra disiecta conquirens, membrum virile Osiridis invenire haud potuit, quippe a piscibus continuo devoratum. Quare eius loco substituit imitando phallum memoriamque rei sic consecravit. Unde factum, quod in Dionysiacis festis utuntur phallo. Aliam refert causam Clemens Alexandr. in Protrept. pag. 29. 30.

Cap. XLIX.

ἤδη ὦν δοκέει μοι Μελάμπους ὁ Ἀμυθέωνος κ. τ. λ.] Melampodis genus ad Aeolum vulgo referunt eiusque filios, quorum alter genuit Amythaonem, patrem Melampodis, quem ex Idomena susceperat. Plura Apollodor. I, 9, 11 seqq. II, 2, 2 ibiq. Heynii observv. p. 63. 65 coll. Herodot. IX, 34 (VII, 221). Homer. Odyss. XI, 286. XV, 226 seq. Nomen *Melampodis* (i. e. *nigri pedibus*) eo plerumque referunt, quod pueruli expositi pedes nudi, reliquo scilicet corpore obtecto, cum a sole comburerentur, nigri exstiterint. Sed possis opinor eodem iure nigrum colorem referre ad Aegyptiam sacerdotis originem religionesque ex Ae-

tum alia, tum Bacchi, a Cadmo accepta Graecos docuisse.

θυσίης ταύτης οὐκ εἶναι ἀδαὴς, ἀλλ' ἔμπειρος. [7]Ἕλλησι γὰρ δὴ Μελάμπους ἐστὶ ὁ ἐξηγησάμενος τοῦ Διονύσου τό τε οὔνομα, καὶ τὴν θυσίην, καὶ [8]τὴν πομπὴν τοῦ φαλλοῦ. ἀτρεκέως μὲν οὐ πάντα

---

gypti terris sole combustis ab earum incolis et ipsis nigris in Graeciam advectas. Nec intercedam, si quis Melampodem intellexerit coloniam s. disciplinam sacerdotalem vel Graecorum, qui ab Aegyptiis sacra fuerint edocti, vel ipsorum Aegyptiorum, qui Bacchi sacra ac religiones in Graeciam induxerint propagarintque. Neque enim hoc abhorrebit ab antiquitatis indole, quae simili modo Orpheum dixit, Daedalum, alios. Potuit etiam unus esse sacerdos in horum numero, prae ceteris insignis et in Bacchi sacris propagandis excellens. Utut est, Herodoti narratio de Melampode Aegyptiacam originem Bacchicorum sacrorum in Graecia satis prodere videtur. Ad Aegyptum Aegyptiosque sacerdotes spectant etiam, quae reliqua de Melampode atque Amythaonidis traduntur, qui non minus sapientiâ, quam medendi et vaticinandi arte insignes fuisse feruntur, ut vel multo post libri cuiusdam auctor (inscribitur libellus περὶ παλμῶν μαντική) Melampodis, ut inclytissimi vatis, nomen opusculo suo praeposuerit. De quo *Cr.* conferri vult Fabric. B. Gr. I pag. 116, qui idem in Symbol. III p. 141. 162 seqq. coll. 508 pluribus de Melampode disseruit. E veteribus cum Herodoto comparari potest Diodor. I, 97 et Clem. Alexandr. Protrept. pag. 12.

Ἕλλησι γὰρ δὴ Μελάμπους — τοῦ φαλλοῦ] ἐξηγεῖσθαι hic valet *docere*, *monstrare*, *die Anleitung geben zu der Benennung und zu dem Dienste des Dionysus*, ut interpretatur Creuzer. in Symbol. I pag. 13, ubi laudat Herod. VI, 135. VII, 183 aliaque attingit vocabula hac in re usitata. Nomen *Dionysi*, quod Graecos edocuisse fertur Melampus, cum eo est coniunctum, quod initio capitis sequentis legimus: omnia propemodum deorum nomina ex Aegypto in Graeciam pervenisse. Quae vero Graeci de ipso Dionysi nomine deque Nysa urbe (cf. II, 146), unde illud repetunt, fabulati sint, repetere nolim. Vid. Moser. ad Nonni Dionys. pag. 201 seqq. coll. Creuzer. Symbol. III pag. 122 seqq. 136.

ἀτρεκέως μὲν οὐ — ἔφηνε] i. e. accurate quidem haud omnia comprehendens doctrinam Graecis aperuit, sive, ut Creuzeri utar verbis (Symbol. I pag. 13. III p. 163): „Melampus hatte jedoch nicht die ganze Lehre im Zusammenhang gewiesen, er hatte den Dionysus und seine Gebräuche nicht aus dem Grunde erklärt," quatenus Melampus

συλλαβὼν τὸν λόγον ἔφηνε· ἀλλ' οἱ ἐπιγενόμενοι
4 τούτῳ σοφισταὶ μεζόνως ἐξέφηναν. τὸν δ' ὦν φαλ-
λὸν τὸν τῷ Διονύσῳ πεμπόμενον Μελάμπους ἐστὶ 60
ὁ κατηγησάμενος· καὶ ἀπὸ τούτου μαθόντες ποιεῦ-
5 σι τὰ ποιεῦσι Ἕλληνες. Ἐγὼ μέν νυν φημι Με-
λάμποδα γενόμενον ἄνδρα σοφὸν, μαντικήν τε ἑωυ-
τῷ συστῆσαι, καὶ πυθόμενον ἀπ' Αἰγύπτου, ἄλλα
τε πολλὰ ἐσηγήσασθαι Ἕλλησι, καὶ τὰ περὶ τὸν
6 Διόνυσον, ὀλίγα αὐτῶν παραλλάξαντα. οὐ γὰρ δὴ 128
συμπεσέειν γε φήσω τά τε ἐν Αἰγύπτῳ ποιεύμενα 66

---

non omnia singula, quae ad Bacchi sacra pertineant, accuratissime Graecis exposuerit, sed alii, qui ipsum secuti sunt vates sacerdotesve, haec suppleverint omnemque doctrinam perfecerint. Verba φαίνειν, δεικνύναι in sacrorum doctrina mysteriisque praecipue adhiberi observat idem Creuz. l. l.

ἀλλ' οἱ ἐπιγενόμενοι τούτῳ σοφισταὶ μεζόνως ἐξέφηναν] σοφιστὰς h. l. dixit honesto vel potius honorifico sensu, ut supra I, 29, ubi vid. Nec aliter infra Melampodem vocat σοφόν. Add. Pausan. VIII, 49 §. 2. Intelliguntur autem h. l. sacerdotes Melampodei sive sacerdotes illi, qui Melampodem secuti vel ex eo prognati sacra Bacchica amplius propagarunt per Graeciam. In quibus Orpheum habendum esse cum Creuzero (Symbol. III p. 168) haud dubitandum. Et confer Herod. II, 81. Verba μεζόνως ἐξέφηναν (*maiorem in modum patefecerunt*) ad meliorem et accuratiorem Bacchicorum sacrorum disciplinam ac doctrinam referenda sunt, quam hisce vatibus debuit Graecia; quorum eorundem operâ etiam Apollinis sacra atque Bacchi post bella magna diuturnaque inter utriusque dei cultores exorta, quodammodo composita et reconciliata fuerint, monente *Cr.* in Symbol. III pag. 163, qui cum Herodoteo loco conferri vult Platon. Cratyl. p. 407, B. p. 81 Heindf. et haec praeterea adscripsit: „Cum hac emendatione doctrinae Bacchicae adeoque phallicae comparari debet ea vicissitudo Indicarum religionum, qua Wischnu phallorum cultum a Schiwa traditum emendasse fertur. Conf. Goerres. Mythengesch. p. 559 seq. ibiq. laudd.“

μαντικήν τε ἑωυτῷ συστῆσαι] i. e. *artem vaticinandi sibi acquisivisse, comparasse*. Cf. I, 103.

οὐ γάρ δὴ συμπεσέειν γε φήσω τά τε ἐν Αἰγύπτῳ ποιεύμενα] Haec verba ab aliis minus recte intellecta, bene sic

τῷ θεῷ, καὶ τὰ ἐν τοῖσι Ἕλλησι· ὁμότροπα γὰρ ἂν
7 ἦν τοῖσι Ἕλλησι, καὶ οὐ νεωστὶ ἐσαγμένα. οὐ μὴν οὐδὲ φήσω ὅκως Αἰγύπτιοι παρ' Ἑλλήνων ἔλαβον ἢ τοῦτο, ἢ ἄλλο κού τι νόμαιον. πυθέσθαι δέ μοι δοκέει μάλιστα Μελάμπους τὰ περὶ τὸν Διόνυσον

---

explicuit Wesselingius: „Negat Herodotus casu fortuito quadrasse Dionysia Aegyptiorum et Graecorum: tum enim in omnibus gemina germana (quod secus erat) neque noviter in Graeciam invecta esse debuisse. Itaque aliunde advenisse, sed in paucis transmutata.“ Est igitur *συμπίπτειν casu, fortuito convenire, congruere, quadrare;* quod displicet Schweighaeusero, qui ipse *συμπίπτειν* de iis rebus dici statuit, quae *simul, eodem tempore accidant* vel *existant;* ita ut Herodotus negare voluerit *simul, eodem tempore exstitisse ortumque cepisse Bacchi cultum* apud Aegyptios et apud Graecos. Sed hoc alienum ab Herodoti mente esse apparet, ut qui non de tempore h. l. edisserat, quo Bacchi sacra in Graecia exstiterint, sed de similitudine sacrorum Bacchicorum apud utramque gentem et de eorum origine.

ὁμότροπα γὰρ ἂν ἦν τοῖσι Ἕλλησι] *ὁμότροπα* i. e. innata quasi et cum populo ipso orta nec recens aliunde, ex Aegypto, advecta. Quare non opus legere *ὁμότροφα*, ut olim suspicatus est doctus Gallus, cui adstipulatur Schweighaeuserus; intelligi enim vult *instituta simul cum populo aliquo nata, origini gentis coaeva.* Infra VIII, 144 legimus *ἤθεα ὁμότροπα mores consimiles;* add. Theophrast. Char. 26; contra *ὁμότροφα* dicuntur quidem animalia, quae una cum hominibus aluntur et vivunt (II, 66), sed de rebus caeremoniisve utrum adhiberi possit, iure dubitat Wesselingius, donec simile proferatur exemplum. Quod cum neget Schweigh. nullum tamen locum attulit, quo *contrarium* evinceret.

πυθέσθαι δέ μοι δοκέει μάλιστα Μελάμπους κ. τ. λ.] Quod supra ex Aegypto haec accepisse tradit Melampodem, quem iam a Cadmo Tyrio edoctum fuisse scribit, id sibi haud repugnabit, si Melampodem primum in ipsa Aegypto haec accepisse, dein vero accuratius ea edoctum esse a Cadmo, ipsius aequali, statueris. Sed monet Larcherus (in not. ad h. l. coll. tabul. chronolog. VI §. 2 p. 201 seq.), quinque certe generationibus Cadmo iuniorem fuisse Melampodem, ut ab ipso Cadmo minime edoceri ille potuerit. Itaque in Herodoti loco scribendum censet: *παρ' ἀπογόνων Κάδμου τε τοῦ Τυρίου.* Sed refragantur omnes libri scripti, sine quibus equidem nil mutarim. Quis enim nescit,

παρὰ Κάδμου τε τοῦ Τυρίου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐκ Φοινίκης ἀπικομένων ἐς τὴν νῦν Βοιωτίην καλεομένην χώρην.

50 Σχεδὸν δὲ καὶ πάντα τὰ οὐνόματα τῶν θεῶν ἐξ Αἰγύπτου ἐλήλυθε ἐς τὴν Ἑλλάδα. διότι μὲν γὰρ ἐκ τῶν βαρβάρων ἥκει, πυνθανόμενος οὕτω εὑ- 75
ρίσκω ἐόν· δοκέω δ' ὦν μάλιστα ἀπ' Αἰγύπτου 2ἀπῖχθαι. ὅτι γὰρ δὴ μὴ Ποσειδέωνος, καὶ Διοσκούρων, ὡς καὶ πρότερόν μοι ταῦτα εἴρηται, καὶ Ἥρης,

Graecorum Deos partim ab Aegyptiis, partim a Pelasgis; Neptunum ab Afris esse: Heroibus non uti Aegyptios.

---

quanta omnino in hisce reperiatur varietas quamque late pateant haec ipsa antiquorum heroum (quales feruntur Cadmus, Melampus, alii) nomina, quibus saepenumero universa stirps aut gens designatur, ab uno illo abavo huius nominis originem ducens. Tu conf. Creuz. Symbol. III p. 141.

ἐς τὴν νῦν Βοιωτίην καλεομένην χώρην] Olim enim haec regio, quae a Boeotis e Thessalia eiectis Boeotiae nomen accepit, *Cadmeis* appellabatur. Vid. Thucydid. I, 12 coll. Diodor. Sicul. IV, 67.

Cap. L.

σχεδὸν δὲ καὶ πάντα τὰ οὐνόματα τῶν θεῶν κ. τ. λ.] In contrariam partem, ut hunc modo commemorem, disputat Plutarch. de malign. Herod. p. 857, D. E; nec defuere recentiori aetate, qui eandem ob causam obtrectarent Herodoto, quem tamen, re diligentius pensitata, vix incusare licebit erroris mendaciive, si quidem eius verba maximam partem spectant ad nomina deorum Aegyptia in linguam Graecam translata, ita ut Aegyptii sacerdotes illi, Graecorum magistri et quasi praeceptores, eam numinis alicuius notionem, quae a rudibus Graecis facilius cognosci ac percipi potuerit, in Graecorum linguam converterint deique nomen hoc modo Graece interpretati sint. Plura Creuzer. in Symbol. II p. 282 — 292. Itaque nihil isti proficiunt, qui ad Herodoti testimonium labefactandum ipsa Aegyptiorum atque Graecorum deorum nomina dissimillima proferunt, cum ea ne ipsius quidem Herodoti fuerit sententia.

οὕτω εὑρίσκω ἐόν] i. e. „*inveni hoc ita esse.*“ Confer Matth. Gr. Gr. pag. 1077. In seqq. ad ὅτι μὴ (*praeterquam, nisi*) conf. I, 18. 143. II, 13.

ὡς καὶ πρότερόν μοι ταῦτα εἴρηται] Vid. supra II, 43. Dioscuros Graecos ubi intelligunt Cabiros, qui Aegyptiorum feruntur dii, illud tenendum est, Graecorum Tyndaridas, Castorem atque Pollucem, quos he-

καὶ Ἱστίης, καὶ Θέμιος, καὶ Χαρίτων, καὶ Νηρηΐδων, τῶν ἄλλων θεῶν Αἰγυπτίοισι αἰεί κοτε τὰ
8 οὐνόματά ἐστι ἐν τῇ χώρῃ. λέγω δὴ τὰ λέγουσι αὐ- 80
τοὶ Αἰγύπτιοι. τῶν δὲ οὔ φασι θεῶν γινώσκειν τὰ οὐνόματα, οὗτοι δέ μοι δοκέουσι ὑπὸ Πελασγῶν

---

roes fingunt humana specie atque indole praeditos, longe quidem discedere ab Aegyptiis numinibus; quorum tamen quae fuerit vis ac notio, in humanae originis heroes, quales sunt Tyndaridae, eam fuisse postmodo translatam. Aegyptios enim novimus heroes agnovisse atque coluisse nullos. Vid. Creuzer. Symbol. II p. 334 seq., qui h. l. addit C. O. Müller. Orchomen. pag. 450 seq. coll. 459 not. Is enim nihil unquam quidquam Dioscuris cum Cabiris Aegyptiis commune fuisse contendit, cum Dioscuri ad Graeciam unice pertineant.

καὶ Ἥρης, καὶ Ἱστίης, καὶ Θέμιος κ. τ. λ.] Iunoni quod Aegyptiacam originem Noster denegat, mirum videri queat, cum Iunonem Aegyptiacam alii scriptores aut diserte memorent aut certe aliis deabus illam aequent. Neque omnino negari poterit, haud pauca esse, in quibus Iunoni Graecae cum Iside Aegyptia conveniat; sed inveniuntur alia, quae aliunde hanc deam ad Graeciam allatam fuisse nobis persuadeant. Sami enim ad insulam, ubi antiquissimum fuit Iunonis templum per omnem Graeciam, huius deae cultum e superioribus Asiae regionibus esse advectum veri admodum est simile, ut inde Graecorum Iuno iis numinibus accenseri debeat, quae variis sub nominibus variisque in locis per Asiae regiones culta fuisse iam supra monuimus ad I, 131. Plura Creuz. in Symb. II p. 549 seqq. 563, qui nunc addit Inghirami Monumenti Etruschi ad tabul. X degli specchi mistici pag. 234. Ex iisdem fere superioris Asiae regionibus in Graeciam *Vestae* cultus pervenisse videtur, eodem docente Creuz. l. l. pag. 623. Quod ad reliquas deas attinet, quae h. l. commemorantur, nulla earum vestigia cum reperiantur in Aegyptiorum religionibus, haud scio an iisdem ex regionibus illas in Graeciam deductas esse statuere liceat. Sed nolim in re tam obscura quidquam asserere. De *Gratiis* multa disseruit C. O. Müller. in Orchomen. p. 177; alia ipse posui in Annall. Heidelbergg. 1821 nr. 60 pag. 947, in quibus nunc acquiescere malim. — Ad formam Θέμιος conf. Matthiae Gr. Gr. p. 158 not. 1.

οὗτοι δέ μοι δοκέουσι κ. τ. λ.] Repetitur δέ, ubi iam praecessit τῶν δὲ οὔ φασι κ. τ. λ. Conf. Matth. pag. 1263.

ὀνομασθῆναι, πλὴν Ποσειδέωνος. τοῦτον δὲ τὸν
4 θεὸν παρὰ Λιβύων ἐπύθοντο. οὐδαμοὶ γὰρ ἀπ' ἀρ-
χῆς Ποσειδέωνος οὔνομα ἔκτηνται, εἰ μὴ Λίβυες·
καὶ τιμέωσι τὸν θεὸν τοῦτον αἰεί. νομίζουσι δ' ὦν
51 Αἰγύπτιοι οὐδ' ἥρωσι οὐδέν. Ταῦτα μέν νυν, καὶ
ἄλλα πρὸς τούτοισι τὰ ἐγὼ φράσω, Ἕλληνες ἀπ'

Mercurii statuas quales facere Graeci a quibus didicerint: Pe-

---

πλὴν Ποσειδέωνος κ. τ. λ.] Neptunum Aegyptios veneratos esse minime probabile est, cum mare, ut Typhonium, oderint. Cuius odii causas investigare huius loci non est. Sed accolae gentes Libycae multum per maria palantes, deum maris coluisse eiusdemque sacra ad alias nationes attulisse videntur. Tu vid. Creuzer. l. l. I p. 321. II p. 293, qui nunc ad Herodoti locum conferri vult infra IV, 188 coll. Eustath. ad Homer. Odyss. I, 25 p. 13, 46 ed. Bas. et Apollodor. III, 15, 4, ubi vid. Heynii observv. p. 338.

νομίζουσι δ' ὦν Αἰγύπτιοι οὐδ' ἥρωσι οὐδέν] i. e. *porro nec heroas ullo cultu prosequuntur Aegyptii.* Ita Creuzerus in Comment. Herod. p. 205, ubi hoc addit: „quo de loco quid alii iudicarint, ut Meinersius in libro vernac. histor. crit. omn. religg. I p. 327, consulto praetermitto. Illud inprimis teneri volo, quod ipsi sacerdotes historico diserte declarant, *se ἥρωας sive semideos in suis sacris non agnoscere.* Zoëga, qui probe sentiret, parum favere hoc testimonium suae rationi, ita vertit (de obeliscc. p. 302): „„*Neque heroibus defunctis Aegyptii aliquid offerre consueverunt.*““ (Statuit enim vir doctus, Aegyptios prisco aevo haud aliter ac reliquas fere gentes inferiis prosecutos esse defunctos documentumque huius moris repetit ex *Osiridis* religionibus, quem regem primitus *Philensem* post mortem grata hominum memoria ad deos evectum esse putat.) Herodotus autem de *mortuis* h. l. nil loquitur, sed posteaquam deos posuit, quos Graeci vel ex Aegypto vel aliunde adsciverint, simpliciter adiicit illa: „*Heroibus nihil sacri cultus tribuunt Aegyptii.*“ Nec aliam sane interpretationem permittunt Graeca scriptoris nostri verba, in quibus dativum observamus verbo νομίζειν additum, ut supra II, 42 et apud Thucydid. II, 38, ubi consul. interprett. et Viger. de idiotism. pag. 267. De argumento loci conf. etiam Creuzer. Symbol. I pag. 295 seqq.

Cap. LI.

Ἕλληνες ἀπ' Αἰγυπτίων νενομίκασι] E seqq. cogitando hic addi volunt μαθόντες, hoc fere sensu: *ab Aegyptiis edocti ea instituerunt institutaque te-*

lasgos cum Atheniensibus habitasse, prius autem Samothraciam incoluisse, ibique Cabirorum sacra instituisse.

Αἰγυπτίων νενομίκασι. τοῦ δὲ Ἑρμέω τὰ ἀγάλματα
ὀρθὰ ἔχειν τὰ αἰδοῖα ποιεῦντες, οὐκ ἀπ' Αἰγυπτίων
μεμαθήκασι, ἀλλ' ἀπὸ Πελασγῶν· πρῶτοι μὲν Ἑλ-
λήνων ἁπάντων Ἀθηναῖοι παραλαβόντες, παρὰ δὲ
2 *τούτων ὧλλοι. Ἀθηναίοισι γὰρ, ἤδη τηνικαῦτα ἐς*
Ἕλληνας τελέουσι, Πελασγοὶ σύνοικοι ἐγένοντο ἐν
τῇ χώρῃ· ὅθεν περ καὶ Ἕλληνες ἤρξαντο νομισθῆ-
3 *ναι. ὅστις δὲ τὰ Καβείρων ὄργια μεμύηται, τὰ*

---

nent. Nec admodum differt, quod continuo legitur: *ἀπ' Αἰγυπτίων μεμαθήκασι.* Conf. IV, 27.

τοῦ δὲ Ἑρμέω — ποιεῦντες] i. e. *faciunt Mercurii statuas ita ut habeant erecta pudenda.* Pertinet huc Ciceronis locus de nat. deor. III, 22: „Unus (Mercurius) Coelo patre, Die matre natus: cuius obscoenius excitata natura traditur, quod aspectu Proserpinae commotus sit.“ Quae quo spectant, explicuit Creuzer. in nota subiecta, quam continuo afferemus. Intelligitur autem h. l. Mercurius ithyphallicus, qui dicitur et erecto fascino repraesentatur, cum ratio sit seminalis omnium rerum in natura genitrix, solis vis vegetans. Qui C. O. Müllero (Etruscc. I pag. 77) idem videtur atque Hermes Chthonius, qui omnium rerum parens, omnia bona hominibus praestare fertur.

Ἀθηναίοισι γὰρ, ἤδη τηνικαῦτα κ. τ. λ.] Particula *ἤδη* male abest a binis codd., ab aliis perperam confunditur cum *δή;* significatur enim tempus olim fuisse, quo nondum Athenienses Hellenum in numero fuerint habiti; id quod convenit cum iis, quae I, 57 narrantur, ubi vid. nott., quibus *Cr.* addit Heyne obss. ad Apollod. p. 40. — *τελεῖν ἐς Ἕλληνας* est: *Hellenibus accenseri;* de qua verbi notione conf. Viger. de idiotism. pag. 187 et Schaefer. Melett. pag. 28. Ad argumentum loci haud scio an referri possit antiquum Mercurii signum Athenarum in arce in Poliadis templo a Cecrope, ut ferebant, dedicatum myrtorumque foliis velatum, ne scilicet Mercurius ithyphallicus erecto fascino repraesentatus, conspicuus *foret* virginisque castissimae in sacrario talia adparerent. Vid. Pausan. I, 27 et Stuart. antiqq. Athen. I p. 471 vers. german.

ὅστις δὲ τὰ Καβείρων ὄργια μεμύηται] *Κάβειροι* dicuntur dii magni, potentes, qui in Samothracum initiis coluntur, multum celebrati veterum in religionibus. In his Cabiris Samothraciis quartum locum tenuisse constat Casmilum s. Cadmilum, eundem fere atque Mercurium, quem modo indicavimus ithyphallicum in mysteriis cultum,

Σαμοθρήϊκες ἐπιτελέουσι παραλαβόντες παρὰ Πε-
4 λασγῶν, οὗτος ὡνὴρ οἶδε τὸ λέγω. τὴν γὰρ Σα-
μοθρηΐκην οἴκεον πρότερον Πελασγοὶ οὗτοι, οἵ περ
Ἀθηναίοισι σύνοικοι ἐγένοντο, καὶ παρὰ τούτων
5 Σαμοθρήϊκες τὰ ὄργια παραλαμβάνουσι. ὀρθὰ ὦν 129
ἔχειν τὰ αἰδοῖα τἀγάλματα τοῦ Ἑρμέω, Ἀθηναῖοι 2
πρῶτοι Ἑλλήνων, μαθόντες παρὰ Πελασγῶν, ἐποιή-
6 σαντο. οἱ δὲ Πελασγοὶ ἱρόν τινα λόγον περὶ αὐ-

---

quibus initiatum fuisse historiae patrem multa arguunt. Sed de *Cabiris* ipsis h. l. agere non vacat. Tu vid. Creuz. in Dionys. p. 149 seqq. Symbol. II p. 318 seqq. Schelling. de Samothrac. myster. pag. 97 seqq. 107 sqq. Qui viri docti haec sacra ex orientalibus religionibus repetenda esse docent. Alia C. O. Müller. (quem Cr. citat ad h. l.) in Orchomen. pag. 439. 450 sqq. 462 seq.

οἵ περ Ἀθηναίοισι] Vulgo τοίπερ, quod cum respuat constans Herodoti usus meliorum librorum auctoritate cum Struve (Quaest. de dial. Herod. p. 10) reposui οἵ περ. — In seqq. dedi cum Gaisf. μαθόντες παρὰ Πελασγῶν, cum vulgo esset παρὰ Πελ. μαθόντες.

οἱ δὲ Πελασγοὶ ἱρόν τινα λόγον περὶ αὐτοῦ ἔλεξαν κ. τ. λ.] Exposuit haec Creuz. ad Cicer. de nat. deor. III, 22 p. 605: „Videlicet Mercurius ithyphallicus est ratio seminalis et effectrix, cum generatione rerum, plantarum, animalium rel., tum cogitatione et loquelà. In utrovis negotio Mercurius effectas praestat perennes rerum formas s. ideas. Iam haec ratio seminalis et effectrix adsciscit sibi rationem receptricem et generatricem. Ille est *mas:* haec *femina;* ille *sol:* haec *luna*. Verno autem tempore, quo natura denuo vegetatur et fecunda redditur, sol lunam dicitur vegetare et implere rationibus seminalibus, quibus ea rursus implet terram. „„Nam Mercurium in lunâ locatum fabulantur, quia quae luna efficit, ea rationis ac sapientiae operum sunt similia,"" dicit Plutarchus de Isid. et Osir. p. 367, D. De facie in orb. lun. p. 943, B. Igitur vis vegetans et ratio seminalis solis est, et quidquid eius rationis lunae impertitur, id ei a sole impertitum esse significatur. Igitur rationis facta particeps luna quodammodo Mercurialis redditur, quatenus quae in sole inest ratio seminalis a Mercurio profecta dicitur. Iam Plotinus, qui Mercurium semper excitatum (pag. 821 seq.: Ἑρμῆν μὲν ποιοῦσι τὸν ἀρχαῖον τὸν τῆς γεννήσεως ὄργανον ἀεὶ ἔχοντα πρὸς ἐργασίαν) exhibet, accipit eum universe pro ratione seminali eique adeo op-

τοῦ ἔλεξαν, τὰ ἐν τοῖσι ἐν Σαμοθρηΐκῃ μυστηρίοισι δεδήλωται.

52 Ἔθυον δὲ πάντα πρότερον οἱ Πελασγοὶ θεοῖσι ἐπευχόμενοι, ὡς ἐγὼ ἐν Δωδώνῃ οἶδα ἀκούσας· ἐπωνυμίην δὲ οὐδ' οὔνομα ἐποιεῦντο οὐδενὶ

Caruisse Pelasgorum Deos nominibus: ea post ex Aegypto allata, oraculi Dodonaei solius tum in Graecia moniti illis indita esse.

---

ponit materiam (τὴν ἑτέραν φύσιν) non capacem omnium rationum s. idearum, sed reluctantem atque sterilem. Cicero l. l., Plutarchus l. l. et Porphyrius (apud Euseb. Praep. Evang. III p. 114 Colon.) sigillatim accipiunt de *sole vegetante* et *lunâ vegetatâ*. Cui et ipsum opponunt Mercurium, hoc pacto: non continuo et usquequaque rationibus seminalibus implere Mercurius lunam potest, ut quae ab initio obnititur et suam ipsa aliquantisper rationem sectari mavult; sed ille instat et molitur, donec ea paullatim illam alteram superioremque rationem recipit atque in se convertit. Nonnunquam tamen prorsus respuit oblata, et hactenus e generando desistere cogitur Mercurius (vid. Tzetzae schol. ad Lycophr. vers. 698. 1176 et Etym. m. p. 194 Lips.). — Hinc illa fabula, quam Tullius attigit: *Mercurius* (*sol, mas* vel potius *solaris genius*, ratio solaris) adspiciens *Proserpinam* (*lunam* virginem) commovetur et cum eâ coïre discupit. At illa, utpote virgo, reluctatur, irascitur, ultro citroque commeat (h. e. Proserpina irata, terribilis igiturque Brimo sive Hecate, eademque venatrix), nimirum quoad paullatim exhilaretur, et cum Mercurio concumbat. Ex quo coïtu, nonnulli tradiderunt natum esse Eleusinem heroëm (Pausan. I, 38, 7) i. e. eum, qui frugum proventum instituit. —

τὰ — δεδήλωται] τὰ cum minus congruat antecedentibus: ἱρὸν λόγον, explicant καθὰ i. e. κατὰ ταῦτα, ἅ. Equidem ad structuras, quae ad sensum, uti aiunt, instituuntur, referre malim τά. Nec Latinis talia insolita. Conf. Corte ad Cicer. epp. ad divers. V, 14.

Cap. LII.

ἔθυον δὲ πάντα] πάντα i. e. *quaslibet res et hostias e quoque animantium genere*, ut I, 50, ubi vid. Supplent θύσιμα. Caeterum iure hoc loco usus est Creuzerus initio operis de mythologia ac symbol. vol. I pag. 4, docturus scilicet, quantum intersit inter hanc rudem ac simplicem deos colendi rationem et inter ornatissimam illam deorum compositionem laetissimamque fabularum de diis ubertatem, qualem postera aetate invenimus. Interveniunt nimirum sacerdotes illi, qui sacrorum doctrinâ vulgus excolentes ornatissimum illum deorum cultum introducunt (polytheismum vulgo appellant) indeque etiam polyonymiam illam deorum, antehac prorsus ignoratam.

2 αὐτῶν· οὐ γὰρ ἀκηκόεσάν κω. θεοὺς δὲ προσωνόμασάν σφεας ἀπὸ τοῦ τοιούτου, ὅτι κόσμῳ θέντες τὰ πάντα πρήγματα καὶ πάσας νομὰς εἶχον. ἔπειτεν δὲ, χρόνου πολλοῦ διεξελθόντος, ἐπύθοντο ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἀπικόμενα τὰ οὐνόματα τῶν θεῶν τῶν ἄλλων, Διονύσου δὲ ὕστερον πολλῷ ἐπύθοντο.
3 καὶ μετὰ χρόνον ἐχρηστηριάζοντο περὶ τῶν οὐνομάτων ἐν Δωδώνῃ· τὸ γὰρ δὴ μαντήϊον τοῦτο νενόμισται ἀρχαιότατον τῶν ἐν Ἕλλησι χρηστηρίων
4 εἶναι, καὶ ἦν τὸν χρόνον τοῦτον μοῦνον. ἐπεὶ ὦν ἐχρηστηριάζοντο ἐν τῇ Δωδώνῃ οἱ Πελασγοὶ „εἰ

ὅτι κόσμῳ θέντες τὰ πάντα πρήγματα κ. τ. λ.] i. e. *eo quod omnes res ordine posuissent ac distribuissent.* Erit igitur deorum nomen (θεοὶ) derivandum a verbo θεῖναι, τιθέναι, *ponere*, *collocare*, indeque *ordinare;* ut θεοὶ sint ii, qui omnia in mundo ordinarint et constituerint. Inde Clemens Alexandrinus libri primi Stromat. in fine deum (θεὸν) dictum esse ait παρὰ τὴν θέσιν καὶ τάξιν καὶ τὴν διακόσμησιν. Hinc porro θεὸς Eustathio in Homer. p. 1148 s. 1202, 8 est ὁ πάντα τιθεὶς καὶ ποιῶν. At alii aliter, de quibus vid. Creuzer. in Symbol. I pag. 169 seqq. Est enim praeter alios Plato, qui in Cratylo p. 397, C. D θεοὺς derivari vult a verbo θέειν, ut dii, qui antiquissimi fuere, Sol, Luna, Terra, Sidera et Coelum, a motu, quo sidera haec celeriter moveri conspiciuntur, hoc acceperint nomen. Alias nunc tacebo etymologias, hoc unum addens, videri quoque hoc nomen cognatum aut eiusdem fere stirpis atque Latinorum *deus*, *Dis*, Graecorum Δεὺς, Σδεὺς, unde Ζεὺς postea ortum; quibus omnibus aliisque aliarum gentium similibus nominibus vix aliud quid olim designatum fuisse videtur, nisi *domini* supremi notionem.

ἔπειτεν δὲ, χρόνου πολλοῦ διεξελθόντος κ. τ. λ.] Quod olim legebatur ἐπεί τε δὲ, pro ἔπειτεν, denuo tuetur Benedictus in Actt. philol. Lips. p. 287; ita ut periodus ab hac particula incipiens ad finem capitis usque excurrat, aliquoties interrupta aliis interiectis periodis, anacoluthià structurae laborans et additamento verbi ἐπύθοντο altera vice à librariis adiecti. Quae tamen merito editoribus persuadere ille non poterat. — Ad subsequentia conf. quae ad II, 50 init. diximus.

εἰ ἀνέλωνται] Coniun-

„ἀνέλωνται τὰ οὐνόματα τὰ ἀπὸ τῶν βαρβάρων
5 „ἥκοντα·“ ἀνεῖλε τὸ μαντήϊον „χρᾶσθαι.“ ἀπὸ μὲν δὴ τούτου τοῦ χρόνου ἔθυον, τοῖσι οὐνόμασι τῶν θεῶν χρεώμενοι. παρὰ δὲ Πελασγῶν Ἕλληνες ἐξεδέξαντο ὕστερον.

53 Ἔνθεν δὲ ἐγένετο ἕκαστος τῶν θεῶν, εἴ τε δ' αἰεὶ ἦσαν πάντες, ὁκοῖοί τέ τινες τὰ εἴδεα, οὐκ ἠπιστέατο μέχρι οὗ πρώην τε
2 καὶ χθὲς, ὡς εἰπεῖν λόγῳ. Ἡσίοδον γὰρ καὶ Ὅμηρον ἡλικίην τετρακοσίοισι ἔτεσι δοκέω μευ πρεσβυ-

Theogoniae conditorum Hesiodi et Homeri quam recens actas: quibus qui poetae priores habeantur, eos illis posteriores fuisse.

---

ctivus hic minime sollicitandus, qui explicari debeat secundum eam rationem, de qua monuimus ad I, 53: *ob si sollten.* Nam coniunctivus est deliberativus, ut recte vidit Werferus in Actt. phill. Monacc. I p. 233 seq. Add. Matthiae §. 526 ed. secund. — Quod vero paulo ante oraculum Dodonaeum omnium, quae in Graecia sunt (ἀρχαιότατον τῶν ἐν Ἕλλησι χρηστηρίων), antiquissimum dicitur, id de ea terra, quae post demum Graeciae nomen accepit, olim Pelasgis occupata, intelligendum; indicat ipse auctor II, 56: δοκέει ἐμοὶ ἡ γυνὴ αὕτη τῆς νῦν Ἑλλάδος, πρότερον δὲ Πελασγίης καλευμένης τῆς αὐτῆς ταύτης, πρηθῆναι ἐς Θεσπρωτούς. Quibuscum conf. Niebuhr. Röm. Gesch. I pag. 29. 31 edit. secund. Inde non mirum oraculum ipsum ac deum illic cultum haberi Pelasgicum, eiusque sacerdotes Sellos, Dodonam vero ipsam Pelasgorum sedem. Vid. classicum Homeri locum Il. XVI, 233 sqq. Odyss. XIV, 327 seqq., alia quae laudat Creuzerus Symbol. II p. 472 not. 10: „Marx. ad Ephori fragmm. pag. 156 seq. Plat. Phaedr. p. 275, B (p. 342 Heindf.). The classic Journal III p. 128 seq. et XII pag. 389.“

Cap. LIII.

εἴ τε δ' αἰεὶ ἦσαν] αἰεὶ e Schellershem. libro cum recentt. editt. adscivimus pro vulgato ἀεί. — In seqq. τὰ εἴδεα significat speciem, quâ illi dii vulgo repraesentati fuerint.

μέχρι οὗ πρώην τε καὶ χθὲς] πρώην τε καὶ χθὲς: proverbialis locutio, quâ illud indicatur tempus, quod nuperrime praeterfluxit, proxime antecedit. Exempla praebet Wesselingius tum ad h. l. tum ad Diodor. Sicul. II, 5. Addit Noster: ὡς εἰπεῖν λόγῳ, quâ formulâ Nostrum uti, ubi res minus accurate videatur definienda, monet Valckenarius. Alia huc pertinentia dabit Creuzerus ad Plotin. de pulcrit. pag. 144. Vid. infra II, 134.

Ἡσίοδον γὰρ καὶ Ὅμηρον

8 τέρους γενέσθαι, καὶ οὐ πλέοσι. οὗτοι δέ εἰσι οἱ

ἡλικίην τετρακοσίοισι ἔτεσι δοκέω μεν πρεσβυτέρους γενέσθαι] Herodotum novimus anno 484 a. Chr. fuisse natum (v. A. Gell. Noctt. Atticc. XV, 23); ita ut Homeri et Hesiodi aetas in ann. 884 a. Chr. sit collocanda. Quod vero cum parum congruat iis, quae apud auctorem vitae Homer. §. 38 legimus, unde Homerus 1102 a. Chr. vixisse putandus sit, eo olim inclinarunt viri docti, ut alterutrum locum vitio laborare indeque emendandum censerent. In Herodoto nil mutare licebit, si qua codicum auctoritas, nec argumentis pugnandum in eiusmodi re, quae tot tantisque difficultatibus premitur ob nimiam temporum obscuritatem. Larcherus Velleium Paterculum I, 1 secutus, Homero adsignat annum 968; alii alium; quae hic disceptare non attinet, cum ad Homeri potius historiam, quam ad Herodotei loci interpretationem pertineant, in quo suam ipsius de Homero opinionem profert historiae pater; quae opinio si de uno Homero non valeat, certe ad illam valebit aetatem, quam Homericam appellant quidam, et in qua omnino corpus istud carminum, quod Homeri prae se fert nomen, compositum esse contendunt. Hesiodum vero atque Homerum coniungit Herodotus, qui si minus aequales fuerint, certe, quae plurimorum est sententia, non valde distare putentur et ad unum fere aevum referantur. Sed iam Herodoti aetate fuisse, qui hosce poetas ad antiquiora retulerint tempora, colligere mihi posse videor ex verbis post adiectis: *καὶ οὐ πλέοσι*.

οὗτοι δέ εἰσι οἱ ποιήσαντες θεογονίην Ἕλλησι] Multum sudarunt viri docti in verbo *ποιεῖν* explicando. Quum enim Homerus atque Hesiodus Theogoniae Graecis antea ignotae inventores minime dici possint, quippe utroque poeta non nova et a se primum excogitata canente, sed cognita et a maioribus accepta, eo confugerunt, ut *ποιεῖν* statuerent hic significare: *versibus describere atque ornare*. Quam interpretationem a Wesselingio prolatam, et a Larchero receptam ita probavit Wyttenbachius, ut, qui aliter censerent, eos huius usus ignoratione in errorem inductos esse pronuntiaret, locum ipsum sic Latine reddens: „*hi vero sunt, qui deorum generationes Graecis carmine prodiderunt.*“ Vid. not. ad Platon. Phaedon. pag. 129. Unde sequitur, ante hos poetas neminem de deorum generatione versibus dixisse, Homerum vero Hesiodumque primos fuisse, qui, quae de diis eorumque generationibus tradita invenerint, versibus exposuerint atque ornarint. Verum enimvero eiusmodi sententia, si nexum et orationis et ipsius argumenti accuratius perpendas, vix consentanea videbitur iis, quae proxime antecedunt, ut

ποιήσαντες θεογονίην Ἕλλησι, καὶ τοῖσι θεοῖσι τὰς

dudum monuit G. Hermann. (Homer. Brief. pag. 11). Ac iure quidem in dativo, qui verbo ποιεῖν adiectus est, Wesselingianam si probes rationem, haeret Wolf. Prolegg. Homerr. pag. LIV. Apud Pausaniam loco IX, 27, 2 haud dissimili, quem Creuzerus profert (Homer. Brief. p. 27, ubi vid.), legimus: Λύκιος δὲ Ὠλὴν, ὃς καὶ τοὺς ὕμνους τοὺς ἀρχαιοτάτους ἐποίησεν Ἕλλησιν. Tacemus alios, qui locum Herodoti tractarunt, a Creuzero l. l. in not. allatos, cum ipsum verbum ποιεῖν nullam aliam interpretationem hic admittat, nisi eam, qua *primos Hesiodum atque Homerum Theogoniam Graecis condidisse* dicamus. Unde iam gravior existit quaestio, quo iure et quo sensu Homerus atque Hesiodus *inventores* et *conditores* theogoniae Graecae dicantur, cum ante utrumque poetam alios iam fuisse per Graeciam poetas, minime negari queat. Vult Heynius (Commentatt. Societ. Gotting. a. 1779 vol. II p. 132), ea, quae antea pluribus carminibus passim de diis eorumque formis, muneribus etc. exposita aut narratione maiorum ac fama diversis locis diverse sparsa ac disseminata fuissent, uno carmine Hesiodum comprehendisse disertiusque exposuisse; Homerum vero mythos de diis vulgatos ad epicam rationem traduxisse atque ita ornasse, et ad certam rationem constituisse, ut inde pro modulo ac regula fabulae haberentur apud posteros. Quam sententiam amplians et uberius exponens Creuzerus in Symbol. II pag. 451 seq. hunc huius loci sensum esse statuit: „Homer und Hesiod fanden das *Mittel*, in einem neuen Rittergesange, für Alle passend, Allen zu singen zur Genüge, indem sie das Geheimniss entdeckten, die Götter rein menschlich zu behandeln, zu anthropomorphisiren, d. h. indem sie es nicht nur verstanden, einem allgemeinen Grundtrieb der menschlichen Natur gemäss, den Göttern sinnliche Eigenschaften, Kräfte und Neigungen zu verleihen, sondern sie auch in einen solchen Kreis von Handlungen zu versetzen, den die Einbildungskraft des griechischen Volks zu umfassen vermocht; *womit also die Personification der Gottheiten ganz volksthümlich vollendet war.*" Conf. eundem Creuzerum in Annall. Heidelbergg. 1825 pag. 104, qui ad θεογονίην Herodoti in loco conferri vult Procl. in Platonis Timaeum p. 315 lin. 18 seqq. et scriptorem Platonicum in Epinomide p. 980, C ed. Steph. et add. Rink. in Annall. Heidelbergg. 1828 nr. 75 pag. 1192 seq. Ad usum verbi ποιεῖν, ubi ἔπος omittitur, faciunt quoque ea, quae Siebelis. notavit ad Pausan. II, 6 §. 2. *Cr.* confert Wyttenbach. ad Plut. Morall. I p. 180.

ἐπωνυμίας δόντες, καὶ τιμάς τε καὶ τέχνας διελόν- 130
4 τες, καὶ εἴδεα αὐτῶν σημήναντες. οἱ δὲ πρότερον 30
ποιηταὶ λεγόμενοι τούτων τῶν ἀνδρῶν γενέσθαι,
5 ὕστερον, ἐμοί γε δοκέειν, ἐγένοντο τούτων. καὶ τὰ
μὲν πρῶτα αἱ Δωδωνίδες ἱρήϊαι λέγουσι· τὰ δὲ ὕστερα, τὰ ἐς Ἡσίοδόν τε καὶ Ὅμηρον ἔχοντα, ἐγὼ λέγω.

τιμάς τε καὶ τέχνας διελόντες] Cr. similem confert locum Aeschyli in Prometh. 228 (237 seq. Blomf.). Ad vocem *τιμάς* conf. etiam Homer. Odyss. XI, 301. 303, ne plura.

οἱ δὲ πρότερον ποιηταὶ λεγόμενοι τούτων τῶν ἀνδρῶν — ἐγένοντο τούτων] Bene monet Heynius l. l.: „forte (Herodotus) carmina respicit, quae sub Orphei, Musaei, Lini, Eumolpi, aliisque nominibus ferebantur; ut non tam illos homines post Homerum vixisse, quam carmina illis tribui solita serius condita censere videri debeat. Nec vero inde inferri aut potest aut debet, quasi Herodotus statuat, nullos omnino ante Homerum et Hesiodum fuisse poetas, nulla fuisse carmina: id quod omni rerum rationi adversatur; fieri enim nullo modo potuit, ut in rudi et a nullo alio poeta subacto et tractato sermone carmina Homerica et Hesiodea elaborarentur; et sunt infinita in iis ipsis, quae antiquiora carmina partim testantur, partim arguunt." Quae eadem fere ponit Creuzerus ll. ll., praesertim cum ipse Herodotus pluribus locis carmina et sacra videatur commemorare, quae ad prius tempus sint revocanda (cf. II, 49. 51. 52. 81), ipsosque poetas Homero priores II, 23; ut inde quoque appareat, respexisse Nostrum ea carmina, quae suâ ipsius aetate sub falso Orphei, Lini aliorumque nomine ferebantur, cum ad seriora tempora pertinerent.

καὶ τὰ μὲν πρῶτα αἱ Δωδωνίδες ἱρήϊαι λέγουσι] Intelligit ea, quae cap. 52 narraverat. — Caeterum haec rursus candidum Herodoti studium religionemque veri tradendi satis produnt, qui tam accurate, quae ipse sentiat aut statuat, ab iis, quae fama acceperat, distinguat. Idem in capite sequenti observare licet, ubi legimus: *τόνδε Αἰγύπτιοι λόγον λέγουσι*; add. cap. 55 init.

τὰ ἐς Ἡσίοδον — ἔχοντα] i. e. *ea quae ad Hesiodum et Homerum spectant.* Locutionem inde sumsit Pausanias I, 2 §. 4, ubi plura Siebelis.

Narrationes de origine duorum Iovis oraculorum, Dodonaei et Ammonis, institutorum circiter a. 1960.

54 Χρηστηρίων δὲ πέρι, τοῦ τε ἐν Ἕλλησι, καὶ τοῦ ἐν Λιβύῃ, τόνδε Αἰγύπτιοι λόγον λέγουσι.
2 ἔφασαν οἱ ἱρέες τοῦ Θηβαιέος Διὸς „δύο γυναῖκας „ἱρηΐας ἐκ Θηβέων ἐξαχθῆναι ὑπὸ Φοινίκων· καὶ „τὴν μὲν αὐτέων πυθέσθαι ἐς Λιβύην πρηθεῖσαν, „τὴν δὲ ἐς τοὺς Ἕλληνας· ταύτας δὲ τὰς γυναῖκας „εἶναι τὰς ἱδρυσαμένας τὰ μαντήϊα πρώτας ἐν τοῖσι
3 „εἰρημένοισι ἔθνεσι.“ Εἰρομένου δέ μευ, ὁκόθεν οὕτω ἀτρεκέως ἐπιστάμενοι λέγουσι, ἔφασαν πρὸς ταῦτα, „ζήτησιν μεγάλην ἀπὸ σφέων γενέσθαι τῶν „γυναικῶν τουτέων· καὶ ἀνευρεῖν μέν σφεας οὐ „δυνατοὶ γενέσθαι· πυθέσθαι δὲ ὕστερον ταῦτα „περὶ αὐτέων τάπερ δὴ ἔλεγον.“
55 Ταῦτα μέν νυν τῶν ἐν Θήβῃσι ἱρέων ἤκουον· τάδε δὲ Δωδωναίων

Cap. LIV.

δύο γυναῖκας ἱρηΐας ἐκ Θηβέων ἐξαχθῆναι] Noli intelligere *sacerdotes feminas*, quales in Aegypto non fuisse monuimus ad II, 35, sed sacras feminas, sacerdotumque ministras, ἱεροδούλους, ut vulgo appellant. Ipsa Herodoti verba II, 56 hoc indicare videntur: ὥσπερ ἦν οἰκὸς, ἀμφιπολεύουσαν ἐν Θήβῃσι ἱρὸν Διὸς, ἐνθα ἀπίκετο κ. τ. λ. Neque tamen inde sequitur, scribendum hoc loco esse ἱράς (ut II, 56), quae Valckenaerii est sententia. — In seqq. verba ἐς Λιβύην πρηθεῖσαν, quae vulgo vertunt: „*in Lybiam venditam*“, accuratius cum Larchero sic reddes: *fuisse venditam*, *ut in Lybiam abduceretur*. Conf. mox cap. 56: καὶ τὴν μὲν αὐτέων ἐς Λιβύην, τὴν δὲ ἐς τὴν Ἑλλάδα ἀπέδοντο, et: πρηθῆναι ἐς Θεσπρωτούς. Alia dabunt interpretes ad II, 55. — Ad verba ἀπὸ σφέων γενέσθαι conf. Matth. Gr. Gr. pag. 1130 ob usum praepositionis ἀπό.

Cap. LV.

ταῦτα μέν νυν ἐν Θήβῃσι ἱρέων ἤκουον] Facit huc, quod supra iam (II, 52) omnium in Graecia oraculorum antiquissimum dixerat Dodonaeum, de cuius origine hoc capite et seqq. (II, 55—58 incl.) disseritur. Haec enim regio antiquissima Graeciae sedes, unde et gentes et religiones per omnem reliquam Graeciam propagatae sunt, et ipsae ex Aegypto huc advectae, ut praeter testimonia externa quae dicuntur, multa alia probant interiora, quae sacram Dodonae doctrinam cum

φασὶ αἱ προμάντιες· „Δύο πελειάδας μελαίνας ἐκ
„Θηβέων τῶν Αἰγυπτιέων ἀναπταμένας, τὴν μὲν
„αὐτέων ἐς Λιβύην, τὴν δὲ παρὰ σφέας ἀπικέσθαι.
2 „ἱζομένην δέ μιν ἐπὶ φηγὸν, αὐδάξασθαι φωνῇ
„ἀνθρωπηΐῃ, ὡς χρεὼν εἴη μαντήϊον αὐτόθι Διὸς
3 „γενέσθαι. καὶ αὐτοὺς ὑπολαβεῖν θεῖον εἶναι τὸ
„ἐπαγγελλόμενον αὐτοῖσι, καί σφεας ἐκ τούτου
4 „ποιῆσαι. τὴν δὲ ἐς τοὺς Λίβυας οἰχομένην πελει-
„άδα λέγουσι Ἄμμωνος χρηστήριον κελεῦσαι τοὺς
5 „Λίβυας ποιέειν.“ ἔστι δὲ καὶ τοῦτο Διός. Δω-
δωναίων δὲ αἱ ἱρήϊαι, τῶν τῇ πρεσβυτάτῃ οὔνομα
ἦν Προμένεια, τῇ δὲ μετὰ ταύτην, Τιμαρέτη, τῇ
6 δὲ νεωτάτῃ, Νικάνδρη, ἔλεγον ταῦτα. συνωμολό-

Aegyptiaca plane convenire et ex ea unice repetendam esse commonstrant, a Creuzero exposita in Symbol. IV pag. 151 seqq. Quod vero sacrae feminae oraculum Dodonae condidisse feruntur, hoc ad praecipuum harum feminarum, quippe fatidicarum, honorem in colonia recens condita refert Heeren. Ideen II, 1 p. 486, qui illud quoque iam intelligi posse monet, cur Dodonaeum oraculum Pelasgos iusserit Aegyptiaca deorum nomina adsciscere, quae inde ad Graecos omnino pervenerint. Nam media in Graecia, Pelasgorum in sedibus conditum erat Dodonaeum templum oraculumque Aegyptiorum a sacerdotibus huc delatis. Ad Aegyptiacam vero originem ipsa nostri scriptoris verba ducunt, nisi prava interpretatione ea detorquere velis. Nec moveor equidem auctoritate eorum, qui contra disertum Herodoti testimonium haec omnia in Graecia ipsa orta esse clamitent omnemque originem Aegyptiacam sacrorum Dodonaeorum remotam velint.

φασὶ αἱ προμάντιες] Conf. not. ad I, 182. In seqq. ad verba δύο πελειάδας μελαίνας κ. τ. λ. conf. not. ad II, 57 init. et ad ἱζομένην δέ μιν ἐπὶ φηγὸν (*in fago residentem*) Matthiae Gr. Gr. pag. 1169.

Δωδωναίων δὲ αἱ ἱρήϊαι κ. τ. λ.] Auctor est Strabo (VII p. 328 s. p. 506) primitus viros oraculo praefuisse, deinde tres mulieres vetulas. — In seqq. retinui Προμένεια, cuius loco Valckenarius analogiae causa restitutum volebat Πρευμένεια a voce πρευμενής, libris scriptis refragantibus. Mox cum Schwgh. et Gaisf. dedi: τῇ δὲ μετὰ ταύτην pro τῇ δὲ μετὰ αὐτὴν, ut vulgo legebatur.

γεον δέ σφι καὶ οἱ ἄλλοι Δωδωναῖοι οἱ περὶ τὸ 131
56 ἱρόν. Ἐγὼ δ' ἔχω περὶ αὐτέων γνώμην τήνδε. εἰ ἀληθέως οἱ Φοίνικες ἐξήγαγον τὰς ἱρὰς γυναῖκας, καὶ τὴν μὲν αὐτέων ἐς Λιβύην, τὴν δὲ ἐς τὴν Ἑλλάδα ἀπέδοντο, δοκέει ἐμοὶ ἡ γυνὴ αὕτη τῆς νῦν Ἑλλάδος, πρότερον δὲ Πελασγίης καλευμένης τῆς αὐτῆς ταύτης, πρηθῆναι ἐς Θεσπρωτούς· ἔπειτα δουλεύουσα αὐτόθι, ἱδρύσασθαι ὑπὸ φηγῷ πεφυκυΐῃ Διὸς ἱρόν· ὥσπερ ἦν οἰκός, ἀμφιπολεύουσαν

Herodoti ea de re opinio: Graecia, olim Pelasgia.

οἱ ἄλλοι Δωδωναῖοι οἱ περὶ τὸ ἱρόν] Haud scio an eos intellexerit oraculi accolas, quos *Sellos* s. *Hellos* appellant atque *Tomuros*, sacrorum Dodonaeorum ministros atque interpretes. De quibus plura Creuzer. Symbol. I pag. 193 not. 359.

Cap. LVI.

ἐς τὴν Ἑλλάδα ἀπέδοντο] De ἀποδίδοσθαι (*vendere*) cf. I, 70. Ad argumentum loci conf. not. ad II, 52 fin.

πρηθῆναι ἐς Θεσπρωτούς] Satis, opinor, manifestum est, Herodotum unam tantum novisse Dodonam Thesproticam unumque oraculum Dodonaeum in Thesprotia conditum. Sunt enim, qui praeterea Thessalicam Dodonam fuisse existiment. Thesproticae Dodonae, quam Herodotus intellexit, de situ post alios accurate disquisivit Pouqueville (Voyag. t. I chap. XI p. 94 seqq. add. Creuzer. Symbol. II p. 473 seq. IV p. 151 not.); qui Sellorum sedes fanumque non multum abfuisse ab ea urbe statuit, quae nunc *Janina* dicitur; reperiri ruinas prope *Gardiki;* Dodonam ipsam eo loco constructam videri fuisse, ubi nunc *Castrizza* arx conspicitur, montemque eum, qui a septentrione huius convallis surgit, *Tomurum* videri ab antiquis poetis tantopere celebratum. Haec ad Herodotum rite intelligendum nunc sufficiant; nam de ipso Dodonae nomine aliisque rebus huc spectantibus disserere longum est et a nostro proposito alienum.

ἔπειτα δουλεύουσα — Διὸς ἱρόν] Subintellig. ex antecedentibus: δοκέει ἐμοὶ ἡ γυνὴ αὕτη. Multa hoc loco et in seqq. mutare voluerunt Valcken. et Reiskius; quae tamen ea sunt, ut, cur ita mutari debeant, nulla adpareat iusta causa. Neque ante πεφυκυΐῃ addendum εὖ sive ἐκεῖ, ut illi additum voluere, offensi scilicet simpliciter posito verbo πεφυκυΐῃ, quod hanc ob causam adiecisse videtur Noster, quo arborem veram indicaret et naturalem, cum alia aliter hac in

ἐν Θήβῃσι ἱρὸν Διὸς, ἔνθα ἀπίκετο, ἐνθαῦτα μνή-
2 μην αὐτοῦ ἔχειν. ἐκ δὲ τούτου, χρηστήριον κατη-
γήσατο, ἐπεί τε συνέλαβε τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν. 70
3 φάναι δέ οἱ ἀδελφεὴν ἐν Λιβύῃ πεπρῆσθαι ὑπὸ
τῶν αὐτῶν Φοινίκων, ὑπ' ὧν καὶ αὐτὴ ἐπρήθη.
57 Πελειάδες δέ μοι δοκέουσι κληθῆναι πρὸς Δωδω-
ναίων ἐπὶ τοῦδε αἱ γυναῖκες, διότι βάρβαροι ἦσαν·

Columbas a Dodonaeis mulieres barbaras dictas videri.

---

narratione essent accipienda. φηγὸς autem vix recte intelligitur *fagus*, cum potius *quercus esculus* sit, cuius fructus et edi possunt et revera Pelasgis rudibus, qui illas regiones incolebant, victum suppeditasse dicuntur. Hinc sacra arbor, quae prima olim alimenta hominibus praebuerit, hinc ipsum eius nomen, quod ab edendo (a verbo φαγεῖν) ductum vix dubitare licebit, hinc ex sonitu foliorum, ex avibus circumvolantibus, aliis eiusmodi rebus oracula petita, qualia vel apud nostros maiores in Germanorum et Celtarum lucis occurrunt. Plura Creuzer. Symbol. II pag. 476 seq. coll. Kruse Hellas I p. 443. In proverbium adeo cessit Iovis Dodonaei arbor; cf. Plat. Phaedr. pag. 275, B ibique Heindorf. p. 342.

ἀδελφεὴν ἐν Λιβύῃ πεπρῆσθαι] Noli scribere ἐς Λιβύην. Indicare enim voluit mulier, sororem a Phoenicibus venditam esse in Libyam, qua in terra dein commoraretur. Haud infrequens Graecis scriptoribus haec orationis breviloquentia, qua praeter motus significationem etiam commoratio in aliquo loco indicatur praepositione ἐν. Cf. Matth. Gr. Gr. p. 1141 seq. — In verbis χρηστήριον κατηγήσατο (*oraculum instituit*) minime scribendum χρηστηρίον. Supra enim II, 49 legimus: τὸν φαλλὸν — ἐστὶ ὁ κατηγησάμενος κ. τ. λ.

Cap. LVII.

πελειάδες δέ μοι — ἐπὶ τοῦδε αἱ γυναῖκες] De usu praepositionis ἐπὶ monuimus ad I, 14. Ad rem ipsam quod attinet, sunt qui fabulae origines inde repeti velint, quod, cum apud Epirotas πελείους dictos fuisse senes Hesychius narret, Dodonaeorum quoque sacrorum antistites vetulae dici potuerint πέλειαι, quod commune alias fuit columbarum vocabulum. Et scribit Servius ad Virgil. Eclog. IX, 13 Thessalica linguâ *peliades* dici et columbas et vaticinatrices mulieres. Nec tamen ea sufficient ad fabulae sensum rite intelligendum, quem ex interiori horum sacrorum indole eruere studuit Creuzer. in Symbol. IV p. 161 seqq. 163 seq. Namque Dodonae in religionibus Iovi addita erat *Dione Venus*, cui columba erat consecrata, quae in

2 ἐδόκεον δέ σφι ὁμοίως ὄρνισι φθέγγεσθαι. μετὰ δὲ
χρόνον τὴν πελειάδα ἀνθρωπηΐῃ φωνῇ αὐδάξασθαι
λέγουσι, ἐπεί τε συνετά σφι ηὔδα ἡ γυνή· ἕως δὲ
ἐβαρβάριζε, ὄρνιθος τρόπον ἐδόκεέ σφι φθέγγεσθαι.
3 ἐπεὶ τέῳ τρόπῳ ἂν πελειάς γε ἀνθρωπηΐῃ φωνῇ
φθέγξαιτο; μέλαιναν δὲ λέγοντες εἶναι τὴν πελειά-
4 δα, σημαίνουσι ὅτι Αἰγυπτίη ἡ γυνὴ ἦν. Ἡ δὲ
μαντηΐη ἥ τε ἐν Θήβῃσι τῇσι Αἰγυπτίῃσι καὶ ἐν
Δωδώνῃ, παραπλήσιαι ἀλλήλῃσι τυγχάνουσι ἐοῦσαι.
Ἔστι δὲ καὶ τῶν ἱρῶν ἡ μαντικὴ ἀπ' Αἰγύπτου
ἀπιγμένη.

Iovis arbore sedens futura caneret, qualem in numis hodieque servatis revera conspicimus. Habebatur illa vitae vitalis quasi symbolum et alimenti primi indicium. Apud Aegyptios autem, teste Horapolline II, 32, columba atra (πελειάς) viduarum fuit signum sive earum feminarum, quae, marito mortuo, haud alterum iniere matrimonium more Aegyptiorum sacerdotali, sed sacris ac rebus divinis se plane dicarunt. Quibus haec addit *Cr.*: „Anglus homo doctus (the history of the English poetry, Lond. 1824, praef. pag. 101) universam Herodoti narrationem inde ortam esse censet, quod aurea columba, Diones symbolum, e quercu Dodonaea suspensa fuerit. Ad Philostrati locum, quem citat Imagg. II, 33, tu adhibe Iacobs. animadverss. p. 567 sqq.“ Disputasse de his quoque video Fred. Cordes. in disputatione de oraculo Dodonaeo (Groning. 1826) cap. I §. 4 seqq. Alia protulit huius libri censor in biblioth. critica Seebodii 1829 nr. 50 pag. 198.

ὁμοίως ὄρνισι φθέγγεσθαι] ὁμοίως cum Gaisf. recepi pro vulg. ὁμοῖα sive ὅμοια, et in seqq. συνετά σφι (ubi vulgo articulum praeponunt τά) atque ὄρνιθος τρόπον ἐδόκεέ σφι inverso verborum ordine. — „Coniicit hinc Mahne (Darstell. der Lexicograph. I §. 204 p. 404) nihil similitudinis intercessisse inter Thebaicam linguam Aegypti et Graecam.“ *Cr.*

ἔστι δὲ καὶ τῶν ἱρῶν ἡ μαντικὴ ἀπ' Αἰγύπτου ἀπιγμένη] Quod Wesselingio videtur τῶν ἱρῶν ἡ μαντικὴ esse *divinatio in templis*, quae et responsis et signis absolvebatur, obloquitur Schweighaeuserus, cum τὰ ἱρὰ quemadmodum alias τὰ ἱρήϊα de victimis, quae immolantur, accipi debeant. Itaque intelligenda erit *divinatio e victimis s. haruspicina*, quam pariter atque

58 *Πανηγύρις δὲ ἄρα καὶ πομπὰς καὶ προσαγωγὰς
πρῶτοι ἀνθρώπων Αἰγύπτιοί εἰσι οἱ ποιησάμενοι·
2 καὶ παρὰ τούτων Ἕλληνες μεμαθήκασι. τεκμήριον
δέ μοι τούτου, τόδε· αἱ μὲν γὰρ φαίνονται ἐκ
πολλοῦ τευ χρόνου ποιεύμεναι· αἱ δὲ Ἑλληνικαὶ
59 νεωστὶ ἐποιήθησαν. Πανηγυρίζουσι δὲ Αἰγύπτιοι
2 οὐκ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, πανηγύρις δὲ συχνάς. μά-
λιστα μὲν καὶ προθυμότατα ἐς Βούβαστιν πόλιν,
3 τῇ Ἀρτέμιδι. δευτέρα ἐς Βούσιριν πόλιν, τῇ Ἴσι·* 132

Extispicium, conventus, pompas, et victimarum adducendarum ritus, Aegyptios primos instituisse.

Quibus in urbibus quorum Deorum honori conventus celebrentur: Isis eadem quae Ceres.

---

oraculorum institutum ex Aegypto repeti vult Herodotus. Gronovio olim placuerat: τῶν ἱρέων ἡ μαντικὴ (ut in Mediceo libro exstat) i. e. *divinandi per sacerdotes ratio.* Sed refragatur quodammodo Nostri locus II, 83.

Cap. LVIII.

πανηγύρις δὲ — προσαγωγὰς πρῶτοι κ. τ. λ.] Ad formam accusativi *πανηγύρις* conf. Matthiae Gr. Gr. §. 80 not. 6. — *προσαγωγὰς* Gronovius explicuit *oblationes*, in ipsa interpretatione Latina ponens *adductiones*. Melius, opinor, Schweigh.: „Hesychio *προσαγωγὴ* est *προσέλευσις*, recte: *accessio*, nempe *ad deorum aras*, *supplicatio*.“ Schneiderus in Lex. Gr. s. v. reddit *solemnes ritus sacrorum diesque festos*. — Ad seqq. *τεκμήριον δέ μοι τούτου, τόδε* Cr. conferri vult Wolf. ad Demosthen. Leptin. pag. 225 et in indic.

Cap. LIX.

ἐς Βούβαστιν πόλιν, τῇ Ἀρτέμιδι] sc. *πανηγυρίζουσι* (*ad festum celebrandum conveniunt*). Dianam Aegyptiam Noster commemorat infra II, 80. 155, ubi vid. De reliquo argumento conf. II, 60. 138. Quod vero festis pompisque frequentibus uti Aegyptios Herodotus scribit, id sanequam maxime confirmant, quae plurima in Aegyptiorum anaglyphis picturisve variis locis conspiciuntur, ubi et dii repraesentantur et pompae, festa illorum in honorem instituta. Plura Creuzer. in Symbol. I p. 248 seq.

δευτέρα ἐς Βούσιριν πόλιν, τῇ Ἴσι] Formam dativi *Ἴσι* attigit Matth. Gr. Gr. §. 73, 1. De ipso festo vid. II, 61 ibique nott. Quod ad urbem *Busirin* attinet, haec disputat Creuzerus (Comm. Herodd. p. 110 sq.): „Quatuor amplius oppida hoc nomine praedita habebat Aegyptus (conf. Strab. XVII p. 802, pag. 541 Tzsch., Wesseling. ad Diodor. I, 85 et praecipue Champoll. l'Egypt. sous l. phar. vol. I p. 365. II, 42 et p. 190). At urbs celeberrima fuit haec

ἐν ταύτῃ γὰρ δὴ τῇ πόλι ἐστὶ μέγιστον Ἴσιος ἱρόν.

---

ipsa, quam medio in Delta sitam prodit Herodotus. [Ad occidentalem nimirum illa oram Phatnitici fluvii sita erat, ubi nunc loco nomen *Boussir* sive *Aboussir*. Vid. Schlichthorst. l. l. p. 70 seq. Champoll. l. l. II p. 184.] De huius religionibus auctor est Diodor. Sicul. I, 85, ubi nomen urbis inde repetit, quod Isis in bove Osiridem sepelivisse fertur. Graecam etymologiam nominis *Βούσιρις*, a *βοῦς* et *Ὄσιρις* ductam, fusius explicat Stephanus Byz. in voc. p. 240 Berkel. Quae nos non moramur. Iam Zoëga de Obeliscc. p. 288, posteaquam haec ipsa attigit, ita pergit: „„„Sobrior Herodotus id tantum prodit, in Busiri oppido in medio Delta sito maximum fuisse fanum Isidis, atque in annuâ celebritate ibi obeunda universum populum Osiridem plangere consuevisse.““ Deinde, interpositis locis Herodoteis II, 59 et 61, Coptici sermonis ope nominis rationem aliter explicans ductum arbitratur ex *Be-Ousiri*, quod sit *Osiridis sepulchrum* (vid. Iablonsk. vocc. Aegyptt. p. 54). Tum sic pergit: „„Quod cum prave intellexissent Graeci, ad suam linguam respicientes Osiridem in bove sepultum finxerunt.““ Qua in causa hactenus cum Zoëga facit Champollion. (l'Egypt. s. l. phar. II p. 185 seqq.), etsi in explicando nomine longissime ab eo recedit. Nam cum in Rosettana inscriptione Osiridis nomini articulus Aegyptiacus additus reperiatur, et Coptorum quoque monumenta emendatiora nomen urbis ita scriptum exhibeant: *Pousiri*; id ipsum vocabulum *Βούσιρις* nil aliud esse quam Osiridis nomen, addito et immutato Aegyptiorum articulo. Deinde omnes quotquot adhuc innotuerunt etymologias elevans, hac una in re Zoëga sententiam et ipse sequitur, ut Graecorum rationem, qua bove sepultus Osiris urbi nomen indiderit, absurdam esse pronuntiet.“ Creuzerus ibidem pag. 111 seq. in nota hoc addit: „„*Busiridem* urbem eandem esse atque *Taphosirin* et sepulcrum Osiridis hoc ipso nomine declarari tradit Eudoxus ap. Plutarch. de Is. et Osirid. p. 359 s. 473 Wytt., qua de re plurimi aliter iudicaverant. Conf. Zoëg. de obell. p. 289. Distinguuntur autem plures urbes, quae hoc nomine veniunt. Vid. Champoll. l. l. II pag. 263. 267, qui *Tapousiri* scriptum esse ab Aegyptiis docet, et urbem *Osiridi propriam* significare.“

ἐστὶ μέγιστον Ἴσιος ἱρόν] „Templi Isidis, quod olim in urbe Busiride, restant splendidissimae ruinae, elegantissimis optimi marmoris columnis, cultis hominum animaliumque figuris ac literis hieroglyphicis spectabiles, descriptae cum cura a Sicardo, curioso ex Iesuitarum familia peregrinatore, in novis memor. legationum eius ad ori-

4 ἵδρυται δὲ ἡ πόλις αὕτη τῆς Αἰγύπτου ἐν μέσῳ
5 τῷ Δέλτα. Ἶσις δέ ἐστι κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν Δημήτηρ. τρίτα δ' ἐς Σάϊν πόλιν τῇ Ἀθηναίῃ 95
πανηγυρίζουσι· τέταρτα δὲ, ἐς Ἡλιούπολιν τῷ Ἡλίῳ· πέμπτα δὲ, ἐς Βουτοῦν πόλιν τῇ Λητοῖ· ἕκτα δὲ, ἐς Πάπρημιν πόλιν τῷ Ἄρεϊ.
60 Ἐς μὲν νυν Βού- Dianae festum Bubasticum.

---

entem societat. t. II pag. 118." *Wesseling*. Verum hae ruinae, utique splendidissimae, quae minime fugerunt doctorum Gallorum industriam, non ad *Busirin* pertinere nunc dicuntur, sed ad *Isidis oppidum* s. *Iseion*, quod paulo inferius ad eandem Phatnitici ostii ripam situm fuisse fertur, nunc cognitum nomine *Bahbeit* s. *Bahbait*, Copticis in libris scriptum *Naesi* s. *Naisi*, quod ipsum, sensum si spectes, optime convenire cum Graeca et Latina appellatione contendit Champoll. l. l. pag. 193 seq. 195 seqq. coll. Schlichthorst. l. l. pag. 70 seq. Rennel. l. l. p. 593 seq. not. a. *Isidis* autem *oppidum* Champollioni eadem videtur urbs (l. l. II pag. 200), quae Herodoto vocatur *Anysis* II, 137. Sed ab illorum virorum auctoritate recedit Mannert. Geogr. d. Gr. u. Röm. X, 1 pag. 574 seq. Nam *Busirin* Herodoteam et Isidis oppidum una cum splendidis illis ruderibus pro una eademque habet urbe, quae Busiris vetus sit dicenda. Ac recentissimus harum regionum peregrinator, Minutoli, et ipse ruinas prope Bahbait ad urbem Busirin referre mavult, indeque suspicatur *Iseion* s. *Isidis oppidum* fortasse templi ipsius fuisse appellationem; vid. Reise zum Tempel etc. pag. 301.

Ἶσις δέ ἐστι — Δημήτηρ] Pro Ἶσις Siebelis. ad Pausan. X, 32 §. 9 scribendum censet Ἴσις. Conf. Herod. II, 156. Ad loci argumentum faciunt, quae ad II, 50 de his deorum appellationibus monuimus. Aegyptiis enim cum Isis esset et terra et alma omnium rerum mater ac genitrix (conf. nott. ad II, 41), cum Cerere utique convenit, quae Graecis et ipsa colebatur terra omniumque rerum terrestrium mater ac parens, unde ipsum deductum nomen Δημήτηρ, a veteribus iam recte ita explicatum, ut *terrae matrem* indicaret. Nec minus Isidi scribunt cognomen fuisse *Mouth*, quod *matrem* (mundi) exponunt. Vid. Creuzer. Symbol. IV p. 303 seq. not. 492. II pag. 7 seq., qui hic inprimis conferri vult Apollod. II, 1, 3 fin. ibiq. Heyn. Observv. p. 104. Sufficiant haec ad Herodoti sententiam tuendam.

τρίτα δ' ἐς Σάϊν κ. τ. λ.] Plura de his vid. II, 62. 63 ibiq. nott.

Cap. LX.

ἐς μέν νυν Βούβαστιν πόλιν

βαστιν πόλιν ἐπεὰν κομίζωνται, ποιεῦσι τοιάδε.
2 πλέουσί τε γὰρ δὴ ἅμα ἄνδρες γυναιξὶ, καὶ πολ-
3 λόν τι πλῆθος ἑκατέρων ἐν ἑκάστῃ βάρι. αἳ μέν
τινες τῶν γυναικῶν κρόταλα ἔχουσαι κροταλίζουσι,
οἳ δὲ αὐλέουσι, κατὰ πάντα τὸν πλόον· αἱ δὲ λοι-
παὶ γυναῖκες καὶ ἄνδρες ἀείδουσι, καὶ τὰς χεῖρας
4 κροτέουσι. ἐπεὰν δὲ πλέοντες κατά τινα πόλιν ἄλ-
λην γένωνται, ἐγχρίψαντες τὴν βάριν τῇ γῇ, ποι- 5

ἐπεὰν κομίζωνται] κομίζεσθαι bene reddunt interpretes: *nave vehi*, *deferri*. Vid. I, 185. *Bubastis*, urbs ut videtur celeberrima, templo Dianae, quae Aegyptiis vocatur *Bubastis* (II, 137. 138), insignis et caput nomi Bubastici. Sacris in libris appellatur *Pibeset*, cum Aegyptium nomen fuerit *Poubasti*, uti videtur Champollioni l'Egypt. sous l. phar. II p. 65 seqq. In Delta sita fuit urbs ad orientalem Pelusiaci fluvii ripam, a quo non procul ab ipsa urbe canalis derivatus ad sinum Arabicum usque pertinuit (II, 158). Qui nunc appellatur locus *Tell-Bustah* (i. e. *vetus Bubastis*), in eo amplissima recens detecta sunt aedificiorum illius urbis rudera, mirum in modum congesta, ut mireris qui tanta moles destrui et in hunc statum redigi potuerit. Constant illa vel lapidibus syenitis (Granit) vel lateribus coctis, quales a Iudaeis elaboratos fuisse credibile fit (Exod. I, 15). Ad Dianae autem templum ea pertinere credunt, quae in mediis his ruderibus conspiciuntur aedificii splendidissimi reliquiae. Pluribus haec exposuit Ritter. Erdkund. I pag. 825 ibiq. laud. Malus in Descript. de l'Eg. Et. modern. livr. III mém. p. 307 seqq. Cf. etiam Schlichthorst. l. l. pag. 79 seq. Mannert. l. l. pag. 588 seq.

οἳ δὲ αὐλέουσι, κατὰ πάντα τὸν πλόον] Iam supra *II*, 48 invenimus tibiam in Bacchico festo; quare non mirum *in hoc* quoque festo tibiae locum fuisse, ut in reliquis fere huius gentis festis solemnibus, Dionysio s. Osiridi consecratis, dum cithara magis ad sacerdotes atque cultum reconditiorem pertinuisse videatur. *Inde Osiridi* quoque adscribitur *tibia inventori*, quà feras gentes rudesque excoluerit; nec enim illa ad alteram aetatem pertinere videtur, quà in deterius iam lapsa fuerit antiqua musica sacra, sed aequo iure priori aevo adscribenda, ubi in vulgi festis necessario adhibebatur. Vid. Creuzeri Symbol. I p. 448, qui hoc loco inprimis conferri vult Iomard. in Descript. de l'Eg. antiqq. I (3 livr.) pag. 422. — Ad vocem *βάρις* vid. II, 96 ibiq. not.

ἐγχρίψαντες τὴν βάριν τῇ

5 εῦσι τοιάδε. αἱ μέν τινες τῶν γυναικῶν κοιεῦσι
τάπερ εἴρηκα· αἱ δὲ τωθάζουσι, βοῶσαι, τὰς ἐν τῇ
πόλει ταύτῃ γυναῖκας· αἱ δ' ὀρχέονται· αἱ δ' ἀνα-
6 σύρονται ἀνιστάμεναι. ταῦτα παρὰ πᾶσαν πόλιν
παραποταμίην ποιεῦσι. ἐπεὰν δὲ ἀπίκωνται ἐς τὴν
Βούβαστιν, ὁρτάζουσι, μεγάλας ἀνάγοντες θυσίας·
καὶ οἶνος ἀμπέλινος ἀναισιμοῦται πλέον ἐν τῇ ὁρ-
τῇ ταύτῃ ἢ ἐν τῷ ἅπαντι ἐνιαυτῷ τῷ ἐπιλοίπῳ.
7 συμφοιτέωσι δὲ, ὅ τι ἀνὴρ καὶ γυνή ἐστι, πλὴν
παιδίων, καὶ ἐς ἑβδομήκοντα μυριάδας, ὡς οἱ ἐπι-
61 χώριοι λέγουσι. ταῦτα μὲν δὴ ταύτῃ ποιέεται. Ἐν
δὲ Βουσίρι πόλι ὡς ἀνάγουσι τῇ Ἴσι τὴν ὁρτὴν,
2 εἴρηται πρότερόν μοι. τύπτονται μὲν γὰρ δὴ μετὰ

Festum Isidis Busiriticum: [2, 40] quidnam indicio sit, Cares qui Aegyptum incolant, hospites esse.

γῇ] Sic scripsi cum Gaisf. pro ἐγχρίμψαντες, quod recentioris est usus. Olim enim dicebant χρίπτειν et ἐγχρίπτειν, postea demum χρίμπτειν. Valet autem *appellere*, *adpropinquare*, cum primitus sit *pungere*, *radere* et de scorpii vel vespae ictu frequenter usurpatur. Vid. Ruhnken. ad Timaei Lex. Plat. p. 104 seq. et alia, quae hic laudant interpretes. — Verbum τωθάζειν, quo mox Noster utitur, recte exponit Timaeus Platonicus (pag. 261) χλευάζειν, σκώπτειν, διασύρειν; ubi videatur docta Ruhnkenii nota.

αἱ δ' ἀνασύρονται ἀνιστάμεναι] ἀνασύρεσθαι est vestes adducere, tollere, ita ut corpus denudetur; id quod plerumque indecentium est hominum minusque pudicorum. Confer Diodor. Sic. I, 85, ubi Wesselingius apte laudat Casaubon. ad Theophrast. Charact. II pag. 136 et ad Sueton. August. cp. 82. In Aegypto autem ea pertinebant ad ipsum festum, quae inde non mirum est, etiam in Graecorum Thesmophoriis recepta fuisse, ubi quae de conviciis, quibus mulieres se invicem incessunt, aliis eiusdem generis iocose dictis et peractis enarrantur, Aegyptiacam produnt originem. Conf. Creuzeri Symbol. IV p. 462 seq. 465. „Quin hodie talia ac similia in Aegypto fieri, docti Galli observant. Vid. Descript. de l'Eg. II (Thèbes) p. 51 coll. p. 383.“ Cr.

καὶ οἶνος ἀμπέλινος ἀναισιμοῦται κ. τ. λ.] Vid. not. ad II, 37 et 77.

Cap. LXI.

εἴρηται πρότερόν μοι] Vide II, 40 ibique a nobis notata, et conf. ad II, 59 de urbe Busiri notata. Iam satis patere credo,

τὴν θυσίην πάντες καὶ πᾶσαι, μυριάδες κάρτα πολλαὶ ἀνθρώπων. τὸν δὲ τύπτονται, οὔ μοι ὅσιόν

---

hocce festum, quod Busiridis in urbe Isidi peragitur, esse institutum in honorem caesi Osiridis; quo ipsum urbis nomèn, quomodocunque explicaveris, erit referendum (vid. not. ad II, 59). Osiris vero cum domitor bovis et arator quasi primigenius haberetur, et huiusce animalis capite vel exuviis, aliisque ad agriculturam pertinentibus signis ornatus repraesentaretur, inde satis explicantur ritus huius festi, quales memoriae produntur a Nostro II, 40, ubi vid. not. Ferebat autem fama Osiridis a Typhone caesi membra ab Iside collecta, in bovem ligneum coniecta, byssino circumvoluta, hic loci esse reposita. Vid. Diodor. Sic. I, 85. Est igitur, uti dixi, festum in honorem caesi Osiridis institutum ad servandam ac consecrandam memoriam institutae ab Osiride agriculturae omnisque vitae cultioris. Inde luctus et planctus, ut vere scribit Noster Osiridis nomen, ob quem talia fiebant, prae religione celans. „Ubi enim (sunt verba Creuzeri Comm. Herod. p. 183 seq.) Osiridem colebant plangebantque sacerdotes, noli dubitare, eos et annuum cursum solis et Nili vicissitudines, quae ei cursui responderent, declarare voluisse. Eam in rem nihil luculentius potest cogitari, quam locus Heliodori in Aethiopp. IX, 22 p. 381 ed. Cor. Pertinent nimirum haec ad rationem arcanae disciplinae, quam orientalium terrarum homines a vetustissimo inde aevo ad hunc diem usque arcanis item literarum notis designare solent. Erat illis in oris, si populi sensa explores, Osiris quasi ipse saluber fluvius, cuius vigor conditus quasi profundo in puteo statis vicibus et emergebat et rursus desidebat. Quocirca nil mirum, habitos esse Nilum et solem, tantopere inter se congruentes suis et accessibus et recessibus, pro uno eodemque deo; quem et mori dicerent et reviviscere, quatenus sol debilitatus et deficiens vires deinceps recipit ac novus quodammodo redit [conf. not. ad II, 28]. — Unde Horus filius vindicare patrem Osiridem a Typhone et suo ipso vigore ac virtute virtutem vigoremque patris referre dicitur.“ De quo conf. II, 144.

τύπτονται μὲν γὰρ δὴ μετὰ τὴν θυσίην κ. τ. λ.] Particularum μὲν et δὲ usum in hisce accurate exposuit *Werferus* in actt. phill. Monacc. I pag. 93. Licet enim duplex sequatur δέ (ὅσοι δὲ et οὗτοι δὲ), tamen uno μὲν res absolvitur; quod ne mireris, modo cogites scriptum esse: ὅσοι μὲν γὰρ Αἰγύπτιοι καὶ Αἰγύπτιαι εἰσί, τύπτονται μέν.

τὸν δὲ τύπτονται] Iam supra II, 42 invenimus τύπτεσθαί τινα: *se in alicuius dei*

ἔστι λέγειν. ὅσοι δὲ Καρῶν εἰσὶ ἐν Αἰγύπτῳ οἰκέοντες, οὗτοι δὲ τοσούτῳ ἔτι πλέω ποιεῦσι τούτων, ὅσῳ καὶ τὰ μέτωπα κόπτονται μαχαίρῃσι· καὶ τούτῳ εἰσὶ δῆλοι ὅτι εἰσὶ ξεῖνοι καὶ οὐκ Αἰ-
62 γύπτιοι. Ἐς Σάϊν δὲ πόλιν ἐπεὰν συλλεχθέωσι τῇσι Minervae festum Saiticum nocturnum, lucernis per totam Aegyptum accensis.

---

honorem verberare s. inflictis sibi verberibus aliquem lugere. Satis usum firmarunt huius loci interpretes, nec fugit ille industriam Matthiae in Gr. Gr. p. 758.

οὔ μοι ὅσιόν ἐστι λέγειν] scil. religione impeditus sibi videbatur, quo minus, quae secreta ex mysteriis didicerat ab Aegyptiorum sacerdotibus, divulgaret. Osiridem vero intelligendum esse supra iam monuimus. — Ad ea, quae continuo sequuntur, *Cr.* confert: Leake les principaux monuments Egyptiens en Angleterre (Londin. 1827) pag. 27.

Cap. LXII.

ἐς Σάϊν δὲ πόλιν ἐπεὰν συλλεχθέωσι τῇσι θυσίῃσι] *τῇσι θυσίῃσι: ad sacra peragenda, sacrificatum*, ut monet Schaeferus ad Dionys. de composit. verbor. pag. 306. Add. Matthiae Gr. Gr. §. 401, 3. — *Sais* urbs, nomi Saitici caput adeoque Deltae inferioris, nonnihil remota orientem versus a Canopico fluvio sita erat. Splendidissimorum aedificiorum, quibus olim ornata fuit urbs, pauca rudera dispersa adhuc conspiciuntur ad vicum *Ssa* s. *Ssa al Hadjar*, in quo cernitur etymon Aegyptium, quod *Sai* fuisse vult Champollio l. l. II p. 219. Vid. Schlichthorst. l. l. pag. 68. Herodotus aliquoties urbis facit mentionem II, 169 seq. Nam splendidum in ea Minervae templum, in quo Aegypti reges sepeliebantur, praeterea collegia sacerdotum illic florebant, unde Graecorum sapientes sua didicisse feruntur. Quae tamen nunc mittimus; quaeramus potius, quale fuerit festum, de quo hic Noster refert, et in cuiusnam numinis honorem institutum. Referuntur nonnulla de hoc festo II, 171 et accurata templi, in quo peragitur, exhibetur descriptio II, 170. Nam Osiris in hoc, Minervae quod consecratum erat, templo sepultus ferebatur. Quae si cum hisce componamus, vix dubium erit, hoc quoque festum Osiridis in honorem fuisse celebratum, in memoriam opinor eorum, quae ille hominibus attulerat beneficia, quaeque ipse passus erat mala ad mortem usque miseram a Typhonis manibus inflictam. Minervae quod festum adscribitur (II, 59), hoc tenendum est, Minervam hanc (quam Aegyptii vocasse dicuntur *Neith*, unde ipsum Graecum deae nomen ortum volunt) non adeo differre ab Iside, veram et reconditiorem illius notionem si spectes. Isidem au-

θυσίῃσι, ἐν τινι νυκτὶ λύχνα καίουσι πάντες πολλὰ 133
ὑπαίθρια περὶ τὰ δώματα κύκλῳ. τὰ δὲ λύχνα ἐστὶ
ἐμβάφια ἔμπλεα ἁλὸς καὶ ἐλαίου· ἐπιπολῆς δὲ ἔπε-
2 στι αὐτὸ τὸ ἐλλύχνιον. καὶ τοῦτο καίεται παννύ-
3 χιον· καὶ τῇ ὁρτῇ οὔνομα κέεται Λυχνοκαΐη. οἳ
δ' ἂν μὴ ἔλθωσι τῶν Αἰγυπτίων ἐς τὴν πανήγυριν
ταύτην, φυλάσσοντες τὴν νύκτα τῆς θυσίης, καί-
ουσι καὶ αὐτοὶ πάντες τὰ λύχνα· καὶ οὕτω οὐκ ἐν
Σάϊ μούνῃ καίεται, ἀλλὰ καὶ ἀνὰ πᾶσαν Αἴγυ-
4 πτον. ὅτευ δὲ εἵνεκα φῶς ἔλαχε καὶ τιμὴν ἡ νὺξ

---

tem novimus in Osiridis caesi honorem ac memoriam celebrandam festa per omnem Aegyptum instituisse. Plura de his Creuz. in Symbol. I p. 530. II, 661 seqq. 675 seq. IV, 219 seqq., qui nunc addit: Payne Knight Inquiry into the symbol. languag. pag. 30.

λύχνα καίουσι] τὰ λύχνα neutro genere Ionum'e consuetudine dici monent veteres et recentiores Grammatici ad h. l. — Est autem frequens omnino lucernarum usus in sacris Aegyptiis; in Saitico hocce Osiridis festo ideo adhibitae esse videntur, ut deus ille tanquam solis ignisque praeses coleretur. Qua eadem de causa postmodo Serapidis in sacris lucernas usurpatas invenimus. Conf. Creuzeri Dionys. p. 225. Nec Minervae non conveniunt lucernae, quippe quae lucis et purissimae quidem est dea atque praeses. Quin etiam meminisse iuvat lucernae magicae sive mundanae, quae Mercurio tribuitur, ut omnia perspiciat mundana ac terrestria nec quidquam ipsum lateat. Plura Creuzerus Symbol. I pag. 373. Adde, lucernarum accensionem in Iudaeorum quibusdam festis hinc quoque originem cepisse videri, monente Spencer. de ritt. Hebrr. IV, 6 p. 1121 seq.

ἐμβάφια ἔμπλεα ἁλὸς καὶ ἐλαίου] i. e. *vascula sale et oleo repleta*. Pro ἁλὸς Reiskius coniecerat στέατος, ut *adeps* intelligeretur, cum sal ad lampades nihil faciat. Sed nullus suffragatur liber; et merito; nam salis usum in omnibus fere sacris satis cognitum habemus. — Sequitur Λυχνοκαΐη, aliquot serioris aetatis scriptoribus commemorata, quos citat Wesselingius. Tu verte: *lucernarum accensio*. Et notat Larcherus, Sinarum in terris simile quoddam inveniri festum accensarum lucernarum.

φυλάσσοντες τὴν νύκτα τῆς θυσίης] i. e. *observantes statutam sacrificii noctem*. Conf. I, 48.

ὅτευ δὲ εἵνεκα φῶς ἔλαχε]

Festum Solis Heliopolitanum; Latonae, Butoïticum; Martis, Papremiticum, in quo lignis convulnerant sibi mutuo capita.

63 αὕτη, ἔστι ἱρὸς περὶ αὐτοῦ λόγος λεγόμενος. Ἐς
δὲ Ἡλίου πόλιν καὶ Βουτοῦν θυσίας μούνας ἐπιτε-
λέουσι φοιτέοντες. ἐν δὲ Παπρήμι θυσίας μὲν καὶ
2 ἱρὰ, κατάπερ καὶ τῇ ἄλλῃ, ποιεῦσι. εὖτ' ἂν δὲ γί-
νηται καταφερὴς ὁ ἥλιος, ὀλίγοι μέν τινες τῶν
ἱρέων περὶ τὤγαλμα πεπονέαται· οἱ δὲ πολλοὶ αὐ-
τῶν, ξύλων κορύνας ἔχοντες, ἑστᾶσι τοῦ ἱροῦ ἐν
τῇ ἐσόδῳ· ἄλλοι δὲ εὐχωλὰς ἐπιτελέοντες, πλεῦνες
χιλίων ἀνδρῶν, ἕκαστοι ἔχοντες ξύλα καὶ οὗτοι,
3 ἐπὶ τὰ ἕτερα ἀλέες ἑστᾶσι. τὸ δὲ ἄγαλμα, ἐὸν ἐν

εἵνεκα cum Schweigh. et Gaisf. recepi pro vulg. ἕνεκα. Apud Pausaniam utrumque, εἵνεκα et ἕνεκα reperiri monet Siebelis. ad Pausan. I, 5 §. 4. — Caeterum de Osiride hic quoque cogitandum esse, satis quae supra diximus commonstrant.

Cap. LXIII.

ἐς δὲ Ἡλίου πόλιν καὶ Βουτοῦν θυσίας κ. τ. λ.] De Heliopoli, ubi Soli (ἡλίῳ) sacra fiebant, vid. supra ad II, 7. De *Butus* urbe, ubi Latonae festum, dicemus ad II, 155.

ἐν δὲ Παπρήμι — ποιεῦσι] De hac urbe praeter Herodotum (II, 63. 64. 71. 165) nemo veterum quidquam retulit. Sita erat in occidentali Deltae parte, ita ut Mannertus coniiciat (l. l. X, 1 p. 591 seq.), haud aliam atque Papremidem esse urbem, quae etiam *Xois* serius sit vocata. De urbe hac (*Xoïs-Skhöou*) plura disseruit Champoll. l'Eg. sous l. phar. II pag. 211 seq.

εὖτ' ἂν δὲ γίνηται καταφερὴς ὁ ἥλιος] καταφερὴς de sole est *declivis*, *ad occasum vergens*. Quare non mutandum κατωφερὴς, quamquam hoc notione vix differt. Mox de forma πεπονέαται (pro πεπόνηνται) conf. Matthiae Gr. Gr. §. 502, 2. Est vero πονεῖσθαι *occupari*, *versari* in iis curis, quae ad dei simulacrum pertineant. — De εὖτ' ἂν Cr. confert Schaefer. ad Sophocl. Oedip. Reg. 749.

ἄλλοι δὲ εὐχωλὰς ἐπιτελέοντες] εὐχωλή vix differt ab εὐχή, *votum*. Verbum ἐπιτελεῖν (*solvere*, *peragere*) frequens in re sacra; vid. not. nostr. ad Ctesiae fragmm. pag. 436. — ἐπὶ τὰ ἕτερα in seqq. est: *ab altera parte* i. e. *ex adverso*. Cf. I, 51. II, 36. Interpunctionem, quae vulgo ante καὶ οὗτοι erat, nunc posui ante ἐπὶ τὰ ἕτερα cum Gaisf. et Schwgh., ut scil. verba καὶ οὗτοι aptius cum antecedentibus connectantur.

τὸ δὲ ἄγαλμα, ἐὸν ἐν νηῷ μικρῷ] νηὸς hic est aedicula parva lignea, in qua simulacrum

νηῷ μικρῷ ξυλίνῳ κατακεχρυσωμένῳ, προεκκομί-
4 ζουσι τῇ προτεραίῃ ἐς ἄλλο οἴκημα ἱρόν. οἱ μὲν δὴ ὀλίγοι οἱ περὶ τὤγαλμα λελειμμένοι, ἕλκουσι τετράκυκλον ἅμαξαν, ἄγουσαν τὸν νηόν τε καὶ τὸ
5 ἐν τῷ νηῷ ἐνεὸν ἄγαλμα. οἱ δὲ οὐκ ἐῶσι, ἐν τοῖσι προπυλαίοισι ἑστεῶτες, ἐσιέναι· οἱ δὲ εὐχωλιμαῖοι, τιμωρέοντες τῷ θεῷ, παίουσι αὐτοὺς ἀλεξόμενοι.
6 ἐνθαῦτα μάχη ξύλοισι καρτερὴ γίνεται· κεφαλάς τε συναράσσονται, καὶ ὡς ἐγὼ δοκέω, πολλοὶ καὶ ἀποθνήσκουσι ἐκ τῶν τρωμάτων· οὐ μέντοι οἵ γε

---

fuit repositum. Conf. II, 91. Laudant h. l. Cuperi Harpocratem p. 104.

οἱ δὲ εὐχωλιμαῖοι] i. e. οἱ τὰς εὐχωλὰς ἐπιτελέοντες, *qui vota suscepta exsequi volunt.*

παίουσι αὐτοὺς] sc. eos, qui in introitu templi stantes, turbam eorum, qui currum cum dei simulacro trahunt, prohibent ab introitu, caedunt resistendo ac repugnando. Quod bini libri offerunt ἀλεξομένους, ut ad αὐτοὺς referatur (cf. I, 211), id malim hoc loco tribuere librariis Herodoti.

οὐ μέντοι οἵ γε Αἰγύπτιοι] Bene sic nunc editum, librorum scriptorum adeoque ipsius Herodoti auctoritate I, 51. 80. II, 81. 83. Alii οὐ μέντοι γε οἵ τε Αἰγύπτιοι. At solent Graeci particulam γε sic collocare, ut alia quaedam vox media sit interposita. — Quod ad ipsam hancce pugnam attinet, cuius quam vulgo dederint rationem, mox Noster subiicit cap. 64, nemo opinor diffidet, symbolici quid ac tesserarii in hisce inesse ex interiori sacerdotum doctrinâ repetendum, praesertim cum in Graecia quoque huiusmodi certaminâ sacra reperiantur ad mysteriorum doctrinam aeque referenda. Vid. Creuzeri Symbol. IV pag. 267 seq. Quid vero hoc *ipsum sit*, quod Aegyptii sacerdotes hoc certamine indicatum voluerint, id accuratius atque certius ut definiam, vix a me postulabunt aequi ac periti rerum *indices.* Haud quidem sum nescius, Martem ab Aegyptiis aliisque priscis gentibus pro naturae deo esse habitum, qui rerum *semina* contineat; quae quando cum terra communicaverit, omnia oriri ac nasci. Quod ut semel totius mundi principio factum est, ita quotannis fit principio veris, ubi terra recens quasi fit, non statim semper semina recipiens, sed haud raro etiam reluctans et adversans, donec cedat et cedere debeat. Iam qui cogitet, apud veteres hanc vim naturae genitricem non minus atque ipsam naturam recipientem

64 Αἰγύπτιοι ἔφασαν ἀποθνήσκειν οὐδένα. Τὴν δὲ
πανήγυριν ταύτην ἐκ τοῦδε νομίσαι φασὶ οἱ ἐπιχώ- 55
ριοι. οἰκέειν ἐν τῷ ἱρῷ τούτῳ τοῦ Ἄρεος τὴν μη-
τέρα· καὶ τὸν Ἄρεα ἀπότροφον γενόμενον, ἐλθεῖν
ἐξανδρωμένον, ἐθέλοντα τῇ μητρὶ συμμῖξαι· καὶ 134
τοὺς προπόλους τῆς μητρὸς, οἷα οὐκ ὀπωπότας αὐ-

Eius consuetudinis origo: Aegyptiorum et Graecorum in adeundis templis castitas.

---

et ab illa impletam in dei personam esse translatam, ita ut iam non aliter sermo fiat atque de humana generatione et procreatione, is etiam intelliget, quo spectent certamina in huius dei (Martis) templo ab ipsius cultoribus commissa, quibus naturae quasi certamina quovis vere ineunte committenda symbolico ac tesserario modo repraesentari suspicer. Quapropter me, ut olim Creuzerum l. l. pag. 269, valde advertit vocabulorum quorundam, quibus Herodotus cap. sequenti est usus, ambiguitas. Vid. notam nostram ad cap. 64 συμμῖξαι.

Cap. LXIV.

τὴν δὲ πανήγυριν ταύτην ἐκ τοῦδε νομίσαι φασὶ] De verbo νομίζειν vid. ad I, 131.

καὶ τὸν Ἄρεα ἀπότροφον γενόμενον, ἐλθεῖν ἐξανδρωμένον] ἀπότροφος γενόμενος dicitur is, *qui procul a parentibus educatus est*, teste Hesychio, apud quem exstat: ἀπότροφος, μακρὰν τεθραμμένος. Plura Wesselingius, qui etiam ἐξανδρώμενος recte explicat: *adultus, qui ad virilem iam pervenit aetatem*, τὴν ἡλικίαν ἔχων εἰς ἄνδρα, ut apud Suidam legimus.

ἐθέλοντα τῇ μητρὶ συμμῖξαι] συμμῖξαι hic de *commercio* atque *congressu familiari* sive *colloquio* exponunt interpretes, laudantes VIII, 67. 79 alia, ubi huic verbo tribuitur honesta *colloquendi* notio. At ea, quae sequuntur, facile nobis persuadent Valckenarianam sententiam, hic quoque in ambiguo ludere voluisse Herodotum, puerumque adultum aliud quid cupiisse. Nam συμμῖξαι etiam de *coïtu*, quem ille petierit, intelligi potest; quo eodem sensu occurrunt διαλέγεσθαι, ὁμιλεῖν, adeoque ἐς λόγους ἐλθεῖν, et fortasse etiam sic accipienda erunt, quae infra leguntur: εἰσελθεῖν vel ἐλθεῖν παρὰ τὴν μητέρα. Conf. II, 115.

τῇ μητρὶ] Qui ea, quae paulo ante de Marte monuimus Aegyptio, reputaverit, haud improbabile ei videbitur, matrem, quacum Mars convenire voluerit, esse *Venerem*, indeque etiam Graecorum fluxisse fabulas de Marte atque Venere amantibus. Conf. Hirt. über Gegenst. d. Aeg. Kunst etc. p. 143. *Cr.* adscripsit: Inghirami monum.

τὸν πρότερον, οὐ περιορᾶν παριέναι, ἀλλ' ἀπερύ-
κειν· τὸν δ' ἐξ ἄλλης πόλιος ἀγαγόμενον ἀνθρώ-
πους, τούς τε προπόλους τρηχέως περισπεῖν, καὶ
2 ἐσελθεῖν παρὰ τὴν μητέρα. ἀπὸ τούτου τῷ Ἄρεϊ
ταύτην τὴν πληγὴν ἐν τῇ ὁρτῇ νενομικέναι φασί.

3 Καὶ τὸ μὴ μίσγεσθαι γυναιξὶ ἐν ἱροῖσι, μηδὲ
ἀλούτους ἀπὸ γυναικῶν ἐς ἱρὰ ἐσιέναι, οὗτοί εἰσι
4 οἱ πρῶτοι θρησκεύσαντες. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι σχε-
δὸν πάντες ἄνθρωποι, πλὴν Αἰγυπτίων καὶ Ἑλλή-
νων, μίσγονται ἐν ἱροῖσι· καὶ ἀπὸ γυναικῶν ἀνι-
στάμενοι, ἄλουτοι ἐσέρχονται ἐς ἱρόν· νομίζοντες
5 ἀνθρώπους εἶναι κατάπερ τὰ ἄλλα κτήνεα. καὶ γὰρ
τὰ ἄλλα κτήνεα ὁρᾶν καὶ ὀρνίθων γένεα ὀχευόμενα
ἔν τε τοῖσι νηοῖσι τῶν θεῶν καὶ ἐν τοῖσι τεμένεσι.
6 εἰ ὦν εἶναι τῷ θεῷ τοῦτο μὴ φίλον, οὐκ ἂν οὐδὲ

Etrusch. ad tab. 39 de' vasi fittili pag. 409.

οὐ περιορᾶν παριέναι] De infinitivo, qui praeter morem adiicitur verbo περιορᾶν, conf. I, 191 et de περισπεῖν I, 73. Ad formam ὀπωπότας consulas Matth. Gr. Gr. pag. 478.

μηδὲ ἀλούτους ἀπὸ γυναικῶν κ. τ. λ.] Laudant interpretes Clement. Alexandr. Stromat. I pag. 361, 19 idem de Aegyptiis narrantem. Ac monet Schweigh. Herodotum de avibus aliisque animalibus loquentem dicere ἔν τε τοῖσι νηοῖσι τῶν θεῶν καὶ ἐν τοῖσι τεμένεσι, de hominibus vero nomine uti latius patente ἐν ἱροῖσι, quod comprehendat et τὸν νηὸν et τὸ τέμενος, agrum, lucum, aedificia, quibus cingatur dei aedes. Tu conf. I, 199 ibiq. not.

καὶ ὀρνίθων γένεα ὀχευόμενα κ. τ. λ.] Intactum reliqui γένεα, quod libri probati satis commendant. Alii malunt τέλεα, ut in quibusdam codd. invenitur, et de catervis intelligunt, ut VII, 211. 223. IX, 20. Sed hisce locis de *hominum* et quidem *militum catervis* unice sermo, ut notavimus ad I, 103.

εἰ ὦν εἶναι — φίλον] ἦν, quod glossam sapit, nunc recte mutatum in εἶναι. Conf. Matthiae Gr. Gr. p. 1058 §. 538. Ad φίλον conf. I, 87 ibiq. not. Ad argumentum loci interpretes afferunt Plutarch. Mor. (II) pag. 1044, F, unde intelligimus, Cynicos philosophos posthac eadem excusatione esse usos itemque Stoicos quosdam.

τὰ κτήνεα ποιέειν. οὗτοι μέν νυν τοιαῦτα ἐπιλέ-
7γοντες, ποιεῦσι ἐμοί γε οὐκ ἀρεστά. Αἰγύπτιοι δὲ θρησκεύουσι περισσῶς τά τε ἄλλα περὶ τὰ ἱρὰ, καὶ δὴ καὶ τάδε.

65 Ἐοῦσα δὲ Αἴγυπτος ὅμουρος τῇ Λιβύῃ, οὐ
2μάλα θηριώδης ἐστί. τὰ δὲ ἐόντα σφι ἅπαντα ἱρὰ νενόμισται· καὶ τὰ μὲν, σύντροφα αὐτοῖσι τοῖσι
8ἀνθρώποισι· τὰ δὲ, οὔ. τῶν δὲ εἵνεκεν ἀνεῖται τὰ

Bestiarum cultus apud Aegyptios: necis earum poena mors.

Αἰγύπτιοι δὲ θρησκεύουσι περισσῶς κ. τ. λ.] De bestiarum cultu apud Aegyptios consulatur Diodor. I, 83, Plutarch. de Is. et Osir. p. 379 seq., quibus add. Rhoer. ad Porphyr. de abstin. III, 16 p. 250. IV, 9 pag. 322. Nec defuerunt recentiori aetate, qui hac de re pluribus quaererent. Namque sola utilitate e bestiis capienda, aut timore, quo hominum animos afficiunt, Aegyptios ad bestiarum cultum esse ductos cum minime sit credibile, alia sectanda sunt magis recondita e subtiliori sacerdotum doctrinâ eaque congrua simul cum rudium hominum indole, quos etiamnum per Africae regiones bestiis divinos honores impertire novimus. Nec mirum hoc videri debet ei, qui ipsam humanam naturam omniumque animalium vitam accuratius consideraverit inque bestiis magis adeo quam in hominibus communem naturae vim ac vitalem quasi rationem cognosci posse persuasum habuerit. Conferas Bauer. symbol. et mytholog. I p. 174 seq. Heeren. Ideen etc. II, 2 p. 184 seqq. Quare haud male posuisse videtur Iomard. sub cultu bestiarum latuisse causas naturales, quibus investigandis prisci Aegyptii valde intenti fuerint multaque eos hac in re vidisse, quae nos lateant. Nec praetereunda astronomica bestiarum ratio in Zodiaco, de qua diximus ad II, 67, coniuncta illa quidem cum Aegyptiorum religionibus. Plura Creuzer. in symbol. I p. 475 seqq. 483 seqq. coll. Reinhardt. in diss. mox laudanda pag. 6 sqq.

Cap. LXV.

καὶ τὰ μὲν, σύντροφα αὐτοῖσι τοῖσι ἀνθρώποισι] i. e. *aliae* (bestiae) *cum ipsis hominibus una simul vivunt*. Vid. II, 36: *Αἰγυπτίοισι δὲ ὁμοῦ θηρίοισι ἡ δίαιτά ἐστι.*

τῶν δὲ εἵνεκεν ἀνεῖται τὰ ἱρὰ] Articulus τὰ sine causa negotium facessivit viris doctis. Est enim loci sensus: *cur eae bestiae* (quae sc. sacrae habentur, ut dixi) *diis consecrata habeantur* indeque colantur. Ἀνεῖσθαι hic est: *consecratum, dedicatum esse*. Conf. II, 165 fin.

ἱρὰ εἰ λέγοιμι, καταβαίην ἂν τῷ λόγῳ ἐς τὰ
θεῖα πρήγματα, τὰ ἐγὼ φεύγω μάλιστα ἀπηγέ-
εσθαι. τὰ δὲ καὶ εἴρηκα αὐτῶν ἐπιψαύσας, ἀναγ-
4 καίῃ καταλαμβανόμενος εἶπον. Νόμος δέ ἐστι
περὶ τῶν θηρίων ὧδε ἔχων· μελεδωνοὶ ἀποδεδέχα-
ται τῆς τροφῆς χωρὶς ἑκάστων, καὶ ἔρσενες καὶ
θήλεαι τῶν Αἰγυπτίων, τῶν παῖς παρὰ πατρὸς ἐκ-
5 δέκεται τὴν τιμήν. οἱ δὲ ἐν τῇσι πόλισι ἕκαστοι
εὐχὰς τάσδε σφι ἀποτελέουσι· εὐχόμενοι τῷ θεῷ
τοῦ ἂν ᾖ τὸ θηρίον, ξυροῦντες τῶν παιδίων ἢ πᾶ-
σαν τὴν κεφαλήν, ἢ τὸ ἥμισυ, ἢ τὸ τρίτον μέρος τῆς 135
κεφαλῆς, ἱστᾶσι σταθμῷ πρὸς ἀργύριον τὰς τρίχας·

τὰ ἐγὼ φεύγω μάλιστα ἀπηγέεσθαι] Conf. II, 3. Simili modo Diodor. l. l. dicit Aegyptios sacerdotes de his habere ἀπόῤῥητόν τι δόγμα, quod ipse indicaverit I, 21, ubi fabulam de Iside atque Osiride enarrat. Ubicunque enim Osiridis sepulcrum esset, illic animalia Osiridi ab Iside consecrata fuisse tradebant, ut inde omnis bestiarum cultus per Aegyptum invaluerit. Tu vid. quae hanc in rem notata sunt II, 41. 67. 65.

μελεδωνοὶ ἀποδεδέχαται τῆς τροφῆς] μελεδωνός is dicitur, *qui alicuius rei curam gerit*. Sic III, 61. VII, 31. 38. Scribit vero Diodorus I, 83 quanto honore apud Aegyptios ii fruantur, qui harum bestiarum curam suscipiant. Quare τιμὴν recte hoc munus dicere potest Herodotus in seqq.: τῶν παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδέκεται τὴν τιμήν; quae locutio de regno hereditario supra invenitur I, 7 fin., ubi vid. not.

οἱ δὲ ἐν τῇσι πόλισι ἕκαστοι εὐχὰς τάσδε σφι ἀποτελέουσι] σφι pertinet ad μελεδωνούς, quos ante dixerat. Argumentum loci egregie illustrant haec Diodori verba l. l.: ποιοῦνται δὲ καὶ θεοῖς τισιν εὐχὰς ὑπὲρ τῶν παιδίων οἱ κατ' Αἴγυπτον, τῶν ἐκ τῆς νόσου σωθέντων. ξυρήσαντες γὰρ τὰς τρίχας καὶ πρὸς ἀργύριον ἢ χρυσίον στήσαντες, διδόασι τὸ νόμισμα τοῖς ἐπιμελουμένοις τῶν προειρημένων ζώων.

ἱστᾶσι σταθμῷ πρὸς ἀργύριον τὰς τρίχας] i. e. *ponderant capillos ad argentum in altera librae lance repositum; quantum vero* (ponderis sc. capillorum in alterâ lance positorum) *argentum traxerit, tantum dat curatrici* i. e. *tantum argenti pondus, quantum est capillorum pondus*. Stegerus locum sic circumscribit: ὅσον δ' ἂν ἑλκύ-

τὸ δ' ἂν ἑλκύσῃ, τοῦτο τῇ μελεδωνῷ τῶν θηρίων δι-
6 δοῖ. ἡ δ' ἀντ' αὐτοῦ τάμνουσα ἰχθῦς, παρέχει βο-
ρὴν τοῖσι θηρίοισι. τροφὴ μὲν δὴ αὐτοῖσι τοιαύτη
7 ἀποδέδεκται. Τὸ δ' ἄν τις τῶν θηρίων τούτων
ἀποκτείνῃ, ἢν μὲν ἑκὼν, θάνατος ἡ ζημίη· ἢν δὲ
ἀέκων, ἀποτίνει ζημίην τὴν ἂν οἱ ἱρέες τάξωνται.
ὃς δ' ἂν ἶβιν ἢ ἴρηκα ἀποκτείνῃ, ἤν τε ἑκὼν, ἤν
66 τε ἀέκων, τεθνάναι ἀνάγκη. Πολλῶν δὲ ἐόντων
ὁμοτρόφων τοῖσι ἀνθρώποισι θηρίων, πολλῷ ἂν
ἔτι πλέω ἐγίνετο, εἰ μὴ κατελάμβανε τοὺς αἰελού-
2 ρους τοιάδε. Ἐπεὰν τέκωσι αἱ θήλεαι, οὐκέτι φοι-

Felium genus crescere quid vetet: luctus in morte felis, item in canis.

σωσι τὸν σταθμὸν αἱ ἐντεθεῖσαι τρίχες, τοσοῦτον (sc. ἀργύριον) τῇ μελεδωνῷ τῶν θηρίων δίδωσι sc. ὁ τὴν εὐχὴν ἀποτελῶν.

τὸ δ' ἄν τις τῶν θηρίων τούτων ἀποκτείνῃ] Relativi pronominis usum, ubi particulam εἰ s. ἐὰν exspectaveras, notat, hoc loco apposito, Matthiae Gr. Gr. §. 481 not. 1.

ὃς δ' ἂν ἶβιν ἢ ἴρηκα ἀποκτείνῃ] De Ibide vid. infra II, 75 seq. ἴρηξ s. ἱέραξ est sacra avis, falco, quem Aegyptii vocabant βαιήθ i. e. *animam;* ut enim animae signum, ita vel quidquid sacrum aut divinum habetur, eius symbolum esse voluerunt Aegyptii, in templorum introitu praesertim aliisque locis sacris eam avem pingentes ac diis supremis tribuentes. Inde nihil mirandum, eius necem morte fuisse mulctatam. Plura Creuzer. symbol. I p. 487 seq., quocum conf. Hammer. in Böttigeri Amalth. II pag. 119, cui est Nostrum *Habicht*, quae avis simili religione Persis atque Aegyptiis consecrata. E veteribus praeter Diodorum l. l. conferatur Cicero de nat. deor. I, 29 et Tuscull. quaest. V, 27; qui praeterea felem, canem et crocodilum in his sacris animalibus recenset, quae violare nefas sit Aegyptiis. Sed accipitrum et ibium praecipuus honor; ut etiam ex eo intelligitur, quod horum cadavera maximo sumtu ornamentoque condita reperiuntur in cryptis Thebaicis. Conf. Creuzeri commentt. Herodott. pag. 164. Qui mumias examinavit Géoffroy, se quatuor inter falcones inunctos species agnovisse affirmat, *falconem peregrinum*, *f. aesalonem*, *f. palumbarium*, *f. nisum*. Sequitur eum Reinhardt. l. l. pag. 26. 27.

Cap. LXVI.

εἰ μὴ κατελάμβανε τοὺς αἰελούρους τοιάδε] i. e. *nisi fe-*

τίουσι παρὰ τοὺς ἔρσενας· οἱ δὲ, διζήμενοι μίσγε- 1
σθαι αὐτῇσι, οὐκ ἔχουσι. πρὸς ὦν ταῦτα σοφί-
ζονται τάδε· ἁρπάζοντες ἀπὸ τῶν θηλέων καὶ ὑπαι-
3 ρεόμενοι τὰ τέκνα, κτείνουσι. κτείναντες μέντοι,
οὐ πατέονται. αἱ δὲ, στερισκόμεναι τῶν τέκνων, 5

---

libus haec acciderent. Ubi Herodoteum verbi καταλαμβάνειν usum semel notasse sufficiat. Est enim *incidere*, *accidere* et gravioribus in rebus casibusve praecipue locum habet. Conf. II, 152. III, 42. IV, 33. IX, 60 etc. Wyttenbach. in bibl. critic. P. X p. 46. Ad Pausaniam, qui Herodoteam locutionem imitatus est, notavit Siebelis., quem vid. ad I, 7 §. 3. Nuspiam vero apud veteres cum memorentur feles domesticae, quas medio demum aevo per Europam Asiaeque partem propagatas esse volunt, quaerendum videbatur Linkio (Urwelt etc. pag. 200), utrum Aegyptiorum feles ad felium nostrarum genus pertinuerint, an aliud ad genus, quod in hisce calidioribus regionibus solum inveniatur, referri debeant. Atque hoc ipsum probabilius videtur viro doctissimo. Cuvierus et Géoffroy nihil quidem distinguunt inter eam felem, quae hodie in Aegypto occurrit, et eam, quae domestica est adeoque in sylvis Europae montosis degit; nec mumias felium nunc repertas ab illis differre monent. Sed Linkio post suffragati sunt Schubert. et Olivierus. Reinhardt., qui accuratissimam disputationem instituit in diss. laud. pag. 39—63 coll. 17. 18, nihil certi de his quidem ipse pronuntiat; ex iis vero, quae diligentissime inquisivit, hoc patet: medicatas Aegyptiorum feles nec ad formam nec ad cranium valde differre a feli domestica, ad picturam modo et varietatem coloris feli cato fero similes videri. Quem postea hac de re consului Leuckartum, virum et doctissimum et mihi amicissimum, is mihi scripsit Aegyptiorum felem domesticam originem ducere a *feli maniculata;* quam felem adhuc incognitam, a Ruppellio, celeberrimo peregrinatore, in Nubia repertam esse ad occidentalem Nili ripam in locis saxosis; minorem illam quidem esse cato fero, sed cauda longiori praeditam. Ab ea autem feli vel nostrae domesticae felis quasdam varietates derivari verisimile videtur eidem Leuckarto, qui de feli maniculata comparari iubet: Atlas zu d. Reise im nördlich. Africa von Ed. Ruppell. Heft I Frankfurt 1826 fol.

κτείναντες μέντοι, οὐ πατέονται] Pro πατέονται, quod rarius est verbum *edendi* notione, nonnulli δατέονται, verbo utique magis solemni ac frequenti. Sed vid. II, 37 ibiq. not. et II, 47.

ἄλλων δὲ ἐπιθυμέουσαι, οὕτω δὴ ἀπικνέονται κα-
4 ρὰ τοὺς ἔρσενας· φιλότεκνον δὲ τὸ θηρίον. πυρ-
καϊῆς δὲ γενομένης, θεῖα πρήγματα καταλαμβάνει
5 τοὺς αἰελούρους. οἱ μὲν γὰρ Αἰγύπτιοι διαστάντες
φυλακὰς ἔχουσι τῶν αἰελούρων, ἀμελήσαντες σβεν-
νύναι τὸ καιόμενον· οἱ δὲ αἰέλουροι, διαδύοντες
καὶ ὑπερθρώσκοντες τοὺς ἀνθρώπους, ἐσάλλονται
6 ἐς τὸ πῦρ. ταῦτα δὲ γινόμενα, πένθεα μεγάλα
7 τοὺς Αἰγυπτίους καταλαμβάνει. ἐν ὁτέοισι δ' ἂν
οἰκίοισι αἰέλουρος ἀποθάνῃ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου,
οἱ ἐνοικέοντες πάντες ξυρέονται τὰς ὀφρύας μού-
νας· παρ' ὁτέοισι δ' ἂν κύων, πᾶν τὸ σῶμα
67 καὶ τὴν κεφαλήν. Ἀπάγονται δὲ οἱ αἰέλουροι

Ubi et quomodo hae atque aliae nonnullae bestiae sepeliantur.

θεῖα πρήγματα καταλαμβάνει τοὺς αἰελούρους] Vertit Schweighaeuserus: „*mira res accidit felibus*", in nota adiiciens, Conr. Gesnerum sic locum esse interpretatum: „*feles in furorem aguntur.*" Et notant θεῖα πρήγματα omnino aliquid mirum atque insolens, quod cum explicare nequeas, divinitus accidisse consentaneum sit. Conf. I, 122. 174 et VI, 69.

οἱ μὲν γὰρ Αἰγύπτιοι διαστάντες] i. e. per intervalla s. spatia dispositi, felium custodias agunt nec quidquam curant incendium.

ταῦτα δὲ γινόμενα] Sunt absoluti qui dicuntur casus. Nam exspectabas: τούτων δὲ γινομένων. Vid. Matthiae Gr. Gr. §. 562. Plura qui desiderat huius usus testimonia, adeat Reitz. ad Lucian. Conviv. p. 354. 355 tom. IX edit. Bipont. — ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου est *ultro*, *casu*, *naturali morte*, quae nullà extrinsecus vi coacta venit, ut Gellii utar verbis in noctt. Att. XIII, 1. Plura Larcher. ad h. l. Tu conf. quoque II, 14. — ἐν ὁτέοισι δ' ἂν οἰκίοισι optimi quique libri afferunt pro ὁτέῃσι — οἰκίῃσι, quod ne Graecum quidem esse monet Struve spec. quaest. de dial. Herod. p. 48.

Cap. LXVII.

ἀπάγονται] Reliqui hoc, ut I, 209 et II, 47, quamvis exhibeat Schellershemianus liber: ἀπαγέαται, quod Schweigh. et Gaisf. placuit. Mox ἱραὶ στέγαι et ἱραὶ θῆκαι, quas infra dicit, non differunt, recte monente Schweighaeusero. Sunt enim *conditoria*, *camerae*, *cellae*, *in quibus mortui conduntur*. Sic θῆκαι II, 69. 90. 148 et apud Diodor. Sicul. I, 83, unde haec adscribamus: φέρουσι εἰς τὰς ταριχείας· ἔπειτα θεραπευθέν-

ἀποθανόντες ἐς ἱρὰς στέγας, ἔνθα θάπτονται

των αὐτῶν κεδρίᾳ — θάπτουσιν ἐν ἱεραῖς θήκαις. Alias vero ipsae quoque *arculae* dicuntur θῆκαι. Vid. Creuzer. commentt. Herodd. p. 67 not. et infra II, 136. Caeterum hanc conditionem et consecrationem bestiarum, quae per totam Aegyptum obtinuit, coniunctam esse cum ipso bestiarum harum cultu, nemo non intelligit. Quod ut aliquatenus perspiciamus, astronomicis rationibus adhibitis, cogitanda sunt siderea armenta ac greges solis. Quum enim animalia sint deorum quasi imagines, dii vero Aegyptiorum magnam partem calendares, qui mensium signa inter se distribuerunt, factum est, ut, singuli ubi signa sua ingrediantur per mensium singulorum orbem, in coelo dicantur animalia ingredi. Iam ubi illud invaluerat, ut certis animalium figuris notaretur et siderum potiorum (Zodiaci) et mensium orbis, in fastis condendis consecrarunt has ipsas figuras sacerdotes, quo penitus eae in memoria hominum defigerentur. Est praecipuus locus solis, a cuius per signa coeli insigniora meantis annuo orbe pendent plurima. Solem vero Osiridem esse dictum scimus; qui quando caniculae stellae in coelo signum intraverit, dicitur Anubis, canemque habet consecratam, ut bos et bucula Osiridi et Isidi tanquam soli lunaeque adiunguntur. Eadem ratio gregis reliquorum animalium in solis orbita consistentium; quorum domicilia sicubi ingreditur, mutuatur ab ipsis eorundem vultum et speciem. Hinc deorum personatorum chorus per annuum circulum ingrediens. Hinc bestiae deorum imagines et nuntii, praecones anni, indices tempestatum. Hinc dii ipsi, animalium horum partibus ornati ad oculos hominum traducti et repraesentati; quod neminem mirabitur, qui haec ante omnia tenuerit, *animalia esse signa sive symbola deorum*, summamque in his astronomiae habendam esse rationem. Nam coelestium bestiarum seu sidereatum (cum dii lunares, solares ac planetares sint siderea armenta) imagines sunt bestiae sacratae in terris, quae sua quaeque per universam Aegyptum in urbibus sacris stabula et sepulcra habent. Hinc, alia ut omittam, mos sepeliendorum hominum in conditoriis sacrarum bestiarum. Namque erat consentaneum, haec animalia post mortem condita sacrisque conditoriis reposita ac sepulta esse. Sunt vero, si Herodoti locos una iungamus II, 65—69 incl. 71. 72. 74, *ibes*, *accipitres*, *feles*, *canes*, *ichneumones*, *mures*, *aranei*, *ursi*, *lupi*, *crocodili*, *hippopotami*, *lutrae*, *lepidoti*, *anguillae*, *vulpanseres* (*phoenix*) ac *serpentes* quidam, per singulos Aegypti nomos singuli consecrati ac rite conditi. Cum quibus enim victus vitaeque ratio erat communis (II, 36), haud alia quoque

2 ταριχευθέντες ἐν Βουβάστι πόλι. τὰς δὲ κύνας ἐν

post vitam ratio, ut eodem modo, quo ipsi homines, conderentur cumque iis etiam communi domicilio quasi post vitam iungerentur. Conf. Zoëga de obeliscc. pag. 283 seqq. Ac repererunt viri docti utique magnam huiuscemodi mumiarum copiam per varias Aegypti partes, praecipue in Memphiticis regionibus, ubi plurimae avium sacrarum sunt mumiae, et in Thebaicis cryptis Gallorum operâ accuratissime descriptis. Vid. Rouyer. in descript. de l'Eg. livr. X p. 219 seq. et Iomard. l. l. vol. I livr. II sur les hypog. de Théb. sect. X §. 8 pag. 347 seqq. (recueil de mém. p. 313 seqq.) coll. Silvest. de Sacy ad Abdallat. p. 202. 277. Nam reperiuntur et quadrupedes et aves et reptilia mumiarum humanarum in modum condita; quae conditura non inferior est hominum conditurâ nec medicamentis, aromatibus, nec operà adhibita, neque vero involucrorum, fasciarum etc. praestantia. Quin adeo obtinet inter bestiarum mumias eadem atque inter humanas mumias differentia, ut v. c. maximo sumtu ornamentoque condita sint cadavera ibium atque accipitrum. Magnorum vero animalium sunt non integra cadavera condita, sed partes tantummodo aliquot, ossa praecipue, imposito capite factitio. Sufficiant haec, e Creuzeri commentatt. Herodott. I p. 147 seqq. 163 seq. deprompta, ad accuratiorem miri utique moris intelligentiam. Alia suis quaeque locis adnotabimus. Monuit idem V. D. de his in symbol. I p. 478 et antea quoque binis scriptionibus hoc argumentum persecutus erat Langguth.: *de bestiis Aegyptiorum studio conversis in mumias*, Viteberg. 1808, et: *de mumiis avium in labyrintho apud Sacaram repertis*, Viteberg. 1803. Quibus add. I. Reinhardt.: *de quinque mumm. bestiarum Aegyptt.* Havniae 1824, et Minutoli Nachträge zu s. Reise pag. 225 seqq.

ταριχευθέντες] Adscribamus Diodori locum I, 83 de his sacris bestiolis: ὅταν δ' ἀποθάνῃ τι, σινδόνι κατακαλύψαντες καὶ μετ' οἰμωγῆς τὰ στήθη καταπληξάμενοι, φέρουσιν εἰς τὰς ταριχείας· ἔπειτα θεραπευθέντων αὐτῶν κεδρίᾳ καὶ τοῖς δυναμένοις εὐωδίαν παρέχεσθαι καὶ πολυχρόνιον τοῦ σώματος τήρησιν, θάπτουσιν ἐν ἱεραῖς θήκαις. Invenerunt autem docti Galli in Thebaicis conditoriis multas *felium* mumias. Vid. Iomard. l. l. et nott. ad II, 66.

ἐν Βουβάστι πόλι] De hac urbe vid. supra II, 60. Ac refert huc urbis nomen Stephanus Byzantinus sub voc., quod *felem* denotare scribit. Dubitat quodammodo Champollio (l'Egypt. sous l. phar. II p. 67), cui a numine Aegyptiaco nomen urbis deductum esse verisimilius videtur. Ad felium cultum pertinere videtur, quod apud Ovi-

τῇ ἑωυτῶν ἕκαστοι πόλι θάπτουσι ἐν ἱρῇσι θήκῃσι. ϑῶς δὲ αὔτως τῇσι κυσὶ οἱ ἰχνευταὶ θάπτονται. τὰς

dium Metam. V, 329 coll. Anton. Liber. metam. fab. 28 traditum legimus, deam in pugna Typhoniâ se in felem transformasse.

τὰς δὲ κύνας ἐν τῇ ἑωυτῶν ἕκαστοι κ. τ. λ.] Canes quoque, quarum iam mentio II, 66 in fin., in sacris habebantur animalibus, nec infimum illic occupabant locum propter rationes astronomicas, quas modo attigimus. „Proxime monui, a solis, per signa coeli insigniora meantis, annuo orbe hac in re pendere plurima. Solem autem Aegyptiis Osiridem dictum esse supra docuimus. Hoc loco illud addamus: Osiridem solarem appellatum esse *Σείριον* (conf. Plutarch. de Is. et Osir. p. 372 s. 525 Wyttenb.). In eodem *Sirio* habitare Isidem etiam docebant Aegyptii (vid. inscriptionem apud Diodorum lib. I cap. 27 p. 31 Wesseling.). Habebat autem canicula binas stellas prae ceteris splendidas, alteram in capite, quam Isidem vocabant, in linguâ alteram *Sirii* nomine insignem (confer Iablonsk. Panth. Aeg. II p. 34 seqq.). Iam nemo nescit, caniculae quasi dominum esse *Anubidem*, sive *Mercurium*, canino capite imposito notabilem, i. e. eum deum, qui Isidi et Osiridi in omni vitae actione adest, et necati dei corpus studiose inquirit ac rite conditum ad Nilum defert. Cuius inquisitionis fidi socii fuisse canes ferebantur. In eius rei memoriam in Isidis die festo pompam ducebant canes, uti prodit Diodor. Sicul. I cp. 87. Ac Nili crescentis et annonae felicis abs Anubide auguria capere solebant sacerdotes. Sirius eiusque praeses deus universi anni nuntius est habitus. Ab eo igitur deo, qui, quatenus mente suà moderatur inferiora omnia, Thoth - Hermes dictus, igitur ab eo quidquid luminis i. e. consilii salutisque in solem, atque a sole in lunam, indeque rursus in terram defluxit, id quotannis tanquam ex primario fonte repetitur; ita tamen, ut ipse quae mentis sunt impertiat, quae in communibus bonis censentur, ea omnia Isidis arbitrio atque Osiridis sint commissa. Itaque idem ille latrator Anubis, in coeli fastigio ac quasi speculâ locatus, sagacitate suâ praecellit reliquas bestias omnes, velut sagacissima bestia canis.“ Creuzer. in comm. Herodd. p. 149 seq. De honore *canum* apud Aegyptios cf. Plutarch. de Is. et Osir. p. 368, F et Diodor. l. l. Nec mirum multa canum cadavera bene medicata in cryptis fuisse reperta. Vid. Iomard. l. l. et plura apud Reinhardt. in diss. laud. p. 15 seq. Apud Latinos hinc invenitur *latrator Anubis*, ut monet Larcherus.

ὥς δὲ αὔτως τῇσι κυσὶ οἱ

δὲ μυγαλᾶς καὶ τοὺς ἴρηκας ἀπάγουσι ἐς Βουτοῦν 4 πόλιν· τὰς δὲ ἴβις ἐς Ἑρμέω πόλιν. τὰς δὲ ἄρκτους,

---

ἰχνευταὶ θάπτονται] ἰχνευταὶ sunt *ichneumones*, uti appellantur apud Diodor. Sicul. I, 83. Add. Nicandr. Ther. V, 195 et Hesych. s. v. De ipsa bestia, quae crocodilis infesta dicitur, plura narrant Diodorus Sicul. I, 87. Aelian. H. An. VI, 38 et III, 22. Plin. H. N. VIII, 34. „Pharaonis mus quoque dictus, quem viverris accensere solent, teste Leske in Naturgeschichte pag. 176. Conf. interprett. ad Ammian. Marcell. XXII, 15 §. 19.“ *Cr.* De *Butus* urbe conf. ad II, 155. — μυγαλῆ sive *mus araneus* ad *soricum* genus refertur, rarissimaeque dicuntur huius animalis mumiae. Vid. Reinhardt. l. l. p. 18 seq.

τὰς δὲ ἴβις ἐς Ἑρμέω πόλιν] Post voculam ἴβις Schweigh. inseruit voces ἐούσας ἱρὰς, quae tamen a melioris notae codicibus absunt et omnino glossatorem sapiunt. Occurrunt vero duae urbes *Hermopoleos* nomine insignitae, altera *parva* in regione Aegypti inferioris occidentali, quae extra Deltam est, nunc, uti volunt, appellata *Damanhar;* eius tamen nulla apud Herodotum mentio, qui *Hermopolin* novit *magnam*, sitam in ea superioris Aegypti regione, cui nomen Heptanomis, quaeque ab aliis etiam Thebaidi adnumeratur. Vide Schlichthorst. l. l. pag. 97. 98. Mannert. l. l. X, 1 pag. 397 seq. Nunc illis in regionibus invenitur vicus nomine *Achmuneyn*, multaque a Gallis sunt inventa rudera magnificorum aedificiorum, templorum, columnarum, longe lateque per campos dispersa. Quae tamen non omnia ad Hermopolin, ut Galli illi contendunt, pertinere posse putat Mannertus loco l. p. 399. Nec valde remotum ab Hermopoli collocatur *Ibeum;* qui locus forsan ad eam ipsam urbem vel certe ad eius ditionem proximam pertinens, cum ibium mumias reciperet, inde quoque nomen traxisse videtur. Vid. Champoll. l. l. I pag. 295. 296, qui ideo Herodotum non prorsus accurate hic loqui monet, cum ibes Hermopoli repositas esse scribat. Nam intelligendas esse eas tantum ibes, quae in templis fuerint nutritae (religione publica opinor consecratas dixeris), cum in cryptis Memphiticis infinitus numerus ibium conditarum repertus fuerit. Domesticae igitur hae fuerint ibes, illae publicae et sacrae; ut enim quaevis privatorum domus per universam Aegyptum avem suam sacram nutrire solebat, ita ibis in templis nutrita et quasi deorum consuetudini admota est, quod monet Creuzer. commentt. Herodd. pag. 164. Hinc vario modo hae aves reperiuntur conditae, ut idem monet. Conf. Iomard. recueil etc. pag. 313 seq. De ipsa ave eiusque sanctitate apud

ἰούσας σπανίας, καὶ τοὺς λύκους, οὐ πολλῷ τέῳ ἐόντας ἀλωπέκων μέζονας, αὐτοῦ θάπτουσι τῇ ἂν εὑρεθέωσι κείμενοι.

68 Τῶν δὲ κροκοδείλων φύσις ἐστὶ τοιήδε. τοὺς 13

Crocodili natura: pacem agit cum solo trochilo.

Aegyptios diximus ad II, 75. Hoc loco illud potissimum teneri volumus, quod Ibis, cum Niliacae inundationis esset signum ac symbolum, Mercurio quoque sacra perhibebatur, qui deus primus Nili crescentis mensuras percepit et indicavit, indeque ibidis capite imposito repraesentatus comparet in anaglyphis ac picturis Aegyptiorum. Quare Hermopoli i. e. Mercurii in urbe, sacram avem sepeliri ac reponi consentaneum. Conf. Creuzeri symbol. I p. 486. 487.

τὰς δὲ ἄρκτους, ἰούσας σπανίας κ.τ.λ.] Auctor est Prosper Alpinus hist. nat. Aegyptt. IV, 9 pag. 132, ursos, lupos, vulpes in Aegypto reperiri, quamquam haud magna sit eorum copia. Ursos idem addit ovibus nostris haud maiores esse itidemque lupos et vulpes duplo minores quam apud nos inveniri. Ac testantur Aristoteles (hist. an. VIII, 28) et Plinius hist. nat. VIII, 22, lupos per Aegyptum minores esse quam in Graecia. Quum vero hodie in Aegypto lupos reperiri plerique negent, aliis quamvis se vel vidisse lupos vel ululantes audiisse asserentibus, ea, quae de his animalibus apud veteres enarrantur, ad *lupos cervarios* s. *chacalos* relata volunt, quippe quorum etiamnum haud paucae reperiantur mumiae, *testibus* Iomardo (l. l. X §. 8 p. 353 s. recueil etc. p. 317. 314) *aliisque*, quos laudat Reinhardt. in dissertat. laud. pag. 16. 17 coll. 7. Add. Langguth. de bestt. Aegyptt. etc. p. 36 seq. Equidem nil discernam in iis, quae me peritioribus erunt diiudicanda. Hoc modo addam, *lupos* frequentissime repraesentatos memorari in Aegyptiorum anaglyphis atque mumiarum involucris; qua de re conf. nott. ad II, 122.

Cap. LXVIII.

τῶν δὲ κροκοδείλων φύσις ἐστὶ τοιήδε] Articulum ἡ ante φύσις excidisse putat Schaeferus in Melett. p. 11. 12. Libri vetusti illum ignorant et hoc loco et alio, quem ipse Schaeferus attulit. — Locum *Herodoti* de crocodilis valde insignem multi et veterum et recentiorum vel attigerunt vel tractarunt. Atque iam ante *Herodotum* de crocodilis Aegyptiacis quaedam perscripsisse videtur Hecataeus Milesius, ex quo ipso nonnulla Nostrum sumsisse veteres statuebant. Vid. fragmm. antiqq. historicc. pag. 19 ed. Creuz. Post Herodotum qui de crocodilis egerunt, eos excitat Schneider. in libro, qui inscribitur: histor. amphibior. naturalis et

2 χειμεριωτάτους μῆνας τέσσερας ἐσθίει οὐδέν. ἐὸν 26
δὲ τετράπουν, χερσαῖον καὶ λιμναῖον ἐστί· τίκτει

---

liter. fascic. II (Ien. 1801) init. Primum locum obtinet Aristoteles, totam fere Herodoti narrationem repetens, hist. an. II, 10. V, 33 coll. VIII, 15 etc. Quocum iung. Diodor. I, 35. Ammian. Marcell. XXII, 15 §. 15 seqq. alios, qui vel Herodotum vel Aristotelem plane sequuntur. Inter eos, qui recentiori aetate in haec inquisiverunt, inprimis consuli debent: Camus ad Aristot. hist. animal. versionem Gallicam, tomo secundo; Schneiderus ad Aristot. hist. an. V, 27 t. IV pag. 415. 416, et in libro laudato historiae amphibiorum; Géoffroy: „observations sur les habitudes attribuées par Herodote aux crocodiles du Nil," in annall. du musée d'hist. nat. (Paris. 1807) t. IX p. 373 seqq.; et Cuvier. „sur les différentes espèces de crocodils" (ibid. X p. 8 seqq.); Minutoli Nachträge z. Reise zum Tempel etc. p. 154 seqq. Praeterea maxima cum utilitate adhibebis peculiarem de crocodilis libellum, qui hoc nomine editus est: Naturgeschichte der Amphibien von Fr. Tiedemann, M. Oppel und I. Liboschitz. 1stes Heft (Heidelberg. 1817). Est vero, ut ex hoc libro optime intelligitur, apud Herodotum cogitandum de *crocodilo vulgari* s. *Nilotico*, quo nomine ab aliis aliarum terrarum crocodilis vulgo distingui solet.

τοὺς χειμεριωτάτους μῆνας τέσσερας ἐσθίει οὐδέν] Plinius hist. nat. VIII, 25 per menses hibernos crocodilos in antris latere dicit. Quod Herodotus scribit, crocodilum per quatuor menses hibernos nihil edere, mirum utique videbitur, quamquam ipsum per se non alienum est a reptilium natura. Ac forsan crocodilos in Delta respexit auctor, qui, coelo et aëre frigidiore forsitan sopiti, alimentis minus indigebant; quale de alio genere crocodilorum in Americae regionibus frigidioribus peregrinatores testati sunt. Nunc quidem, ubi rarissime in Delta invenias crocodilos, qui superioribus tantum locis reperiuntur, non mirum, multos crocodilos vel gregatim conspici in Nili arena iacentes per hiemem, quod testatur Minutoli l. l. p. 156 seq. coll. Géoffroy pag. 375. Et nostra quoque aetate virum doctum contendisse, plures menses crocodilum sine alimentis vivere posse, intelligo ex Tiedemanni libro l. pag. 36, ubi aliud exemplum laudatur crocodili, qui per septemdecim dies sine ullo nutrimento vixerit. Vid. ibid. pag. 69.

τίκτει μὲν γὰρ ᾠὰ ἐν γῇ, καὶ ἐκλέπει] ἐκλέπει i. e. *excludit ova*. In re ipsa conveniunt nostrae aetatis viri docti atque peregrinatores. Vide Tiedemann. l. l. pag. 53. Illud unum recentiores peregrinato-

μὲν γὰρ ᾠὰ ἐν γῇ, καὶ ἐκλέπει, καὶ τὸ πολλὸν τῆς
ἡμέρης διατρίβει ἐν τῷ ξηρῷ, τὴν δὲ νύκτα πᾶσαν
ἐν τῷ ποταμῷ· θερμότερον γάρ δή ἐστι τὸ ὕδωρ
3 τῆς τε αἰθρίης καὶ τῆς δρόσου. πάντων δὲ τῶν
ἡμεῖς ἴδμεν θνητῶν, τοῦτο ἐξ ἐλαχίστου μέγιστον
γίνεται. τὰ μὲν γὰρ ᾠὰ, χηνέων οὐ πολλῷ μέζονα
τίκτει· καὶ ὁ νεοσσὸς κατὰ λόγον τοῦ ᾠοῦ γίνεται·
αὐξανόμενος δὲ, γίνεται καὶ ἐς ἑπτακαίδεκα πήχεας,
4 καὶ μέζων ἔτι. ἔχει δὲ ὀφθαλμοὺς μὲν ὑὸς, ὀδόν-

---

res sibi animadvertisse visi sunt, esse solem potius, quae ova excludat, non crocodilos feminas illis incumbentes. Confer Géoffroy pag. 377 seq.

καὶ τὸ πολλὸν τῆς ἡμέρης διατρίβει ἐν τῷ ξηρῷ κ. τ. λ.] Haec vera et indubia esse ex iis, quae etiamnum observantur, ponit Géoffroy pag. 376. Et confirmat Minutoli, qui per omnes diei horas in Nili insulis et arena crocodilos se invenisse scribit, nunquam vero noctu se illos extra aquam conspexisse. Vid. l. l. pag. 157.

πάντων δὲ τῶν ἡμεῖς ἴδμεν κ. τ. λ.] Et haec vera esse, docent naturae curiosi, qui omnes confirmant, crocodili ova non excedere magnitudine ova anserina; vid. Géoffroy pag. 379 et Minutoli pag. 159 coll. Tiedemann. pag. 53 seq. E veteribus Herodoto suffragantur Diodorus I, 35. Aristoteles hist. an. V, 32, alii.

καὶ ὁ νεοσσὸς κατὰ λόγον τοῦ ᾠοῦ γίνεται] Crocodili pullus, ut iidem monent viri docti, ubi ovum relinquit, longitudine septem aut octo pollices fere aequat, et aliquot post menses iam ad plurium pedum longitudinem pervenit, ita ut adultus triginta pedes et amplius longitudine expleat. Herodotus mox ponit septendecim cubitos, qui viginti quatuor ferme pedes aequant; *Aelianus* vero sub Psammeticho scribit visum fuisse crocodilum viginti quinque cubitorum, quae triginta quinque fere pedum est mensura, aliumque sub Amasi, cuius longitudo viginti sex fuerit cubitorum; vid. nat. animal. XVII, 6. Alios veterum *locos* attulit Lindenbrog. ad Ammian. Marcell. XXII, 15 §. 16. Quae tamen non fictitia esse, crocodilorum, qui hodie inveniuntur, arguit magnitudo. Conf. etiam Tiedemann. l. l. p. 69 et Schneider. l. l. pag. 142 seqq.

ἔχει δὲ ὀφθαλμοὺς μὲν ὑὸς] Sunt crocodili oculi pro tanta corporis mole sanequam parvi, minus elati et plerumque a palpebris obtecti, ut suillis oculis haud male comparari possint, quamquam felium oculis simi-

τας δὲ μεγάλους καὶ χαυλιόδοντας, κατὰ λόγον τοῦ σώματος. γλῶσσαν δὲ μοῦνον θηρίων οὐκ ἔφυσε· οὐδὲ τὴν κάτω κινέει γνάθον, ἀλλὰ καὶ τοῦτο μοῦ-

---

liores illos esse olim statuit Camus idemque nunc statuit Minutoli l. l. pag. 160 coll. Géoffroy pag. 379. Tu vid. potissimum Schneider. l. l. pag. 23 et Tiedemann. l. l. pag. 28.

ὀδόντας δὲ μεγάλους καὶ χαυλιόδοντας] χαυλιόδοντες sunt *dentes exserti*, *des dents saillants*, ut vertit Larcherus, Diodori admonens I, 35 et Io. Diacon. schol. in scut. Hesiod. vs. 303, qui exponit ὀδόντας ἐξεστηκότας τοῦ στόματος. — In ipsa re nemo, qui oculis suis ipse inspexerit crocodilum, Herodotum erroris arguet. Nam dentes crocodilo sunt magni et in maxilla superiore plerique ita exserti, ut etiam ore clauso, cum labia non adsint, foris spectentur e superiore maxilla deorsum prominentes. Haec et plura Schneiderus l. l. p. 34 coll. Tiedemann. pag. 39 seq., quo utroque loco plura etiam invenies de dentium numero atque serie.

γλῶσσαν δὲ μοῦνον θηρίων οὐκ ἔφυσε] sc. ὁ κροκόδειλος; *non genuit*, *unum ex omnibus animalibus*, *sibi linguam*; i. e. *haud nactum est linguam unum hoc inter omnia animal.* — Res ipsa valde disceptata, praesertim cum Aristoteles aliique scriptores haec ex Herodoto repetierint, nec recentiori aetate defuerint, qui Herodoto patrocinarentur ab aliis obtrectato. Nunc vero res expedita. Habet utique crocodilus linguam, ut reliqua animalia, sed sub maxillae inferioris aspera pelle, quasi laxo vinculo comprehensam, sic delitescentem, ut vix primo adspectu compareat, multisque viris prorsus abesse videretur. Nam maxillae inferioris interstitium totum occupat eiusque margini interiori et apici tota est affixa, uti ore aperto apparet; linguae scilicet ministerio crocodilus opus non habet nec ad vocem nec ad praedam convertendam. Vid. Schneider. l. l. pag. 43 seq. Tiedemann. l. l. pag. 32 seq. Herodotum vero excusare licebit, qui externam speciem magis secutus, talia non vidit, quae vel doctissimos nostrae aetatis viros diu latuerint, nec nisi cadaverum sectionibus institutis ad liquidum perduci potuerint.

οὐδὲ τὴν κάτω κινέει γνάθον] i. e. *inferiorem maxillam non movet.* Haec quoque res, ab Aristotele aliisque repetita, nostrâ aetate valde exercuit viros doctos, ita ut vix composita iis esse videatur. Tu tamen hanc teneas disputationum summam: inferiorem crocodili maxillam, nisi prorsus immobilis sit, tam obscure moveri, nec plane ad latera, ut vix illud conspici possit. Vid. Schneider. l. l. pag. 48 seqq. et praecipue Tiedemann. l. l. pag. 36

νον θηρίων τὴν ἄνω γνάθον προσάγει τῇ κάτω.
ἔχει δὲ καὶ ὄνυχας καρτεροὺς, καὶ δέρμα λεπιδω-
6*τὸν, ἄῤῥηκτον ἐπὶ τοῦ νώτου. τυφλὸν δὲ ἐν ὕδατι,*
ἐν δὲ τῇ αἰθρίῃ ὀξυδερκέστατον. ἅτε δὴ ὦν ἐν ὕδατι
δίαιταν ποιεύμενον, τὸ στόμα ἔνδοθεν φορέει πᾶν
7*μεστὸν βδελλέων. τὰ μὲν δὴ ἄλλα ὄρνεα καὶ θηρία*

---

seqq. Quod moneo, ne iniuria quis Herodoto obtrectandum censeat, qui ea non animadverterit, quae doctissimi nostrae aetatis naturae scrutatores vix detegere potuerunt.

ἀλλὰ καὶ τοῦτο μοῦνον θηρίων] Bene haec vindicavit Schweigh. sic interpretans: *sed est etiam hoc unum ex omnibus animalibus*, *quod* etc. Voluerat enim Schaefer. ad Gregor. Cor. de dialectt. p. 30 *ἀλλὰ κ α τ ὰ τοῦτο*, cum Bastius *τοῦτο* pro *διὰ τοῦτο* (*idcirco*) accepisset. Quorum neutrum habeo verum.

ἔχει δὲ καὶ ὄνυχας καρτεροὺς, καὶ δέρμα λεπιδωτὸν ἄῤῥηκτον ἐπὶ τοῦ νώτου] *λεπιδωτὸν* dicit *squamatam* pellem; *δέρμα ἄῤῥηκτον* Plinius haud male reddit: *cutem contra omnem ictum invictam;* quod idem aliis verbis testantur alii veterum scriptores, excitati a Bocharto Hierozoic. V, 17 p. m. 785. Atque eadem in crocodilo observarunt recentiores verissimaque comprobarunt. „Pellis universi corporis crassa est et densa, squamis obserta durissimis adeoque vel magnam ab externis iniuriis violentiam facile eludit.“ Schneider. l. l. p. 15 seq. coll. p. 14. Add. Géoffroy pag. 381. Tiedemann. pag. 33 seqq.

τυφλὸν δὲ ἐν ὕδατι, ἐν δὲ τῇ αἰθρίῃ ὀξυδερκέστατον] Hoc ita intelligendum, ut crocodilus in aqua minus bene videre censeatur; nam in aëre perspicacissimum esse animal, inter omnes convenit. Vid. Géoffroy pag. 381. Tiedemann. l. laud. pag. 29.

τὸ στόμα ἔνδοθεν φορέει πᾶν μεστὸν βδελλέων] In hoc quoque loco multum sudarunt viri docti, in eo maximam partem lapsi, quod bdellas intelligerent *hirudines sanguisugas*, quae omnino in Nili aquis nullae reperiuntur; est enim intelligendum muscarum genus, quod plurimum ac densum in crocodilum irruit, ipsasque fauces non firmiter ac presse clausas penetrat et interiorem maxillam totam fere obtegit. Quibus muscis parvulis insidians trochilus in crocodili fauces permeat; qui fauces clausurus, corpore ante moto hoc trochilo indicat, qui iam avolat. Simili modo in Indiae septentrionalis insulà crocodilum ab ave parvula liberari muscis narrant. Quodsi igitur Herodotus quid-

φεύγει μιν· ὁ δὲ τροχίλος εἰρηναῖόν οἱ ἐστὶ, ἅτε
8 ὠφελεομένῳ πρὸς αὐτοῦ. ἐπεὰν γὰρ ἐς τὴν γῆν ἐκ-
βῇ ἐκ τοῦ ὕδατος ὁ κροκόδειλος, καὶ ἔπειτα χάνῃ
(ἐώθεε γὰρ τοῦτο ὡς ἐπίπαν ποιέειν πρὸς τὸν ζέ-
φυρον.) ἐνθαῦτα ὁ τροχίλος ἐσδύνων ἐς τὸ στόμα
αὐτοῦ, καταπίνει τὰς βδέλλας· ὁ δὲ, ὠφελεύμενος
69 ἥδεται, καὶ οὐδὲν σίνεται τὸν τροχίλον. Τοῖσι μὲν
δὴ τῶν Αἰγυπτίων ἱροί εἰσι οἱ κροκόδειλοι· τοῖσι
δ' οὔ, ἀλλ' ἅτε πολεμίους περιέπουσι. οἱ δὲ περὶ

Crocodilum Aegyptii alii colunt, alii comedunt: ipsi eum *champsam* nominant: crocodilum leones dixerunt.

---

quam lapsus est, in eo tantum errorem commisisse videtur, quod, cum muscas s. conopes dicere oporteret, *bdellas* dixit, quae *hirudines* vulgo audiunt. Vid. Géoffroy l. l. pag. 382 sq. et Iahnii annall. philol. et paedag. (1828) I, 3 pag. 365. Trochilum vero dicunt esse *charadrium Aegyptium* sive *saq-saq* (tak-tak) Arabum nomine, frequentem illum in his regionibus. Vid. Géoffroy l. l. pag. 384. Minutoli l. l. p. 162 seq., qui saepius se hanc avem vidisse affirmat.

ἐώθεε γὰρ τοῦτο — πρὸς τὸν ζέφυρον] Hoc verum se animadvertisse asserit Géoffroy pag. 385. — Herodoteam de trochilo narrationem descripsit ferme Aelian. Nat. An. III, 11 coll. VIII, 25. Larcherus hac de re laudat Plin. H. N. VIII, 25. Aristotel. Hist. An. IX, 6 et Camum ad Gallicam Aristotelei operis versionem t. II p. 732. — Pro ἐώθεε Schweigh. et Gaisf. ἔωθε; tu conf. I, 11. III, 33. Cum iisdem scripsi τροχίλος et τροχίλον pro vulg. τροχῖλος et τροχῖλον.

Cap. LXIX.

τοῖσι μὲν δὴ τῶν Αἰγυπτίων — περιέπουσι] De περιέπειν conf. I, 73. II, 64. Quod ad argumentum, probatur Herodotea narratio aliorum quoque scriptorum testimoniis, Strabonis XVII p. 1165, D. 1169, B. C. Aeliani N. A. X, 21, aliorum. Typhonis animal perhibebatur crocodilus indeque exosa multis bestia. Plura Creuzerus in Symbol. I pag. 319 sq. 323 seq., qui idem in Commentt. Herodd. pag. 84 seq. haec posuit: „Iam de crocodilorum sanctitate etiam veteres quaesiverunt. Utilitatis admonet philosophus apud Ciceronem de nat. deorum I, 36. Eam duplicem produnt. Nam crocodilorum metu dicunt praedones et rapaces Arabiae et Libyae homines prohiberi, quominus Nilum transnatent (Euseb. P. E. II, 1 p. 50); et ex eius belluae accessu auguria capi accedentis Nili, esse enim crocodilum Aegyptiis nonnullis

τε Θήβας καὶ τὴν Μοίριος λίμνην οἰκέοντες, καὶ κάρτα ἥγηνται αὐτοὺς εἶναι ἱρούς. ἐκ πάντων δὲ ἕνα ἑκάτεροι τρέφουσι κροκόδειλον, δεδιδαγμένον

---

pro signo ποτίμου ὕδατος (Euseb. P. E. III, 11. Clem. Alexandr. Strom. V p. 632 coll. Lucian. III p. 78. 425 ed. Bip.) Hinc qui nuper in Aegyptiarum rerum indolem inquisiverunt viri docti, ab earum urbium incolis crocodilum praecipue cultum fuisse suspicantur, qui longiore aliquanto intervallo abs Nili ripâ distarent, eiusmodi hominibus crocodilos adnatantes praenuntios fuisse undarum salubrium, quibus et sitim pellerent, et arva irrigarent. In hisce hominibus censendos esse puto Ombitas superioris Aegypti, qui eius superstitionis etiam poenas luere tenentur Romanorum Satirae (Iuvenal. Satir. XV, 28 seqq. ibique Ruperti coll. Chabrol. et Iomard. in descript. de l'Eg. I cp. 4 p. 8 seqq. antiqq.) Ac fuerunt per Aegyptum plures urbes, quibus a crocodilis nomen esset. Primam in Labyrintho describendo memorat Noster (II, 148 ubi vid. Nutriti ibi publice in lacubus crocodili). Secunda sita erat in Aegypto mediâ (*Atripe*), tertia in superiore, sive Thebaïde (*Tuphuim*). Atque in huius urbis ruderibus se reperisse refert Costaz. duo crocodilos in lapide insculptos, quorum alter capite falconis insignis esset (descr. de l'Eg. I cap. 8 pag. 17 antiqq.); quod symbolum ad ipsas has religiones spectare nemo ambiget. Atque ut in Thebaicis templis spelaeisque frequentantur crocodilorum imagines: sic dubitari nequit eam rem per varias Aegypti veteris provincias latissime patuisse, ita tamen, ut ab initio tantummodo localis is cultus belluae esset atque fortasse solorum piscatorum. Paulatim tamen etiam haec res cum communibus Isidis et Osiridis sacris quodammodo coaluisse videtur. Ni fallor, argumento est ipse Nostri locus alter II, 148; ubi in ipso Labyrintho loculi memorantur positi sacrorum crocodilorum. Luculentior etiam narratio Plutarchi de Isid. et Osirid. pag. 358 s. 467 Wyttenb." —

δεδιδαγμένον εἶναι χειροήθεα] Quod duo olim statuerunt crocodilorum Niloticorum genera, alterum mitius et mansuetius, quod facile domari possit (*Zuchos* s. *Suchos* vocant; conf. Strab. XVII pag. 1165 ibiq. Tzschuck. pag. *580*), alterum ferius atque crudelius eamque ob causam Typhoni sacrum, hoc falsum esse probavit Cuvier. in Annall. du Mus. d'hist. nat. X p. 43 seqq. Add. Tiedemann. l. l. pag. 72 et Minutoli l. l. p. 164, ubi narratur de crocodilo tam cicure, ut tangere illum manusque eiusdem faucibus sine ullo periculo admovere licuerit.

εἶναι χειροήθεα· ἀρτήματά τε λίθινα χυτὰ καὶ χρύσεα ἐς τὰ ὦτα ἐνθέντες, καὶ ἀμφιδέας περὶ τοὺς προσθίους πόδας, καὶ σιτία ἀποτακτὰ διδόντες καὶ ἱρήϊα, καὶ περιέποντες ὡς κάλλιστα ζώοντας, ἀποθανόντας δὲ ταριχεύοντες θάπτουσι ἐν ἱρῇσι θή-
3 κῃσι. οἱ δὲ περὶ Ἐλεφαντίνην πόλιν οἰκέοντες, καὶ
4 ἐσθίουσι αὐτούς, οὐκ ἡγεόμενοι ἱροὺς εἶναι. Καλέονται δὲ οὐ κροκόδειλοι, ἀλλὰ χάμψαι. κροκο-

---

ἀρτήματά τε λίθινα χυτὰ κ. τ. λ.] ἀρτήματα, quae κόσμιά τινα dicit Hesychius I p. 556, h. l. intelliguntur *inaures*, ornamenta ab auribus pendentia, tum aurea, tum e fusis ac factititiis lapillis confecta. Quare Minutoli l. l. pag. 168. 280 seq. 286 seqq. dicit *Glasmosaik*, quae arte quidem elaborata fuerint, cum omnino haecce ars admodum floruerit apud veteres Aegyptios. — Sunt vero apud crocodilos aurium foramina supra oculos sita cuteque obtecta, quae palpebrae aliquam gerit similitudinem; operculi pars superior mobilis multis fibris muscularibus clauditur et recluditur; reliqua aurium fabrica valde similis avium auribus. Haec Schneiderus l. l. pag. 27 seqq. Ac notavit Géoffroy l. l. IX p. 386 seq. se in crocodilorum mumiis foramina aurium invenisse, a quibus haecce ornamenta fuerint suspensa.

καὶ ἀμφιδέας περὶ τοὺς προσθίους πόδας] προσθίους cum Schweigh. et Gaisf. recepi pro vulg. ἐμπροσθίους. Nam designantur *pedes anteriores*. — Ἀμφιδέας intelligit *armillas*, aureas opinor, ornatus causa pedibus admotas. Grammatici Graeci exponunt ἁλύσεις atque etiam ψέλλια: Zonar. I p. 151. Hesych. I p. 297. Gregor. Corinth. de dialect. Ion. §. 123 pag. 523.

ὡς κάλλιστα ζώοντας] ζώοντας cum recentt. recepi pro ζῶντας. Ad argumentum vid. II, 67 ibique nott.

οἱ δὲ περὶ Ἐλεφαντίνην πόλιν οἰκέοντες κ. τ. λ.] Conf. II, 17 ibiq. nott. Cr. de religionibus in Elephantine insula consuli vult Iomard. in descript. de l'Eg. antiqq. t. I cp. 3 pag. 15 (recueil etc. p. 83 seq.). Monstravit autem Iomardus, cultum Iovis Ammonis in hac insula potissimum obtinuisse. — Crocodilorum mumias rarius nunc reperiri monet Reinhardt. l. l. pag. 28 seq.

καλέονται δὲ — χάμψαι] Monent viri docti (Iablonsk. opuscc. p. 387. Champoll. l'Eg. s. l. phar. I p. 152 seq. 324 sq.) etiamnum apud Coptas crocodilum vocari *Amsah*, quod ab Aegyptio nomine haud recedit, si quidem prima litera *ch* vel adspirationi inseruit vel articuli

δείλους δὲ Ἴωνες ὠνόμασαν, εἰκάζοντες αὐτῶν τὰ 137 εἴδεα τοῖσι παρὰ σφίσι γινομένοισι κροκοδείλοισι τοῖσι ἐν τῇσι αἱμασιῇσι.

70 Captura crocodilorum. Ἄγραι δέ σφεων πολλαὶ κατεστέασι, καὶ παντοῖαι· ἣ δ' ὦν ἔμοιγε δοκέει ἀξιωτάτη ἀπηγήσιος εἶναι, ταύτην γράφω. ἐπεὰν νῶτον ὑὸς δελεάσῃ περὶ ἄγκιστρον, μετίει ἐς μέσον τὸν ποταμόν· αὐτὸς δὲ ἐπὶ τοῦ χείλεος τοῦ 2 ποταμοῦ ἔχων δέλφακα ζωήν, ταύτην τύπτει. ἐπακούσας δὲ τῆς φωνῆς ὁ κροκόδειλος, ἵεται κατὰ τὴν φωνήν· ἐντυχὼν δὲ τῷ νώτῳ, καταπίνει· οἱ 8 δὲ ἕλκουσι. ἐπεὰν δὲ ἐξελκυσθῇ ἐς γῆν, πρῶτον ἁπάντων ὁ θηρευτὴς πηλῷ κατ' ὦν ἔπλασε αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμούς· τοῦτο δὲ ποιήσας, κάρτα εὐπετέως τὰ λοιπὰ χειροῦται· μὴ ποιήσας δὲ τοῦτο, σὺν πόνῳ.

71 Οἱ δὲ ἵπποι οἱ ποτάμιοι νομῷ μὲν τῷ

---

vices gerit. Arabes nunc vocant *Temtsah*. Conf. Schneider. l. l. pag. 114. Graeca huius bestiae appellatio inde repetenda, quod lacertarum terrestrium genus vocitabant κροκοδείλους; quare Aristoteles hist. an. II, 6. Aegyptium animal dicit κροκόδειλον τὸν ποτάμιον, alterum vero lacertarum genus κροκόδειλον τὸν χερσαῖον. Nec aliter fere ipse Herodotus IV, 192 in Libya commemorat κροκοδείλους ὅσον τε τριπήχεας χερσαίους, τῇσι σαύρῃσι ἐμφερεστάτους. Quas vero de ipsa crocodili voce etymologias protulerunt Grammatici veteres, ea referre putidum est.

Ἴωνες ὠνόμασαν] Intelligit, credo, *eos Iones*, qui in Aegypto sub Psammiticho (II, 154) consederant.

Cap. LXX.

ταύτην γράφω] Steger. praefat. p. XI mavult γράψω. Quo tamen minime opus. „Hodieque crocodilorum capturam similem obtinere testatur Iomard. l. l. cap. 5 §. 5 pag. 27.“ Cr.

ἐπεὰν — δελεάσῃ] Scil. ὁ ἀγρεύς. Conf. Matth. Gr. Gr. §. 295 pag. 589 et Herod. II, 47. — μετίει ut I, 6: ἐξίει.

οἱ δὲ ἕλκουσι] Scilicet ὁ ἀγρεῖς. — Ad seqq. κατ' ὦν ἔπλασε conf. II, 39. 40. 70.

Cap. LXXI.

οἱ δὲ ἵπποι οἱ ποτάμιοι κ. τ. λ.] De *Papremi* conf. nott. ad II, 63. Ad argumentum loci conf. Plutarch. de Is. et Osir. p. 364, A, qui eam ob caussam hoc animal sacrum haberi narrat, quod per vim cum ma-

Παπρημίτῃ ἱροί εἰσι, τοῖσι δὲ ἄλλοισι Αἰγυπτίοισι
2 οὐκ ἱροί. φύσιν δὲ παρέχονται ἰδέης τοιήνδε· τε-
τράπουν ἐστὶ, δίχηλον, ὁπλαὶ βοὸς, σιμὸν, λοφιὴν
ἔχον ἵππου, χαυλιόδοντας φαῖνον, οὐρὴν ἵππου

Hippopotamus in qua praefectura sacer: describitur.

---

tre coire velit. Caeterum et huius capitis et cap. 73 argumentum Hecataeo Milesio Nostrum debere tradit Porphyr. in Eusebii praep. ev. X p. 466 coll. Creuzer. fragmm. antiqq. hist. pag. 19 seqq.

φύσιν — ἰδέης τοιήνδε] *ἰδέα* ad speciem et formam corporis pertinet. Vid. nott. ad Plutarch. Flamin. pag. 77.

φύσιν δὲ παρέχονται κ. τ. λ.] Respexit haec Aristoteles H. A. II, 7 (II, 4 ed. Schneid.), unde potiora adscribam: *ὁ δὲ ἵππος ὁ ποτάμιος ὁ ἐν Αἰγύπτῳ χαίτην μὲν ἔχει, ὥσπερ ἵππος, δίχηλον δ' ἐστὶν, ὥσπερ βοῦς, τὴν δ' ὄψιν σιμός· ἔχει δὲ καὶ ἀστράγαλον, ὥσπερ τὰ δίχηλα καὶ χαυλιόδοντας ὑποφαινομένους, κέρκον δὲ ὑὸς, φωνὴν δὲ ἵππου· μέγεθος δ' ἐστὶν ἡλίκον ὄνος· τοῦ δὲ δέρματος τὸ πάχος, ὥστε δόρατα ποιεῖσθαι ἐξ αὐτοῦ.* In magnitudine animalis indicanda differt quodammodo ab Herodoto, qui, ubi scribit *μέγαθος ὅσον τε βοῦς ὁ μέγιστος*, magis ad verum accessisse videri potest, in eo tamen lapsus, quod caudam hippopotami cum equinea comparat cauda; id quod a vero longissime abest. In aliis quibusdam accuratius retulit Diodorus I, 34, qui totam corporis molem non dissimilem elephanto esse prodit; Plinius vero (hist. nat. VIII, 25. IX, 12 etc.) et qui eum secuti sunt, ut plurimum Aristoteleam descriptionem repetunt eamque ampliant, ut iure mireris multo accuratius hoc animal ab artificibus expressum conspici tum in numis tum in aliis antiquitatis monumentis. Est unus Achilles Tatius IV, 2, qui accuratiora dedisse putandus est. Ac ne nunc quidem satis cognita haec belua, quae in ipsa Aegypto non amplius reperitur, sed supra catarractas tantum in interioris Africae regionibus. Quam vulgo laudant Schneideri ad Petri Artedi synonym. piscc. append. p. 247 seqq. (Lipsiae 1789), doleo hunc librum mihi non praesto fuisse; post Schneiderum de his retulit Cuvier. in musée d'hist. natur. tom. IV p. 299 seqq. V pag. 56 seqq. Conf. etiam dictionn. d. scienc. naturell. (Paris. 1821) tom. XXI s. v. pag. 189 seqq.

χαυλιόδοντας φαῖνον] Conf. Diodor. l. l. et nott. ad Herod. II, 68. Minus recte haec tradi monent naturae observatores, monent ipsae, quae in vetustis monumentis reperiuntur imagines, cum ore clauso minime compareant dentes. Vid. Cuvier. l. l. pag. 303.

οὐρὴν ἵππου] Haec falso

καὶ φωνήν· μέγαθος, ὅσον τε βοῦς ὁ μέγιστος· τὸ δέρμα δ' αὐτοῦ οὕτω δή τι παχύ ἐστι, ὥστε αὔου γενομένου, ξυστὰ ποιέεσθαι ἀκόντια ἐξ αὐτοῦ.

72 Lutra, squameae, anguilla, vulpanser. Γίνονται δὲ καὶ ἐνύδριες ἐν τῷ ποταμῷ, τὰς ἱρὰς ἥγηνται εἶναι. νομίζουσι δὲ καὶ πάντων ἰχθύων τὸν καλεύμενον λεπιδωτὸν ἱρὸν εἶναι, καὶ τὴν ἔγχελυν.

---

tradi certum est. Nam cauda beluae tam brevis ac densa, ut vix adpareat; quare *suillam* caudam haud scio an rectius dixerit Aristoteles l. l. Et convenit Achilles Tatius l. l. Perperam Diodorus l. l. beluam dicit ὦτα δὲ καὶ κέρκον καὶ φωνὴν ἵππῳ παρεμφερῆ.

ξυστὰ ποιέεσθαι ἀκόντια ἐξ αὐτοῦ] ἀκόντια delevit Schaeferus, invitis codicibus. Utrumque certe vocabulum, ut vulgo adhibent, non valde differt notione; quippe utrumque iaculi habet notionem, conf. I, 34. 52; sed ξυστὸν proprie adiectivum est (*politum*, *rasum*), quod ubi solum ponitur, mente suppleri poterit ἀκόντιον, ut substantivum. Quare iam Bochartus (Hierozoic. II lib. V, 14 pag. mea 757 ξυστὰ ἀκόντια interpretatus erat „*rasilia tela* i. e. torno aut radulâ seu dolabrâ expolita.“ Quod ut urgere nolim, ita in Herodoto certe nihil abiiciendum esse persuasum habeo. Aristoteles l. l. dicit δόρατα; Plinius (hist. nat. XI, 39): „corii crassitudo talis, ut inde tornentur hastae;“ et (ibid. VIII, 25): „hippopotamus tergoris ad scuta galeasque impenetrabilis.“ Atque etiamnum Abyssiniae incolas hoc corio crassissimo ad scuta uti refert Ludolf. hist. Aeth. I, 11. Quibuscum congruunt recentissimorum virr. doctt. observationes.

Cap. LXXII.

γίνονται δὲ καὶ ἐνύδριες] ἐνύδριες *lutrae*; nos: *Fischotter*. Quod ad pisces attinet, nonnulla diximus ad II, 37.

τὸν καλεύμενον λεπιδωτόν] λεπιδωτὸς inter Niloticos pisces tum ab aliis, tum ab Athenaeo VII, 88 recensetur. Cum Herodoto convenit Straboni XVII p. 1167, A. Sed Plutarchus hunc piscem Aegyptios aversatos esse *scribit*, de Isid. atque Osirid. p. 358, B. Graecum nomen nil nisi *squammosum* denotat; ut certe piscis intelligatur necesse sit, qui squamis vel excelluisse vel singulare quid habuisse videatur. Galli docti, ut e Schweighaeuseri nota intelligo, eum esse dixerunt, qui nunc nominatur *Polypterus Bichir*. Schneiderus in lex. Graeco vocat *Cyprinum Bynni*. In Linnaei systemate dicitur: *Cyprinus rubescens Ni-*

2 ἱροὺς δὲ τούτους τοῦ Νείλου φασὶ εἶναι· καὶ τῶν ὀρνίθων τοὺς χηναλώπεκας.

73 Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος ὄρνις ἱρὸς, τῷ οὔνομα φοί- Phoenix qualis et quantus: fabula de illo.

---

loticus. Quod ad *anguillam* attinet, haud inepte Larcherus comparat Athen. VII, 13 p. 299, E. F. Quae de piscium sacrorum mumiis proferuntur, de iis nondum satis liquet. Conf. Reinhardt. l. l. pag. 30. 31.

καὶ τῶν ὀρνίθων τοὺς χηναλώπεκας] De *vulpansere* conf. Schneiderum ad Aristotel. H. A. VIII, 5. 8 pag. 601 (coll. in lex. Graec. s. v.), qui recte admonet Aeliani N. A. X, 16. V, 30 et XI, 38. Est autem *anas tadorna* Lin., quae vulpis instar cavernas terrae habitat, et vero etiam ad domesticas Aegyptiorum bestias pertinebat. Cur sacram habuerint Aegyptii, nihil scimus, nisi quod Horapollo I, 53 in hieroglyphicis literis hàc ave filium designari scribit, quoniam caritate erga natos illa prae ceteris excellat.

Cap. LXXIII.

τῷ οὔνομα φοίνιξ] Scripsi φοίνιξ ex Schaeferi praecepto, quod Buttmann. Gramm. Gr. II p. 399 et Hermann. ad Soph. Oed. tyr. 746 nuper probarunt. Vulgo φοῖνιξ. — De argumento huius capitis longum est disserere. Namque post Herodotum, quem ipsum in his Hecataei scrinia compilasse dicunt (conf. tamen Henrichsen. l. l. pag. 6 not.), plurimi scriptores de phoenice retulerunt, describentes Herodoteam narrationem et plerumque ampliantes atque exornantes, quorum locos suppeditabit Martini ad Lactantii carmen de Phoenic. (Lunaeburg. 1825) pag. 38. Add. Henrichsen. comm. I de Phoenic. fabul. (Havn. 1825), qui itidem singulos veterum locos excussit ipsiusque fabulae rationem reddere conatus est (p. 26 — 30). Pluribus eandem illustravit Creuzer. in symbol. I pag. 438 — 445; unde nonnulla hic adscribamus. Neque enim quae alia alias apud gentes orientis potissimum traduntur similia, exponere nunc vacat; in universum monuisse sufficiat, Aegyptiorum phoenicem avem esse fictiticiam; de qua quae memoriae prodantur tum apud Herodotum, tum apud alios, ea ad tesserarias ac symbolicas rationes pro antiquitatis more esse referenda. Astronomicas enim rationes si respexeris, prisci illi Aegyptiorum sacerdotes phoenicis adventu indicare voluisse videntur magni illius anni conversionem, quae multorum annorum vulgarium cyclo cum absolvatur, recens quasi natum adducat tempus. Quod cum praestet sol, cuius cursu talis periodus definiatur illiusque anni magni fiat conversio, phoenix, quo ipso haec conversio indicatur, solis utique est avis; ad solem solaresque

νιξ· ἐγὼ μέν μιν οὐκ εἶδον, εἰ μὴ ὅσον γραφῇ· καὶ γὰρ δὴ καὶ σπάνιος ἐπιφοιτᾷ σφι, διὰ ἐτέων
2 (ὡς Ἡλιουπολῖται λέγουσι) πεντακοσίων. φοιτᾶν δὲ τότε φασί, ἐπεάν οἱ ἀποθάνῃ ὁ πατήρ. ἔστι δέ, εἰ τῇ γραφῇ παρόμοιος, τοσόσδε καὶ τοιόσδε· τὰ μὲν αὐτοῦ χρυσόκομα τῶν πτερῶν, τὰ δέ, ἐρυθρά· ἐς τὰ μάλιστα αἰετῷ περιήγησιν ὁμοιότατος, καὶ

---

rationes hinc spectant, quaecunque de eo referuntur, ad solem spectat adeo forma habitusque avis et color purpureus ac splendidus. Ex Arabia, quae orientis solis est terra, proficisci dicitur, patrem mortuum (i. e. tempus praeterlapsum, hoc annorum cyclo absolutum) myrrhâ ad ovi instar involutum (uam tempus praeteritum inclusum quasi tenetur nec unquam inde elabi potest) delaturus Heliopolin i. e. Solis in urbem; quippe Sol est, qui tempus praeterlapsum in se quasi recipiat atque condat, novum tempus denuo editurus. Haec paucis ad intelligentiam fabulae Herodoteae declarata nunc sufficiant; quae qui reputaverit, is opinor intelliget, cur postera inprimis aetate adeoque christiana pro *immortalitatis* et *resurrectionis* symbolo phoenix habitus fuerit.

ἐγὼ μέν μιν οὐκ εἶδον, εἰ μὴ ὅσον γραφῇ] Indicat pater historiae, se tantummodo *ex pictura* seu *pictam* cognovisse avem. Ubi locutionem *γραφῇ* Euripideis locis binis (Hippol. 1005. Troad. 682) illustrat Valckenarius; conf. II, 78. Et reapse sic pictam repererunt avem in monumentis Aegyptiacis docti Galli; ut, quae Herodotus scribat, inde optime confirmata inveniantur. Vid. Creuzeri laudd. l. l. pag. 439 seq.

ὡς Ἡλιουπολῖται λέγουσι] Intelligit, credo, sacerdotum collegium, quod summum Heliopoli floruisse accepimus. Vid. supra ad II, 3. 7.

τὰ μὲν αὐτοῦ χρυσόκομα τῶν πτερῶν] Plinius H. N. X, 2: „aquilae narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, cetera purpureus“ et Achilles Tatius III cp. 25 p. 215 s. p. 80 Iac. *κεκέρασται μὲν τὰ πτερὰ χρυσῷ καὶ πορφυρᾷ.* Quae affero, ne quis cum Salmasio (ad Solin. p. 385, b) hic scribendum putet *χρυσόκοκκα* pro *χρυσόκομα*; quod cum denotet aureà comâ instructum, hic aeque bene ad aureum pennarum avis colorem transfertur. Atque his ipsis coloribus, aureo et rubro, pictas avis pennas adhuc conspicimus in Aegyptiorum monumentis, monente Iomardo. Conf. Creuzer. l. l. pag. 440 et quae citantur ab Henrichsen. l. l. pag. 7 not. 17.

ἐς τὰ μάλιστα αἰετῷ περιήγησιν ὁμοιότατος] ἐς τὰ

3 τὸ μέγαθος. Τοῦτον δὲ λέγουσι μηχανᾶσθαι τάδε, ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες· ἐξ Ἀραβίης ὁρμεώμενον, ἐς τὸ ἱρὸν τοῦ Ἡλίου κομίζειν τὸν πατέρα, ἐν σμύρνῃ ἐμπλάσσοντα, καὶ θάπτειν ἐν τοῦ Ἡλίου
4 τῷ ἱρῷ. κομίζειν δὲ οὕτω· πρῶτον, τῆς σμύρνης ᾠὸν πλάσσειν ὅσον τε δυνατός ἐστι φέρειν· μετὰ δὲ, πειρᾶσθαι αὐτὸ φορέοντα· ἐπεὰν δὲ ἀποπειρηθῇ, οὕτω δὴ κοιλήναντα τὸ ᾠὸν, τὸν πατέρα ἐς αὐτὸ ἐντιθέναι, σμύρνῃ δὲ ἄλλῃ ἐμπλάσσειν τοῦτο 138
κατ' ὅ τι τοῦ ᾠοῦ ἐγκοιλήνας ἐνέθηκε τὸν πατέρα· 2 ἐσκειμένου δὲ τοῦ πατρὸς, γίνεσθαι τὠυτὸ βάρος· ἐμπλάσαντα δὲ, κομίζειν μιν ἐπ' Αἰγύπτου ἐς τοῦ Ἡλίου τὸ ἱρόν. ταῦτα μὲν τοῦτον τὸν ὄρνιν λέγουσι ποιέειν.

74 Εἰσὶ δὲ περὶ Θήβας ἱροὶ ὄφιες, ἀνθρώπων οὐδαμῶς δηλήμονες· οἳ μεγάθεϊ ἐόντες μικροὶ, δύο

Sacri serpentes circa Thebas.

μάλιστα ut II, 76. 78. περιήγησιν cum Creuzero (fragmm. historicc. pag. 19) interpretor de *formâ* avis ac *diligenti formae descriptione*; mavult Schweighaeuserus *circumscriptionem*, *le contour*, ut Galli dicunt. Verum quod sequitur καὶ τὸ μέγαθος, obstare videtur.

ἐν σμύρνῃ ἐμπλάσσοντα] Myrrham ad orientis regionis, unde exoritur sol, indicium pertinere, vix monitu erit opus.

πειρᾶσθαι αὐτὸ φορέοντα] De participii usu monet Matthiae Gr. Gr. pag. 1091. — Mox pro vulg. καθότι cum recentt. dedimus κατ' ὅ τι. Probat Struve quaest. de dial. Herod. pag. 47.

Cap. LXXIV.

εἰσὶ δὲ περὶ Θήβας ἱροὶ ὄφιες, ἀνθρώπων οὐδαμῶς δηλήμονες] De structura vocis δηλήμονες conf. Matth. p. 652. — Ad argumentum loci faciunt Aeliani loci, N. A. XI, 17 et XVII, 5. Pertinuisse videntur hi serpentes ad *Cerastas*, de quibus Diodorus refert III, 49, ubi conf. Wesseling., quae tamen bestiae cum venenatae sint, hoc minus ad Herodoti verba quadrare apparet. Qua eadem ex causa ad *Naias*, quae dicuntur, hi serpentes referri nequeunt. Confer Böttiger. in Amalth. II pag. 188 seq. in not. In anaglyphis Aegyptiacis hos serpentes duobus cornibus in-

κέρεα φορέουσι, πεφυκότα ἐξ ἄκρης τῆς κεφαλῆς. 2 τοὺς θάπτουσι ἀποθανόντας ἐν τῷ ἱρῷ τοῦ Διός· τούτου γάρ σφεας τοῦ θεοῦ φασὶ εἶναι ἱρούς.

Ex Arabia serpentes alatos advolantes confici ab ibidibus: quas aves ideo sacras esse.

75 Ἔστι δὲ χῶρος τῆς Ἀραβίης, κατὰ Βουτοῦν πόλιν μάλιστά κη κείμενος· καὶ ἐς τοῦτο τὸ χωρίον ἦλθον, πυνθανόμενος περὶ τῶν πτερωτῶν ὀφίων. 2 ἀπικόμενος δὲ, εἶδον ὀστέα ὀφίων καὶ ἀκάνθας,

---

signes conspici, intellexi ex Minutoli Reise etc. pag. 387. Nec tamen genus aut speciem bestiolae accuratius definiri posse, persuasit mihi Reinhardt. l. l. pag. 30. — Ad locutionem μεγάθεϊ σμικροί conf. I, 51.

τοὺς θάπτουσι ἀποθανόντας] Vulgo haec inverso ordine: τοὺς ἀποθανόντας θάπτουσι. Satis autem constat, non solum in anaglyphis Aegyptiacis reperiri serpentes repraesentatos, verum etiam ipsa cadavera medicata in hypogaeis et cryptis (conf. quae supra laudavimus ad II, 67) exstare.

τούτου γάρ — εἶναι ἱρούς] Serpens veteribus Aegyptiis ut, omnino immortalitatis, ita Iovis potissimum Thebaici symbolum eidemque consecratum animal. Indicat enim numen se ipsum quasi revelans per tempora, tempusque inde aeternum et quae alia cum hoc coniuncta sunt. Plura Creuz. in Symbol. I pag. 507 seqq. 526 seq.

Cap. LXXV.

κατὰ Βουτοῦν πόλιν] *Buto* urbs alia hic est atque illa, cuius mentio II, 63. 59. 155. Pertinuit ad Aegyptum inferiorem. Nunc eius in loco invenitur vicus *El-Bneib*. Confer Schlichthorst. l. l. pag. 83. 84.

περὶ τῶν πτερωτῶν ὀφίων] Serpentes alatos alii quoque scriptores noverunt. Tu vid. Pausan. IX, 21 et Aelian. N. A. II, 38, ubi Schneiderus monet esse *lacertas volantes*, *dracones volantes* Linn. Huc quoque referunt Iesai. XXX, 6, ubi *seraph volans* memoratur, aut, ut in Septuag. legitur: ἔκγονα ἀσπίδων πετομένων. Alia dabit Bochart. Hierozoic. II lib. 3, 12 pag. 423. In Herodoti loco Miot., Gallus alter interpres, intelligi vult *gryllum migratorium*, qui Aegyptiorum arvis tam nocivus sit. De *locustis* igitur ille cogitat; in quo ei obloquitur Letronne in censura versionis Herodot. (Paris. 1823) pag. 13, cum hoc quidem certum sit, volantes serpentes veterum minime ad insecta, quae vocantur, pertinuisse.

ἀκάνθας] Intelligit *spinas* s. *ossa* serpentium. Alias ἀκάνθη dicitur *spina dorsi*, ut IV, 72. Ad nostrum locum facit schol. Apollon. Rhod. IV, 150: τὰ τῶν ὀφέων ὀστᾶ ἄκανθαι λέγεται.

πλήθεϊ μὲν ἀδύνατα ἀπηγήσασθαι· σωροὶ δὲ ἦσαν
ἀκανθέων καὶ μεγάλοι, καὶ ὑποδεέστεροι, καὶ ἐλάσ-
3 σονες ἔτι τούτων· πολλοὶ δὲ ἦσαν οὗτοι. ἔστι δὲ ὁ
χῶρος οὗτος, ἐν τῷ αἱ ἄκανθαι κατακεχύαται,
τοιόσδε τις· ἐσβολὴ ἐξ οὐρέων στεινῶν ἐς πεδίον
μέγα· τὸ δὲ πεδίον τοῦτο συνάπτει τῷ Αἰγυπτίῳ
4 πεδίῳ. λόγος δέ ἐστι, ἅμα τῷ ἔαρι πτερωτοὺς ὄφις
ἐκ τῆς Ἀραβίης πέτεσθαι ἐπ' Αἰγύπτου· τὰς δὲ
ἴβις τὰς ὄρνιθας ἀπαντώσας ἐς τὴν ἐσβολὴν ταύ-
της τῆς χώρης, οὐ παριέναι τοὺς ὄφις, ἀλλὰ κατα-
5 κτείνειν. καὶ τὴν ἶβιν διὰ τοῦτο τὸ ἔργον τετι-

ἐν τῷ αἱ ἄκανθαι κατακεχύαται] Retinui ἐν τῷ, quod quatuor optimae notae libri tuentur, quodque unum placet Struv. quaest. de dial. Herod. pag. 38, cum ἐν ᾧ (ut quidam libri hic afferunt) ab Herodoti sermone prorsus sit alienum.

πτερωτοὺς ὄφις — ἐπ' Αἰγύπτου] Pertinet huc Ciceronis locus de nat. deor. I, 36: „Velut ibes maximam vim serpentium conficiunt, cum sint aves excelsae, cruribus rigidis, corneo proceroque rostro; avertunt pestem ab Aegypto, cum volucres angues ex vastitate Libyae vento Africo invectas interficiunt atque consumunt; ex quo fit, ut illae nec morsu vivae noceant, nec odore mortuae." Ubi alios veterum locos hac de re attulit Davisius. Add. Bochart. l. l.

καὶ τὴν ἶβιν διὰ τοῦτο κ. τ. λ.] Vulgo *ibin* eam intelligunt avem, quae dicitur *Tantalus ibis* Linn. Sed probe hinc distinguendam esse avem Aegyptiis sacram docuit Cuvier., accurato examine instituto et adhibitis tum veterum de hac avi locis tum ipsis mumiis dissectis. Eam enim esse commonstravit, cui nomen *Numenius ibis* s. *ibis religiosa* (courlis), albo colore insignem, capite et collo nudo, remigum apicibus, rostro et pedibus nigris, remigibus secundariis elongatis nigro-violaceis. Quae sanequam optime conveniunt cum Herodoti descriptione, quae si de *Tantalo* accipiatur, Herodotum turpiter lapsum esse dicas necesse est. Vid. annall. d. musée d'hist. nat. t. IV pag. 116 seqq. 126 seqq. 132. Aegyptium avis nomen fuisse *Hip* contendit Champoll. l'Eg. s. l. phar. I pag. 295. Quum enim ibis Nili insecta, vermes, alia eiusmodi conficiat simulque cum Nilo crescente adpareat, inde Aegyptiis sacra habita est avis pro Nili crescentis signo indeque Mercurio (qui

μῆσθαι λέγουσι Ἀράβιοι μεγάλως πρὸς Αἰγυπτίων·
ὁμολογέουσι δὲ καὶ Αἰγύπτιοι διὰ ταῦτα τιμᾶν τὰς
76 ὄρνιθας ταύτας. Εἶδος δὲ τῆς μὲν ἴβιος τόδε. μέ-
λαινα δεινῶς πᾶσα, σκέλεα δὲ φορέει γεράνου,
πρόσωπον δὲ ἐς τὰ μάλιστα ἐπίγρυπον, μέγαθος
2 ὅσον κρέξ. τῶν μὲν δὴ μελαινέων, τῶν μαχομέ-
νων πρὸς τοὺς ὄφις, ἥδε ἰδέη. τῶν δ' ἐν ποσὶ
μᾶλλον εἰλευμένων τοῖσι ἀνθρώποισι· (διξαὶ γὰρ

Ibidum quae species: aliud earum genus diversum: quae serpentum figura.

Nilum crescentem metitur et universo huic negotio praeest) consecrata. Conf. II, 67. Inde nil mirum, in Aegyptiorum monumentis saepissime hanc avem conspici, eandemque singulari cura conditam fuisse in cryptis. Vid. Creuzer. Symbol. I p. 486 seqq., qui idem nunc addit Wyttenbach. ad Plutarch. de Is. et Osirid. pag. 262. Plura de ibide disputata invenio a Langguth. diss. de mumiis avium etc. pag. 22 seqq. et Reinhardt. l. l. pag. 22—25.

Cap. LXXVI.

πρόσωπον δὲ ἐς τὰ μάλιστα ἐπίγρυπον] πρόσωπον hic de *rostro* accipiendum, quod ἐπίγρυπον i. e. *aduncum*, *incurvum* esse vult. Caeterum conf. de ibide Strabon. XVII p. 1179 s. 823, D. Monent vero recentiores *ibidem nigram* Herodoti esse *ibidem falcinellum* Cuvierii; quae avis quotannis aliquot diebus post adventum alterius ibidis ad Nili ripas comparere dicitur, cuius tamen nullam adhuc repertam esse mumiam contendunt. Vid. Reinhardt. l. l. pag. 25.

μέγαθος ὅσον κρέξ] De hac avi schol. ad Aristoph. av. 1138: κρὲξ δὲ εἶδος ὀρνέου, ὀξὺ πάνυ τὸ ῥύγχος καὶ πριονῶδες ἔχον; ut quibusdam cornicis species esse videatur. Schneidero in lex. Graec. s. v. *Rallus crex* Linn. videtur, nisi quod in istam avem non quadrat rostrum serratum. E veteribus praeter Herodotum *Aristoteles* H. A. X, 1. 17 et Aelianus N. A. IV, 5 eius avis potissimum meminerunt.

τῶν μαχομένων] Sic scripsi cum Gaisfordio probatisque libris. Vulgo μαχομενέων. — Verbis τῶν δ' ἐν ποσὶ μᾶλλον εἰλευμένων τοῖσι ἀνθρώποισι intelligitur genus magis domesticum s. earum, quae magis inter homines et cum illis versantur; ἐν ποσὶ quid sit, monstrant, alia ut taceam, loci II, 131. III, 79.

διξαὶ γάρ δή εἰσι αἱ ἴβιες] In eo quoque diligentissimum inveniri Herodotum, quod tam accurate duplex ibidum genus distinguit, monere vix attinet. De *ibide nigra* supra diximus, de *ibide alba* eademque sacra vid. not. ad II, 75 coll. II, 67.

ϑή εἰσι αἱ ἴβιες·) ψιλὴ τὴν κεφαλὴν, καὶ τὴν δει-
ρὴν πᾶσαν· λευκὴ πτεροῖσι, πλὴν κεφαλῆς καὶ τοῦ
αὐχένος καὶ ἄκρων τῶν πτερύγων καὶ τοῦ πυγαίου
ἄκρου· ταῦτα δὲ τὰ εἶπον πάντα, μέλαινά ἐστι
δεινῶς· σκέλεα δὲ καὶ πρόσωπον, ἐμφερὴς τῇ ἑτέ-
3 ρῃ. τοῦ δὲ ὄφιος ἡ μορφὴ, οἵη περ τῶν ὕδρων.
πτίλα δὲ οὐ πτερωτὰ φορέει, ἀλλὰ τοῖσι τῆς νυ-
κτερίδος πτεροῖσί μάλιστά κη ἐμφερέστατα. Τοσαῦτα
μὲν θηρίων πέρι ἱρῶν εἰρήσθω.

77 Αὐτῶν δὲ δὴ Αἰγυπτίων, οἳ μὲν περὶ τὴν
σπειρομένην Αἴγυπτον οἰκέουσι, μνήμην ἀνθρώπων
πάντων ἐπασκέοντες μάλιστα, λογιώτατοί εἰσι μα- 139

Qui ex Aegyptiis campestria loca incolunt, quare ii solertissimi ho-

---

ψιλὴ τὴν κεφαλὴν, καὶ τὴν δειρὴν πᾶσαν] ψιλὴ hic est *depilis*, *glabra*, ut recte monet Larcherus, idem notans, δειρὴν minus bene hic reddi *collum*, cum sit *gula* („la partie qui est en devant du cou, la gorge"); quemadmodum Ammonius de differ. vocc. pag. 27: αὐχὴν λέγεται τὸ ὄπισθεν τοῦ τραχήλου· δέρη δὲ τὸ ἔμπροσθεν et Thomas Magister p. 129.

μέλαινά ἐστι δεινῶς] Lubens pro μέλανα (quod neutrum est) recepi μέλαινα, ut femininum sit, quemadmodum ψιλὴ, λευκὴ et ἐμφερὴς, accusativo qualitatis ut aiunt addito. — In fine cap. ad voces: μάλιστά κη ἐμφερέστατα conf. Matthiae Gr. Gr. pag. 860.

Cap. LXXVII.

οἳ μὲν περὶ τὴν σπειρομένην Αἴγυπτον οἰκέουσι] Bene haec, quae etiamnum sunt distincta, discrevit Herodotus. Est enim Aegyptus ad Nili utramque ripam sita, per aliquot dierum itinera fertilis, frugibusque colendis apta; quam rustici incolae habitant, sacerdotum imperio subiecti; quae sequuntur regiones, pastorum potius sunt atque nomadum, nec frugum capaces. Quapropter rusticos Aegyptios et agricolas bene Noster distinxit a nomadibus, procul dubio vitae minus adstrictae ac severae deditis nec simili modo sacerdotum imperio parentibus. Conf. Heeren. Ideen II, 2 pag. 148 seq.

μνήμην ἀνθρώπων πάντων ἐπασκέοντες μάλιστα] Intelligunt vulgo μνήμην *memoriam* (Gedächtniss, Gedächtnisskraft), *quam maxime inter omnes homines coluerint Aegyptii.* Sed rectius Schweigh. statuit, agi hic *de memoria rerum gestarum aut observatarum in futurum*

minum sint: eorum corporis cura, cibus et potus.

2χρῷ τῶν ἐγὼ ἐς διάπειραν ἀπικόμην. Τρόπῳ δὲ
ζόης τοιῷδε διαχρέωνται. Συρμαΐζουσι τρεῖς ἡμέρας
ἐπεξῆς μηνὸς ἑκάστου, ἐμέτοισι θηρώμενοι τὴν ὑγιείην καὶ κλύσμασι, νομίζοντες ἀπὸ τῶν τρεφόντων
σιτίων πάσας τὰς νούσους τοῖσι ἀνθρώποισι γίνε-
3σθαι. εἰσὶ μὲν γὰρ καὶ ἄλλως Αἰγύπτιοι μετὰ Λίβυας ὑγιηρέστατοι πάντων ἀνθρώπων, τῶν ὡρέων
(δοκέειν ἐμοὶ) εἵνεκεν, ὅτι οὐ μεταλλάσσουσι αἱ
4ὧραι. ἐν γὰρ τῇσι μεταβολῇσι τοῖσι ἀνθρώποισι αἱ
νοῦσοι μάλιστα γίνονται, τῶν τε ἄλλων πάντων,
5καὶ δὴ καὶ τῶν ὡρέων μάλιστα. Ἀρτοφαγέουσι δὲ,

---

tempus et ad posteros propaganda; id quod scripto potissimum fit. Quam ob rem etiam Aegyptii, ut pergit Schweigh., dicuntur λογιώτατοι i. e. *omnium maxime periti*, rerum praecipue praeteritarum, patriae, antiquitatis etc. De qua huius vocis notione diximus ad I, 1. Alias erunt *disertissimi*, *facundissimi*. Atque omnino inde Aegyptiorum sapientia per totam antiquitatem valde celebrata, ut in proverbium adeo abierit. De quo bene monuit Gesenius in commentt. ad Iesai. XIX, 12 pag. 621, ut ad h. l. adscripsit Cr.

τῶν ἐγὼ ἐς διάπειραν ἀπικόμην] *Quos ego cognovi* seu *quibuscum ego congressus sum.* Conf. II, 28 coll. I, 47. Mox cum recentt. dedi διαχρέωνται pro vulg. δὴ χρέωνται, cum particulae δὴ vix ullus hic videatur esse locus.

θηρώμενοι τὴν ὑγιείην] i. e. *sectantes*, *operam navantes.* Verbum θηρᾶσθαι, quod venatorum proprie est, ad alias res transferri, quas sectamur et quibus valde studemus, satis notum. Hinc frequens apud Platonem de indagandae veritatis studio ac vero ipso investigando. Vid. Creuzeri laudd. ad Procli commentt. in Platon. Alcib. t. I pag. 177.

ὑγιηρέστατοι πάντων ἀνθρώπων, τῶν ὡρέων (δοκέειν ἐμοὶ) εἵνεκεν] Ad ὡρέων conf. not. ad I, 142. Dedi cum recentt. δοκέειν ἐμοὶ, quae vulgo inverso ordine exhibebantur. Ipsa locutio satis nota, et crebrius quoque adhibita a Pausania Nostrum imitante. Vid. Siebelis. ad Pausan. II, 14 §. 2. VII, 7 §. 4, ubi monet dici ἐμοὶ hac in formula neque μοι. — Caeterum ad argumentum loci observant, convenire Herodoto cum Hippocrate, si quidem hic morbos ex tempestatum mutationibus potissimum oriri docuerat.

ἀρτοφαγέουσι δὲ, ἐκ τῶν ὀλυρέων ποιεῦντες ἄρτους]

ἐκ τῶν ὀλυρέων ποιεῦντες ἄρτους, τοὺς ἐκεῖνοι 6 κυλλήστις ὀνομάζουσι. οἴνῳ δ' ἐκ κριθέων πεποιημένῳ διαχρέωνται· οὐ γάρ σφί εἰσι ἐν τῇ χώρῃ

Haec quum congrua prorsus sint iis, quae ex Hecataeo Milesio profert Athenaeus X p. 447, C et 418, E, haud immerito coniicias, Hecataei librum Nostro obversatum et ab eo lectitatum fuisse. Vid. Creuzer. fragmm. historr. pag. 23.

τοὺς ἐκεῖνοι κυλλήστις ὀνομάζουσι] Eadem Athenaeus tum l. l. tum III pag. 114, ubi scribitur κυλλάστις, quemadmodum etiam in Hesychio s. v. V. D. correxerunt. Nec minor in vocis scriptura dissensus apud Polluc. in Onomast. VI, 11 §. 73, ubi vid. Iungermann. Explicat vero Athenaeus τὸν ὑποξίζοντα ἄρτον (i. e. *subacidum* panem), Nicander ab ipso laudatus: τὸν ἐκ τῆς κριθῆς ἄρτον γινόμενον. Hesychius Athenaeum secutus addit, ex Herodoto opinor, ex olyra factum esse panem. Sed Pollux ad formam magis revocat denominationem, ut panes intelligantur *fastigiati* vel *turbinati, ad instar sorborum*, ut interpretatur Casaubonus ad Athen. l. l. III pag. 114. Profert haec Iablonskius vocc. Aegyptt. p. 117, ipse subiiciens, quae vera sit Aegyptiacae vocis originatio, se adhuc assequi non potuisse. De *olyra* conf. II, 36.

οἴνῳ δ' ἐκ κριθέων πεποιημένῳ διαχρέωνται] Haec quoque ex Hecataeo Milesio (qui teste Athenaeo l. l. Aegyptios hordea ad potum frangere enarraverat) deprompta esse videri possunt. Apud Aeschylum supplemm. 900 invenitur μέθυ ἐκ κριθῶν. Sed magis huc pertinet Diodori locus I, 20 et 34 fin., ubi haec leguntur: κατασκευάζουσι δὲ καὶ ἐκ τῶν κριθῶν Αἰγύπτιοι πόμα, λειπόμενον οὐ πολὺ τῆς περὶ τὸν οἶνον εὐωδίας, ὃ καλοῦσι ζῦθος. Add. Strab. XVII p. 1179, C et quae alia affert Wesseling. ad Diodori locum. Admonet Cr. Iesai. XIX, 10, ubi sunt qui eundem *cerevisiae* (si ita loqui fas est) potum intelligant, reprobante Gesenio (commentt. pag. 615), qui caeterum Hartmann. citat in: Erdbeschreib. von Aegypt. p. 177 etiamnum cerevisiae quoddam genus ex Spelta in Aegypto parari docentem. Et pervulgatum apud alias gentes antiquitatis haud paucas hoc potionis genus; de quo, monente eodem Cr., plurima collegit Lindenbrog. ad Ammian. Marcell. XXVI, 8 §. 2 p. 158 seq. t. III ed. Wagn. coll. Chr. Gruner. ad Zosimum Panopol. de Zythorum confectione p. 30. Ex Burckhardt. itinerario monet I. de Hammer. (in annall. Viennenss. vol. XLV p. 67) hodieque Aegyptios tali fermento, quod *Busa* appellent, maxime delectari.

οὐ γάρ σφί εἰσι ἐν τῇ χώρῃ ἄμπελοι] De argumento conf.

ἄμπελοι. ἰχθύων δὲ τοὺς μὲν, πρὸς ἥλιον αὐήναντες, ὠμοὺς σιτέονται· τοὺς δὲ, ἐξ ἅλμης τεταρι-
7 χευμένους. ὀρνίθων δὲ τούς τε ὄρτυγας, καὶ τὰς

---

nott. ad II, 37. Quod vero Herodotus vites per Aegyptum esse negat, contrarium asserunt Strabo XVII pag. 799, C s. p. 1150, C. Diodor. I, 36, alii Romanorum scriptores, qui varia adeo vini genera in Aegypto recensent. Quin ipsis in monumentis Aegyptiacis et vites invenimus repraesentatas et uvas, e quibus vinum paratur. Conf. Costaz. descript. de l'Eg. mém. (antiqq.) I p. 61. 62. Ac denique ipse Herodotus II, 37 vinum ex uvis confectum, quod certo modulo sacerdotibus exhibeatur, novit. Conf. Heeren. Id. II, 2 pag. 362. Minutoli Nachträg. etc. p. 242. Quae ita conciliari posse statuit Schlichthorst. l. l. pag. 115, ut demum post Herodoti aetatem vites per Aegypti regiones coli fuerint coeptae. Cum vero certum sit, veteres Aegyptios nec vites ignorasse nec vinum ex uvis paratum, malim equidem statuere, Herodotum, ubi vites in Aegypto gigni negat, potissimum superioris Aegypti regiones sive τὴν σπειρομένην Αἴγυπτον, ut initio huius capitis dixit, respexisse, nec sane magni momenti tunc temporis in Aegypto fuisse vitium culturam, quae post demum Ptolemaeorum atque Romanorum aetate incrementa ceperit. Conf. Iablonsk. diss. de terra Gosen pag. 28 et Minutoli l. l. Maltebrun in mélanges (Paris. 1828) t. I p. 431 seqq. Exstat scriptio scholastica, quae prodiit Altenburg. 1826, in quà nonnullorum Ciceronis atque Herodoti locorum vindicatur integritas. Ubi hunc quoque Herodoti locum tractatum esse cognovi et eum in modum explicatum, ut post introducta peregrina vina inde a Psammitichi aetate prior vini cultura in Aegypto fuerit neglecta.

τοὺς δὲ, ἐξ ἅλμης τεταριχευμένους] Cum mare Aegyptii aversati sint, salem non maritimum sed fossilem (quem ex Ammonis regione afferri scribit Arrian. exped. Alex. III, 4 §. 6. 8) hic intelligendum esse existimat Larcher. Nos illud ad universum loci argumentum addimus: in anaglyphis Aegyptiacis pisces, aves, alia id genus, quae sale condiantur et ad edendum parentur hoc modo, conspici. Confer Costaz. l. l. pag. 64. Et satis cognitum est, quam ferax piscium fuerit Aegyptus, quibus capiendis operabatur magna hominum copia tum victum inde quaerens, tum mercaturam exercens. Confer Herod. II, 92. 93. 149. Heeren. Ideen etc. II, 2 pag. 345 seq. et quae collegit Gesen. ad Iesai. XIX, 8 pag. 611.

νήσσας, καὶ τὰ σμικρὰ τῶν ὀρνιθίων, ὠμὰ σιτέον-
8 ται, προταριχεύσαντες. τὰ δὲ ἄλλα ὅσα ἢ ὀρνίθων
ἢ ἰχθύων ἐστί σφι ἐχόμενα, χωρὶς ἢ ὁκόσοι σφι
ἱροὶ ἀποδεδέχαται, τοὺς λοιποὺς ὀπτοὺς καὶ ἑφθοὺς
78 σιτέονται. Ἐν δὲ τῇσι συνουσίῃσι, τοῖσι εὐδαίμοσι
αὐτῶν, ἐπεὰν ἀπὸ δείπνου γένωνται, περιφέρει
ἀνὴρ νεκρὸν ἐν σορῷ ξύλινον πεποιημένον, μεμι-
μημένον ἐς τὰ μάλιστα καὶ γραφῇ καὶ ἔργῳ, μέ-

In commessatione argumentum bibendi a morte.

Cap. LXXVIII.

ἀπὸ δείπνου γένωνται] Vid. nott. ad I, 126. — Paulo ante cum Gaisf. scripsi αὐτῶν pro αὐτέων.

περιφέρει — ξύλινον πεποιημένον] Intelligit hominis mortui simulacrum ex ligno factum et in loculo repositum, minime vero ipsum hominis mortui cadaver; quo ducit Plutarchi locus (in sept. sapientt. conviv. pag. 148, B coll. Wyttenbach. animadverss. p. 921), ubi σκελετὸν appellat, quamquam idem rectius de Is. et Osir. pag. 357, F simulacrum (εἴδωλον) hominis intellexit.

μεμιμημένον — καὶ γραφῇ καὶ ἔργῳ] Indicare voluit Herodotus, haec simulacra lignea hominum mortuorum ad verum maxime expressa esse tum picturâ, tum opere ipso. Unde patet, perperam in quibusdam libris exstare μεμιγμένον pro μεμιμημένον, haud insolito quidem errore; de quo Cr. conferri iubet Schaefer. ad Dionys. Halic. de compos. verbb. pag. 291. — γραφῇ, quod ad *simulacra coloribus inducta* refert Heynius, de *ipsa pictura* intelligendum esse monet Creuzerus comm. Herod. p. 17, ut II, 73. 86, ubi conf. nott. Cui obloquitur Siebelis. ad Pausan. V, 11 §. 2 cum hocce Herodoti loco ἔργῳ ad sculpturam, γραφῇ ad colores superinductos sit referendum. Nec tamen vir doctus mihi persuasit, qui caeterum de ipsa locutione (γραφῇ μεμιμημένον) pluribus locis a Pausaniâ imitando expressa plura collegit. Nos in clausula illud moneamus: hoc more universam gentis Aegyptiacae indolem animumque severum ac gravem optime declarari. Plura Creuzer. in Symbol. I pag. 415, qui idem ad h. l. adscripsit: „Conf. Böttiger. Ideen zur Archaeolog. d. Maler. I p. 55 sqq. ibiq. laudd. et conf. infra cp. 86 de arbore (συκαμίνῳ eiusque fructu συκομόρῳ vid. Strabon. XVII p. 823 s. p. 629 Tzsch.). De binis capsis mumiarum, altera ex pannis conglutinatis, altera ex ligno sycomori vid. Rouyer. in descript. de l'Egypt. X p. 219 et ibid. (t. II, 2 descr.) Iomard. sur les hypogées de Thèbes sect. X §. 8 pag. 350

γαθος ὅσον τε πάντῃ πηχυαῖον, ἢ δίπηχυν· δεικνὺς 140 δὲ ἑκάστῳ τῶν συμποτέων, λέγει· „Ἐς τοῦτον ὁρέ„ων, πῖνέ τε καὶ τέρπευ· ἔσεαι γὰρ ἀποθανὼν „τοιοῦτος.“ Ταῦτα μὲν παρὰ τὰ συμπόσια ποιεῦσι.

79 Πατρίοισι δὲ χρεώμενοι νόμοισι, ἄλλον οὐδένα 2 ἐπικτέωνται. τοῖσι ἄλλα τε ἐπάξιά ἐστι νόμιμα, καὶ δὴ καὶ ἄεισμα ἕν ἐστι, Λίνος, ὅσπερ ἔν τε Φοινίκῃ ἀοίδιμός ἐστι καὶ ἐν Κύπρῳ, καὶ ἄλλῃ· κατὰ μέν-

Carmina patria: Maneros, antiquissimum carmen, et idem quod Graecorum Linus.

---

seqq. — Nunc mumiarum arcas pictas, quales Herodotus describit, in conviviis Aegyptiorum adhibitas esse; nunc vero etiam eiusmodi mumiarum *pupas*, quales ex osse humano aliaque parte corporis confectae hodieque reperiuntur per Europae musea, atque hinc fortasse explicari posse Luciani (de luctu §. 21 tom. VII. pag. 217 ed. Bip.) locum, suspicatur Blumenbach. in den Beiträgen zur Naturgesch. II p. 142 seq.“

πάντῃ πηχυαῖον] πάντῃ Schweigh. reddit: *omnino, prorsus, plerumque.*

Cap. LXXIX.

πατρίοισι δὲ χρεώμενοι νόμοισι, ἄλλον οὐδένα κ. τ. λ.] νόμους priores interpretes explicarunt *cantilenas*, *hymnos*; Schweighaeuserus rectius intellexit *instituta ac mores*; quod alia ut taceam, vel sequens νόμιμα satis suadere videtur. Atque omnino hic locus non minus quam quae antecedunt et quae subsequuntur, ad Aegyptiorum instituta pertinet, cum quae carmina apud istam gentem in usu fuerint, contineat. ἐπάξια sunt *memorabilia*, *memoratu digna*, ut minime sit necesse scribere ἀξιαπηγητότατα, quemadmodum voluit Valckenarius.

Λίνος, ὅσπερ ἔν τε Φοινίκῃ ἀοίδιμός ἐστι] Secutus in loco valde vexato Schweigh. ac Gaisford., quos etiam secutum esse Matthiae video. Quod enim Reizius dedit, ὅπερ — ἀοίδιμόν ἐστι, omisso prorsus vocabulo Λίνος, id ex coniectura Wesselingii potius fluxit, quam librorum vetustorum ex auctoritate. Quare etiam in sequentibus tenui librorum lectionem: συμφέρεται δὲ ωὐτὸς εἶναι τὸν οἱ Ἕλληνες, ubi Reizius e Wesselingii coniectura ediderat: συμφέρεται δὲ τωυτὸ εἶναι τὸ οἱ Ἕλληνες. Scripsi denique cum recentt. Λίνος pro Λῖνος, ut olim vulgatum erat.

κατὰ μέντοι ἔθνεα οὔνομα ἔχει] i. e. *pro diversis gentibus diversum quoque* haec cantilena *nomen habet*. Distributivum usum praepositionis κατὰ attigimus ad I, 196.

τοι ἔθνεα οὔνομα ἔχει, συμφέρεται δὲ ὠυτὸς εἶναι
3 τὸν οἱ Ἕλληνες Λίνον ὀνομάζοντες ἀείδουσι. ὥστε
πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἀποθωυμάζειν με τῶν περὶ
Αἴγυπτον ἐόντων, ἐν δὲ δὴ καὶ τὸν Λίνον ὁκόθεν
ἔλαβον· φαίνονται δὲ ἀεί κοτε τοῦτον ἀείδοντες. 75
4 ἔστι δὲ Αἰγυπτιστὶ ὁ Λίνος καλεύμενος Μανέρως.

συμφέρεται δὲ ὠυτὸς εἶναι] i. e. *congruit vero ita, ut idem ille sit* (Linus) etc. Ubi sunt, qui ὥστε ante infinitivum omissum esse statuant, quemadmodum I, 13, ubi vid. nott. De nostro loco conf. Matth. Gr. Gr. pag. 1040. — Ad verbum συμφέρεσθαι conf. II, 80. Notat h. l. Struve spec. quaest. de dial. Herod. p. 26, ut in quo post ὠυτὸς καὶ, quod in talibus poni soleat, desit et simplici pronomini tantum sit locus, ut V, 88. VII, 6.

ἐν δὲ δὴ καὶ τὸν Λίνον ὁκόθεν ἔλαβον] Quod hisce vulgo adnectitur vocabulum τοὔνομα, omnibusque in libris scriptis comparet, iure nunc priorum editorum monitu deletum est. De ἐν δὲ δὴ καὶ conf. Viger. pag. 175.

ἔστι δὲ Αἰγυπτιστὶ ὁ Λίνος καλεύμενος Μανέρως] Aegyptiorum Lini, qui Maneros dicatur, meminit Plutarch. de Is. et Osir. §. 18 p. 357 fin. (ubi Cr. consuli vult Wyttenbach. not. pag. 193). Phoenicum regis filium fuisse scribit, qui Isidi, mariti obitum lugenti adstans, ipse prae dolore obierit; unde iam per omnem Aegyptum carmen audiri lugubre, quod Maneros appelletur. Alii astronomiae aliarumque scientiarum peritum dicebant iuvenem. Sed tesserarii quid in his inesse, vix negandum vel si nominis rationem perspexeris. Nam auctore Iablonskio vocc. Aegyptt. p. 128 seqq. *Maneros* indicat *filium* aut *subolem Menis* (i. e. aeterni), qui rex primus in Aegypto regnasse fertur. Quare haud absurdum, ipsum intelligere Horum sive Osiridem carmenque de eius fatis tristibus, obitu, sepulturâ, aliis huc spectantibus, quod in lugubri Osiridis festo per omnem Aegyptum cani solitum fuerit. Conf. Creuzer. Symbol. I pag. 446 seq. 466 seq., qui hic inprimis conferri vult: Iomard. in descript. de l'Egyp. livr. III antiqq. mém. t. I p. 368. Quale carmen a cantatore sacro, quem atra veste indutum in Thebaicis monumentis repraesentatum conspicimus, recitari, haud immerito idem suspicatur Creuzer. in epistolis Homerr. pag. 171. Ipsum iuvenem *Manerotem* in monumentis Aegyptiacis repraesentatum existimat Toelken. in Minutoli Reise etc. pag. 156 seq.

De *Lino*, qui in Cypro et apud Phoenices cani soleat, pri-

ἔφασαν δέ μιν Αἰγύπτιοι τοῦ πρώτου βασιλεύσαντος Αἰγύπτου παῖδα μουνογενέα γενέσθαι· ἀποθανόντα δ' αὐτὸν ἄνωρον, θρήνοισι τούτοισι ὑπ' 80
Αἰγυπτίων τιμηθῆναι· καὶ ἀοιδήν τε ταύτην πρώ-
80 την καὶ μούνην σφίσι γενέσθαι. Συμφέρονται δὲ καὶ τόδε ἄλλο Αἰγύπτιοι Ἑλλήνων μούνοισι Λακε-

Honor erga maiores natu, salutatio mutua.

---

marii loci sunt Pausan. IX, 29 (coll. Diodor. Sicul. III, 66). Conon. narratt. 19. Schol. ad Homer. Il. σ', 570 (ubi Cr. addit Heyn. observv. t. VII p. 550). Nam illis in regionibus Adonidem, qui et ipse iuvenis interfectus ferebatur, plangebant et lugubria in eius honorem festa habebant instituta; quibus quid veteres declarare voluerint, id eum non latebit, qui, quae Aegyptiorum festorum de Osiridis obitu ratio, perspexerit. Quid enim Aegyptiis Osiris, id fere Adonis Phoenicibus atque Cypriis. Ne multa, vid. Creuz. Symb. II p. 94 seq. Nec denique huc non pertinet Graecorum ille *Linus*, Apollinis qui fertur filius, ab Hercule occisus et carmine lugubri inde celebratus. Plura Creuz. l. l. p. 246. Quae omnia, si summam quaeras, nil aliud fere indicant, nisi carmen antiquissimum, quo, quae dii ipsi in terris pati cogantur, fata eorum tristia adeoque mors, quam ut homines (et pro hominibus) obire debeant, contineantur; quae ipsa ad physicas rationes naturaeve statum revocata solis constituent annuum cursum per hiemales menses quasi interruptum ac naturam ipsam quasi patientem ac dolentem, cum beneficâ solis vi careat; quale tempus lugubribus festis cum significarit antiquitas, hilaribus consentaneum est celebratum fuisse Solis illam vim victricem, quâ quotannis perficiat cursum suum ac verno tempore omnia ad vitam denuo quasi revocat et conservat. — De re musicâ Aegyptiorum veterum instrumentisque musicis Cr. consuli inprimis vult descr. de l'Eg. vol. II p. 328 et (de poësi ibid. p. 328) mém. livr. I p. 181 seqq. Alia in Symb. I p. 447 seq. laudantur.

καὶ ἀοιδήν τε ταύτην πρώτην καὶ μούνην] καὶ — τε hoc loco abundanter posita videntur; quem usum a Schaefero observatum, ab aliis negatum, denuo exemplis firmavit Stallbaum. ad Platon. Phileb. p. 144, teste Cr.

Cap. LXXX.

Συμφέρονται δὲ καὶ τόδε ἄλλο κ. τ. λ.] Spartae quae fuerit magna senum reverentia honosque, plures testantur scriptores veteres: Gellius N. Att. II, 15. Aristophan. Nub. 989. Plutarch. II p. 235, C. 237, C, alii, de quibus consul. Wes-

2 δαιμονίοισι. οἱ νεώτεροι αὐτῶν τοῖσι πρεσβυτέροισι συντυγχάνοντες, εἴκουσι τῆς ὁδοῦ καὶ ἐκτρά-
3 πονται· καὶ ἐπιοῦσι, ἐξ ἕδρης ὑπανιστέαται. Τόδε 141
μέντοι ἄλλοισι Ἑλλήνων οὐδαμοῖσι συμφέρονται· ἀντὶ τοῦ προσαγορεύειν ἀλλήλους ἐν τῇσι ὁδοῖσι, προσκυνέουσι κατιέντες μέχρι τοῦ γούνατος τὴν
81 χεῖρα. Ἐνδεδύκασι δὲ κιθῶνας λινέους, περὶ τὰ

Vestes lineae ac laneae : laneae vestes profanae.

---

seling. ad h. l. — In seqq. scripsi cum Gaisf. αὐτῶν pro αὐτέων.

εἴκουσι τῆς ὁδοῦ καὶ ἐκτράπονται] De structura conferas Matthiae Gr. Gr. §. 354, δ. Plura Valckenar. ad h. l. Inde frequens Pausaniae haec formula, notante Siebel. ad I, 44 §. 2. De forma ὑπανιστέαται vid. Matthiae l. l., pag. 409.

τόδε μέντοι ἄλλοισι Ἑλλήνων οὐδαμοῖσι συμφέρονται] Elegantem vocis ἄλλος usum aliquot exemplis illustravit, monente *Cr.*, Heindorf. ad Platon. Phaedon. pag. 234, cui adde sis Astium ad Plat. Phaedr. pag. 241, qui adiectivum in hisce pro adverbio (*omnino*, *prorsus*, *praeterea*) poni statuit.

ἐν τῇσι ὁδοῖσι, προσκυνέουσι] προσκυνεῖν de venerationis genere in deos aut reges adhibito plerumque dicitur, quo proni in terram sive humi procumbentes alios sive deos sive principes adoramus, maiestatem illorum venerantes. Quod apud Persas gentesque orientales praecipue obtinuisse satis constat. Tu vid. Cornel. Nepot. in Conon. III, 3 et quae ibi plurima attulerunt interpretes, non praetermisso Sturzio in lexic. Xenophont. III pag. 726. Conf. supra I, 134. II, 121.

Cap. LXXXI.

ἐνδεδύκασι δὲ κιθῶνας λινέους] Conf. ad I, 195. II, 37. Calasirin vestem, quam Aegyptii vocabant, tunicam fuisse interiorem perspicuum est, quae ipsum tegeret corpus, interulam sive subuculam, quae circa crura fimbriata erat et ad genua tantum pertingeret. Quod vocis ipsius origo confirmare videtur, si quidem *Kali* s. *Keli* indicat *genu*, *crus*, vestisque igitur indicatur, quae ad crura usque pertingit. Vid. Iablonsk. vocc. Aegyptt. pag. 102 seqq. recte observantem, eas vestes in permultis monumentis, quae etiamnum supersint, cerni posse. „Eiusmodi cirros in aliquot mumiarum Thebaicarum vestimentis repererunt docti Galli. Vid. Iomard. in descript. de l'Egypt. antiqq. sur les hypog. de Thèb. sect. X §. 8 pag. 340. Qui idem (p. 385) ad vocem κιθῶνας λινέας revocat hodieque usurpatam Aegyptiis vestem *milayeh* et ad εἵματα εὐρίνεα pallium Arabum *barnous*.“ *Cr.*

σκέλεα θυσανωτούς, οὓς καλέουσι καλασίρις· ἐπὶ
τούτοισι δὲ εἰρίνεα εἵματα λευκὰ ἐπαναβληδὸν φο-
2ρέουσι. οὐ μέντοι ἔς γε τὰ ἱρὰ ἐσφέρεται εἰρίνεα,
3οὐδὲ συγκαταθάπτεταί σφι· οὐ γὰρ ὅσιον. ὁμολο-
γέουσι δὲ ταῦτα τοῖσι Ὀρφικοῖσι καλεομένοισι καὶ

οὓς καλέουσι] Miratur Struv. spec. quaest. Herod. pag. 20, cui in plurali numero semper placuerit τούς, τάς, τά, cur hoc loco scripserit οὕς. Nec magis tamen equidem οὕς h. l. mutarim in τούς, quam II, 113 ὃ in τό, ut eodem viro docto placet. E libris scriptis nulla affertur lectionis varietas.

οὐ μέντοι ἔς γε τὰ ἱρὰ ἐσφέρεται εἰρίνεα] Hinc sacerdotes Aegyptii vestimenta linea gestant, semper recens lota, idque quam maxime curant, ut Noster scribit II, 37, ubi conf. not. „Scribit Hieronymus in catal. scriptt. eccles. p. 170, F ed. Francof. de Iacobo Apostolo: ἔθος δὲ ἦν αὐτῷ εἰσελθεῖν εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ἐσθῆτι ἐρεΐνῃ μὴ κεχρημένῳ, ἀλλὰ λινῇ.“ *Cr.* — Mox pro οὐδὲ, Werferum si audias in actt. phill. Monacc. I pag. 250, scribendum οὐ δὲ, seiunctim.

ὁμολογέουσι δὲ ταῦτα τοῖσι Ὀρφικοῖσι κ. τ. λ.] Verba καὶ Βακχικοῖσι, ἐοῦσι δὲ Αἰγυπτίοισι male in quibusdam libris scriptis omissa, retinuimus, ut dudum monuerunt Valckenarius, alii, ac nuper admodum Creuzerus commentt. Herodd. p. 167, qui in hac quorundam librorum lacuna manifesta vestigia audaciae Graeculorum, qui Bacchica sua sacra ab Aegyptiis repeti nollent, sibi deprehendisse videtur. Est enim insignis Nostri locus, cum alio (II, 49) quodammodo coniungendus, quo utroque necessitudinem declarat disciplinae, quà Graecorum vates ac philosophi tanquam alumni cum Aegyptiorum sacerdotibus ut suis magistris iungantur. Quod eo magis tenendum, quo illibatior Noster sit ab illa, quae postmodo floruit, cupiditate miscendarum religionum, quoque impensius id agat hoc in libro, ut quae Graeca, quae Aegyptia sint, seiungat ac distinguat (conf. Creuzerum l. l. p. 168. 172 seq.). Quare qui antiquissimos Graeciae sacerdotes Aegyptiis simillimos fuisse dixerit universa vitae ratione ac disciplina, is a vero non multum aberraverit (vid. Creuzeri Symbol. I pag. 254). Neque etiam doctrina ac religione differebant, adscitâ illâ quidem et repetitâ ex Aegypto. Nam Orpheum Aegyptium vulgo ferebant, Orphicosque inde aequales ac pares Aegyptiis; Bacchica vero sacra ex Aegypto advecta supra II, 49 iam Noster declaraverat, et hoc iterum admonet loco, verbis haud inconsulto additis: ἐοῦσι δὲ Αἰγυπτίοισι. Quod denique Pythagorica com-

Βακχικοῖσι, ἐοῦσι δὲ Αἰγυπτίοισι, καὶ Πυθαγορεί-
4 *οισι. οὐδὲ γὰρ τούτων τῶν ὀργίων μετέχοντα ὅσιόν*
ἐστι ἐν εἰρινέοισι εἵμασι θαφθῆναι. ἔστι δὲ περὶ 95
αὐτῶν ἱρὸς λόγος λεγόμενος.

82 *Καὶ τάδε ἄλλα Αἰγυπτίοισί ἐστι ἐξευρημένα· μείς τε καὶ ἡμέρη ἑκάστη θεῶν ὅτευ ἐστί· καὶ τῇ ἕκαστος ἡμέρῃ γενόμενος, ὁτέοισι ἐγκυρήσει, καὶ*

Menses et dies singuli sacrati: thema natalitium: prodigiorum observatio.

---

memorat, tenendum est, huius disciplinae instituta maximam partem repetita videri ex vetere Orphicorum disciplina ac doctrina; unde ipsum Pythagoram Orphicis mysteriis initiatum vulgo iactabant. His, quae summatim posui, plura atque accuratiora qui desideret, eum ablegatum volumus ad Creuzeri Symbol. III pag. 150 seq. 163 seqq. 171 seqq.

ὅσιόν ἐστι ἐν εἰρινέοισι εἵμασι θαφθῆναι. ἔστι δὲ περὶ αὐτῶν ἱρὸς λόγος λεγόμενος] Vid. II, 37, ubi primarium Plutarchi locum de Isid. et Osirid. p. 352, C. D iam laudavimus. Qui veram huius moris causam eam esse ponit, quod purum tangi a non puro sit nefas. Lana enim cum ex animalium excrementis nascatur minimeque inde ad pura pertineat, profecto non consentaneum eam ab iis gestari, qui quam maxime puri atque casti videri, et re vera puritati et corporis et morum studere debeant. Linum vero, quod e terra nascatur immortali, vestem exhibere puram ac tenuem, animalium immunditie et excrementis haud infectam nec ipsam animalia prae inmunditie gignentem. Quae insigni Apuleii loco in apolog. p. 495 optime confirmantur. Lanam, segnissimam corporis excrementum, pecori detractam, iam inde ab Orphei et Pythagorae aetate dicit profanum esse vestitum. Sed mundissimam esse lini segetem, inter optimas fruges terrae exortam etc.

Cap. LXXXII.

μείς τε καὶ ἡμέρη — ἐστί] Scil. ἱρή. Si recte disputavit Miot., Gallus Herodoti interpres, haec tantum de singulis cuiusque hebdomadis septem diebus intelligenda, neque de continua dierum serie per totum annum. Sunt vero haec arcte coniuncta cum universa Aegyptiorum religione, in qua plurima ad deos calendares et rationes astronomicas physicasque relata videmus. De quo exponere longum est. Conf. Creuzer. Symbol. I pag. 395 seq. Heeren. Ideen etc. II, 2 p. 158. Gesenius ad Iesai. XIX, 12 pag. 621. Letronne observatt. sur les zodiaq. pag. 58 seqq.

ὁτέοισι] Tres libri τέοισι, quod per se non damnandum iudicat Struve spec. quaest. de

2 ὅκως τελευτήσει, καὶ ὁκοῖός τις ἔσται. καὶ τού-
τοισι τῶν Ἑλλήνων οἱ ἐν ποιήσει γενόμενοι ἐχρή-
σαντο. Τέρατά τε πλέω σφι ἀνεύρηται ἢ τοῖσι
3 ἄλλοισι ἅπασι ἀνθρώποισι. γενομένου γὰρ τέρατος,
φυλάσσουσι γραφόμενοι τὠποβαῖνον· καὶ ἤν κοτε
ὕστερον παραπλήσιον τούτῳ γένηται, κατὰ τὠυτὸ
83 νομίζουσι ἀποβήσεσθαι. Μαντικὴ δὲ αὐτοῖσι ὧδε
διακέεται. ἀνθρώπων μὲν οὐδενὶ προσκέεται ἡ
2 τέχνη, τῶν δὲ θεῶν μετεξετέροισι. καὶ γὰρ Ἡρα-
κλέος μαντήϊον αὐτόθι ἐστὶ, καὶ Ἀπόλλωνος, καὶ
Ἀθηναίης, καὶ Ἀρτέμιδος, καὶ Ἄρεος, καὶ Διός·
καὶ ὅγε μάλιστα ἐν τιμῇ ἄγονται πάντων τῶν μαν-
3 τηΐων, Λητοῦς ἐν Βουτοῖ πόλι ἐστί. οὐ μέντοι αἵ
γε μαντήϊαί σφι κατὰ τὠυτὸ ἑστᾶσι, ἀλλὰ διάφο-

Divinationem solis Diis quibusdam attribui.

---

dial. Herod. p. 49. Sed ὁτέοισι, ut idem bene addit, a maiori sex codd. numero defenditur.

ὁτέοισι ἐγκυρήσει] i. e. *in quae incidat, quae ei accidant* s. *quae futura eius sint fata.* De significatione verbi plura Valckenar. ad h. l. et Lennep. ad Phalarid. epist. pag. 234. — Mox οἱ ἐν ποιήσει γενόμενοι sunt *qui poësin tractant, in poësi occupati, versati sunt.* Conf. Matthiae Gr. Gr. pag. 1040. Atque documento esset, ut censet Letronne l. l. pag. 58 seq. not., hic locus, poëtas Herodoto priores similibus prognosticis usos esse, nisi multo foret verisimilius, historicum doctrinam Aegyptiacam, quà obiter tantum fuerit imbutus, confudisse cum prognosticis ex lunae vi captis, quae iam apud Hesiodum inveniantur.

Τέρατά τε πλέω σφι] Gaisf. edidit πλέα, haud scio unde. Quare reliqui πλέω. Pro σφι olim σφιν.

Cap. LXXXIII.

ἀνθρώπων μὲν οὐδενὶ προσκέεται κ. τ. λ.] Sacerdotes cum diis quibusdam solis oracula adscriberent, eo ipso suam vim et auctoritatem egregie firmasse censendi sunt. Et omnino neminem fugit, quantum valuerint oracula ad sacerdotum imperium et propagandum et tuendum. De quo, Aegyptiorum in rebus, monuit Heeren. l. l. p. 190. Cr. confert praeterea Gesen. ad Iesai. XIX, 3 p. 604. — In seq. ad locutionem ἐν τιμῇ ἄγονται conf. I, 134 et de ipso oraculo II, 155.

αἵ γε μαντήϊαι] i. e. (expli-

84 ροί εἰσι. Ἡ δὲ ἰητρικὴ κατὰ τάδε σφι δέδασται. μιῆς νούσου ἕκαστος ἰητρός ἐστι, καὶ οὐ πλεόνων.
2 πάντα δ' ἰητρῶν ἐστὶ πλέα. οἱ μὲν γὰρ, ὀφθαλμῶν ἰητροὶ κατεστέασι· οἱ δὲ, κεφαλῆς· οἱ δὲ, ὀδόντων· οἱ δὲ, τῶν κατὰ νηδύν· οἱ δὲ, τῶν ἀφανέων νούσων.

Medici alii alius morbi.

85 Θρῆνοι δὲ καὶ ταφαὶ σφεων, εἰσὶ αἵδε. τοῖσι

Luctus in morte propinquorum.

---

cante Schweigh.) *modus*, *quo reddebantur oracula*.

Cap. LXXXIV.

μιῆς νούσου ἕκαστος ἰητρός ἐστι] Artem medicam cum a sacerdotibus exercitam esse constet, vel inde summa huius artis cum astrologia coniunctio apparet, quoniam universa corporis humani descriptio ad astrologiam relata singulaeque corporis partes ad singulos deos astronomicos revocatae erant. Unde factum, ut quemadmodum partibus singulis singuli praeessent dii, ita etiam earum affectionibus ac morbis singuli prospicerent medici sive sacerdotes. Quamquam iure statuendum videtur, Aegyptiorum artem magis diaeteticam quam vocant fuisse, quam veram medendi artem. Unde etiam explicantur accurata illa inferioris conditionis hominibus dari solita praecepta, qualia supra invenimus II, 77. Tu conf. Heeren. II, 2 pag. 165 seq. Creuzer. Symbol. I pag. 395. Ex iis, quae Wesselingius attulit ad h. l., inprimis conf. Maxim. Tyr. disser. XXXIV, 1 p. 403, qui Herodoti locum ante oculos habuisse videtur.

Cap. LXXXV.

Θρῆνοι δὲ καὶ ταφαὶ σφεων, εἰσὶ αἵδε] Sequitur locus maxime memorabilis de sepulturà veterum Aegyptiorum, quem cum accuratissime tractaverit Creuzerus in commentt. Herodd. cap. I potiora hinc ad Herodoti verba singula illustranda totumque morem rite perspiciendum transferamus. Post Creuzerum nonnulla quoque attulit Minutoli in: Nachträge etc. p. 194 seqq., quibus suo loco utemur. Hic in universum monemus et ex Minutoli libro l. pag. 191 seq. repetimus, morem istum condiendi cadavera, perquam vetustum, non solum priscas apud gentes quas novimus obtinuisse, verum etiam in regionibus recens detectis apud Peruanos atque Mexicanos reperta esse cadavera similem in modum, quo apud Aegyptios fiebat, condita atque reposita. Causas vero, quae Aegyptios commoverint, ut tam operose condirent defunctorum cadavera, plures exstant; de quibus vid. excursum ad h. l.

ἂν ἀπογένηται ἐκ τῶν οἰκηΐων ἄνθρωπος, τοῦ τις καὶ λόγος ᾖ, τὸ θῆλυ γένος πᾶν τὸ ἐκ τῶν οἰκηΐων τούτων κατ' ὦν ἐπλάσατο τὴν κεφαλὴν πηλῷ ἢ
2 καὶ τὸ πρόσωπον. κἄπειτα ἐν τοῖσι οἰκίοισι λιποῦ- 142
σαι τὸν νεκρὸν, αὐταὶ ἀνὰ τὴν πόλιν στρωφώμεναι, τύπτονται ἐπεζωσμέναι, καὶ φαίνουσαι τοὺς μαζούς·

τοῖσι ἂν ἀπογένηται ἐκ τῶν οἰκηΐων ἄνθρωπος] Edidit Schweigh. (quem Gaisford. secutus est) et hoc loco et sequenti οἰκίων a τὰ οἰκία, quae sint *aedes*. Equidem nihil caussae vidi, cur a vulgata, libris probata (nisi quod unus affert οἰκιέων) discederem. Intelligit Noster *unum ex familiaribus*, *ex familia*. In verbis subsequentibus τοῦ τις καὶ λόγος ᾖ, Werferus (actt. phill. Monacc. I pag. 256) desiderat particulam ἂν, post τοῦ inserendam, quoniam huiusmodi sententia relativa per coniunctivum sine ἂν efferri nequeat. Sed cautius Matthiae Gr. Gr. §. 527 not. 2 locum vel in iis censendum esse putat, in quibus praeter regulam rarius omittatur particula, vel ita explicandum, ut ex proxime antecedentibus particula huc quoque referatur.

κατ' ὦν ἐπλάσατο τὴν κεφαλὴν πηλῷ ἢ καὶ τὸ πρόσωπον] De tmesi κατ' ὦν ἐπλάσατο cf. II, 70 fin. II, 39. 40. Hoc loco cur medio verbo Noster sit usus, attentum lectorem non latebit. Nam *sibi oblinunt luto caput aut ipsam etiam faciem.* πηλὸς dicitur *terra liquore affuso subacta*, ut pluribus monet Creuzerus. Conf. II, 36. 70.

αὐταὶ — στρωφώμεναι] αὐταὶ dedimus cum recentt. pro vulg. αὗται; quod huc non pertinet.

τύπτονται ἐπεζωσμέναι] τύπτονται ut II, 61. ἐπεζωσμέναι est, explicante Wyttenbachio in selectt. hist. p. 355, *insuper cinctae* i. e. *cingulo supra reliquas vestes addito;* ita ut Aegyptiae, in luctu pectora nudantes, quo ea plangerent, cingulum, ne scilicet ulterius etiam nudaretur corpus, circa extremam corporis nudati partem adsumserint. Maluit tamen Fea (ad Winckelmann. opp. I p. 333 ed. Dresd.) locum ita intelligere, ut intra vestem fasciam s. cingulum assuerint Aegyptii, quales in anaglyphis Aegyptiacis vetustis reapse conspiciuntur homines seminudi, cingulo intra vestes alligato. Sed hoc foret ὑποζώννυσθαι, a nostro loco alienum. Magis huc faciunt alia anaglypha, quorum notitiam doctis debemus Gallis. Repraesentant illa feminas funus ducentes plangentesque, quae pectora nudant, ita tamen ut cingulum valde tenue et angustum medium corpus cir-

3 σὺν δέ σφι αἱ προσήκουσαι πᾶσαι. ἑτέρωθεν δὲ
4 οἱ ἄνδρες τύπτονται, ἐπεζωσμένοι καὶ οὗτοι. ἐπεὰν
δὲ ταῦτα ποιήσωσι, οὕτω ἐς τὴν ταρίχευσιν κομί-
86 ζουσι. Εἰσὶ δὲ οἳ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ κατέαται, καὶ
2 τέχνην ἔχουσι ταύτην. οὗτοι ἐπεάν σφι κομισθῇ

Triplex condiendi cadaveris ratio: qualis prima: gummi pro glutine.

---

cumdet. Conf. Costaz. in mém. (descript. de l'Eg.) I pag. 74. Plura Cr. l. l. Quae etiam explicant Diodori verba de lugentibus Aegyptiis I, 72: καὶ περιεζωσμένοι σινδόνας ὑποκάτω τῶν μαστῶν.

καὶ φαίνουσαι τοὺς μαζούς] Iam Homerus Od. XVIII, 67 φαίνειν μηρούς dicit, eoque etiam pertinent Spartanae φαινομηρίδες, monente Cr., qui l. l. praeter alia haec addidit: „Caeterum hunc planctum Aegyptiorum propter defunctos Moses etiam agnoscit in Iosephi pietate memoranda Genes. L, 1 seqq. Et Babyloniorum similes lamentationes ea in re fuisse perhibet Herodotus I, 198 (ubi vid. nott.). Alia de huiusmodi mulierum planctu e peregrinationum libris congessit Heynius in spicileg. antiq. mum. in commentt. soc. Gott. III p. 80 sqq. Magis nos advertere debet illud, quod eosdem lugendi plangendique ritus hodieque per Aegyptum obtinere docti Francogalli testantur, quales et Herodotus descripsit et picturae illae Thebaicae in sepulcris ante oculos ponunt. Vid. Royer. et Iomard. in descr. de l'Eg. livr. X p. 43 et antiqq. II p. 383." —

οὕτω ἐς τὴν ταρίχευσιν κομίζουσι] i. e. *ad condiendum efferunt*, ut II, 89 διδοῦσι ταριχεύειν. Ac probabile est, in singulis vicis pagisque fuisse aedificia, ubi cadavera condirentur, plura etiam in qualibet urbe maiore. Verbum ταριχεύειν, quod de quolibet salsamenti genere usurpatur, proprium dein universo huicce negotio condiendorum cadaverum adhaesit. Plura Creuzerus.

Cap. LXXXVI.

οἳ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ κατέαται] κατέαται Ionica forma pro κάθηνται ut I, 199. Explicat Valckenarius: *occupati in aliqua re*, et locutionem καθῆσθαι ἐπί τινι de *artificibus sellulariis, in officina sua sedentibus et operantibus* usitatam, aliquot illustrat exemplis. Quare hoc loco κατατετάχαται, quod Vallae versio expressit, quodque in Sancrofti libro vetusto comparet, et simili denique loco I, 191 firmari posse videtur („*qui ad hoc ipsum constituti erant;*" nam publica lege designati, quibus funerum cura, teste Diodoro I, 91), quibusdam placiturum video; nisi, quae mea est sententia, ipsius vocis primitivae videatur interpretamentum male dein in textum receptum. Nec denique inhonestum vocabulum, si taricheutas ipsos, inferiorem-

νεκρὸς, δεικνύασι τοῖσι κομίσασι παραδείγματα νε-
κρῶν ξύλινα, τῇ γραφῇ μεμιμημένα. καὶ τὴν μὲν
σπουδαιοτάτην αὐτέων φασὶ εἶναι, τοῦ οὐκ ὅσιον
ποιεῦμαι τὸ οὔνομα ἐπὶ τοιούτῳ πρήγματι ὀνομά-
3 ζειν. τὴν δὲ δευτέρην δεικνύασι ὑποδεεστέρην τε
ταύτης καὶ εὐτελεστέρην· τὴν δὲ τρίτην, εὐτελεστά-

---

que eorum conditionem consideres. Conf. II, 89.

δεικνύασι τοῖσι κομίσασι παραδείγματα νεκρῶν ξύλινα, τῇ γραφῇ μεμιμημένα] Intelligit exemplaria s. simulacra mumiarum lignea, picturâ inducta et quidem eâ, quae Isidem, Osiridem ut plurimum, aliasve res sacras exhiberet. De locutione τῇ γραφῇ μεμιμημένα, qua indicat simulacra ista sic picta fuisse, ut picturâ verum maxime imitarentur atque exprimerent, conf. II, 78 ibiq. not.

καὶ τὴν μὲν σπουδαιοτάτην] Scil. ταρίχευσιν; *praestantissimam* enim intelligit condiendi rationem. Cum enim tria hic ponat genera condiendi, illud observandum, cuiusvis classis modos videri fuisse complures, uti testantur mumiae adhuc quae supersunt. [Quare non mirum, a nuperrimo Aegyptiarum terrarum peregrinatore, quinque classes esse observatas. Vid. Minutoli Nachträge etc. p. 199. Add. Belzoni voyage en Egypte t. I p. 269 seqq.] Quod vero Heynius l. l. pag. 82 rectius a Diodoro traditum putat; *sumtuum* ad unumquodque conditurae genus necessariorum *rationem* a taricheutis fuisse propositam defunctorum necessariis, Herodoto sic patrocinatur Zoëga (de obell. p. 252 not. 15), ut moneat cogitari posse singula lignea exempla fasciis pro cuiusque conditurae ratione diversis involuta fuisse, unde ex cuiusvis mumiae adspectu vel ex picto mumiae schemate distingueretur, cuius esset classis. Et comprobat Herodoteam narrationem tabula e sepulcris Ilithyiopolis eruta, quae hoc negotium bene expressum nobis ante oculos ponit. Haec Creuzerus l. l. p. 18 et tab. nr. 1. Caeterum constitit haec prima ratio condiendi talento Attico, teste Diodoro I, 91, quod 1200 thaleros Saxonicos fere aequat; altera ratio viginti minis constitit.

τοῦ οὐκ ὅσιον ποιεῦμαι τὸ οὔνομα κ. τ. λ.] Cogitandum est de *Osiridis* simulacro in mumiae formam composito; ut intelligitur tum ex diserto Athenagorae testimonio in legat. pro Christ. cp. 25 p. 32, tum ex ipsius Herodoti locis inter se collatis II, 61. 132. 170 seq. Arguunt etiam ipsae Osiridis imagines vel in sepulcris repertae vel in mumiarum picturis exhibitae. Plura Creuzerus.

την. φράσαντες δὲ, πυνθάνονται παρ' αὐτῶν κατὰ
ἥν τινα βούλονταί σφι σκευασθῆναι τὸν νεκρόν.
4 οἱ μὲν δὴ ἐκποδὼν, μισθῷ ὁμολογήσαντες, ἀπαλ-
λάσσονται· οἱ δὲ ὑπολειπόμενοι ἐν οἰκήμασι, ὧδε
5 τὰ σπουδαιότατα ταριχεύουσι. πρῶτα μὲν σκολιῷ
σιδήρῳ διὰ τῶν μυξωτήρων ἐξάγουσι τὸν ἐγκέφα-
λον, τὰ μὲν αὐτοῦ οὕτω ἐξάγοντες, τὰ δὲ ἐγχέον-
6 τες φάρμακα, μετὰ δὲ, λίθῳ Αἰθιοπικῷ ὀξέϊ παρα-

κατὰ ἥν τινα βούλονταί σφι κ. τ. λ.] Supple ταρίχευσιν. Struve scribi vult κατ' ἥντινα. Vid. not. ad II, 24.

οἱ μὲν δὴ ἐκποδὼν — ἀπαλλάσσονται] Obloquitur Diodorus l. l., populo coram solemnibusque ritibus adhibitis qui dicit condituram esse perpetratam; quod cum Herodoto sic forsan conciliari poterit, ut, cadavere tradito, necessariis abire *licuerit*. Ita Zoëga de obeliscc. p. 256 et Creuzerus l. l. p. 20. 21.

οἱ δὲ ὑπολειπόμενοι ἐν οἰκήμασι] οἱ δὲ sunt taricheutae, cum οἱ μὲν in antecedentibus sint defuncti necessarii; ἐν οἰκήμασι i. e. *non suis in aedificiis*, sive *defunctorum in aedibus*, sed in aedificiis illis publicis ad condienda cadavera destinatis, quo mortuos hunc in finem detulerint. Vid. II, 85 fin.

ὧδε τὰ σπουδαιότατα ταριχεύουσι] i. e. κατὰ τὴν σπουδαιοτάτην ταρίχευσιν, ut monet Schweighaeuserus.

σκολιῷ σιδήρῳ] Huiusmodi cultros ex aere (Bronze dicunt) elaboratos complures se vidisse adeoque secum in Germaniam attulisse testatur Minutoli Nachträge etc. pag. 195 not. 1.

διὰ τῶν μυξωτήρων ἐξάγουσι τὸν ἐγκέφαλον] Cerebri per nares educti cum nulla apud Diodorum mentio, Herodoteam narrationem haud pauci in examen vocantes, eam prorsus congruam ac veram invenerunt; inque mumiis ipsis partes narium ferro laesas reperiri testati sunt. Vid. Creuzer. l. l., qui inprimis laudat Blumenbach. in Gott. Magaz. I p. 135 et Beitrage zur Naturgesch. I p. 131 ed. sec. Royer. et Iomard. in descr. de l'Eg. ant. vol. II p. 215. 344.

τὰ δὲ ἐγχέοντες φάρμακα] Medicamenta haec qualia fuerint, ex resina aliisque materiis in cranio mumiarum repertis colligere licet; quamquam illud quidem mirum, aliis in craniis plurimam, in aliis prorsus nullam esse repertam. Vid. Creuzer. l. l. ibique Blumenbach. l. l. p. 93 et Gmelin. in comm. soc. Gott. IV pag. 4 seqq.

λίθῳ Αἰθιοπικῷ] His paria quidem Diodorus I, 91. Lapidem ipsum ad secandum cadaver adhibitum ex eo genere

σχίσαντες παρὰ τὴν λαπάρην, ἐξ ὧν εἷλον τὴν κοι-

volunt esse, quod Strabo (XVII p. 808 s. 1158) Syenen inter atque Philas se reperisse testatur nigrum ac durum; quae durities certe valde congruit ei usui, cui Herodotus adhibitum esse illum scribit. Et reperti sunt utique in mumiis eiusmodi cultri ex Aethiopico s. Syenita lapide confecti. Vid. Creuzer. l. l. ibiq. Caryophil. de marmorr. pag. 38 seq. Böttiger. Ideen z. Arch. d. Maler. pag. 72 coll. Blumenbach. in Gott. Magaz. I p. 139.

παρασχίσαντες παρὰ τὴν λαπάρην] „Qui hoc faciebat, hinc παρασχίστης dicitur Diodor. I, 91. — Λαπάρην dicit partem mollem inter ossa pectoris et ossa ilium interiectam. — Illud memorabile, ab Herodoto unam tantummodo incisionem agnosci sub costarum parte factam; contra in picturà ex mumiae involucro desumtà apud Kircher. Oed. Aeg. III pag. 512, quam nuper exhibuerunt editores Winckelmann. hist. art. I tabul. 2, incisio fit supra umbilicum, nec minus Gryphius mumiam Wratislaviensem in lineà albâ incisam refert p. 52. Quae si admittas, quo Herodoti fidei patrocineris, binas incisiones in uno eodemque cadavere factas dixeris necesse est. At vero praestat in medio relinquere, quae ex recentioribus et partim fortasse mangoniis mumiis referuntur, et circumspicere potius germanas ex Thebaicis sepulcris erutas. Atque in iis unam duntaxat incisionem offenderunt Francogalli eamque in sinistrà corporis parte factam, ut est apud Diodor., testantibus Villoteau ap. Silvest. de Sacy ad Abdallatif. Rel. de l'Eg. tom. I p. 20 et Royer. in descript. de l'Eg. livr. X p. 215. Quorum hic mumias etiam reperit, quae nullum incisionis vestigium exhiberent.“ Creuz. l. l.

ἐξ ὧν εἷλον τὴν κοιλίην πᾶσαν] κοιλία ventrem quidem et alvum significat, indeque etiam intestina, quae alvo continentur. Sed cave credas Herodoti eam esse sententiam, ac si intestina, ex alvo exemta, dein purgata ac vino eluta, rursus in cavitate ventris fuerint reposita; prout viri quidam docti censuerunt. Quem enim κοιλίη (*alvus*) primo loco utique indicet *intestina*, quae fuerint exemta, in verbis ἐκκαθήραντες δὲ αὐτὴν κ. τ. λ. vocem αὐτὴν ad κοιλίην quidem referendam esse patet, sed ita ut κοιλίη intelligatur *cavitas* ventris, a qua intestina ac viscera erant exemta. Ad hanc igitur cavitatem ventris referenda sunt, quae de expurgatione, elutione et extersione alvi Noster scribit, minime ad intestina ipsa, quibus quid factum sit, postquam exemta fuerint, egregius docet Porphyrii locus de abstin. an. IV, 9 (10) p. 329 seq. Rhoer. singulari cura tractatus a Creuzero l. l. pag. 31 seq. Iustam vero Herodotei loci interpretationem, quam dedimus, Schweighaeusero debemus.

λίην πᾶσαν· ἐκκαθήραντες δὲ αὐτὴν, καὶ διηθήσαντες οἴνῳ φοινικηΐῳ, αὖτις διηθέουσι θυμιήμασι 7 τετριμμένοισι. ἔπειτα τὴν νηδὺν σμύρνης ἀκηράτου τετριμμένης, καὶ κασίης, καὶ τῶν ἄλλων θυω-

---

διηθήσαντες οἴνῳ φοινικηΐῳ] i. e. *eluunt vino palmeo;* in quo cum Nostro plane facit Diodorus I, 91. De vino e palmis parato diximus ad I, 193. Magna palmarum in Aegypto fuit copia, neque tamen illarum ea praestantia atque in Asia. Plura Creuzer. l. l.

θυμιήμασι τετριμμένοισι κ. τ. λ.] „Horum aromatum proventum, in Arabia felicissimum ac percipiendi modum ipse Noster describit III, 107. 110. 111. — Atque Gmelinus (l. l. p. 18) in his Herodoti verbis docet bina nobis tenenda esse: primum, adhibita fuisse *herbas* et *succos* aromaticos odoratosque; alterum hoc, ventris cavum non perfusum esse materiâ condiente, sed *subtilissimo per colum* sive *cribrum traiecto eius pulvere repletum;* quod intelligatur e verbis θυμιήμασι τετριμμένοισι et τετριμμένης. De herbarum autem pulvere cogitat etiam Heynius (comment. soc. Gott. IV p. 18), in hoc tamen falsus, quod viscera in alvo reponenda eo pulvere adspersa putat. In alia omnia abit Rouellus in memm. acad. Par. scientt. ann. 1750 p. 120 seqq. Negat enim pulverem aromatum in viscera iniectum; eiusque rei duas caussas adfert; neque enim idoneum esse solum pulverem eiusmodi siccandis corporibus, neque vero reperiri eius pulveris reliquias in mumiis. Contra haec disputat Lauthius in histoir. de l'anatom. vol. I p. 20 seq. et oblocutus priori argumento hoc alterum ita infringit, ut dicat: pulverem eum adhibitum esse nonnisi pretiosissimo generi condiendorum corporum eaque cadavera medicata perrara esse, proinde facile potuisse fieri, ut Rouellus hoc genus mumiarum non viderit. Haec Lauthius, recteque si quid video. Nam quae per Europam asservantur mumiae, eae pleraeque herbarum ipsarum aliarumque rerum farragine repletae sunt. Atqui ex istiusmodi centonibus haudquaquam pendet auctoritas Herodoti, ut qui in Thebaide hypogaeisque Regum alias mumias spectaverit. Caeterum in exitu iuvat adscribere verba Appuleii in apolog. p. 295 Elmenh.: — ut si *thus* et *casiam* et *myrrham* ceterosque id genus odores *funeri* tantum emptos arbitreris, cum et *medicamento* parentur et sacrificio.“ Creuz. l. l. pag. 36. 37.

τὴν νηδὺν σμύρνης ἀκηράτου τετριμμένης—πλήσαντες] νηδὺν hic quoque dicit cavum ventris, intestinis exenteratis.

σμύρνης ἀκηράτου τετριμ-

μάτων, πλὴν λιβανωτοῦ, πλήσαντες, συῤῥάπτουσι 8 ὀπίσω. ταῦτα δὲ ποιήσαντες, ταριχεύουσι λίτρῳ,

---

μένης] Myrrham *ἀκήρατον* hanc, i. e. *puram*, *illibatam* (conf. Creuzeri laudd. de hac voce) Creuzerus l. l. comparat cum eo, quod in Exod. 30, 23 dicitur ἄνθος σμύρνης ἐκλεκτῆς, i. e. (explicante Michaele) succus myrrhae *sponte fluentis*, neque incisione aliqua eductus; qui inde sit generosior, ex Africae nimirum arbusculâ acaciarum consimili emanans. Plura citat Creuzerus l. l., itemque admonet Evang. Ioann. 19, 39, ubi myrrha condiendo Iesu corpori inservit. Quo de loco uberrime disputavit in Plin. exercc. Salmasius; et mumiarum quoque mentionem ita fecit, ut discrimen monstraret inter exenterata cadavera Aegyptiorum et pollincta tantummodo, qualia apud Iudaeos fuere.

καὶ κασίης, καὶ τῶν ἄλλων θυωμάτων] Herodotea *cassia* est κασία σύριγξ s. *cassia fistula* (canelle) et vero fortasse *laurus cassia* Linn. consimilis cinnamomo', quo ipso condita Aegyptiorum cadavera prodit Diodorus l. l. Vid. Herod. III, 107. 110 et Creuzeri laudd.— θύωμα ab eo, quod antecedit, θυμίημα nonnisi forma differre, recte monet Ruhnken. ad Timaei lex. Plat. p. 143. Adde alios a Creuzero laudatos, quo et huius vocis et antecedentis θυμίημα integritas intelligatur. Mox de *thure*, quod λιβανωτοῦ nomine intulit, vid. III, 107. Plura *Cr.*, unde haec adscribimus: „Elicitur autem ex arbore thuriferâ, quam pro *Iunipero Phoeniciâ* s. *thuriferâ* habent nonnulli, succus duplex: maior s. *stagonias*, et minor s. *orobias*; vid. I. H. Voss. ad Virgil. Georg. II, 117. Eclog. VIII, 65."

ταριχεύουσι λίτρῳ] λίτρον Atticos dicere, νίτρον seriores, monet Moeris Grammaticus, ubi vid. Piersoni not. pag. 246. Est vero satis nunc cognitum, non esse hoc salis genus, sed istud, quod *natrum* et *alcali minerale* nunc vocamus (mineral-alkalisches Salz), quod variis in regionibus, australibus praesertim, invenitur, et saponi conficiendo inservit, quoque hodie etiam per Aegyptum lintea purgantur. Vid. Theophrast. de ign. p. 434 (Schneider. Eclogg. physs. p. 154 et nott. pag. 90 ibiq. Beckmann. ad Aristotel. mir. auscc. LIV p. 111 et ad Antigon. Carist. p. 216. *Cuius* ipsius cum nulla fiat apud Diodorum mentio, neque etiam eius certum vestigium in mumiis chemica exploratione perquisitis appareat, dubitarunt viri docti nec quidquam certi pronuntiare voluerunt. Sed nuperrime testatus est Blumenbachius (Beiträge z. Naturgesch. II pag. 53. 87 s. 113) se natri haud ambigua in cadaveribus Aegyptiorum medicatis vestigia offendisse, neque carnem solum, verum etiam

κρύψαντες ἡμέρας ἑβδομήκοντα· πλεῦνας δὲ τούτων οὐκ ἔξεστι ταριχεύειν. 9 ἐπεὰν δὲ παρέλθωσι αἱ ἑβδομήκοντα, λούσαντες τὸν νεκρὸν, κατειλίσσουσι πᾶν αὐτοῦ τὸ σῶμα σινδόνος βυσσίνης τελαμῶσι

---

spondylos natro arrosos vidisse. Atque natrum ob calidam naturam efficax ad siccandum; ita ut, cum iam antea aromata in cadaver infusa per se absorbere exsiccareque par sit, quidquid humoris in cavitatibus reliquum sit, nil impediat, quo minus corpus sic conditum et sale alcalico etiam prorsus exsiccatum, per septuaginta dies adeo indurescat, ut a putredine nihil sit metuendum. Quod vero quis opinatus est, natri post immissi eam futuram esse vim, ut quidquid in illis aromatibus efficacitatis inesset ad conservandum corpus, id omne fere per illud postea accedens in saponem converteretur et ad nihilum redigeretur, hoc satis iam explosit Lauthius in anatomiae histor. I p. 20 seq. docens, nunquam saponem inde effici si quis salem alcalicum cum resinâ (cedriâ) confuderit et commiscuerit. Haec fere summa est eorum, quae disputavit Creuzer. l. l. p. 41—45.

κρύψαντες ἡμέρας ἑβδομήκοντα· πλεῦνας δὲ τουτέων κ. τ. λ.] πλεῦνας scil. ἡμέρας. Fuere, quibus hoc septuaginta dierum spatium iusto longius videretur, ita ut non ad salitionem tantum, verum ad universam condituram vel omne luctus tempus eas referri mallent, praesertim cum Diodorus *quadraginta* aut *triginta* ponat dies, quibus etiam Iacobi Patriarchae conditaram absolutam esse legimus in Genes. L, 3. Conf. Wesseling. ad Diodor. I, 91. Zoëga de obeliscc. p. 253. Heyne spicileg. mumm. pag. 8. Sed tale quid minime iusta Herodoteorum verborum interpretatio patitur, ex qua septuaginta dies ad hanc salitionem unice pertinuisse statuendum est. Nec excedere debebant hoc spatio, quia, natro diutius incluso, periculum erat, ne solidiores quoque corporis partes dissolverentur; unde etiam lotio dein adiecta, quo natri vasorumque lymphaticorum reliquiae abstergerentur a cadavere. — Plura Creuzer. l. l. admonens de vi *siccandi*, quae in natro inest. Quo ipso omnis tollitur difficultas. Neque hic quoque negligendum, operosissimam et praestantissimam h. l. conditaram a Nostro commemorari.

κατειλίσσουσι πᾶν αὐτοῦ τὸ σῶμα σινδόνος βυσσίνης τελαμῶσι κατατετμημένοισι] i. e. *totum corpus sectis ex sindone byssinâ fasciis involvunt. Sindonem* (quam vocem ab Hebraico סָדִין repetunt) linteum dici tenuissimum, ex quo interiores tunicae conficiebantur, vulgo notum. Conf. Iablonsk. vocc.

κατατετμημένοισι, ὑποχρίοντες τῷ κόμμι, τῷ δὴ 143

Aegyptt. p. 297 seqq. et Creuzeri laudd. p. 46. Quum vero hoc loco sindonem βυσσίνην dicat Noster, plurimi hoc pro *cotoneo* acceperunt, nonnulli *linteos* intellexere pannos, quibus et ipsis involutae repertae sunt mumiae, quamvis alii hoc prorsus negatum vellent. Sed Iomardus (descr. de l'Eg. antiqq. II, 10 §. 8 p. 339) ut plurimum *cotoneum* a se repertum in sepulcris dicit; quos linteos in hypogaeis insulae Philarum pannos offenderit, eos pauperrimis amiciendis inserviisse; quare vix dubitandum, quin h. l. *cotoneum* intelligi voluerit Herodotus, qui si de linteis fasciis cogitasset, hoc ipso vocabulo usurus fuisset, ut supra II, 81, ubi tunicas commemorat linteas. Et quae circa Thebas nuper reperta sunt operose condita cadavera, ad primam classem haud dubie referenda, ea plurimum cotonei exhibuerunt. Plura Creuzerus l. l. — τελαμῶνας dicit *fascias dissectas*, quod additum κατατετμημένοισι satis arguit, atque Pausaniae Nostrum imitantis usus II, 11 §. 4, quod haud fugit Siebel. Add. Salmas. ad Vopisc. Aurelian. p. 422 (vol. II). Alii *lora* interpretantur, ad rem haud falso, quamquam vocabulo minus hac in re solemni atque usitato. Videas Creuzer. Summum vero artificium, quod in amiciendis cadaveribus adhibuerint veteres Aegyptii, satis nunc mumiarum reliquiae indicant, quas haud minori cura illustrarunt docti Galli. Unde, alia ut taceam, apparet, super fasciis applicita esse duplicia tripliciave ac saepe plura etiam integumenta e cotoneo contexta, atque in his demum integumentis picturas esse exhibitas varii generis. De quibus cum plane taceat Noster strictim tantummodo summatimque narrans hanc cadaverum fasciis involvendorum rationem, id ante omnia tenendum, illam haud caruisse interiore quadam atque insigniore significatione, et Aegyptiorum cum mysteriis coniunctam fuisse; de quibus cum silentium sibi imposuerit Noster, non mirum, eum tam strictim et levi quasi brachio haec attigisse. Vid. Creuzerum l. l. ibique Iomard. (descr. de l'Eg. antiqq. II sect. X §. 8 pag. 338 seq. Royer. ibid. X p. 219); add. Minutoli Nachträge etc. p. 200 seqq.

ὑποχρίοντες τῷ κόμμι] Scil. τελαμῶνας, ita ut *fasciae* intelligantur *gummi sublitae*. Κόμμι sive gummi Arabicum ex spinâ manans simillimâ loto Cyrenaeae memorat Noster II, 96. Capitur humor iste ex spina Aegyptiacâ sive Acacia, quam plurimi existimant *mimosam Niloticam* Linnaei, guttatim inde defluens. Atque fidem Herodoti hic quoque tuentur experimenta in mumiis instituta, quae resinam exhibuerunt tenaciorem, ignis admoti vi ex mumiarum involucris redundantem. Plura Creuzerus l. l. Minutoli l. l.

ἀντὶ κόλλης τὰ πολλὰ χρέωνται Αἰγύπτιοι. ἐνθεῦτεν 51 δὲ παραδεξάμενοί μιν οἱ προσήκοντες, ποιεῦνται ξύλινον τύπον ἀνθρωποειδέα· ποιησάμενοι δὲ, ἐσεργνῦσι τὸν νεκρόν· καὶ κατακληΐσαντες οὕτω, θησαυρίζουσι ἐν οἰκήματι θηκαίῳ, ἱστάντες ὀρθὸν

---

pag. 196 seq. eo quidem inclinat, ut κόμμι existimet esse gummi Arabicum, quod in Aegypto terrisque adiacentibus copiose capiatur. Sed Iohnius κόμμι ab Aethiopibus dici putat lacrymas *Tanae Sarcolae*, ita ut illam materiam, quae nunc *Sarcocolla* vulgo vocatur, commode adhibere potuerint. — Mox κόλλη est *gluten*.

ποιεῦνται ξύλινον τύπον ἀνθρωποειδέα] i. e. *capsam conficiendam curant hominis figurâ*. Ubi observa usum medii verbi ποιεῖσθαι, quem attigimus supra I, 31. τύπον ἀνθρωποειδέα intellexit *capsam s. arcam ad hominis figuram effictam*, prorsus ut apud Diodor. I, 21. IV, 6. Atque singulare fabrorum genus fuisse videtur, qui istiusmodi capsas facerent, et quidem ex sycomori (quae arbor est *ficus sycomori* Linnaei, Isidi sacra) ligno. Plura Creuzerus.

ἐσεργνῦσι τὸν νεκρόν]. Scil. ἐς ξύλινον τύπον s. in arcam ligneam.

θησαυρίζουσι ἐν οἰκήματι θηκαίῳ] i. e. (inclusum cadaver) *reponunt in conditorio sepulcrali, rectum statuentes ad parietem*. Elegantem usum verbi θησαυρίζειν exponit Creuzerus. Quod proprie de auro, argento (II, 121 §. 1) aliisque bonis, etiam iis, quae victui inserviunt, servandis adhibitum inde ad ea refertur, quaecunque, ut cara nobis et pretiosa, recondita volumus vetustatem ferre. — Verba: ἐν οἰκήματι θηκαίῳ si quidem sana sunt, nihil aliud significare possunt, nisi *in conditorio nulli alii rei quam solis arculis recipiendis destinato* reposita fuisse corpora medicata loculis inclusa, sive (ut Heynius vult) *in loco quocunque recipiendis loculis constitui solito*, ne scilicet aedium sacrario aedificiisque privatis hoc factum esse existimemus. Iam conclave erit cogitandum arcularum congestarum multitudine distinctum insignitumque. Sed negotium facessit adiectivum θηκαῖος, cuius vix alterum exemplum reperias., a θήκη (*arca, loculo*, cf. ad II, 67) derivandum. Quo illud accedit, binos libros pro θηκαίῳ offerre θηβαίῳ; quale adiectivum haud est insolitum. Hoc si recipias, Thebaica regio intelligenda erit, insignis illa quidem ac fere primaria hominum sepulturâ conditorum ipsoque deo primario Osiride et recipiendis procerum ac ditiorum Aegyptiorum cadaveribus medicatis potissimum destinata. Ut

πρὸς τοῖχον. οὕτω μὲν τοὺς τὰ πολυτελέστατα σκευά-
87 ζουσι νεκρούς. Τοὺς δὲ τὰ μέσα βουλομένους, τὴν
Reliqua duo genera conditurae. 2 δὲ πολυτεληΐην φεύγοντας, σκευάζουσι ὧδε. ἐπεὰν

---

enim summa in ipsis condiendis mortuis cura, ita haud minor in locis sepulturae eligendis. Thebaicae autem regionis cum summa esset sanctitas, consentaneum profecto, opulentiores quoque illuc corpora sua medicata deferri atque reponi iussisse. Iam sensus lectionis a Creuzero pluribus illustratae (cf. pag. 73. 95 seqq. 103 seqq.) hic erit: *corpora medicata et arcis inclusa deferunt in Thebaidem* (utpote conditorium religione maxime consecratum) *ibique in sepulcro condunt.* Unum tamen, antequam de lectione certius pronuntiaveris, reputes velim, οἴκημα cum latius pateat significatione, et quamcunque aediculam cameramve denotare possit, necesse videri addatur aliquod vocabulum, quo eius vis accuratius definiatur et illustretur. Quod additum invenimus θηκαῖον, id ad argumentum non ineptum videri poterit, ita ut domus intelligatur s. camera, adservandis loculis (θήκαις) destinata. Valckenarius, qui loci difficultatem perspexit, coniecerat ἐν οἰκήματι καινῷ, quemadmodum etiam apud Diodorum I, 92 exstat. Nolim equidem pronuntiare in re difficillima; videant peritiores. Miot., alter Gallus interpres, sic vertit: „*dans la chambre sépulcrale de la famille.*"

οὕτω μὲν τοὺς τὰ πολυτελέστατα σκευάζουσι νεκρούς] Supplere possis cum Schweighaeusero orationem hunc in modum: τοὺς κατὰ τὰ πολυτελέστατα ταριχευομένους. Quidni facilius supplere: βουλομένους, ut in seqq. τοὺς τὰ μέσα βουλομένους; sensus haud obscurus: „*haec est ratio apparandi ea cadavera, quae pretiosissima condita volunt.*" Ad verba: ἱστάντες ὀρθὸν πρὸς τοῖχον monet Belzoni (voyage I p. 266) in cryptis a se detectis se contrarium invenisse, quippe mumias „couchées par rangées horizontales; quelques - unes étaient enfoncées dans un ciment qui a dû être mou quand les caisses y ont été deposées."

Cap. LXXXVII.

τοὺς δὲ τὰ μέσα βουλομένους] Quae sic circumscribit Heynius: τοὺς βουλομένους κατὰ τὴν μέσην ταρίχευσίν σφι τὸν νεκρὸν σκευασθῆναι. Et conf. II, 88 init. Quamquam verbum σκευάζειν non tam ad ipsos necessarios defuncti curam gerentes, quam ad curam mortuo impendendam spectat. Pro βουλομένους olim βουλευμένους, quod ab antiqua forma βουλέομαι repetendum non displicet Schweighaeusero. Nam verbi βουλεύεσθαι nullus hic locus. Conf. II, 86. VI, 66.

τὴν δὲ πολυτεληΐην φεύγοντας] Aliquot libri πολυτελείην,

τοὺς κλυστῆρας πλήσωνται τοῦ ἀπὸ κέδρου ἀλείφατος γινομένου, ἐν ὦν ἔπλησαν τοῦ νεκροῦ τὴν κοιλίην, οὔτε ἀναταμόντες αὐτὸν, οὔτε ἐξελόντες τὴν νηδὺν, κατὰ δὲ τὴν ἕδρην ἐσηθήσαντες· καὶ

---

quod dedit Matthiae, secutus eam regulam, quam ad I, 54 iam attigimus.

τοῦ ἀπὸ κέδρου ἀλείφατος γινομένου] Alii brevius exprimunt ἔλαιον τὸ ἐκ τοῦ κέδρου s. ἔλαιον κέδρινον, *oleum cedrinum*, quod ex cedro s. iunipero oxycedro s. cedro bacciferâ s. Ciliciâ capitur. Quod ad hocce *oleum cedrinum*, ut Herodotus ait; notat Gmelinus (l. supra l. pag. 15): cogitari debere liquidam materiam, quam ex cedri ramis lignoque elicuerint veteres; factum esse hoc ita, ut adurerent eiusmodi arborem, quo liquefacta resina efflueret. Verum dubitat idem vir doctus p. 19 l. l. periculorum chemicorum auctoritatè fretus, cedriam aut aliam quandam resinam simplicem frequentatam fuisse in condiendis cadaveribus, cum mixtae ut plurimum conditurae, nimirum compositae ex bitumine et resina, vestigia reperiantur. Asphalti communis rarum in parandis mumiis usum fuisse monet quoque Blumenbachius (Beitr. z. Nat. Gesch. II p. 88. 123), addens, cedriam ut plurimum admixtam fuisse, fluidam autem cedriam clysteribus inserviisse. Haec transscripsi e Creuzeri Comm. p. 75 seq., ubi plura disputata in utramque partem exhibentur, cum, quae ad probandam Herodoteam sententiam e cedri natura (nam *purgantem* cedriae vim ipsi veteres medici agnoscunt) prolata fuerint argumenta, ab aliis ad confutandum Herodotum sint detorsa. Quae nos quidem nihil moramur quippe in re, quae medicorum tantum et physicorum chemicorumque accuratiori investigatione ad liquidum duci poterit. Hoc tamen addo, quod in Minutoli Nachträge etc. observatum invenio a Iohnio p. 197. Cedriam videri resinam s. oleum Terebinthinum (*Terpentinöl*), quod ex omnibus arboribus, quae ad pini genus pertineant, capiatur.

οὔτε ἀναταμόντες αὐτὸν] Scil. τὸν νεκρὸν, *non incidentes corpus defuncti ad sinistram partem*. Conf. not. ad II, 86: παρασχίσαντες παρὰ τὴν λαπάρην.

οὔτε ἐξελόντες τὴν νηδὺν] i. e. *alvum non exenterantes*. Patet h. l. νηδὺν atque κοιλίην non differre significatione, ut recte etiam monuit Schweigh. ad II, 86.

κατὰ δὲ τὴν ἕδρην ἐσηθήσαντες] i. e. *per anum ingerentes*. Nam ἐσηθεῖν est *per clysterem intromittere*, *ingerere*, quod cum purgandi ventris caussa fiat, glossa Herodotea ἐση-

ἐπιλαβόντες τὸ κλύσμα τῆς ὀπίσω ὁδοῦ, ταριχεύ-
[3] ουσι τὰς προκειμένας ἡμέρας· τῇ δὲ τελευταίῃ ἐξιεῖσι ἐκ τῆς κοιλίης τὴν κεδρίην, τὴν ἐσῆκαν πρότερον· ἡ δὲ ἔχει τοσαύτην δύναμιν, ὥστε ἅμα ἑωυτῇ τὴν νηδὺν καὶ τὰ σπλάγχνα κατατετηκότα ἐξάγει· τὰς δὲ σάρκας τὸ λίτρον κατατήκει· καὶ δὴ λείπεται τοῦ νεκροῦ τὸ δέρμα μοῦνον, καὶ τὰ
[4] ὀστέα. ἐπεὰν δὲ ταῦτα ποιήσωσι, ἀπ' ὧν ἔδωκαν
88 οὕτω τὸν νεκρὸν, οὐδὲν ἔτι πρηγματευθέντες. Ἡ δὲ τρίτη ταρίχευσίς ἐστι ἥδε, ἣ τοὺς χρήμασι ἀσθενεστέρους σκευάζει. συρμαίῃ διηθήσαντες τὴν κοιλίην,

---

θήσαντες hic exponit: ὑλίσαντες i. e. *purgantes*.

καὶ ἐπιλαβόντες τὸ κλύσμα τῆς ὀπίσω ὁδοῦ] i. e. *cohibentes illud lavacrum, ne eâdem viâ retro exeat; ἐπιλαμβάνειν* hic eâdem *cohibendi, retinendi* notione, quam in verbo καταλαμβάνειν notavimus ad I, 46.

ταριχεύουσι τὰς προκειμένας ἡμέρας] *Nitro* scilic. per statutum septuaginta dierum numerum; vid. II, 86.

ἐκ τῆς κοιλίης τὴν κεδρίην] κεδρίη est *resina cedrina* s. τὸ ἀπὸ τοῦ κέδρου ἄλειφα γινόμενον, ut supra dixit. Mox τὴν νηδὺν *stomachum cum intestinis* dici observat Schweigh.; τὰ σπλάγχνα vero esse *nobiliora*, quae vulgo dicantur, *viscera*. In seqq. cum Gaisf. rescripsi τὸ λίτρον pro τὸ νίτρον; confer ad II, 86.

ἀπ' ὧν ἔδωκαν οὕτω τὸν νεκρὸν, οὐδὲν ἔτι πρηγματευθέντες] i. e. *his ita peractis, reddunt cadaver propinquis, nihil amplius negotii suscipientes*, quod ad mortuum attinet. Ubi notare licet aoristi (ἀπέδωκαν) vim, nobis iam observatam ad I, 194. Add. II, 88.

Cap. LXXXVIII.

συρμαίῃ διηθήσαντες τὴν κοιλίην] i. e. *syrmia* (liquore purgatorio) *eluunt ventrem*. Quid συρμαίῃ sit Nostro, vix certo definias licet, cum ipsos inter veteres minime conveniat. Sunt, qui succum plantae Aegyptiacae, raphani ut quibusdam placet, perhibeant; sunt qui de potione accipiant, quae e sale et aqua conficiatur; alii denique natrum fuisse existimant Aegyptiacum ad clysteria adhibitum. Utut dixeris, purgatoriam vim in liquore fuisse constabit. Plura Creuzerus l. l. pag. 79 seq. Iohnio (ap. Minutoli Nachträge p. 198) syrmia vel recens aloës liquor vel aloë aquâ soluta videtur. Idem in infantis quadam mumia medullam tamarices

ταριχεύουσι τὰς ἑβδομήκοντα ἡμέρας, καὶ ἔπειτα
89 ἀπ' ὧν ἔδωκαν ἀποφέρεσθαι. Τὰς δὲ γυναῖκας τῶν ἐπιφανέων ἀνδρῶν, ἐπεὰν τελευτήσωσι, οὐ παραυτίκα διδοῦσι ταριχεύειν, οὐδὲ ὅσαι ἂν ὦσι εὐειδέες κάρτα καὶ λόγου πλεῦνος γυναῖκες· ἀλλ' ἐπεὰν τριταῖαι ἢ τεταρταῖαι γένωνται, οὕτω παρα-
2διδοῦσι τοῖσι ταριχεύουσι. τοῦτο δὲ ποιέουσι οὕτω τοῦδε εἵνεκεν, ἵνα μή σφι οἱ ταριχευταὶ μί-
3σγωνται τῇσι γυναιξί. λαμφθῆναι γάρ τινά φασι μισγόμενον νεκρῷ προσφάτῳ γυναικός· κατεῖπαι
90 δὲ τὸν ὁμότεχνον. Ὃς δ' ἂν ἢ αὐτῶν Αἰγυπτίων,

Mulieres eximiae, defunctae non statim condiuntur.

Ab crocodilo raptus, aut mersus fluvio, sacrum funus.

(Tamarindenmark) aut cassiae sibi invenisse putabat. Conf. infra II, 125 ibiq. not.

Cap. LXXXIX.

ἵνα μή σφι οἱ ταριχευταὶ μίσγωνται] Haec si reputes turpissima taricheutarum facinora, vix honoratorum hominum ordini eos adscribas, quamvis Diodorus I, 91 eos omni honore cultuque dignatos et sacerdotibus familiares prodat. In omnia alia abit Pseudo-Manetho VI, 459 seqq. miserum hominum genus describens taricheutas. Quae ut concilientur inter se, illud tenendum, videri istos adscriptos fuisse *pastophoris*, qui fuit infimus sacerdotum ordo. Conf. Creuzer. commentt. p. 13. De munere taricheutarum diximus ad II, 85. Nunc addo ex Diodori l. l., praeter taricheutas in hoc negotio commemorari quoque *scribam* et *paraschisten*. „In papyro Graeco ad Thebas Aegyptias pertinente, quem nuper e Musei Taurinensis thesauris eruit atque in lucem protulit Peyron (Taurini 1826) leguntur haec: οἱ τὰς λειτουργίας ἐν ταῖς νεκρίαις παρεχόμενοι, καλούμενοι δὲ Χολχύται. Unde constat, homines fortasse sacerdotes inferioris ordinis, qui in necropolibus ea, quae ad mortuos facerent, curarent, dictos esse *Cholchytas*. Quorum omnino crebra fit mentio in papyris Thebaicis.“ Haec Cr., quibuscum conf. Letronne journ. d. sav. 1828 p. 102 seq. — Pro εἵνεκεν in proxime antecedentibus dedi εἵνεκα cum Schweigh. et Gaisfordio.

κατεῖπαι δὲ τὸν ὁμότεχνον] Male olim κατειπεῖν. Verum ex codd. restituerunt Schweigh. atque Gaisf. Tu vid. nott. ad I, 49. De significatione verbi (*deferre*, *indicare*) monui ad Plutarch. Pyrrh. pag. 155.

Cap. XC.

ὃς δ' ἂν ἢ αὐτῶν Αἰγυπτίων κ. τ. λ.] Attigit eadem Ioseph. contra Apion. II, 7

ἢ ξείνων ὁμοίως, ὑπὸ κροκοδείλου ἁρπαχθεὶς ἢ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ποταμοῦ φαίνηται τεθνηώς, κατ' ἣν ἂν πόλιν ἐξενειχθῇ, τούτους πᾶσα ἀνάγκη ἐστὶ ταριχεύσαντας αὐτὸν, καὶ περιστείλαντας ὡς κάλλιστα, 2θάψαι ἐν ἱρῇσι θήκῃσι. οὐδὲ ψαῦσαι ἔξεστι αὐτοῦ ἄλλον οὐδένα, οὔτε τῶν προσηκόντων, οὔτε τῶν φίλων· ἀλλά μιν οἱ ἱρέες αὐτοὶ οἱ τοῦ Νείλου, ἅτε πλέον τι ἢ ἀνθρώπου νεκρὸν, χειραπτάζοντες θάπτουσι.

---

p. 475 et disquisivit Zoëga de obeliscc. pag. 294 seqq. Legem enim hancce eum in finem sanxisse vult Aegyptios sapientes, ut alacriores essent ad fluvium frequentandum et hortos ei adiacentes colendos nec ullum vel a fluctibus vel a beluis periculum reformidarent. Atque Indorum similem esse persuasionem, ut beatos inprimis existiment, qui sacris Gangis fluctibus immersi fuerint, nemo fere nescit. Vid. Heeren. Ideen I, 3 pag. 374 coll. Ritter. Erdkund. I p. 880. Ad Aegyptiorum de his opinionem Creuzerus refert imaginem inter monumenta Philarum repertam. Exhibet illa hominem mortuum, compositum in mumiae modum et crocodilo vectum, supra lucentibus sole, luna ac stellis. Vid. Creuzer. commentt. Herodd. p. 86 seq. De sacro crocodilorum cultu diximus ad II, 69.

καὶ περιστείλαντας ὡς κάλλιστα, θάψαι ἐν ἱρῇσι θήκῃσι] περιστέλλειν de mortui corpore dici, quod componitur, vestibusque involvitur (ut II, 86 proditur), monui ad Plutarchi Pyrrh. p. 172. Conf. Herod. VI, 30. — ἱραὶ θῆκαι, quae dicantur, vid. ad II, 67.

οἱ ἱρέες αὐτοὶ οἱ τοῦ Νείλου] Nilus quatenus pro Deo habitus sit unus idemque atque Osiris, monstratum est supra II, 61 coll. 28 et 22 (διιπετής). Quare nil mirum ipsum deum Nilum commemorari adeoque in numis, imaginibus aliisque artis operibus repraesentatum reperiri. Laudat, quae huc faciunt, Creuzer. comm. Her. pag. 186 coll. Iablonsk. Panth. Aegypt. II p. 171.

χειραπτάζοντες θάπτουσι] i. e. *tractant illud* (cadaver) *manibus atque sepeliunt.* Variant libri inter χειραπτάζοντες et χειραπάζοντες, nullo tamen significationis discrimine; est enim χειραπτάζειν *manu tangere, tractare*, ἅπτεσθαι τῇ χειρί, ut explicat Zonaras in lexic. Gr. p. 1850. Plura Creuz. comm. Herodd. p. 82 seq.

91 Ἑλληνικοῖσι δὲ νομαίοισι φεύγουσι χρᾶσθαι· τὸ δὲ σύμπαν εἰπεῖν, μήδ' ἄλλων μηδαμᾶ μηδαμῶν ἀνθρώπων νομαίοισι. οἱ μέν νυν ἄλλοι Αἰγύπτιοι οὕτω τοῦτο φυλάσσουσι. ἔστι δὲ Χέμμις 144
πόλις μεγάλη νομοῦ τοῦ Θηβαϊκοῦ, ἐγγὺς Νέης

Chemmis urbs: in ea Perseo templum et signum dicatum, et instituti ludi gymnici.

Cap. XCI.

Ἑλληνικοῖσι δὲ νομαίοισι φεύγουσι χρᾶσθαι] Conf. supra I, 79, ubi νόμους dicit patrios, quibus Aegyptii adhaereant, peregrinis minime adscitis. Quam ob causam eo magis advertit patrem historiae, quod apud Chemmitas invenerat institutum, Graecis institutis prorsus simile, memoratuque dignissimum. Inde posuit Noster: οἱ μέν νυν ἄλλοι Αἰγύπτιοι οὕτω τοῦτο φυλάσσουσι; quibus Aegyptios declarat valde deditos patriis institutis conservandis et ab aliis aliarum gentium introducendis maxime alienos; sed statim additurus Chemmitas solos ab his discedere, quippe apud quos alia etiam minus Aegyptia, sed quae Graeca sint, obtineant, subiicit: ἔστι δὲ Χέμμις κ. τ. λ. Sufficiant haec ad nexum orationis perspiciendum.

ἔστι δὲ Χέμμις πόλις μεγάλη κ. τ. λ.] *Chemmis* urbs ad orientalem Nili ripam sita inter Aphroditopolin et Ptolemain in Thebaide, satis ampla et prisco aevo condita. Graeci vocabant *Panopolin*, quoniam Panis cultu praecipue insignis fuit, ipsumque eius nomen, quod Coptis est *Schmin* sive *Chmim*, Panem Aegyptio sermone indicabat. Nunc quoque vetus appellatio quodammodo remansit; vocatur enim ab Arabibus *Akhmim* seu *Ikhmim*. Plura Schlichthorst. l. l. pag. 100 seq. Champoll. l'Egypt. sous l. phar. I p. 257 seqq. Quae contra argutatur Mannertus (Geograph. der Gr. u. Röm. X, 1 pag. 374 seq.), quo *Chemmin* Herodoteam a *Panopoli* diversam esse contendat, nihil moramur. Vult enim urbem esse, quae a Graecis postmodo *Coptos* sit appellata. Nec sane ille perspexit orationis nexum, qui Herodotum ad haec narranda impulerit, de Panis cultu, quo urbs maxime fuit insignis, silentem, quoniam omnino de rebus sacris silentium sibi imposuerat, nisi ubi coactus quid divulgare necesse fuerit (cf. II, 65 etc.); quae quidem necessitas hic nulla sanequam apparet. Hoc vero hac data occasione monitum velim, Persei cultum praecipuum in ea urbe, quae Pani fuit consecrata, non absonum videri, cum uterque deus ad siderea numina pertineat, quibus insignem vim in terram frugumque omnis generis proventum et copiam tribuerunt Aegyptii. Tu conf. Creuzer. Symbol. III p. 236. 237.

ἐγγὺς Νέης πόλιος] Facile

πόλιος. ἐν ταύτῃ τῇ πόλι ἐστὶ Περσέος τοῦ Δανάης ἱρὸν τετράγωνον· πέριξ δὲ αὐτοῦ φοίνικες πεφύκασι· τὰ δὲ πρόπυλα τοῦ ἱροῦ λίθινά ἐστι, κάρτα μεγάλα· ἐπὶ δὲ αὐτοῖσι ἀνδριάντες δύο ἑστᾶσι λίθινοι μεγάλοι. ἐν δὲ τῷ περιβεβλημένῳ τούτῳ νηός τε ἔνι, καὶ ἄγαλμα ἐν αὐτῷ ἐνέστηκε τοῦ Περσέος.

---

crederemus, hanc urbem esse eam, quae *Καινὴ πόλις* dicitur Ptolemaeo, nisi moneret Danvillius, Neapolin hancce septuaginta milliariis Romanis distare a Chemmi. Equidem tamen in urbe, cuius tam late pateat significatio, nihil decernam, nec in geographia terrae Aegyptiacae, quae tot adhuc laborat tenebris, quidquam certe pronuntiaverim. Caeterum vide tu de Neapoli Schlichthorst. l. l. p. 101 seq. et Mannert. l. l. pag. 371, qui eodem loco nunc conspici dicit vicum *Kene*, retenta nimirum vetere appellatione, quamvis corrupta.

ἐν ταύτῃ τῇ πόλι ἐστὶ Περσέος τοῦ Δανάης ἱρὸν τετράγωνον] Mirum profecto videri possit Persei, quem Graecum vulgo heroem perhibent, templum et cultus media in Aegypto, nisi interius quid latere existimes. Est enim hic de deo cogitandum, non aliter atque de Hercule Aegyptio; et quidem de solari deo sive ipso Sole; quo vel nomen ducere possit, in quo *splendidi* ac *lucidi* notionem sibi deprehendisse visi sunt viri docti. Quodsi igitur Solem Perseo indicari certum est, iam quae de eo praedicentur, facilius spero intelligi poterunt, nec magis nos advertant ludi gymnici Persei iussu a Chemmitis instituti, quam Olympici ludi ab Hercule conditi. Nec denique non intelligemus, cur Perseus Chemmitis adparens, tantam afferat anni fertilitatem felicemque frugum proventum. Nolo pluribus ea de re disceptare, quae ad mythologos potius pertinet, quam ad Herodoti interpretem, qui unice hoc sibi habet propositum, ut scriptorem illustret, quoad eius fieri potest, eiusque effata comprobet. Videant igitur mythologiae studiosi Creuzer. in Symbol. passim, ac praecipue I p. 471. 743 seqq. 769 seqq. II p. 204 seqq. III p. 236 seq. IV p. 44 seqq.

τὰ δὲ πρόπυλα τοῦ ἱροῦ κ. τ. λ.] *πρόπυλα*, quae etiam dicuntur *προπύλαια*. Confer II, 153. Quod *ἱρὸν* dixit, in seqq. nominavit *τοῦτο τὸ περιβεβλημένον* beneque distinxit *νηὸν* i. e. aedem s. aediculam ipsam septo sacro inclusam, in qua dei signum collocatum. Confer II, 63. — In seqq. articulum *τοῦ* ante *Περσέος* cum recentt. inseruimus e probatis libris.

4 ουτοι οἱ Χεμμῖται λέγουσι τὸν Περσέα πολλάκι
μὲν ἀνὰ τὴν γῆν φαίνεσθαί σφι, πολλάκι δὲ ἔσω
τοῦ ἱροῦ. σανδάλιόν τε αὐτοῦ πεφορημένον εὑ-
ρίσκεσθαι, ἐὸν τὸ μέγαθος δίπηχυ· τὸ ἐπεὰν φανῇ,
5 εὐθηνέειν ἅπασαν Αἴγυπτον. ταῦτα μὲν λέγουσι.
ποιεῦσι δὲ τάδε Ἑλληνικὰ τῷ Περσέϊ· ἀγῶνα γυ-
μνικὸν τιθεῖσι διὰ πάσης ἀγωνίης ἔχοντα· παρέ-
6 χοντες ἄεθλα, κτήνεα καὶ χλαίνας καὶ δέρματα. εἰ-

σανδάλιόν τε αὐτοῦ πεφορημένον εὑρίσκεσθαι] Hoc ex communi veterum superstitione, qua deorum praesentiam sibi salutarem omnibusque bonis, quae censentur, frugibus potissimum, affluentem putabant, explicandum. Quapropter memoriam huius praesentiae quasi consecrantes, monstrabant ipsos locos, quibus dii institerint, inde maxime insignes et felicissimo omnium rerum proventu beatos. De Perseo talia praedicari haud mirum videbitur ei, qui qualis deus sit habendus ille, perspexerit, nec magis mirum videbitur de Hercule aliisque, de quibus similia tradita accepimus. Nec ipsi desunt Indi prorsus congrua cum hisce enarrantes; quin adeo vestigia quaedam in ipsis sacris literis nostris reperiuntur. Plura Creuz. Symbol. IV pag. 56.

ἐὸν τὸ μέγαθος δίπηχυ] Haec quomodo accipienda sint, docent quae ad I, 68 disputavimus, — De verbo εὐθηνέειν conf. I, 66.

ἀγῶνα γυμνικὸν τιθεῖσι] i. e. *ludum instituunt s. celebrant gymnicum, qui omnium certaminum genera continet.* τιθεῖσι more Ionico scripsit, de quo conf. I, 133. Verba sequentia διὰ πάσης ἀγωνίης ἔχοντα perperam opinor sic reddidit Larcherus: *qui de tous les jeux sont les plus excellens.* Melius alter Gallus interpres recentior hunc in modum: *où tous les genres de combat sont admis.* Et verum locutionis sensum bene expressit Schweighaeuserus Wesselingium aliter existimantem corrigens. Ad argumentum haec teneri velim: a priscis Aegyptiis minime alienos fuisse ludos gymnicos, quibus hippodromus Thebarum in urbe egregie inservierit; quin ipsis in anaglyphis vetustis Aegyptiacis huiusmodi ludos, certamina, alia id genus, repraesentari; qualia nunc invenerunt docti Galli. Vid. Creuzer. Symbol. I p. 330 coll. 471. *Soli* autem hos ludos, ut aliis locis, consecratos fuisse, nihil dubium.

καὶ χλαίνας καὶ δέρματα] Utrumque in praemiis quoque Graecorum ludorum occurrit. *Chlaenas* in Pellenes urbe datas esse canit Pindar. Olymp. IX, 146. Nem. X, 82, ubi consul.

ρομένου δέ μευ ὅ τι σφι μούνοισι ἔωθε ὁ Περσεὺς
ἐπιφαίνεσθαι, καὶ ὅ τι κεχωρίδαται Αἰγυπτίων τῶν
ἄλλων, ἀγῶνα γυμνικὸν τιθέντες, ἔφασαν „τὸν
„Περσέα ἐκ τῆς ἑωυτῶν πόλιος γεγονέναι· τὸν γὰρ
„Δαναὸν καὶ τὸν Λυγκέα, ἐόντας Χεμμίτας, ἐκ-
7 „πλῶσαι ἐς τὴν Ἑλλάδα.“ ἀπὸ δὲ τούτων γενεη-
8 λογέοντες, κατέβαινον ἐς τὸν Περσέα. „ἀπικόμε-
„νον δὲ αὐτὸν ἐς Αἴγυπτον, κατ’ αἰτίην τὴν καὶ
„Ἕλληνες λέγουσι, οἴσοντα ἐκ Λιβύης τὴν Γοργοῦς
„κεφαλὴν ἔφασαν, ἐλθεῖν καὶ παρὰ σφέας, καὶ
„ἀναγνῶναι τοὺς συγγενέας πάντας· ἐκμεμαθηκότα
„δέ μιν ἀπικέσθαι ἐς Αἴγυπτον τὸ τῆς Χέμμιος
„οὔνομα, πεπυσμένον παρὰ τῆς μητρός· ἀγῶνα δὲ
„οἱ γυμνικὸν, αὐτοῦ κελεύσαντος, ἐπιτελέειν.“

---

et veteres et recentiores interpretes. *Pelles* victoribus datas vel Homerus probat Il. XXII, 159, ubi leg. Scholiast. De *pecudibus* res nota.

καὶ ὅτι κεχωρίδαται Αἰγυπτίων τῶν ἄλλων] i. e. *cur seiuncti sint in eo a ceteris Aegyptiis, quod gymnicos ludos instituant* s. *cur hoc singulare prae ceteris Aegyptiis habeant, ut gymnicos ludos instituant.* Sic κεχωρίδαται I, 140.

ἐκπλῶσαι ἐς τὴν Ἑλλάδα] De forma ἐκπλῶσαι conf. I, 24. De καταβαίνειν in seqq. (*descendere* in oratione, inde *progredi*, *pergere*) conf. I, 90 ibiq. not. — In seqq. ἀναγνῶναι est: *agnovisse;* quo sensu invenitur ἀνάγνωσις supra I, 116.

τὸ τῆς Χέμμιος οὔνομα] Recepimus interpunctionem minorem post haecce verba, quo intelligatur ea pertinere ad antecedens ἐκμεμαθηκότα, quamquam mente erunt repetenda ad πεπυσμένον. — Ad ἐπιτελέειν conf. II, 63.

Quod denique ad *Danaum* et *Lynceum* attinet, *Perseumque* e Libya Gorgonis caput *allaturum*, haec quoque paucis monitum velim ad rationes sidereas ac physicas esse revocanda, ac de sole omnium quae ipsi obstant victrice, pravos humores, aëremque nebulosum atque hiemalem deprimente, quo cursum annuum rite conficiat, intelligenda. Plura discendi cupidi adeant Creuz. Symbol. I p. 794 seq. II p. 682 seqq. IV, 47 seqq.

92 *Ταῦτα μὲν πάντα οἱ κατύπερθε τῶν ἑλέων οἰ-*
2 *κέοντες Αἰγύπτιοι νομίζουσι. οἱ δὲ δὴ ἐν τοῖσι*
ἕλεσι κατοικημένοι, τοῖσι μὲν αὐτοῖσι νόμοισι χρέ-
ωνται τοῖσι καὶ οἱ ἄλλοι Αἰγύπτιοι· καὶ τὰ ἄλλα,
καὶ γυναικὶ μιῇ ἕκαστος αὐτῶν συνοικέει, κατάπερ
3 *Ἕλληνες. Ἀτὰρ πρὸς εὐτελείην τῶν σιτίων τάδε*

Aegyptiorum qui loca palustria habitant, mores iidem: victus e loto et byblo; aut ex solis piscibus ad solem siccatis.

Cap. XCII.

οἱ δὲ δὴ ἐν τοῖσι ἕλεσι κατοικημένοι] Aegyptus ut omnino olim tota inferior palus fuit (cf. II, 4), ita, postquam fluvii limum agentis beneficio aggestum fuit, totum Delta paludibus abundabat, praesertim Nilo singulis annis exundante. Quare Nili paludes (*τὰ τοῦ Νείλου ἕλη*) sive Aegypti paludes (*τὰ Αἰγυπτιακὰ ἕλη*) frequenter memorantur. Verum praeterea *τὸ Ἕλος* Aegypti inferioris pars hoc proprio designata nomine, Bolbitino et Sebennytico ostiis inclusa; quae terra etiam h. l. intelligenda. Sic Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. pag. 55 seq., ubi vid. plura, et vid. infra II, 137. 140. 151. 152. Atque omnino hic intelligendi erunt Aegyptii, qui generi bubulcorum pastorum adscripti erant, inferiore loco illi quidem habiti nec ipsi forsan Aegyptiacae stirpis, sed Arabicae Libycaeve, vitam ex parte nomadum ad instar gerentes, indeque etiam exosi reliquis Aegyptiis agricolis, a quibus hoc quoque loco accurate distinguendi sunt. Hi enim sunt *οἱ κατύπερθε τῶν ἑλέων οἰκέοντες*, itidemque οἱ *περὶ τὴν σπειρομένην Αἴγυπτον οἰκέουσι* (II, 77, ubi conf. not.), qui ea, quae antea recensuerat instituta, leges, mores, observant. Vid. Heeren. Ideen etc. II, 2 pag. 150.

καὶ γυναικὶ μιῇ ἕκαστος αὐτῶν συνοικέει] *αὐτῶν* cum Gaisford. scripsi pro vulg. *αὐτέων*. *συνοικεῖν* de *matrimonio* haud raro apud Nostrum; conf. I, 37. 91. 93. 108. 196. 173 etc. Videtur autem ex his colligi posse reliquis Aegyptiis licuisse plures uxores ducere; idque ipsum de Aegyptiis confirmat Diodor. Sicul. I, 80: *γαμοῦσι δὲ παρ' Αἰγυπτίοις οἱ μὲν ἱερεῖς μίαν, τῶν δ' ἄλλων ὅσας ἂν ἕκαστος προαιρῆται.*

πρὸς εὐτελείην τῶν σιτίων] i. e. *ad victus facilitatem*, ut scil. *parvo sumtu ac facile sibi compararent res ad vitam necessarias*. Reliqui *εὐτελείην*, cum Schweigh. atque Gaisf. edidissent, probante Koen. ad Greg. Corinth. pag. 440 ad §. 41 de dial. Ion., *εὐτελέην*, suffragantibus quoque binis libris scriptis. Verum ego nullam caussam mutationis perspexi, cum ab *εὐτελής* fiat *εὐτελείη* Ionum ex mo-

4 σφι ἄλλα ἐξεύρηται. ἐπεὰν πλήρης γένηται ὁ ποταμὸς, καὶ τὰ πεδία πελαγίσῃ, φύεται ἐν τῷ ὕδατι κρίνεα πολλὰ, τὰ Αἰγύπτιοι καλέουσι λωτόν· ταῦτα ἐπεὰν δρέψωσι, αὐαίνουσι πρὸς ἥλιον· καὶ ἔπειτα τὸ ἐκ τοῦ μέσου τοῦ λωτοῦ τῇ μήκωνι ἐὸν ἐμφερὲς, πτίσαντες, ποιεῦνται ἐξ αὐτοῦ ἄρτους ὀπτοὺς
5 πυρί. ἔστι δὲ καὶ ἡ ῥίζα τοῦ λωτοῦ τούτου ἐδωδίμη, καὶ ἐγγλύσσει ἐπιεικέως, ἐὸν στρογγύλον,

---

re, de quo Matthiae dixit ad Nostri II, 87.

τὰ Αἰγύπτιοι καλέουσι λωτόν] De alio *loti* genere vid. infra II, 96 et IV, 177; hic aquatilis intelligitur planta de Nymphaeorum genere, *lotus Aegyptiaca*, de qua Athenaeus III init. et XV, 21 p. 677 ed. Cas. „Huius duas species hic memorat Herodotus: alteram, cuius fructum cum papavere confert, quae est *Nymphaea lotus Linnaei*, flore albo, radice esculenta; alteram flore rosaceo, cuius ovarium vel capsula seminalis, favo vesparum similis, nucleos esculentos continet; quae est *Nymphaea nelumbo* Linn., cuius capsula seminalis apud auctores ab Athenaeo citatos cibarium nominatur; fructus, faba Aegyptiaca; radix sive bulbus utriusque speciei falso nomine colocasia: ipsius loti nomine, flos maxime intelligitur. Posteriorem speciem nostra aetate non amplius in Aegypto reperiri, sed in India etiamnum nasci, docuerunt diligentes naturae observatores.“ Haec Schweighaeuserus, laudans inter alia Raffeneau-Delille in observations sur le Lotus d'Egypte, et Silvest. de Sacy ad Abdallat. p. 94 seq. Add. Creuzer. in Symbol. I pag. 508 et Heeren. Ideen etc. II, 2 p. 359 seqq. E quibus hoc equidem addo: priorem loti speciem hodieque copiosam nasci in regionibus Aegypti inferioris prope Damiette, incolisque victum praebere; alteram non amplius nunc in ipsa Aegypti terra reperiri, sed in monumentis Aegyptiacis, cryptis, aliis id genus frequens depictam conspici, quin folia calycesque ut plurimum in columnis ornamentorum loco ubivis addi. Namque in Aegyptiorum religionibus loti plurimam rationem esse habitam, satis constat. Confer Creuzer. Symbol. I p. 286 seqq.

καὶ ἔπειτα τὸ ἐκ τοῦ μέσου τοῦ λωτοῦ — πτίσαντες] Intelligit *grana*, quae granis papavereis similia dicit, e loti capitibus exemta, quae dein pinsunt et panes inde coquunt. Nam *πτίσσειν* est *pinsere*, *tundere* (zermalmen, zerstossen).

ἐγγλύσσει ἐπιεικέως] Male haec in quibusdam edd. seiuncta, cum distinctio post ἐπιει-

6 μέγαθος κατὰ μῆλον. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα κρίνεα ῥό-
δοισι ἐμφερέα, ἐν τῷ ποταμῷ γινόμενα καὶ ταῦτα·
ἐξ ὧν ὁ καρπὸς ἐν ἄλλῃ κάλυκι παραφυομένῃ ἐκ
τῆς ῥίζης γίνεται, κηρίῳ σφηκῶν ἰδέην ὁμοιότα-
7 τον. ἐν τούτῳ τρωκτὰ ὅσον τε πυρὴν ἐλαίης ἐγγί-
νεται συχνά. τρώγεται δὲ καὶ ἁπαλὰ ταῦτα καὶ
8 αὖα. Τὴν δὲ βύβλον τὴν ἐπέτειον γινομένην, ἐπεὰν

κέως reponenda esset. Ἐγγλύσσειν (*dulcem esse*) neutraliter hic accipiendum. — Sequentia: ἐὸν στρογγύλον pertinent ad radicem, minime vero ad loti fructum s. grana supra memorata. Simillimo modo in seqq. dixit ὁμοιότατον neutro genere, cum ad καρπὸς referatur, haud infrequenti tamen apud Graecos dicendi modo.

μέγαθος κατὰ μῆλον] De κατὰ praepositionis usu conf. I, 121. II, 10.

ἐξ ὧν ὁ καρπὸς ἐν ἄλλῃ κάλυκι παραφυομένῃ ἐκ τῆς ῥίζης γίνεται] κάλυξ hic non est Latinorum *calyx* (i. e. involucrum, quod florem tegit aut fructum includit, *Kelch*), sed de altero *cauli* (nos: *Stengel*), qui iuxta alterum e radice enascitur, intelligendum. Hesychius κάλυξ inde explicat βλάστημα. Et probant haec loti figurae et icones, quas citat Larcherus ad h. l., cui etiam suffragatur Heeren. l. l. pag. 358. 359.

κηρίῳ σφηκῶν ἰδέην ὁμοιότατον] Ad ἰδέην conf. II, 71. Vespas hic apes feras dici existimat Heeren. l. l. Quos enim favi forulos habent ad mel servandum, eosdem in loto videre licet ad grana servanda, quae ipsa granis oleaginis prorsus similia testatur idem Heerenius l. l. pag. 359. — πυρὴν in seqq. est *granum*, *nucleus*.

τὴν δὲ βύβλον τὴν ἐπέτειον γινομένην] Reddit haec ita Schweighaeuserus: „*byblum* (id est *papyrum*), *quae quotannis in paludibus nascitur.*“ Larcherus liberius haec ita expressit: „*le byblus est une plante annuelle.*“ Quamquam haud diffiteor, verba τὴν ἐπέτειον γινομένην mihi non satis expedita videri; quae ipsum Schweighaeuserum etiam nonnihil offendisse videantur, qui hoc ita dictum putat, quasi significare Noster voluerit, duas aut plures esse papyri species, quarum una ἐπέτειος sit, reliquae non ita. In quo me certe non assentientem habebit; byblum malim intelligere quotannis nascentem, ita ut bybli plures annos natae usum ad victum scilicet negare Noster voluerit. Sed ne haec quidem prorsus sufficiant; videant de his me peritiores, quorum iudicium exspecto. Illud vero vix monere attinet, Herodotum hic loqui de ea planta, ex qua *papyrus*

ἀνασπάσωσι ἐκ τῶν ἑλέων, τὰ μὲν ἄνω αὐτῆς ἀποτάμνοντες, ἐς ἄλλο τι τράπουσι· τὸ δὲ κάτω λελειμμένον ὅσον τε ἐπὶ πῆχυν, τρώγουσι, καὶ πω-
9 λέουσι. οἳ δὲ ἂν καὶ κάρτα βούλωνται χρηστῇ τῇ 145
βύβλῳ χρᾶσθαι, ἐν κλιβάνῳ διαφανέϊ πνίξαντες, 41
10 οὕτω τρώγουσι. Οἱ δέ τινες αὐτῶν ζῶσι ἀπὸ τῶν ἰχθύων μούνων· τοὺς ἐπεὰν λάβωσι, καὶ ἐξέλωσι τὴν κοιλίην, αὐαίνουσι πρὸς ἥλιον, καὶ ἔπειτα αὔους ἐόντας σιτέονται.

---

conficitur; quod ipsum silentio praeterit, cum huius plantae ea tantum mentio fiat, quatenus sit esculenta victuique inserviat. Ad alia autem quoque eam adhiberi, ipse indicat verbis: ἐς ἄλλο τι τράπουσι; quibus et papyrum et alia, quae Plinius memorat inde elaborata, vela (vid. II, 96), vestimenta etc. significari vix dubium. De byblo loci primarii, cum Nostro conferendi, sunt Theophrasti hist. plant. IV, 9 p. 54 (IV, 8 ed. Schneid.) et Plinii hist. nat. XIII, 11, qui Theophrastum exscripsisse videtur.

χρηστῇ τῇ βύβλῳ χρᾶσθαι] *Delicatam admodum byblum* interpretatur Schweighaeuserus. Intelligo equidem byblum ad victum valde commodum utilemque, quam eandem si delicatiorem inde intelligere velis, nihil intercedo.

ἐν κλιβάνῳ διαφανέϊ πνίξαντες] κλίβανος non quivis est furnus maior, sed minor atque portatilis adeoque *testum*, *lebes*, *olla*, *satago* aut *simile quoddam vas coquinarium*. Hinc *lebetem* significare monet Hesychius, nec alio sensu accipiendum in Athenaei loco III p. 101, A, notante Schweighaeusero in lex. Herod. s. v. πνίγειν. — διαφανῇ dicit furnum i. e. *ardentem*, *ignitum*, ut recte monet Wesselingius; conf. IV, 73. 75. — πνίξαντες recte ab Hesychio exponi ὀπτήσαντες, idem monet Wesselingius; pluribus de eo exposuit Schweighaeuser. l. l., quibus demonstrat in re culinaria huius verbi usum. Neque enim esse *torrere*, sed *suffocare*, quando scilicet, ut ait Casaubonus ad Athen. II, 72 p. 65 ed. Schweigh., „in proprio succo aliquid coquitur intra ollam aut patinam conclusum ita, ut nullus exhalationibus pateat meatus; quod genus paraturae nostri etiam coqui *suffocationem* vocant."

ζῶσι ἀπὸ τῶν ἰχθύων μούνων] Eodem modo ἀπὸ IV, 22. 46. 103. — De gente Babylonica, quae itidem solis piscibus nutritur, conf. I, 200.

93 Οἱ δὲ ἰχθύες οἱ ἀγελαῖοι, ἐν μὲν τοῖσι ποτα-
μοῖσι οὐ μάλα γίνονται· τρεφόμενοι δὲ ἐν τῇσι
2 λίμνῃσι, τοιάδε ποιεῦσι. ἐπεάν σφεας ἐσίῃ οἶστρος
κυΐσκεσθαι, ἀγεληδὸν ἐκπλώουσι ἐς τὴν θάλασσαν.
ἡγέονται δὲ οἱ ἔρσενες, ἀποῤῥαίνοντες τοῦ θοροῦ·
αἱ δὲ, ἑπόμεναι ἀνακάπτουσι, καὶ ἐξ αὐτοῦ κυΐ-
3 σκονται. ἐπεὰν δὲ πλήρεες γένωνται ἐν τῇ θαλάσσῃ,
ἀναπλώουσι ὀπίσω ἐς ἤθεα τὰ ἑωυτῶν ἕκαστοι.
4 ἡγέονται μέντοι γε οὐκέτι οἱ αὐτοὶ, ἀλλὰ τῶν θη-
λέων γίνεται ἡ ἡγεμονίη. ἡγεύμεναι δὲ ἀγεληδὸν,
ποιεῦσι οἷόν περ ἐποίευν οἱ ἔρσενες· τῶν γὰρ ᾠῶν
ἀποῤῥαίνουσι κατ' ὀλίγους τῶν κέγχρων, οἱ δὲ ἔρ-

Pisces in paludibus natos, gregatim in mare abeuntes gignere, ac redeuntes ova parere: multitudinis palustrium piscium quae causa.

Cap. XCIII.

ἐν μὲν τοῖσι ποταμοῖσι οὐ μάλα γίνονται] *ποταμοὺς* h. l. monet Reiskius esse canales e Nilo ductos. — De piscibus nonnulla diximus ad II, 77.

ἀποῤῥαίνοντες τοῦ θοροῦ] i. e. *spargentes aliquid* (partem) *seminis genitalis.*

ἀνακάπτουσι] *ἀνακάπτειν* et *κάπτειν* (quod *καταπίνειν* explicat Hesychius) est *deglutire*, *devorare*, s. ut Hemsterhusius ad Aristophan. Plut. pag. 314 interpretatur: *repetitis identidem interpellatisque morsibus adpetere et vellicatim carpta demittere.* Glossa Herodotea *κάπτοντες* reddit *ἀποδεχόμενοι*. Tu vid. praeter Valcken. ad h. l. interprett. ad Gregor. Corinth. de dial. pag. 520. Ad rem compara Aristotelis locum in hist. animal. V, 5 p. 836, A. B (V, 4 p. 185 ed. Schneid.).

τῶν γὰρ ᾠῶν ἀποῤῥαίνουσι κατ' ὀλίγους τῶν κέγχρων] Correxit Coraës (in Larcheri not.) *κατὰ λόγον* e verbis *κατ' ὀλίγους* indeque sic vertit: „*qui sont de la grosseur des grains de millet*;" quemadmodum III, 100 *ὅσον κέγχρος τὸ μέγαθος*. Probavit Creuzerus in fragmm. historr. pag. 63, improbavit Schweighaeuserus, cui *οἱ κέγχροι* generali quadam vocabuli notione *grana* dici videntur et *τῶν ᾠῶν οἱ κέγχροι* (*ovorum grana*), ipsa *singula ova* vel *ovula*; naturalem enim verborum structuram hunc in modum esse concipiendam: *ἀποῤῥαίνουσι τῶν ᾠῶν κατ' ὀλίγους*. Quae si recte percepi, genitivus *τῶν ᾠῶν* pertinet ad *τῶν κέγχρων*, qui genitivus ipse pendet a locutione sensus distributivi: *κατ' ὀλίγους*. De qua ipsa monens (ut ad h. l. adscripsit Cr.) Schaeferus ad Dionys. Halicarn. de compos. verbor. pag. 44, nostrum locum sic in-

5 σενες καταπίνουσι ἑπόμενοι. εἰσὶ δὲ οἱ κέγχροι
οὗτοι ἰχθύες. ἐκ δὲ τῶν περιγινομένων καὶ μὴ κα-
ταπινομένων κέγχρων οἱ τρεφόμενοι ἰχθύες γί-
6 νονται. οἳ δ᾽ ἂν αὐτῶν ἁλῶσι ἐκπλώοντες ἐς θά-
λασσαν, φαίνονται τετριμμένοι τὰ ἐπαριστερὰ τῶν
κεφαλέων· οἳ δ᾽ ἂν ὀπίσω ἀναπλώοντες, τὰ ἐπι-
7 δεξιὰ τετρίφαται. πάσχουσι δὲ ταῦτα διὰ τόδε.
ἐχόμενοι τῆς γῆς ἐπ᾽ ἀριστερὰ καταπλώουσι ἐς θά-
λασσαν· καὶ ἀναπλώοντες ὀπίσω, τῆς αὐτῆς ἀντέ-
χονται, ἐγχριπτόμενοι καὶ ψαύοντες ὡς μάλιστα,
8 ἵνα δὴ μὴ ἁμάρτοιεν τῆς ὁδοῦ διὰ τὸν ῥόον. Ἐπεὰν
δὲ πληθύεσθαι ἄρχηται ὁ Νεῖλος, τά τε κοῖλα τῆς
γῆς καὶ τὰ τέλματα τὰ παρὰ τὸν ποταμὸν πρῶτα
ἄρχεται πίμπλασθαι, διηθέοντος τοῦ ὕδατος ἐκ τοῦ

---

terpretatur: „*nam ex ovis excernunt cenchros* (quos dicimus), *neque hos confertos* (οὐκ ἀθρόους), *sed paucos singulis vicibus.* Atque κέγχροι hic latiori significatione erunt *grana s. ova, granorum formam et magnitudinem quae praebeant.*"

οἳ δ᾽ ἂν αὐτῶν ἁλῶσι] αὐτῶν pro vulg. αὐτέων rescripsi cum Gaisford. — De aliis piscibus in mare euntibus et redeuntibus confert Wesseling. Athen. VII pag. 301, E et Aristotel. hist. an. VIII, 13.

τὰ ἐπαριστερὰ] Sic dedi cum Gaisf., quamvis Schweigh. ediderit: τὰ ἐπ᾽ ἀριστερά; refragante, ut equidem opinor, locutione τὰ ἐπιδεξιὰ, quae illi respondet. Neque curo Phrynichum, ἐπαρίστερον damnantem; ubi miror doctissimi interpretis industriam hunc locum effugisse. Vid. pag. 259 ed. Lobeck.

ἐχόμενοι τῆς γῆς] i. e. *presse legentes terram, radentes terram.* De verbo ἔχεσθαι, adiuncto genitivo, cf. I, 134 ibiq. not. II, 77. ἐπ᾽ ἀριστερὰ (i. e. *a parte sinistra*) conf. I, 51.

τῆς αὐτῆς ἀντέχονται] scil. γῆς i. e. *ad eandem terram s. ripam sese applicant.* Quod sequitur ἐγχριπτόμενοι, id olim legebatur: ἐγχριμπτόμενοι; tu vid. ad II, 60 not.

ἵνα δὴ μὴ ἁμάρτοιεν] δή cum Gaisf. recepimus, huic loco valde aptum, licet quibusdam a libris absit.

διηθέοντος τοῦ ὕδατος] διηθεῖν h. l. de aqua fluviali, quae quasi per colum penetrat et lacunas cavitatesque implet. Propria *percolandi* notione invenitur supra II, 86.

ποταμοῦ· καὶ αὐτίκα τε πλέα γίνεται ταῦτα, καὶ
9 παραχρῆμα ἰχθύων σμικρῶν πίπλαται πάντα. κόθεν
δὲ οἰκὸς αὐτοὺς γίνεσθαι, ἐγώ μοι δοκέω κατα-
νοέειν τοῦτο. τοῦ προτέρου ἔτεος ἐπεὰν ἀπολίπῃ ὁ
Νεῖλος, οἱ ἰχθύες ἐντεκόντες ᾠὰ ἐς τὴν ἰλὺν, ἅμα
τῷ ἐσχάτῳ ὕδατι ἀπαλλάσσονται· ἐπεὰν δὲ περιελ-
θόντος τοῦ χρόνου πάλιν ἐπέλθῃ τὸ ὕδωρ, ἐκ τῶν 146
ᾠῶν τούτων παραυτίκα γίνονται οἱ ἰχθύες. καὶ
περὶ μὲν τοὺς ἰχθῦς οὕτω ἔχει.

94 Ἀλείφατι δὲ χρέωνται Αἰγυπτίων οἱ περὶ τὰ ἕλεα
οἰκέοντες, ἀπὸ τῶν σιλλικυπρίων τοῦ καρποῦ, τὸ
2 καλεῦσι μὲν Αἰγύπτιοι κίκι· ποιεῦσι δὲ ὧδε. παρὰ

Olei cicini usus ad uncturam et ad lucernas.

κόθεν δὲ οἰκὸς] οἰκὸς bini libri praebent pro vulg. εἰκὸς, quod cum recentt. editt. abiiciendum censui eâ ex lege, quâ in talibus probatorum librorum auctoritatem praecipue sequerer. Ideo II, 22 reliqui intactum εἰκὸς, quippe omnibus libris firmatum. Nec omnino in eiusmodi rebus constantem fuisse Herodotum dixerim. Mox recepi κατανοέειν cum Gaisf. pro κατανοεῖν.

οἱ ἰχθύες ἐντεκόντες ᾠὰ ἐς τὴν ἰλὺν] Vulgo τεκόντες, aut ἐκτεκόντες, licet plurimi libri ἐντεκόντες, quod recipere haud dubitavi, praeeuntibus Schwgh. et Gaisford. Ille sic interpretatur: „*pisces, postquam ova in limo deposuerunt.*“ Quod antecedit: ἐπεὰν ἀπολίπῃ ὁ Νεῖλος, de Nili aqua *recedente*, ut mox ἐπέρχεσθαι de *accedente* et *crescente* accipiendum; ubi ad ἀπολίπῃ supplere licet τὰ κοῖλα s. τὴν γῆν (*quam* scil. *terram crescens inundaverat*); cf. II, 14. 22; quos locos unà cum aliis aliorum scriptorum laudavit Werfer. in actt. phill. Monn. I p. 87.

Cap. XCIV.

οἱ περὶ τὰ ἕλεα οἰκέοντες] Conf. supra ad II, 92 nott. Aegyptum olearum feracem non esse satis constat. Quapropter postera aetate multum olei e Graecia aliisque regionibus advectum esse novimus.

ἀπὸ τῶν σιλλικυπρίων τοῦ καρποῦ, τὸ καλεῦσι μὲν Αἰγύπτιοι κίκι] Similia leguntur apud Strabon. XVII p. 824 s. 1179. Diodor. Sicul. I cp. 34, Hesychium s. v. κίκι, alios, quos affert Iablonsk. vocc. Aegyptt. p. 110 seq. Praecipuus Plinii locus hanc in rem, hist. nat. XV, 7, unde potiora huc transscribam: „Proximum (oleum scil.) fit e cici arbore in Aegypto copiosâ: alii crotonem, alii trixin, alii sesamum appel-

τὰ χείλεα τῶν τε ποταμῶν καὶ τῶν λιμνέων σπεί-
ρουσι τὰ σιλλικύπρια ταῦτα, τὰ ἐν Ἕλλησι αὐτό-
3 ματα ἄγρια φύεται. ταῦτα ἐν τῇ Αἰγύπτῳ σπειρό-
4 μενα, καρπὸν φέρει πολλὸν μέν, δυσώδεα δέ. τοῦ-
τον ἐπεὰν συλλέξωνται, οἱ μὲν κόψαντες ἀπιποῦσι·
οἱ δὲ καὶ φρύξαντες ἀπέψουσι, καὶ τὸ ἀποῤῥέον
5 ἀπ' αὐτοῦ συγκομίζονται. ἔστι δὲ πῖον, καὶ οὐδὲν
ἧσσον τοῦ ἐλαίου τῷ λύχνῳ προσηνές· ὀδμὴν δὲ
95 βαρέαν παρέχεται. Πρὸς δὲ τοὺς κώνωπας, ἀφθό-
Remedium adversus culices. 2 νους ἐόντας, τάδε σφι ἐστι μεμηχανημένα. τοὺς
μὲν τὰ ἄνω τῶν ἑλέων οἰκέοντας οἱ πύργοι ὠφε-

---

lant. — Nostri eam ricinum vocant a similitudine seminis. Coquitur id in aqua, innatansque oleum tollitur. At in Aegypto, ubi abundat, sine igne et aquâ sale aspersum exprimitur, cibis foedum, lucernis utile.“ Atque apud Hebraeos quoque scriptores hoc oleum commemorari monet Iablonsk. l. l. Haec habeo quae in medium proferam; quae enim Salmasius ad Solin. pag. 704 disserit, vix talia sunt, unde, quid ille voluerit, certo colligas.

τὰ ἐν Ἕλλησι αὐτόματα ἄγρια φύεται] Voculam ἄγρια pro interpretamento Valckenarius habuit, quod quis ad αὐτόματα adscripserit. Conf. III, 100. VIII, 138 coll. IV, 74. Nec tamen editorum quisquam suffragatus est. Pro Ἕλλησι unus liber ἕλεσι; quam lectionem haud spernendam olim iudicabat Wesselingius, illud opinor praetermittens, opponi hic sibi Graeca et Aegyptiaca, ut sequentia: ταῦτα ἐν τῇ Αἰγύπτῳ σπειρόμενα satis produnt. Et obloqueretur sane sibi ipse Herodotus, cum, quae Aegyptii, qui περὶ τὰ ἕλεα habitant, iuxta fluviorum ripas et stagna sererent, ea ἐν ἕλεσι sponte nasci diceret. Respicit enim ipsam inferiorem Aegyptum, et eas quidem partes, quae stagnis ac paludibus abundabant, nec alios hic intelligit ποταμοὺς nisi Nili fluvios canalesque inde deductos, ut II, 93 nit.

οἱ μὲν κόψαντες ἀπιποῦσι κ. τ. λ.] Haec Salmasius in Solin. p. 686 recte sic reddidit: „*alii contusum exprimunt, alii frictum excoquunt.*“ Nam ἀπιποῦν est *exprimere* (granea scil. ut prodeat oleum), ἐκπιέζειν, ut vetus scholiasta quidam explicat. Conf. Wesseling. ad h. l.

συγκομίζονται] i. e. *colligunt sibi in usum futurum illud reponentes.* Ubi nota medii verbi usum ac vim. — προσηνὲς est *commodum, idoneum.*

λέουσι, ἐς οὓς ἀναβαίνοντες κοιμέονται· οἱ γὰρ κώ-
νωπες ὑπὸ τῶν ἀνέμων οὐκ οἷοί τέ εἰσι ὑψοῦ πέ-
3 τεσθαι. τοῖσι δὲ περὶ τὰ ἕλεα οἰκέουσι τάδε ἀντὶ
τῶν πύργων ἄλλα μεμηχάνηται. πᾶς ἀνὴρ αὐτῶν
ἀμφίβληστρον ἔκτηται, τῷ τῆς μὲν ἡμέρης ἰχθῦς
ἀγρεύει, τὴν δὲ νύκτα τάδε αὐτῷ χρᾶται· ἐν τῇ
ἀναπαύεται κοίτῃ, περὶ ταύτην ἵστησι τὸ ἀμφίβλη-
4 στρον, καὶ ἔπειτα ἐνδὺς, ὑπ' αὐτῷ καθεύδει. οἱ
δὲ κώνωπες, ἢν μὲν ἐν ἱματίῳ ἐνειλιξάμενος εὕδῃ
ἢ σινδόνι, διὰ τούτων δάκνουσι· διὰ δὲ τοῦ δικτύου
οὐδὲ πειρῶνται ἀρχήν.

96 Τὰ δὲ δὴ πλοῖά σφι, τοῖσι φορτηγέουσι, ἔστι

Navium vectoriarum structura et cursus.

Cap. XCV.

πᾶς ἀνὴρ αὐτῶν ἀμφίβληστρον ἔκτηται] αὐτῶν cum Gaisf. rescripsi pro αὐτέων et mox: τῆς μὲν ἡμέρης pro vulg. τῆς ἡμέρης μέν. — Caeterum talia retia nec Graecis incognita nec Latinis, qui *conopea* (κωνωπεῖα) dicunt; conf. analect. Brunck. t. III p. 92 et Iuvenal. Sat. VI, 80 ibique schol. atque interpretes. Sed quod magis huc facit, illud est monente Cr. ad h. l., hodieque haec eadem fieri ab Aegyptiis, quae h. l. olim factitata esse legimus. Testatur Iomardus in descript. de l'Egypt. II p. 386. Et simile quoddam ex Maillet. descript. de l'Egypt. t. II p. 134 protulerat Larcherus.

τὴν δὲ νύκτα τάδε αὐτῷ χρᾶται] Recepimus cum Gaisf. τάδε e Schellershemiano libro, probante Schweighaeusero. Inde quoque maius distinctionis signum posuimus post χρᾶται, sublato illo, quod post κοίτῃ erat, vel potius in minus mutato, quo sequentia secum iuncta intelligerentur. De τάδε vid. II, 106 coll. I, 68. 210, ne plura. Matth. Gr. Gr. §. 409 §. 6. κοίτη hic est *lectus, cubile*; conf. I, 9 ibiq. not. — Ad σινδόνι conf. II, 86 ibiq. not. et ad ἀρχὴν (*omnino, prorsus*) I, 193.

ἐν τῇ — περὶ ταύτην] Similia quaedam affert Struve quaest. de dial. Herod. p. 39: VI, 97 coll. V, 16. 49. Idem Struve p. 41 initio huius capitis pro ἐς οὓς ἀναβαίνοντες ex constanti scriptoris usu (conf. II, 33. III, 20. IV, 71. 196. VI, 10. 49. IX, 27 etc.) repositum vult: ἐς τοὺς ἀναβ., ut olim dederat Borheck. Sed nullus suffragatur liber scriptus.

Cap. XCVI.

Ἔστι ἐκ τῆς ἀκάνθης ποιεύ-

ἐκ τῆς ἀκάνθης ποιεύμενα· τῆς ἡ μορφὴ μὲν ἐστι
ὁμοιοτάτη τῷ Κυρηναίῳ λωτῷ, τὸ δὲ δάκρυον κόμμι 1
2 ἐστί. ἐκ ταύτης ὦν τῆς ἀκάνθης κοψάμενοι ξύλα
ὅσον τε διπήχεα, πλινθηδὸν συντιθεῖσι, ναυπηγεύ-
3 μενοι τρόπον τοιόνδε. περὶ γόμφους πυκνοὺς καὶ
μακροὺς περιείρουσι τὰ διπήχεα ξύλα· ἐπεὰν δὲ τῷ

μενα] De *acanthe* Servius ad Virgil. Georg. II, 119: „acanthos arbor est in Aegypto, semper frondens ut oliva et laurus: et acanthos dicta, quia spinis plena est.“ Plura Theophrast. hist. plant. IV, 2 §. 8 et Plin. h. n. XIII, 9 sect. 19. Nunc plurimi spinam Aegyptiam seu Acaciam, cuius hic mentio fit, existimant *mimosam Niloticam* Linn. Conf. Creuzeri commentt. Herodd. pag. 59. 60, qui nunc addit: Schneider. ad Theophrast. l. l. pag. 291, et interprett. ad Homeri Odyss. V, 243 seqq. ibiq. Eustath. p. 218 sqq.

τῷ Κυρηναίῳ λωτῷ] Intelligenda est Cyrenaica et Libyca arbor lotus, *Rhamnus lotus* Linn. (unde lotophagi nomen habent), cuius de fructu agit IV, 177. Quam cave confundas cum loto, cuius II, 92 mentionem fecerat Herodotus. De Cyrenaica loto plurima citavit Creuzer. in Symbol. I pag. 508, qui hic inprimis confert Odyss. IX, 84 seqq.

τὸ δὲ δάκρυον κόμμι ἐστί] Conf. II, 86. Hic laudare sufficiat Strabonem XVII p. 556 et Theophrast. l. l. lacrymas spinae Aegyptiae κόμμι s. gummi dici confirmantes. Est vero, iudice Iablonskio vocc. Aegyptt. pag. 114, vocabulum hoc Aegyptium, quo designatur liquor lacrymae ad instar ex arbore destillans, qui deinde concrescit et durescit. Unde *gummi* dici vult non modo humorem ex spina Aegyptiaca guttatim defluentem, sed etiam ex aliis arboribus. Haec Iablonskius, aliis quoque ac Plinii potissimum testimoniis adhibitis; ipsam enim vocem Aegyptio sermone indicare *consolidationem humidi* vel *guttam* vel *lacrymam concretam*. Aegyptiacam vocis originem statuit quoque Rossi etymol. Aeg. p. 91 seq.

περὶ γόμφους πυκνοὺς καὶ μακροὺς περιείρουσι τὰ διπήχεα ξύλα] γόμφοι hic videntur esse clavi, iique valde longi ac lignei, quibus plura ligna (bicubitalia qualia dicuntur h. l.) connectebantur, quemadmodum in ratibus fit. Neque enim omnino naves hic intelligi posse credam, sed ratium genus, quibus in Nilo fuerint usi; id quod etiam arguunt costae, quae deerant. Conf. Wesselingium ad h. l. et Schneider. in lex. Gr. Locum ipsum inde sic reddit Schweigh. in lexic. Herod. s. v. περιείρειν: „*circum clavos ligneos frequentes et praelongos inserunt et innectunt bicubitalia ligna.*“

ἐπεὰν δὲ τῷ τρόπῳ τούτῳ]

τρόπῳ τούτῳ ναυπηγήσωνται, ζυγὰ ἐπιπολῆς τείνουσι αὐτῶν· νομεῦσι δὲ οὐδὲν χρέωνται, ἔσωθεν δὲ τὰς ἁρμονίας ἐν ὦν ἐπάκτωσαν τῇ βύβλῳ· πηδάλιον δὲ ἓν ποιεῦνται, καὶ τοῦτο διὰ τῆς τρόπιος 147 διαβύνεται· ἱστῷ δὲ ἀκανθίνῳ χρέωνται, ἱστίοισι 4δὲ βυβλίνοισι. ταῦτα τὰ πλοῖα ἀνὰ μὲν τὸν ποταμὸν οὐ δύνανται πλέειν, ἢν .μὴ λαμπρὸς ἄνεμος 5ἐπέχῃ, ἐκ γῆς δὲ παρέλκεται. κατὰ ῥόον δὲ κομίζεται ὧδε· ἔστι ἐκ μυρίκης πεποιημένη θύρη, κατεῤ-

---

τῷ cum recentt. recepi. Vulgo in edd. abest. — ζυγά sunt *transtra*, ut satis constat. Ad νομεῦσι conf. I, 194.

τὰς ἁρμονίας ἐν ὦν ἐπάκτωσαν τῇ βύβλῳ] Vulgo: *obturant commissuras papyro*, nec aliter Schneidero placuit in lex. Gr. s. v. πακτόω: *sie verstopfen die Fugen durch Papier*. Conf. tamen eundem ad voc. ἐπηγκενίδες, et Homer. Odyss. V, 254. — Larcherus haec ita expressit: *ils affermissent en dedans cet assemblage avec des liens de byblus*, cum verbo ἐμπακτοῦν non *inferciendi* sit notio, sed *confirmandi, compingendi;* prouti Eustathius nostrum locum citans ad Odyss. l. l. interpretatur κατασφαλίζονται. Addit quoque Larcherus, etiamnum Arabes simili navigiorum parvorum genere uti, quod *trankis* appellent. *Cr.* ad rem confert Galeum ad Iablonsk. de mysterr. pag. 285 et Wyttenbach. ad Plut. de Is. et Osirid. pag. 194 seq. — De aoristi usu in ἐνεπάκτωσαν confer I, 194. II, 87.

διὰ τῆς τρόπιος διαβύνεται] i. e. *per carinam* (Schiffsboden) *illud transfigunt*. Conf. IV, 71.

ταῦτα τὰ πλοῖα ἀνὰ μὲν τὸν ποταμὸν οὐ δύνανται πλέειν] De praepositionis ἀνὰ in his significatione conf. I, 194. II, 4. III, 13 ibiq. Valcken. Respondet κατὰ ῥόον; ut locis laudd. δύνανται probum est nec mutandum, ut quibusdam placuit, in δύναται. Vid. Wesseling. ad Diod. Sicul. V, 8 et Herod. II, 125.

ἢν μὴ λαμπρὸς ἄνεμος ἐπέχῃ] λαμπρὸς in navigatione dici de vento *forti, valido*, sed *ferente eodem* et *secundo*, dudum monuit Dorvill. ad Chariton. pag. 268. — ἐπέχειν absolute accipiendum cum Schweigh. in lex. Herod. s. v.: „nisi secundus idemque validus ventus *obtineat*.“ Minus bene Schneiderus in lex. Gr.: „wenn nicht ein starker Wind darauf stösst.“ Quod foret: *ingruat, propellat;* quae significatio aliena est a verbo ἐπέχειν.

ἔστι ἐκ μυρίκης πεποιημένη θύρη, κατεῤῥαμμένη ῥιπεῖ

ῥαμμένη ῥιπεϊ καλάμων, καὶ λίθος τετρημένος διτάλαντας μάλιστά κῃ σταθμόν· τούτων τὴν μὲν θύρην, δεδεμένην κάλῳ, ἔμπροσθε τοῦ πλοίου ἀπίει
6 ἐπιφέρεσθαι, τὸν δὲ λίθον ἄλλῳ κάλῳ ὄπισθε. ἡ μὲν δὴ θύρη, τοῦ ῥόου ἐμπίπτοντος, χωρέει ταχέως, καὶ ἕλκει τὴν βᾶριν· (τοῦτο γὰρ δὴ οὔνομά ἐστι τοῖσι πλοίοισι τούτοισι·) ὁ δὲ λίθος ὄπισθε ἐπελκόμενος, καὶ ἐὼν ἐν βυσσῷ, κατιθύνει τὸν πλόον.
7 ἔστι δέ σφι τὰ πλοῖα ταῦτα πλήθεϊ πολλά, καὶ ἄγει
97 ἔνια πολλὰς χιλιάδας ταλάντων. Ἐπεὰν δὲ ἐπέλθῃ ὁ Νεῖλος τὴν χώρην, αἱ πόλις μοῦναι φαίνονται

Aegypti Nilo inundatae facies et navigatio.

καλάμων] *θύρη* hic tabula est ianuae formam ac figuram praebens, ex tamaricis fruticibus confecta et vimine arundineo s. ligamine ex arundinibus consuta. Hinc *cratem* vulgo reddunt. Cf. Wesseling. ad h. l. Quod Herodoto est *ῥῖπος*, aliis est *ῥίψ* s. *ῥῖπες* (ut infra IV, 71) et *ῥιπτοὶ*, crates e viminibus aut calamis arundinibusve. Conf. Casaubon. ad Aeneam Tactic. pag. 221 ed. Orell.

καὶ ἕλκει τὴν βᾶριν] Herodoteam de nomine Aegyptio observationem haud pauci veterum comprobant ipsique recentiores, linguae Aegyptiae periti, *barin* Aegyptiorum sermone *navigium* ac *ratem* dici confirmant. Vide supra II, 41 et conf. Iablonsk. vocc. Aegyptt. p. 49. 50. Champoll. l'Egypt. sous l. phar. II p. 202 seqq. coll. Wyttenbach. ad Plut. moral. II, 1 p. 194. Caeterum observatu dignum, in picturis Aegyptiacis, quales grande descriptionis Aegypti opus continet, huiusmodi naves conspici, ut bene monet Heeren. Ideen etc. II, 2 p. 374; conf. pl. 68 — 71. Tu vid. description de l'Egyp. vol. II (Thèbes) pag. 55 seq. 57. 63. Alias quoque baris indicat navigium s. cymbam ex papyro s. arundine contextam, quales naves tum olim in Aegypto frequentes, tum hodieque in Aethiopia usitatas esse monstrant Gesenii disputata ad Iesai. XVIII, 2 pag. 577. Atque etiam Ritterus (Erdk. I p. 881) in huius loci argumento eo magis insistendum putat, quo certius inde intelligi queat, quantâ navigiorum frequentiâ commercium interius per Aegyptum floruerit, quale vix aliis in Asiae fluviis, Sinae atque Indiae, simile quidquam reperiatur.

Cap. XCVII.

ἐπεὰν δ' ἐπέλθῃ ὁ Νεῖλος τὴν χώρην] De verbo *ἐπέρχεσθαι* conf. II, 19 ibiq. not.

ὑπερέχουσαι, μάλιστά κη ἐμφερέες τῇσι ἐν τῷ Αἰ-
2γαίῳ πόντῳ νήσοισι. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τῆς Αἰγύ-
πτου πέλαγος γίνεται· αἱ δὲ πόλις μοῦναι ὑπερέ-
3χουσι. πορθμεύονται ὦν, ἐπεὰν τοῦτο γένηται, οὐ-
κέτι κατὰ τὰ ῥέεθρα τοῦ ποταμοῦ, ἀλλὰ διὰ μέσου
4τοῦ πεδίου. ἐς μέν γε Μέμφιν ἐκ Ναυκράτιος ἀνα-
πλώοντι, παρ' αὐτὰς τὰς πυραμίδας γίνεται ὁ πλόος·
ἔστι δὲ οὐκ οὗτος, ἀλλὰ παρὰ τὸ ὀξὺ τοῦ Δέλτα,
5καὶ παρὰ Κερκάσωρον πόλιν. ἐς δὲ Ναύκρατιν ἀπὸ
θαλάσσης καὶ Κανώβου διὰ πεδίου πλέων, ἥξεις
κατ' Ἄνθυλλάν τε πόλιν, καὶ τὴν Ἀρχάνδρου κα-

ἐμφερέες τῇσι ἐν τῷ Αἰγαίῳ πόντῳ νήσοισι] Paria exstant apud Diodor. I, 36. Atque iam apud Iesaiam XIX, 5 Nilus inde vocatur *mare*; quem ad locum aliorum scriptorum similia effata collegit Gesen. p. 609, a Cr. laudatus.

ἐκ Ναυκράτιος ἀναπλώοντι] Naucratis in inferiore Aegypto sita et Graecis ab Amaside concessa; de qua plura vid. ad II, 178. 179.

παρ' αὐτὰς τὰς πυραμίδας] i. e. *praeter ipsas pyramides; hart an den Pyramiden vorbei.* Sunt vero illae, quae mediae inter Memphin et Deltae apicem etiamnum conspiciuntur prope Gize; conf. Mannert. Geogr. d. Gr. u. Röm. X, 1 pag. 464.

ἔστι δὲ οὐκ οὗτος] sc. πλόος. Neque enim hanc navigationem solitam et ordinariam esse Noster vult, quae potius iuxta Deltae apicem et Cercasorum urbem fiat. — οὐκ οὗτος iam ante me e libris scriptis restituerunt recentt. editt. Vulgo perperam: οὐδ' οὗτος. — De reliquis conf. ad II, 17 notata. De *Canobi* urbe diximus in excursu ad II, 17.

κατ' Ἄνθυλλάν τε πόλιν, καὶ τὴν Ἀρχάνδρου καλευμένην] Ponit Schlichthorst. l. l. p. 60 Anthyllam eandem esse urbem, quae Graecis etiam appellatur *Gynaecopolis* (Strab. XVII p. 803, B s. p. 1155. Stephan. Byz. s. v.), ab Nili fluvio Canopico aliquantum remota, hodie *Selamun* dicta; Archandropolin, quae postea *Andropolis* et nunc *Shabur* dicatur, paulo infra Anthyllam esse sitam et quidem eadem in planitie. Quibuscum etiam conveniunt fere, quae Larcherus disputat in tab. geograph. s. vocc. In alia omnia abit Mannertus l. l. X, 1 p. 595 seqq., cuius disputationis summa haec fere est: *Gynaecopoleos* urbis nomen sub imperio Romano commutatum fuisse in *Andropolin*, ita ut una eadem-

Anthylla urbs et Archandropolis.

98 λευμένην. Τουτέων δὲ ἡ μὲν Ἄνθυλλα, ἐοῦσα λογίμη πόλις, ἐς ὑποδήματα ἐξαίρετος δίδοται τοῦ
2 αἰεὶ βασιλεύοντος Αἰγύπτου τῇ γυναικί. τοῦτο δὲ
3 γίνεται, ἐξ ὅσου ὑπὸ Πέρσῃσί ἐστι Αἴγυπτος. ἡ δὲ ἑτέρη πόλις δοκέει μοι τὸ οὔνομα ἔχειν ἀπὸ τοῦ Δαναοῦ γαμβροῦ, Ἀρχάνδρου τοῦ Φθίου, τοῦ
4 Ἀχαιοῦ· καλέεται γὰρ δὴ Ἀρχάνδρου πόλις. εἴη

---

que urbs hoc utroque nomine sit intelligenda, quae post *Andro* sit vocata, nunc *Shabur; Archandropolin* vero prorsus incognitam esse.

Cap. XCVIII.

ἐς ὑποδήματα ἐξαίρετος δίδοται] i. e. *ad calceamentorum sumtus erogandos haec urbs* (s. huius urbis reditus) *singulariter assignata s. adtributa est uxori eius satrapae Persici, qui in Aegypto imperat.* Nam τὸν ἀεὶ βασιλεύοντα Αἰγύπτου satrapam dici, qui regis instar in Aegypto regnet, non magis attinet monere, quam illud, imperium istorum praefectorum reapse regium et vix legibus circumscriptum fuisse in subditos, quale hodieque est Turcarum praefectorum, quibus nomen est *Pascha.* Inde *regis* appellatio in satrapa nihil habet absoni. Plura de satrapis citavi ad Ctesiae fragmm. p. 122. Qui satrapae etiam in aliis rebus exteris, quas dicunt, i. e. ornatu, aulicorum ministrorum ac satellitum copia regem summum Persarum imitari studebant. Hinc etiam ipsorum uxores reginae et eo loco habitae, quo regis summi feminae. Qui cum feminis suis ad singulas ornatus partes singula oppida sive eorum reditus dare soleret, morem istum imitati sunt reguli isti provinciarum sive satrapae. Quare parum differt, quod quae hic ἐς ὑποδήματα tradita dicitur reginae urbs, apud Athenaeum I pag. 33 εἰς ζώνην assignata fuisse narratur. Tu vide, quae disputavi ad Ctesiae fragmm. pag. 209.

Ἀρχάνδρου τοῦ Φθίου, τοῦ Ἀχαιοῦ] Haec ita sunt prolata, ut iure *Phthii* filium et *Achaei* nepotem dicere posse videaris *Archandrum.* Nec aliter Stephanus Byzant. s. v. Ἑλλάς. Sed obloquitur Pausanias VII, 1 p. 522 *Archandrum, Achaei* filium ac postmodo *Danai* generum, ex Phthiotide in Argos venisse scribens; ut iam *Phthius* hoc Herodoti loco sit accipiendum nomen gentile Archandri. Equidem nil discernam in re tam obscura atque incerta.

δ' ἂν καὶ ἄλλος τις Ἄρχανδρος· οὐ μέντοι γε Αἰ- 148
γύπτιον τὸ οὔνομα. 41

99 Μέχρι μὲν τούτου ὄψις τε ἐμὴ καὶ γνώμη καὶ ἱστορίη ταῦτα λέγουσά ἐστι· τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε, Αἰγυπτίους ἔρχομαι λόγους ἐρέων, κατὰ τὰ ἤκουον.

Menes, Aegypti rex primus, ab a. 2235 ad 2173 condidit Memphin, et in ea templum Vulcani.

2 προσέσται δὲ αὐτοῖσί τι καὶ τῆς ἐμῆς ὄψιος. 45
3 Τὸν Μῆνα, τὸν πρῶτον βασιλεύσαντα Αἰγύπτου, οἱ ἱρέες ἔλεγον, τοῦτο μὲν, ἀπογεφυρῶσαι καὶ τὴν

οὐ μέντοι γε Αἰγύπτιον τὸ οὔνομα] i. e. *nec tamen Aegyptium quidem est nomen* s. *at Aegyptium certe non est nomen.* De particulis οὐ μέντοι γε vid. Matth. Gr. Gr. pag. 1265.

Cap. XCIX.

ὄψις τε ἐμὴ καὶ γνώμη καὶ ἱστορίη ταῦτα λέγουσά ἐστι] i. e. *enarravi hactenus, quae ipse vidi et quae ipse sentio et quae percunctando ab aliis accepi.* Creuzero (die histor. Kunst d. Gr. pag. 175 not.) ὄψις est: *Kenntniss aus Anschauung,* ἱστορίη *Kenntniss aus Erkundigung,* γνώμη, *was er aus eigner Meinung vorträgt.* Nec aliter Dahlmanno (p. 111) γνώμη est: *mein eigenes Urtheil,* et ἱστορίη *meine Erkundigung.* De hac voce diximus ad init. operis. Quod vero ex hoc Herodoti loco efficere vult idem Dahlmannus: Herodoto in historia conscribenda iam praesto fuisse librorum historici et geographici argumenti copiam quandam, eundemque composuisse opus suum non audientibus, verum legentibus, id unde colligi possit, equidem haud perspicio. Conf. eundem p. 146.

Αἰγυπτίους ἔρχομαι λόγους ἐρέων] Haud improbabile est, quod Heerenius statuit (Ideen II, 2 pag. 208 seq. coll. p. 421 seqq.), quaecunque iam ex Aegyptiaca historia proferantur, ea Memphiticorum sacerdotum (quos praecipue Noster consuluit; vid. II, 3) ex ore fluxisse, Diodorum vero Thebanos sacerdotes secutum esse, Manethonem Heliopolitas. Unde certe intelligitur, qui factum sit, ut in singulis Aegypti regibus enumerandis illi scriptores tantopere dissentiant. De participio ἐρέων conf. I, 194. — κατὰ τὰ pro κατὰ ταῦτα ἃ, ut IV, 76. VI, 88 etc. notat Wesselingius. In uno libro deest τὰ, in quatuor aliis adest; quare retinere malui, quam, quo inclinat Struve l. l. pag. 35 seq., scribere κατά, quod ipsum positum sit pro κατ' ἅ.

τοῦτο μὲν, ἀπογεφυρῶσαι καὶ τὴν Μέμφιν] τοῦτο μὲν, quod inferius repetitur, pertinet ad alterum: τοῦτο δὲ, τοῦ Ἡφαίστου τὸ ἱρὸν κ. τ. λ., ut bina regis opera sacerdotes di-

4 Μέμφιν. τὸν γὰρ ποταμὸν πάντα ῥέειν παρὰ τὸ ὄρος τὸ ψάμμινον πρὸς Λιβύης· τὸν δὲ Μῆνα ἄνωθεν, ὅσον τε ἑκατὸν σταδίους ἀπὸ Μέμφιος, τὸν πρὸς μεσαμβρίης ἀγκῶνα προσχώσαντα, τὸ μὲν ἀρ-

---

gna habuerint, quae Herodoto enarrent: alterum opus fluvii alio deducti urbisque in loco sicco iam conditae, alterum templi splendidi Vulcano dedicati. — καὶ vulgo omissum probati addunt codd., unde recentt. edd. merito receperunt. — ἀπογεφυρῶσαι τὴν Μέμφιν valet: *locum* (in quo Memphis post exstructa est), *aggere obiecto*, *a Nilo eiusque inundationibus tutum praestare*. Nam γεφύραν, unde ἀπογεφυροῦν, non solum *pontem*, sed etiam *aggerem* significare, satis probarunt viri docti, ut minime h. l. opus sit legere ἀποστενυγρῶσαι (*humorum vias occludere et arefacere*), quemadmodum olim coniecerat Wesselingius. — De *Mene* conf. ad II, 4 fin. Hic unum addo Diodor. I, 50, ubi, quae de *Mene* Herodotus memoriae prodidit, ad *Uchoreum* regem referuntur.

τὸν γὰρ ποταμὸν πάντα ῥέειν κ. τ. λ.] Pertinent huc ea, quae ad II, 10 adnotavimus de priori Nili cursu per Libyae deserta. Ac Nilum ipsum si eo itinere ad mare volvisse aquas neges, eius certe fluvium sive partem sic fluxisse existimandum erit. Quae Heerenii est sententia Ideen etc. II, 2 p. 77 seq. coll. Dureau de la Malle géogr. physiq. etc. pag. 37 seq.

πρὸς Λιβύης] i. e. *Libyam versus*, ut mox πρὸς μεσαμβρίης, de quo Matth. Gr. Gr. pag. 1179 seq. Et conf. supra I, 84.

τὸν πρὸς μεσαμβρίης ἀγκῶνα προσχώσαντα] Quod ita intelligendum, ut Menes istud Nili brachium, quod meridiem versus fluebat (eum sc. in locum, ubi dein urbem exstruxit), humo adgesta compleverit, fluvii igitur cursum obstruxerit, quippe aggere opposito eum alio dirigens. προσχοῦν eodem sensu II, 10. Minus recte Miot. Gallice haec ita expressit: „*redressa le coude que le fleuve formait pour se porter au midi.*" Sed iam emendavit Letronne (in censura huius libri pag. 7), ipse sic interpretans: *Menes barra* (au moyen de la digue) *le coude que le fleuve formait au midi* (de Memphis); cum πρὸς μεσημβρίης sit: *du côté du midi*.

τὸ μὲν ἀρχαῖον ῥέεθρον ἀποξηρῆναι] Testantur recentiores peregrinatores, huius antiqui alvei adhuc superesse vestigia, quae iuxta Saccara et loca, in quibus pyramides exstructae sunt, usque ad Canopum persequi liceat. Vid. Rennel. l. l. pag. 602 seq. et supra ad II, 10 laudd.

χαῖον ῥέεθρον ἀποξηράναι, τὸν δὲ ποταμὸν ὀχετεῦ-
5 σαι, τὸ μέσον τῶν οὐρέων ῥέειν. ἔτι δὲ καὶ νῦν
ὑπὸ Περσέων ὁ ἀγκὼν οὗτος τοῦ Νείλου, ὃς ἀπερ-
γμένος ῥέει, ἐν φυλακῇσι μεγάλῃσι ἔχεται, φρασ-
6 σόμενος ἀνὰ πᾶν ἔτος. εἰ γὰρ ἐθελήσει ῥήξας ὑπερ- 55
βῆναι ὁ ποταμὸς ταύτῃ, κίνδυνος πάσῃ Μέμφι κα-
7 τακλυσθῆναί ἐστι. ὡς δὲ τῷ Μῆνι τούτῳ τῷ πρώ-
τῳ γενομένῳ βασιλέϊ χέρσον γεγονέναι τὸ ἀπεργμέ-
νον, τοῦτο μὲν, ἐν αὐτῷ πόλιν κτίσαι ταύτην,
8 ἥτις νῦν Μέμφις καλέεται· ἔστι γὰρ καὶ ἡ Μέμφις

τὸν δὲ ποταμὸν ὀχετεῦσαι, τὸ μέσον τῶν οὐρέων ῥέειν] i. e. fluvium vere per canalem (s. alveum manu factum) *eo deduxisse, ut iam ille medius inter montes* (Arabicos et Libycos) *interflueret*, nec ad Libycos nimis declinaret. — ὀχετεύειν sic invenitur III, 60. Infinitivi usum (τὸ — ῥέειν) explico secundum ea, quae monuit Matthiae Gr. Gr. p. 1067.

ὁ ἀγκὼν οὗτος τοῦ Νείλου, ὃς ἀπεργμένος ῥέει] ὁ ἀγκὼν οὗτος est recens Nili alveus, a vetere iam Menis operâ exsiccato deflectens et orientem versus deductus. Quare Herodotus addit: ὃς ἀπεργμένος ῥέει i. e. *qui exclusus* a priori sc. alveo, *alio cursum dirigit*, qui prohibetur cursu priori alioque fluere coactus est. Rennelius ad sensum haud male sic reddit: *dieser abgegrabene Winkel des Nil* (l. l. p. 602). De forma ἀπεργμένος conf. Matth. pag. 458, et supra I, 160. 174. 72. φρασσόμενος dicitur Nili ἀγκὼν, quatenus quotannis munitur septo vel potius septum (agger) exstructum quotannis invisitur et, si quid opus, reficitur. Unde idem Rennelius: „*er wird jährlich ausgebessert.*“

εἰ γὰρ ἐθελήσει ῥήξας κ. τ. λ.] De εἰ, sequente indicativi futuro conf. Matth. pag. 1017. ῥήξας scil. aggerem, quo in alium alveum fluvius ductus erat eoque continebatur. ταύτῃ i. e. eâ parte, quâ prius undas volvebat, quo in loco exsiccato nunc urbs Memphis erat exstructa.

γεγονέναι τὸ ἀπεργμένον] i. e. *is tractus terrae, unde fluvius aggere obstructo iam prohibitus est, quem perfluere amplius non potuit.* — Ad structuram ex antecedd. suppl. οἱ ἱρέες ἔλεγον.

πόλιν κτίσαι ταύτην, ἥτις νῦν Μέμφις καλέεται] De hac urbe multi multa. Nos de ipso urbis loco atque nomine quaedam hic notabimus. Nam situm eius vario modo indicarunt viri docti; quorum qui apud Gizeh s. Djizah, quod nunc vocatur,

ἐν τῷ στεινῷ τῆς Αἰγύπτου· ἔξωθεν δὲ αὐτῆς περιορύξαι λίμνην ἐκ τοῦ ποταμοῦ πρὸς βορέην τε καὶ πρὸς ἑσπέρην· τὸ γὰρ πρὸς τὴν ἠῶ αὐτὸς ὁ Νεῖ-
9 λος ἀπέργει. τοῦτο δὲ, τοῦ Ἡφαίστου τὸ ἱρὸν ἱδρύσασθαι ἐν αὐτῇ, ἐὸν μέγα τε καὶ ἀξιαπηγητότατον.

---

in occidentali Nili ripâ Memphin conditam fuisse perhibent, ii vel Plinio teste (h. n. XXXVI, 16) erroris argui possunt. Et secuti sunt alii peregrinatores, qui ab isto loco meridiem versus proficiscenti Memphin sitam fuisse censerent iis in locis, ubi nunc exstant vici bini *Metrahenny* et *Mohannan* sive *Moniéh-Rahineh* et *Mokhnan.* Quae sententia Gallorum quoque doctorum assensum tulit, in ipsa loca accurate inquirentium, ita ut iure acquiescere possis. Vid. Champoll. l'Egypt. sous l. phar. I p. 342 seqq. et p. 347 seq. Mannert. Geograph. d. Gr. u. Röm. X, 1 pag. 450 coll. cum Rennel. p. 599 seqq. et Schlichthorst. l. l. pag. 89 seqq. Quos viros doctos consulant, qui plura de urbis magnitudine et splendore edoceri cupiant, ab Herodoti interpretatione haud scio an nimis aliena. Nomen urbis sic interpretatur Iablonskius (vocc. Aegg. p. 137), ut *plenam bonorum* intelligat. Nec multum ab eo recedit Champoll. l. l. p. 363, qui *loci boni* significationem in ea voce inesse existimat. Graecum vero nomen refert ad Aegyptium *Mefi*, quò illa urbs ab Aegyptiis revera fuerit vocitata. In Hebraeorum literis vocatur *Noph*, *Moph.* Plura Gesen. ad Iesai. XIX, 13 pag. 622.

ἐν τῷ στεινῷ τῆς Αἰγύπτου] τὸ στεινὸν angustam Aegypti partem dicit eam, quae a Deltae apice meridiem versus escendenti montibus utrinque inclusa Nili efficit vallem.

τὸ γὰρ πρὸς τὴν ἠῶ αὐτὸς ὁ Νεῖλος ἀπέργει] „*Nam versus orientem ipse Nilus eam praestringit.*" Ita Schweigh.; qui in lex. Herod. s. v. ἀπέργειν monet, usurpari hoc verbum a Nostro, quando aut mare aut fluvius regionem dicatur excludere s. seiungere, ne longius illa porrigat, i. e. *finire*, *terminare;* tu conf. I, 72. 174. 204. Hinc a sensu loci non aberravit Miot., sic Gallice vertens: „du côté de l'orient le Nil même *lui sert de défense.*"

τοῦ Ἡφαίστου τὸ ἱρὸν ἱδρύσασθαι ἐν αὐτῇ, ἐὸν μέγα τε καὶ ἀξιαπηγητότατον] De quo templo plura narrantur II, 101. 108. 110. 121. 136. Nam a Mene inchoatum tantummodo templum posteri reges certatim exornarunt. Addidit vestibula septentrionem versus Moeris, occidentem versus Rhampsinitus, orientem versus eaque magnificentissima Asychis, meridiem versus Psammitichus. De colosso ante hoc templum ere-

100 Μετὰ δὲ τοῦτον, κατέλεγον οἱ ἱρέες ἐκ βύβλου ἄλ- Reges post Menem CCCXXX, in quibus Aethiopes

---

cto, Amasidis opere, Noster retulit II, 176, cui adde quae apud Strabon. XVII pag. 1161 Almel. p. 807 Casaub. de hoc templo leguntur amplissimo certe et splendidissimo. Cuius adhuc rudera inveniuntur dispersa ad vicum Mit-Rahinéh. Vid. Champoll. l. l. pag. 354 seq. 360 sq. Rozière descr. de l'Egypt. t. III p. 452. Qui *Hephaestus* s. *Vulcanus* Herodoto dicitur deus, idem est, qui vocatur *Phthah*, ignis vim tum corpoream tum intellectualem declarans. Cui summo deo addita *Isis-Neïth*, unde Osiris tanquam sol, sive Horus-Apollo ortus ferebatur. Conf. Cic. nat. deor. III, 21 ibiq. not. pag. 595 et Creuzeri Symbol. I p. 529 seq.

Cap. C.

κατέλεγον οἱ ἱρέες ἐκ βύβλου κ. τ. λ.] *βύβλον* hic dicit *librum* s. *volumen papyraceum*. Significat enim *βύβλος* et *volumen papyraceum* et ipsam plantam, unde illud conficitur s. *Cyperum papyraceum*. Multa Beck. in allgem. Weltgesch. I pag. 755 coll. 267. — Ad argumentum loci haec monet Creuzer. (comm. Herodd. p. 197): „Qui locus nunc planius intelligitur, post protracta ex hypogaeis Thebaicis volumina papyracea, non solum imaginibus ornata, verum etiam late patentibus scripturae columnis referta; unde recte colligit doctissimus Iomard. in descript. de l'Eg. antiqq. II p. 358 non modo tesseras sacras, ritus, disciplinarum praecepta sacrarum perscripta fuisse in illis voluminibus, verum etiam historias, et pro *annalibus* magnam partem habenda esse ea, quae papyri illae habuerunt. Inde proclive est ad intelligendum, cur Diodorus I, 53 res Sesostridis uberius persecutus sit, brevius Herodotus. Nimirum si statuas, e maioribus voluminibus hausta esse ea, quae Diodorus memorando audiverat, e brevioribus autem lectitata, quae apud Herodotum relata sunt: debent proinde utriusque narrationes censeri e fide *annalium sacerdotalium*. Deinde quae verbis narrata leguntur apud utrumque scriptorem, eadem prorsus, vel ex parte valde similia, anaglypha exhibent in parietibus templorum palatiorumque exsculpta. Quo ea pertinent, quae in vico Medinatabu visuntur, aeneisque tabulis reddita exstant in opere laudato. Ad ea conf. quae ibidem monentur ab editoribus vol. II cap. 9 sect. 1 p. 60 seqq. Quae tabulae adhibendae sunt Herodoto II cap. 102 seqq." Idem postea in Symbol. IV praefat. pag. VIII not. monet Aegyptiis fuisse carmina epica s. traditiones, secundum sacerdotum successiones et pharaonum dynastias ordinatas, quas ipsas Herodoto ex his *voluminibus papyraceis* praelegerint sacerdotes. Nec meram historiam illis con-

XVIII, et una mulier Nitocris nomine, imperans ab a. 1994 ad 1982; quomodo haec ulta sit caedem fraternam.

λων βασιλέων τριηκοσίων τε καὶ τριήκοντα οὐνό- *ματα. ἐν τοσαύτῃσι γενεῇσι ἀνθρώπων, ὀκτωκαί-*

---

tentam fuisse, sed multa alia admixta. „Vielmehr waren diese episch-historischen Ueberlieferungen vielfältig mit jenen religiösen Legenden durchwebt, und gleichsam mit einem allegorischen Faden durchzogen. Nicht anders war es bei den Indiern, wie Ramayan und Mahabarat zeigen; nicht anders auch bei den Griechen bis zu den Ueberlieferungen von den Herakliden-Wanderungen herab.“ —

ἄλλων βασιλέων τριηκοσίων κ. τ. λ.] *βασιλέων* cum recentt. scripsi pro *βασιλήων*. In ipso numero trecentorum triginta regum haud plane consentit Diodorus, qui potiores tantum reges commemorasse videtur. Vid. I, 45. 47. 50 seqq. Neque Manethonem admodum a Nostro dissentire probare studuit Heeren. Ideen II, 2 p. 427 seq. Quae enim a Manethone recensentur septemdecim regum familiae, ipsique reges ducenti septuaginta sex, convenient cum Herodoteis trecentis triginta, si duarum familiarum, sextae ac decimae, reges haud indicari apud Manethonem reputaveris. Atqui utriusque familiae regum numerus Herodoteum numerum complere poterat. In eo vero plane concordat uterque scriptor, quod unam commemorant reginam, Nitocrin nomine, quodque etiam unam Aethiopicam regum familiam dicit Manetho, quae septemdecim reges continuerit. Ac denique in eo consensio, quod ab hisce regibus nihil fere, quod memoratu valde dignum fuerit, peractum fuerit. Tempus vero, quo reges isti floruerint, accuratius vix equidem definierim, nisi illud cum Heerenio l. l. pag. 426: reges istos antecedere annum 1350 ante Chr. n.; quippe quo anno Moeris, qui ultimus horum regum perhibetur, obiit, aut annum 1356, si Larcheri probes calculos (chronolog. d'Herodot. p. 86. 87). Qui idem (l. l. pag. 84 seq.) annorum numerum indagare studet, quos reges illi trecenti triginta compleverint. Nam singulas aetates ad numerum vicenarium revocans efficit numerum 6600 annorum, ita ut Menes regnaverit anno 7956 a. Chr. n. Sed mox praefert alias rationes, quibus ex Herodoti mente Menem decem adeoque undecim *fere* mille annis ante Chr. n. regnum tenuisse statuendum sit. Quae quidem protulisse sat habemus; nam refellere talia minime vacat. Nec singulos attinet recensere reges aut eorundem familias; vid. modo Beck. allgem. Weltgesch. I pag. 283 seqq. coll. 281.

ἐν τοσαύτῃσι γενεῇσι ἀνθρώπων] Non tam de generationibus quam de successionibus

δεκα μὲν Αἰθίοπες ἦσαν, μία δὲ γυνὴ ἐπιχωρίη·
3 οἱ δὲ ἄλλοι, ἄνδρες Αἰγύπτιοι. τῇ δὲ γυναικὶ οὔ-
νομα ἦν ἥ τις ἐβασίλευσε τόπερ τῇ Βαβυλωνίῃ,
4 Νίτωκρις. τὴν ἔλεγον τιμωρέουσαν ἀδελφεῷ, τὸν 70
Αἰγύπτιοι βασιλεύοντα σφέων ἀπέκτειναν· ἀποκτεί-
ναντες δὲ, οὕτω ἐκείνῃ ἀπέδοσαν τὴν βασιληΐην·
τούτῳ τιμωρέουσαν, πολλοὺς Αἰγυπτίων διαφθεῖ-
5 ραι δόλῳ. ποιησαμένην γάρ μιν οἴκημα περίμηκες 149

---

haec intelligenda monet Larcherus.

ὀκτωκαίδεκα μὲν Αἰθίοπες ἦσαν] Iam dixi, unam quam Manetho profert regum familiam quartam, septemdecim dici regum eamque peregrinam. Ubi Aethiopes intelligendos esse dubio caret. Nec mirum; nam satis compertum habemus, quae Aethiopiae atque Aegypti olim fuerit coniunctio. Conf. Heeren. Ideen II, 2 p. 118 et nott. ad Herod. II, 29.

τόπερ τῇ Βαβυλωνίῃ, Νίτωκρις] Nulla, si quid video, emendatione hic eget locus, nec scribendum *ἐν τῇ Βαβυλ.*, ut quidam libri offerunt, nec *καὶ τῇ* sive *τῇ ἐν*, nec denique *ἢν τῇ*, ut quibusdam viris doctis in mentem venit. — Ad argumentum loci vid. I, 185. 187. Reginae nomen Eratosthenes interpretatur *Ἀθηνᾶν νικηφόρον*, probante Iablonsk. vocc. Aegg. pag. 162. Ad Aethiopum regum familiam utrum illa pertineat, haud monet Noster, qui ita potius de ea loquitur, ut Aegyptiam fuisse suspiceris. Aethiopicam tamen dicit Heeren. l. l. II, 1 p. 412, ubi monet, in Aegyptiorum rebus nullam commemorari reginam mulierem, sed in anaglyphis Aethiopicis recens detectis plures conspici feminas reginas. Ad quas etiam pertinuisse vult *Nitocrin* Herodoteam.

ποιησαμένην γάρ μιν οἴκημα περίμηκες κ. τ. λ.] Vulgo haec ita accipiunt: „fecisse scilicet conclave praelongum subterraneum, novum quiddam se moliri dicentem, animo aliud cogitantem.“ Ubi *καινοῦν* cum glossa Herodot. exponunt: *χρήσασθαι λόγῳ καινῷ novo quodam sermone uti*, quemadmodum apud Thucydid. III, 82 *καινοῦσθαι τὰς διανοίας*, *novas excogitatas esse rationes*. Sed Valckenarius verbo *καινοῦν auspicandi*, *inaugurandi* et *dedicandi* tribuit notionem, quam eandem in verbo cognatae stirpis ac significationis *καινίζειν* idem comprobat. Iam *τῷ λόγῳ* erit oppositum sequenti *νόῳ*, quemadmodum alias sibi opponuntur *λόγῳ μὲν* — *ἔργῳ δὲ*, alia id genus, et apud Latinos *verbo* — *re vera*. Unde eam esse vult vir doctus loci sententiam: *quod fieri curaverat spa-*

ὑπόγαιον, καινοῦν τῷ λόγῳ, νόῳ δὲ ἄλλα μηχανᾶ-
6 σθαι. καλέσασαν δέ μιν Αἰγυπτίων τοὺς μάλιστα
μεταιτίους τοῦ φόνου ᾔδεε, πολλοὺς ἑστιᾶν· δαι-
νυμένοισι δὲ ἐπεῖναι τὸν ποταμὸν δι' αὐλῶνος κρυ-
7 πτοῦ μεγάλου. ταύτης μὲν πέρι τοσαῦτα ἔλεγον·
πλὴν ὅτι αὐτήν μιν, ὡς τοῦτο ἐξέργαστο, ῥῖψαι ἐς
οἴκημα σποδοῦ πλέον, ὅκως ἀτιμώρητος γένηται.

---

tiosum conclave subterraneum, verbo quidem auspicatam, sed re vera alia fuisse meditatam (sc. reginam). Et praeter Schneiderum in lex. Graec., qui voci καινοῦν inde hanc *auspicandi* tribuit significationem, Schweighaeusero quoque valde arrisit haec interpretatio. Ac praestat certe sic interpretari, quam cum Toupio (emendd. in Suid. III p. 193) legere ξεινῶνα (pro καινοῦν) μὲν τῷ λόγῳ, id quod Larchero placuit, aut cum Coraë: ὑπόγαιον μὲν ἐὸν τῷ λόγῳ, quod ne Larcheri quidem tulit adplausum. Sed οἴκημα, si Valckenarianam probes rationem, erit non tam *camera*, *conclave*, quam *aedes*, *aedicula*; quippe facilior tum reginae fraus. Hoc fere sensu οἴκημα ἐν κατιρῶσαι I, 164 coll. VIII, 144. — ποιεῖσθαι hic est *faciundum curare aliquid*, vid. I, 31 ibiq. nott. II, 135. Gallus alter interpres Miot. in vulgari interpretatione perstitit, ex qua bene sic locum reddidit: „elle fit batir une vaste galerie souterraine, prétextant quelque nouveau projet de travaux, quoiqu'elle eût arrêté à l'avance l'objet au quel elle la destinait.“ — Ad verba: καλέσασαν δὲ κ. τ. λ., quibus antecedentia (ἄλλα μηχανᾶσθαι) quodammodo explicantur, conf. Matth. Gr. Gr. pag. 1244 seq., ubi hicce usus particulae δὲ illustratur.

ἐπεῖναι] sc. τὴν Νίτωκριν; „*reginam* (enarrabant sacerdotes) *inter coenandum immisisse fluvium.*“ —

δι' αὐλῶνος] i. e. *per canalem*; conf. II, 127.

ῥῖψαι ἐς οἴκημα σποδοῦ πλέον] Haud dissimile apud Persas veteres occurrit supplicium, quo mortis damnatos in locum cinere completum detrudebant. Vid. Ctesiae fragmm. Perss. §. 48, ubi plura adscripsi pag. 193. 194. Nec in Herodoti textu ex Anonymi narratione, quae edita nunc legitur in Bibliothek d. alt. Literat. Gotting. 1789 p. 13 seq., quidquam mutandum. Quod vero ad Nostri II, 140 ponit Schweigh., videri hic talem intelligendam esse cameram, in qua Aegyptii cineres ob aptiorem agrorum culturam diligenter colligere et adservare soliti sint, hoc quo iure statui possit, equidem non exputem.

ὅκως ἀτιμώρητος γένηται]

101 Τῶν δὲ ἄλλων βασιλέων οὐ γὰρ ἔλεγον οὐδεμίαν ἔργων ἀπόδεξιν, κατ' οὐδὲν εἶναι λαμπρότητος, πλὴν ἑνὸς τοῦ ἐσχάτου αὐτῶν Μοίριος. τοῦτον δὲ ἀποδέξασθαι μνημόσυνα, τοῦ Ἡφαίστου τὰ πρὸς βορῆν ἄνεμον τετραμμένα προπύλαια· λίμνην τε

Rex Moeris, ultimus illorum, ab a. 1445 ad 1418: eius tria opera.

---

i. e. *ut vindictam* (ab Aegyptiis sibi metuendam) *effugeret*, insiliit ipsa in cineres vitamque hoc modo finiit.

Cap. CI.

οὐ γὰρ ἔλεγον οὐδεμίαν ἔργων ἀπόδεξιν] οὐδεμίαν cum Gaisf. rescripsimus pro οὐδεμίην. Quid ἀπόδεξις sit, initio operis indicavimus. Hinc loci sensus: „*neque enim ullum eorum opus memorabile*, quod praestiterint, indicare habebant s. indicabant sacerdotes."

κατ' οὐδὲν εἶναι λαμπρότητος] Sic omnes libri, quibus invitis hoc loco nihil innovaverim, oratione, ut mihi quidem videtur, verbis interpositis interrupta nec ita inde procedente, ut existimaveras. Qui emendavit vir doctus: κατ' οὐδένα εἶναι λαμπρότητος, is certe structurae nonnihil succurrit, quam intricatiorem hic esse nemo non videt, quamquam ad ipsam sententiam certissimum est, haec verba: κατ' οὐδὲν εἶναι λαμπρότητος nihil aliud valere nisi: ἐν οὐδενὶ [s. κατ' οὐδὲν] λαμπροὺς εἶναι, ut bene vidit Gaisfordius. Nam Schweighaeuserianam rationem, quà vulgata lectio stare possit, si κατ' οὐδὲν accipias: *fere nihil, tantum quantum nihil*, *autant que rien*, *à peu près rien*, probare nequeo, neque illud, quod praepositionem κατὰ comparationi inservientem huc refert, aliosque rursus adfert locos, in quibus distributiva sit huius praepositionis vis atque potestas. Quae qualis sit in locutione κατ' οὐδὲν, ubi nihil distribuendum habemus, equidem haud intelligo. Stegerus ante vocem λαμπρότητος intelligi mavult τι, hoc sensu: „*aliorum vero regum in nulla re* (κατ' οὐδὲν) *aliquid decoris* (τι λαμπρότητος) *esse*.

πλὴν ἑνὸς τοῦ ἐσχάτου αὐτῶν Μοίριος] De huius regis aetate videantur, quae ad II, 13 et 100 dicta sunt. — Mox ἀποδέξασθαι eo sensu, quo supra I, 16. 59. 174. II, 36.

τοῦ Ἡφαίστου τὰ πρὸς βορῆν ἄνεμον τετραμμένα προπύλαια] πρὸς βορῆν ἄνεμον eàdem dixit orationis abundantia, qua supra I, 6. — προπύλαια vulgo vertunt: *vestibula aedis*, aut Graeco vocabulo retento: *propylaea*. Sed cave intelligas *portas* aut *ianuas*, quibus introitus pateat in aedes; sunt enim intelligenda ipsa integra aedificia, vestibulorum ad instar exstructa, seorsim qui-

ὀρύξαι, τῆς ἡ περίοδος ὅσων ἐστὶ σταδίων ὕστερον δηλώσω· πυραμίδας τε ἐν αὐτῇ οἰκοδομῆσαι, τῶν τοῦ μεγάθεος πέρι ὁμοῦ αὐτῇ τῇ λίμνῃ ἐπιμνήσο-

---

dem ab ipsa aede, in quam introituro utique haec propylaea erant permeanda. Inveniuntur istiusmodi moles crebrius in Aegypto, ipsam aedem s. τὸν νηὸν quasi cingentes; quare et hic et seqq. capp., ubi, quae ab aliis Vulcani templo addita fuerint propylaea, enarrantur (cf. II, 99 fin.), intelliguntur „des constructions indépendantes du temple même, élevées dans des positions tous différentes par rapport à cet édifice, placées au nord, à l'est, au sud, à l'ouest, et érigées à des époques très éloignées les unes des autres; en sorte que tous les édifices, dont se composait le temple de Vulcain, élevées successivement, avoient coexisté bien long-temps après la construction du noyau de ce grand ensemble.“ Ita Letronne (recherches pour servir à l'histoire de l'Egypt. Paris. 1823 p. 26 seq. coll. Iomard. in journal des Sav. 1818 Mai p. 305), bene monens de hoc aedificiorum genere a Graecis templis alieno Aegyptiisque proprio, quod introitum quidem ad ipsas aedes praebere poterat. Quae Strabo hanc in rem profert, ab eodem viro docto iam sunt allata; hoc equidem ex *Cr.* nota ad hunc loc. addam, etiamnum superesse horum propylaeorum rudera splendida et ampla, qualia in descriptione Aegyptiacarum antiquitatum a doctis Gallis editâ repraesentata videmus. Et hunc morem regum Aegyptiorum, quo ducti singuli deinceps per decursum temporis veteribus aedificiis, templis, nova ornamenta addebant aut illa ampliora reddebant (quemadmodum in hoc ipso Vulcani templo Memphitico factum accepimus; cf. II, 108. 110. 121. 153. 175), egregie confirmarunt editores operis modo laudati vol. II (Thèbes) pag. 203 eo, quod in palatio prope Luksor, orientali *in latere* Nili, singulas partes eius aedificii diversis aetatibus deinceps conditas esse monstrarunt. Haec sufficiant. De Atheniensium propylaeis conferantur, quae citat Creuzerus in Symbol. II pag. 806.

ὕστερον δηλώσω] Vid. *II*, 149.

τῶν τοῦ μεγάθεος πέρι] i. e. *quod vero attinet ad magnitudinem eorum*. Nam absolute ut aiunt, haec accipienda, ut docet Matthiae Gr. Gr. pag. 1175. — In fine cap. cum Gaisf. rescripsimus: ἄλλων οὐδένα, cum vulgo inverso ordine legerentur. Schaefero nunc magis placere video οὐδένα ἄλλων, in apparat. critic. ad Demosthen. tom. III p. 177.

3 μαι. τοῦτον μὲν τοσαῦτα ἀποδέξασθαι, τῶν δὲ ἄλλων οὐδένα οὐδέν.

102 Παραμειψάμενος ὦν τούτους, τοῦ ἐπὶ τούτοισι γενομένου βασιλέος, τῷ οὔνομα ἦν Σέσωστρις, τού- Post illos regnat Sesostris, ab an. 1416 ad 1357: is ex Arabico sinu

---

Cap. CII.

τῷ οὔνομα ἦν Σέσωστρις] ἦν rescripsi iubente Struve specim. dial. Herod. p. 20, cum quatuor melioris notae libri hoc offerrent. Vulgo ἔην. — De *Sesostri* comparetur classicus Diodori locus I, 53 seqq., qui inter varias de hoc rege narrationes verisimillima se referre affirmat. Namque vel in nomine regis haud parva dissensio, quod aliis est *Sesothis*, aliis *Sesoosis*, aliis *Sesonchis*, aliis *Ramasses*; qua de re conf. Wesseling. not. ad Diodor. l. l. et Beck. allgem. Weltgesch. I p. 694. Equidem hoc addam ex Heeren. Ideen II, 2 p. 316 seq.: in monumentis Aegyptiacis, quorum scripturam sibi detexisse visi sunt viri docti, unum inveniri nomen *Ramesses*, idque frequentius quovis alio regio nomine, saepius addito cognomine *dilecti* et *probati Amuni*, *filii dei solis*, *principis populi*. Cuius nominis quae sit ratio, expedire studuit Iablonsk. vocc. Aegg. p. 288. Add. quae ex Champoll. affert M. Fritsch. l. ad II, 36 laudato p. 71. — Aetatem regis septem post Moeridem generationibus (γενεαῖς) definit Diodorus, cum Herodotus eundem Moeridi proximum collocare videatur. Herodoti auctoritatem sequitur praeter alios Larcherus (t. VII pag. 86 seqq. 576) indeque annum ponit 1356 a. Chr. n., quo ad regnum Sesostris fuerit evectus, et annum 1312, quo regnare desierit. Alias aliorum sententias praebebit Beck. l. l. p. 697, cui hoc unum verisimile videtur, ad saeculum decimum quintum a. Chr. n. hunc Aegypti regem esse referendum. De expeditionibus bellicis, quibus tantopere Sesostris inclaruit, auctor est Diodor. I, 55 seqq., ubi aliorum testimonia adnotarunt interpretes. Plura hanc in rem Beck. l. l. p. 694 seqq. coll. Zoëga de obeliscc. p. 577 seqq., ubi not. g 15 veterum loci de Sesostri collecti exhibentur. Atque Diodori illum locum, monente *Cr.*, nuper quoque exhibuerunt et cum monumentis Thebaicis prope Medinat-abu contulerunt auctores operis: descript. de l'Egypt. vol. II. Thèb. pag. 60 seqq. Namque Thebaica sunt potissimum monumenta et palatii prope Karnak rudera, quorum in anaglyphis praeter alia aliorum regum facinora plurimas res a Sesostri gestas ad oculorum sensum traductas beneque repraesentatas conspicimus; unde quae apud Herodotum et Diodorum memoriae prodita exstant, opti-

quam longe potuit progressus, rubri maris accolas; et reversus mediterraneos populos ad septentrionem domuit: cippi victoriae indices.

2 του μνήμην ποιήσομαι. τὸν ἔλεγον οἱ ἱρέες πρῶ-
τον μὲν πλοίοισι μακροῖσι ὁρμηθέντα ἐκ τοῦ Ἀρα-
βίου κόλπου, τοὺς παρὰ τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν
κατοικημένους καταστρέφεσθαι· ἐς ὃ πλέοντά μιν
πρόσω, ἀπικέσθαι ἐς θάλασσαν οὐκέτι πλωτὴν ὑπὸ
3 βραχέων. ἐνθεῦτεν δὲ ὡς ὀπίσω ἀπίκετο ἐς Αἰγυ-

---

me comprobantur. Conf. Heeren. Ideen II, 2 p. 317. 318. Ritter. Erdkund. I p. 742 seq. et quae monebuntur ad Herodot. II, 102. 110. Ex iis autem satis perspicuum fiet, quid de Zoëgae sententia (de obelisce. pag. 578, ubi, quae de Sesostri verisimilia habet, exponit) statuendum sit, ad Aegyptium imperium unice illius regis expeditiones pertinuisse, cum minime ea fuerit Aegypti tum conditio, ut magnas istiusmodi expeditiones in longe remotas terras susceptas fuisse consentaneum fuerit. Cautius statuit de his Heeren. l. laud. p. 322, ubi illud ex veterum narrationibus de Sesostri certo colligi posse vult, expeditiones huius regis terrestres ad Syriam omnemque Asiam minorem (Vorderasien) adeoque Thraciam pertinuisse.

πλοίοισι μακροῖσι ὁρμηθέντα κ. τ. λ.] μακρὰ πλοῖα sunt *naves bellicae;* conf. I, 2. 163 ibiq. nott. — Cum Herodoteis optime conveniunt Diodori verba I, 55 init. Nam classem quadringentarum navium in mare rubrum a rege missam refert, qui omnium primus indigenarum longa navigia exstruxerit. Quâ classe et insulas illic sitas et oram maritimam ad Indicas usque terras ditioni suae adiecisse. Harum verum expeditionum fidem nunc faciunt ipsa illa anaglypha in Aegyptiis monumentis conspicua, et quidem potissimum in externo muro palatii, quod est prope Medinat-abu. Exhibitas conspicimus pugnas navales Aegyptios inter atque Indos Aethiopesve, quos armis, vestitu *omnique* habitu facile *dignoscas* ab Aegyptiis; quin ipsa *longa* navigia, quae commemorant Herodotus atque Diodorus, comparent. Plura Heeren. Ideen II, 2 pag. 287—291. 319. Eiusdem rei *Cr.* quoque ad h. l. admonet, laudans descript. de l'Eg. ant. vol. II Thèb. *cp. 9* sect. 1 pag. 60. De Aegyptiorum navigatione per mare rubrum disputat quoque Rozière ibid. ant. vol. I *p.* 133.

τοὺς παρὰ τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν κατοικημένους] De *mari rubro* diximus ad I, 1. Ad κατοικημένους conf. I, 28 ibiq. nott.

ὑπὸ βραχέων] βραχέα hic dicit *vada*, *loca vadosa*, ut IV, 178.

κτον, κατὰ τῶν ἱρέων τὴν φάτιν, στρατιὴν πολ-
λὴν λαβὼν ἤλαυνε διὰ τῆς ἠπείρου, πᾶν ἔθνος τὸ 150
4 ἐμποδὼν καταστρεφόμενος. ὁτέοισι μέν νυν αὐτῶν
ἀλκίμοισι ἐνετύγχανε καὶ δεινῶς γλιχομένοισι περὶ 1
τῆς ἐλευθερίης, τούτοισι μὲν στήλας ἐνίστη ἐς τὰς
χώρας, διὰ γραμμάτων λεγούσας τό τε ἑωυτοῦ οὔ-
νομα καὶ τῆς πάτρης, καὶ ὡς δυνάμι τῇ ἑωυτοῦ
5 κατεστρέψατό σφεας. ὁτέων δὲ ἀμαχητὶ καὶ εὐπε- 5
τέως παρέλαβε τὰς πόλις, τούτοισι δὲ ἐνέγραφε ἐν
τῇσι στήλῃσι κατὰ ταὐτὰ καὶ τοῖσι ἀνδρηΐοισι τῶν
ἐθνέων γενομένοισι· καὶ δὴ καὶ αἰδοῖα γυναικὸς
προσενέγραφε, δῆλα βουλόμενος ποιέειν ὡς εἴησαν

κατὰ — τὴν φάτιν] φάτις est *narratio*. Conf. I, 60. —

στρατιὴν πολλὴν λαβὼν] Quod post πολλὴν in quibusdam codd. exstat τῶν, id Valckenario mutandum videtur in ἀστῶν (ut intelligantur *indigenae*, *Aegyptii*, qui copiis mercenariis et peregrinis opponantur), aut prorsus eiiciendum. Quare nos cum recentt. edd. eiecimus, praesertim cum ab aliis bonae notae libris absit vocula.

ὁτέοισι μέν νυν αὐτῶν κ. τ. λ.] αὐτῶν cum Gaisf. rescripsi pro αὐτέων. Ad argumentum conf. Diodor. I, 55 eadem fere enarrantem.

γλιχομένοισι περὶ τῆς ἐλευθερίης] De structura vid. Matthiae Gr. Gr. §. 350 pag. 660, ubi vertit h. l.: „aus Liebe zur Freiheit für sie kämpfen.“ Quare nec abiicienda praepositio περὶ, ut quibusdam olim placuit, nec γλιχομένοισι (quod reddere etiam licet: *pugnandi cupidis*) mutandum in μαχομένοισι, ut V, 2. VII, 135.

κατὰ ταὐτὰ καὶ] καὶ valet *atque*, *quam*. Conferas Viger. p. 522. Plurima ex Herodoto nunc attulit Struve spec. quaest. de dial. Herod. p. 25.

καὶ δὴ καὶ αἰδοῖα γυναικὸς κ. τ. λ.] Eadem fere Diodorus l. l., ubi hoc praeterea legimus, viri pudenda insculpta fuisse in statuis, quas in gentium bellicosarum terris rex statuerit. Ad quem locum alios citat Wesselingius, qui ad Herodoti locum Iosephi meminit in antiqq. Iudd. VIII, 10, 3 aliusque similis narrationis de Margaretha, Danorum olim reginâ fortissima, quae in dedecus gentis Sueonum naturâ muliebri nummos signaverit.

103 ἀνάλκιδες. Ταῦτα δὴ ποιέων, διεξήϊε τὴν ἤπειρον· ἐς ὃ ἐκ τῆς Ἀσίης ἐς τὴν Εὐρώπην διαβὰς, τούς
2 τε Σκύθας κατεστρέψατο καὶ τοὺς Θρήϊκας. ἐς τούτους δέ μοι δοκέει καὶ οὐ προσώτατα ἀπικέσθαι ὁ Αἰγύπτιος στρατός· ἐν μὲν γὰρ τῇ τούτων χώρῃ φαίνονται σταθεῖσαι αἱ στῆλαι· τὸ δὲ προσωτέρω
3 τούτων, οὐκέτι. ἐνθεῦτεν δὲ ἐπιστρέψας ὀπίσω ἤϊε· καὶ ἐπεί τε ἐγένετο ἐπὶ Φάσι ποταμῷ, οὐκ ἔχω τὸ ἐνθεῦτεν ἀτρεκέως εἰπεῖν, εἴτε αὐτὸς ὁ βασιλεὺς Σέσωστρις ἀποδασάμενος τῆς ἑωυτοῦ στρατιῆς μόριον ὅσον δὴ, αὐτοῦ κατέλιπε τῆς χώρης οἰκήτορας· εἴτε τῶν τινὲς στρατιωτέων τῇ πλάνῃ αὐτοῦ ἀχθε-
104 σθέντες, περὶ Φάσιν ποταμὸν κατέμειναν. Φαίνονται μὲν γὰρ ἐόντες οἱ Κόλχοι Αἰγύπτιοι· νοήσας

Quousque in Europam arma tulerit.

Colchi ab Aegyptiis oriundi: quae gentes virilia circumcidant.

Cap. CIII.

ταῦτα δὴ ποιέων] *δὴ* a Schweigh. et Gaisford. librorum quorundam ex auctoritate mutatum est in *δέ*; sine causa, ut equidem existimo.

καὶ οὐ προσώτατα] *οὐ* cum absit a duobus codd., eiecerunt Schweigh. et Gaisf. Equidem particulam retinendam censui. Ad reliqua conf. Matth. Gr. Gr. §. 464.

ἀποδασάμενος τῆς ἑωυτοῦ στρατιῆς μόριον ὅσον δὴ] Scripsi cum recentt. seiunctim *ὅσον δή*. Vulgo coniunctim. Tu conf. I, 160 ibiq. nott. — *ἀποδασάμενος* est: *ubi divulserat, seiunxerat a reliquo exercitu partem qualemcunque.* Memorantur Phocenses *ἀποδάσμιοι* I, 146, ubi conf. nott. Ad ipsam Herodoti narrationem facit Valerius Flaccus Argon. V, 418 seqq., ubi canit Sesostrin, *Getis bellum inferentem*, repulsam tulisse; quam eandem in Colchis regi Aegyptio accidisse tradit Plinius h. n. XXXIII, 13, monente Wesseling. ad Diodor. I, 55.

Cap. CIV.

φαίνονται μὲν γὰρ ἐόντες οἱ Κόλχοι Αἰγύπτιοι] Iis, quae ex Theone citat Wesselingius, Schweigh. addit Apollon. Rhod. Argon. IV, 272 seqq., ubi in scholiis laudatur Herodotus. Disputavit de hac Aegyptiorum colonia in Colchide Heerenius Ideen I, 1 pag. 405 not. seq., eam repetens ex illo orientalium more, quo gentes victas saepe integras in alias prorsus regiones transducant aliisque in terris novas illis sedes assignent.

2 δὲ πρότερον αὐτός, ἢ ἀκούσας ἄλλων, λέγω. ὡς δέ
μοι ἐν φροντίδι ἐγένετο, εἰρόμην ἀμφοτέρους· καὶ
μᾶλλον οἱ Κόλχοι ἐμεμνέατο τῶν Αἰγυπτίων, ἢ οἱ
3 Αἰγύπτιοι τῶν Κόλχων. νομίζειν δ' ἔφασαν Αἰγύ-
πτιοι τῆς Σεσώστριος στρατιῆς εἶναι τοὺς Κόλχους·
αὐτὸς δὲ εἴκασα τῇδε, καὶ ὅτι μελάγχροές εἰσι καὶ
4 οὐλότριχες. καὶ τοῦτο μὲν ἐς οὐδὲν ἀνήκει· εἰσὶ

[Hinc ἀνάσπαστοι apud Herodotum III, 93. IV, 204. V, 12.] Hoc pacto translatos vult Aegyptios Colchidem in terram, sive a Nabuchodonosoro sive ab alio quodam rege, qui Aegyptum quondam subegerit. Ac *Iudaeos* potius ab Assyriorum rege ex Samaria, quam Aegyptios a Sesostri, olim huc translatos esse, iam dudum Lucae Holstenii fuit sententia (epist. ad divers. ed. Boissonad. p. 510), Syros fortasse fuisse, post expugnatum Damasci imperium huc deductos, suspicatur Michaëlis Mos. Recht. t. IV §. 185 pag. 18 not. Creuzer. ad h. l. olim laudaverat: Gesner. ad Orph. Argon. 751. Schoenemann. de geogr. Argon. p. 15. 18. Sprengel. Apolog. d. Hippokr. p. 588. Corn. Val. Vonck. specim. crit. pag. 61 seq. — Postea exstitit Ritter., qui Colchos minime indigenam habet gentem, sed coloniam mercaturae in usum institutam illudque hoc Herodoti loco probari vult; vid. Erdkund. II p. 921. Alio autem loco (Vorhalle europ. Völkerschaft. p. 36—48) idem vir doctus copiosam disputationem instituit, quâ doceat, Herodoti sententiam de Aegyptiaca Colchorum origine idoneis argumentis esse destitutam, magisque convenire ex India Colchorum repetere origines. Quae qualia sint, aliis diiudicanda relinquo. Ad Herodotum quod attinet, ipse vir doctus l. l. pag. 36 seqq. aliorum veterum scriptorum de Colchis testimonia collegit; quae cum ab Herodoto non dissentiant, constantem certe antiquitatis hanc fuisse famam persuadent, ut Colchi pro Aegyptiorum stirpe habeantur a Sesostri aliove rege illuc deducti. Quae ipsa plures nostra aetate permoverunt, ut in Colchidem utique Aegyptios quosdam a victore peregrino pro illo orientalium more, quem supra attigimus, quemque ipse Ritter. l. l. pag. 38 seq. plurimis comprobat exemplis, traductos esse statuerent.

εἰρόμην ἀμφοτέρους] Qui locus insigni est documento, Herodotum ipsum Colchorum terram Phasinque fluvium vidisse, ut bene monet Heyse quaestt. Herodd. p. 104 seq.

καὶ ὅτι μελάγχροές εἰσι καὶ οὐλότριχες] μελάγχροες minime sunt *atri*, sed, ut ait Am-

5 γὰρ καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι. ἀλλὰ τοισίδε καὶ μᾶλλον, ὅτι μοῦνοι πάντων ἀνθρώπων Κόλχοι καὶ Αἰγύπτιοι καὶ Αἰθίοπες περιτάμνονται ἀπ' ἀρχῆς τὰ αἰδοῖα.
6 Φοίνικες δὲ καὶ Σύροι οἱ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ, καὶ

---

mian. Marcell. XXII, 16, *subfusculi*, *schwärzlich*, *dunkelfarbig*. Hunc enim Aegyptiorum colorem esse docet Heeren. Ideen II, 2 p. 83 seq. 90 eundemque ostendunt monumenta Aegyptiaca, in quibus Aegyptii homines repraesentantur subfusculi et crispi. In mumiis invenitur tum brevis et crispus capillus, tum vero etiam rectus et promissus. Praeter Heeren. l. l. *Cr.* consuli vult Blumenbach. Beitr. z. Naturgesch. II nr. XVII pag. 136 et pag. 132, ubi de Aegyptiorum facie lineamentisque agitur. Sed Ritter. Vorhalle etc. p. 42 hoc Herodoti argumento nihil Aegyptiam Colchorum originem probari contendit, cum et Indi et Aethiopes eundem gerant colorem capillumque, Herodotum autem istiusmodi crines in Colchis eo magis adverterint, quo accolae gentes, Scythae, Thraces Pontici, aliae nationes, alium prorsus capillum habeant.

ἀλλὰ τοισίδε] *τοισίδε*, ut nunc edunt, dudum voluerat Werfer. in actt. phill. Monn. I, 1 pag. 98. Et conf. Herodot. I, 32. Vulgo *τοῖσι δή*.

ὅτι μοῦνοι — ἀπ' ἀρχῆς τὰ αἰδοῖα] De circumcisione supra monuimus ad II, 37, ubi vide laudd. Afferre quoque poteram copiosius hac de re exponentem Michaël. Mos. Recht *tom. IV.* §. 185. Ad nostrum locum consul. inprimis Meiners. in scriptione supra laudata pag. 208 et Hoffmann. l. l. pag. 267. Postquam enim pluribus disputatum est a viris doctis de moris istius origine, illud satis firmum certumque videtur, Aegyptios utique per omnem antiquitatem primos esse, qui circumcisionem et ipsi observarint et ad alias transtulerint gentes; ut vel Iudaei inde circumcisionem accepisse putandi sint. Unde maxime probatur Herodoti narratio, qui in eo potius (ut monet Michaëlis l. l. pag. 17 not.) lapsus esse videatur, quod ipsos Iudaeos talia se ab Aegyptiis accepisse confitentes facit, cum circumcisionem dei iussu institutam ex remotissimo aevo repeterent. Ad Aegyptiacam Colchorum originem probandam *ne* hoc quidem valere argumentum, a circumcisione ductum, Ritteri (l. l. p. 41 seq.) *est* sententia, cum apud Arabes, Homeritas Hebraeosque inde ab Abrahamo in interioris Asiae regionibus circumcisio in usu fuerit et ad ipsam religionem spectarit.

Σύροι οἱ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ] Intelligit *Hebraeos* sive *Iudaeos* (cf. Billerbeck. Asiae Herodot. difficil. pag. 4. 12. Michaëlis l. l. pag. 17 not.), de quibus

αὐτοὶ ὁμολογέουσι παρ' Αἰγυπτίων μεμαθηκέναι·
Σύριοι δὲ οἱ περὶ Θερμώδοντα καὶ Παρθένιον πο-
ταμὸν, καὶ Μάκρωνες οἱ τούτοισι ἀστυγείτονες ἐόν-
7 τες, ἀπὸ Κόλχων φασὶ νεωστὶ μεμαθηκέναι. οὗτοι
γάρ εἰσι οἱ περιταμνόμενοι ἀνθρώπων μοῦνοι· καὶ
οὗτοι Αἰγυπτίοισι φαίνονται ποιεῦντες κατὰ τὰ αὐ-
τά. αὐτῶν δὲ Αἰγυπτίων καὶ Αἰθιόπων οὐκ ἔχω εἰ-
πεῖν ὁκότεροι παρὰ τῶν ἑτέρων ἐξέμαθον· ἀρχαῖον
8 γὰρ δή τι φαίνεται ἐόν. ὡς δ' ἐπιμισγόμενοι Αἰ-
γύπτῳ ἐξέμαθον, μέγα μοι καὶ τόδε τεκμήριον γί-

---

tamen omnino accuratiora vix habuisse videtur Noster. Oram maritimam Phoenicum sane ille cognovisse videtur; in interiorem regionis tractum a Iudaeis habitatum vix pervenisse illum crediderim. Conf. quae infra dicemus ad II, 159. III, 5 et vid. Rennel. l. l. p. 488. Heyse quaest. Herod. pag. 93 seq. et Dahlmann. Herod. p. 75, qui tamen aliter statuunt.

Σύριοι δὲ οἱ περὶ Θερμώδοντα καὶ Παρθένιον ποταμὸν] Intelligendi sunt *Cappadoces;* vid. Rennel. l. l. p. 484 et Billerbeck. l. l. Et confer. quoque I, 6. 72. 76 ibiq. nott. Conspirant hic libri in scriptione *Σύριοι;* paulo tamen ante pro *Σύροι*, quod optimi quique offerunt, nonnulli exhibent *Σύριοι*. — *Parthenius* fluvius Bithyniam atque Paphlagoniam separare vulgo dicitur; a Graecis nunc vocatur *Parthin*, a Turcis *Dolap*. Vid. Krüger. ad Xenoph. Anabas. V, 6 §. 9, ubi quoque de *Thermodonte* fluvio, quam hodie vocant *Permeh*. De *Macronum* sedibus idem vir doctus monet ad IV, 8, 1. Ad Absarum enim amnem (hodie *Schorak*) in valle *Baïbort* quidam iis sedes assignant, repugnante Arriano, qui eos sua aetate *Sannos* esse appellatos refert; quos eosdem esse atque *Tzanos* serioris aetatis Mannerti est sententia. Sed Rennelius non diversos esse suspicatur Arriani *Μαχέλονας*.

ἀρχαῖον γὰρ δή τι φαίνεται ἐόν] Apud Aethiopes esse Troglodytas, qui circumcisi fuerint teste Diodoro III, 32, scribit Wesseling. idemque addit Arabicas quasdam esse gentes, a quibus, qui hodie Aethiopiam incolant, hunc circumcisionis morem receperint. Tu conferas quae ad II, 29 de origine huius moris notavimus.

ὡς δ' ἐπιμισγόμενοι Αἰγύπτῳ κ. τ. λ.] Intelligit eas ipsas gentes, quas supra memoraverat, Phoenices, Syros Palaestinenses, Cappadoces, minime vero Aethiopes. *ἐπιμίσγεσθαι* ad *commercium mutuum* istarum

νεται· Φοινίκων ὁκόσοι τῇ Ἑλλάδι ἐπιμίσγονται, οὐκέτι Αἰγυπτίους μιμέονται κατὰ τὰ αἰδοῖα, ἀλλὰ

105 τῶν ἐπιγινομένων οὐ περιτάμνουσι τὰ αἰδοῖα. Φέρε νυν καὶ ἄλλο εἴπω περὶ τῶν Κόλχων, ὡς Αἰγυπτίοισι προσφερέες εἰσί. λίνον μοῦνοι οὗτοί τε καὶ Αἰγύπτιοι ἐργάζονται κατὰ τὰ αὐτά· καὶ ἡ ζόη πᾶσα καὶ ἡ γλῶσσα ἐμφερής ἐστι ἀλλήλοισι. λίνον δὲ τὸ μὲν Κολχικὸν, ὑπὸ Ἑλλήνων Σαρδονικὸν κέκληται· τὸ μέντοι ἀπ' Αἰγύπτου ἀπικνεύμενον, καλέ-

Colchi et Aegyptii lino elaborando, et vita, et lingua similes.

---

gentium pertinet; vid. I, 185 fin. ibiq. not.

Φοινίκων ὁκόσοι τῇ Ἑλλάδι ἐπιμίσγονται] Post *Φοινίκων* exspectaveras particulam *γάρ* s. *δέ*, hic praeter morem omissam. Notavit Matthiae Gr. Graec. pag. 1294.

Cap. CV.

λίνον μοῦνοι οὗτοί τε κ. τ. λ.] Conf. supra II, 35. Atque h. l. *λίνον* esse *linteum* (Leinwand), neque *gossypium* (Baumwollenzeug), recte admonere videtur Heeren. Ideen etc. II, 2 p. 383. De *lino Colchico* locus est Strabonis XI, 2 p. 498 s. 762, A (p. 409 Tauchn.), ubi praeter alia leguntur haec: *ἡ δὲ λινουργία καὶ τεθρύλληται· καὶ γὰρ εἰς τοὺς ἔξω τόπους ἐπεκόμιζον· καί τινες βουλόμενοι συγγένειάν τινα τοῖς Κόλχοις πρὸς τοὺς Αἰγυπτίους ἐμφανίζειν, ἀπὸ τούτων πιστοῦνται.* Atque etiamnum lini et cannabis feracissimam esse regionem intelligo ex Ritteri Erdkund. II pag. 916. Qui idem Ritterus (Vorhalle etc. p. 45—48) hunc Herodoti locum attingens, ex lintei fabricatione nil concludi posse censet ad probandam Aegyptiam Colchorum stirpem, quoniam per universam Asiam inde ab antiquissimo aevo haec ars floruerit. Itaque eam facit coniecturam: Indiam *fortasse* pro linteorum patriâ esse habendam; ita ut Herodoti *Sardonion* (sic) et synonymum *Sindon* (Hesych. II pag. 1189) ad terram *Serhind*, *Sind* referatur linteaque Indica (*Indienne*) significentur.

ὑπὸ Ἑλλήνων Σαρδονικὸν κέκληται] Non variant libri, nisi quod nonnulli exhibent *Σαρδωνικόν*. Cum vero *Σαρδονικὸν* ad insulam *Sardiniam*, quam vocamus, pertineat, ab hoc loco maxime alienam, praestaret utique cum Larchero scribere *Σαρδιηνὸν*, nisi, quod monet Schweigh., ipsi Graeci duo nomina gentilitia *Σαρδονικός*, quod ad *Sardiniam* insulam pertinet, et *Σαρδιανός* s. *Σαρδιανικός*, quod ad *Sardes*, Asiae minoris urbem, spectat,

106 ται Αἰγύπτιον. Τὰς δὲ στήλας τὰς ἵστα κατὰ τὰς χώρας ὁ Αἰγύπτου βασιλεὺς Σέσωστρις, αἱ μὲν πλεῦνες οὐκέτι φαίνονται περιεοῦσαι· ἐν δὲ τῇ Παλαιστίνῃ Συρίῃ αὐτὸς ὅρεον ἐούσας, καὶ τὰ γράμματα 2 τὰ εἰρημένα ἐνεόντα, καὶ γυναικὸς αἰδοῖα. εἰσὶ δὲ καὶ περὶ Ἰωνίην δύο τύποι ἐν πέτρῃσι ἐγκεκολαμ-

Cippi victoriae de imbellibus, in Palaestina: duae statuae circa Ioniam, Sesostris imaginem referentes, non Memnonis.

---

inter se confudissent. *Sardiana* enim *lintea* valde celebrata per Graeciam; unde βάμμα Σαρδιανικὸν apud Hesychium s. v. memoratur. Tu vid. Aristoph. Acharn. 112. Pac. 1174 ibique interprett.

Cap. CVI.

τὰς δὲ στήλας τὰς ἵστα] De accusativi ratione consul. Matthiae Gr. Gr. p. 790. 886, ne plura. Quod ad ipsam narrationem attinet, negat Zoëga de obeliscc. p. 578 seq. Sesostridem vere has columnas posuisse, cuius nomine vocatae sint quotquot columnae ad veterum regum potentiam statutae creditae fuerint. Palaestinenses quidem iure Sesostridis dici posse, cum nihil credere vetet conterminam regionem tam prisco iam aevo Aegyptiorum regibus tributum pendisse. Sed de columnis ab Herodoto in Ionia visis nil certi affirmari posse neque similes istas Aegyptiis omnino fuisse; quae si verae fuerint, non ideo opus a Sesostride erectas illas putare, quae a profugis aut colonis Aegyptiis poni potuissent; quemadmodum in Aethiopia Sesostridis columnas a mercatoribus potius in regis honorem, quam ab hoc ipso positas fuisse. Hactenus Zoëga. Sed repugnant haec certis historiae testimoniis ipsisque monumentis Aegyptiacis, ut vidimus ad II, 102.

ἐν δὲ τῇ Παλαιστίνῃ Συρίῃ αὐτὸς ὅρεον ἐούσας] ὅρεον edidi cum recentt. probante Koen. ad Greg. Corinth. p. 407. — Ex hoc autem loco nolim colligere, Herodotum in ipsam Iudaeam pervenisse (quod si esset, de incolis huius terrae, institutisque profecto narrasset; conf. nott. ad II, 104). Est enim h. l. ea pars Palaestinae intelligenda, quae mare attingit, ora maritima, Phoenicibus atque Philistaeis qui dicuntur, occupata. In eandem sententiam Larcherus disputat, cum terram, quae ad Davidis aut Salomonis imperium pertinuerit, hic intelligi posse negat. Sed Ascalone (quae Palaestinae dicitur urbs I, 105) statuas poni potuisse arbitratur, illudque addit, omnem regionem a Ienyso usque ad Serbonidem lacum (Her. III, 5) ad Syriam Palaestinensem pertinuisse nec ullo tempore Davidi paruisse.

δύο τύποι] τύποι sunt *imagines*, *figurae*, ut II, 86. 138.

μένοι τούτου τοῦ ἀνδρὸς, τῇ τε ἐκ τῆς Ἐφεσίης ἐς
Φώκαιαν ἔρχονται, καὶ τῇ ἐκ Σαρδίων ἐς Σμύρνην.
3 ἑκατέρωθι δὲ ἀνὴρ ἐγγέγλυπται, μέγαθος πέμπτης
σπιθαμῆς, τῇ μὲν δεξιῇ χειρὶ ἔχων αἰχμὴν, τῇ δὲ
ἀριστερῇ τόξα, καὶ τὴν ἄλλην σκευὴν ὡσαύτως·
καὶ γὰρ Αἰγυπτίην καὶ Αἰθιοπίδα ἔχει· ἐκ δὲ τοῦ
ὤμου ἐς τὸν ἕτερον ὦμον διὰ τῶν στηθέων γράμ- 152
ματα ἱρὰ Αἰγύπτια διήκει ἐγκεκολαμμένα, λέγοντα
4 τάδε· ΕΓΩ ΤΗΝΔΕ ΤΗΝ ΧΩΡΗΝ ΩΜΟΙΣΙ
ΤΟΙΣΙ ΕΜΟΙΣΙ ΕΚΤΗΣΑΜΗΝ. ὅστις δὲ καὶ
ὁκόθεν ἐστὶ, ἐνθαῦτα μὲν οὐ δηλοῖ, ἑτέρωθι δὲ δε-
5 δήλωκε. τὰ δὴ καὶ μετεξέτεροι τῶν θεησαμένων
Μέμνονος εἰκόνα εἰκάζουσί μιν εἶναι, πολὺ τῆς
ἀληθηΐης ἀπολελειμμένοι.

ἐς Φώκαιαν] Conf. I, 142. 146 ibiq. nott.

πέμπτης σπιθαμῆς] σπιθαμὴ dimidium est cubiti, *Spanne*. Inde πέμπτη σπιθαμὴ efficit quatuor cubitos unà cum dimidio sive unà spithamà additâ. Ita recte interpretatur Schwgh. Tu vid. ad I, 50 notatt. Cum vero unus cubitus unum aequet pedem atque eius dimidium, existunt figurae pedum sex et $\frac{3}{4}$. Moneo propter Dahlmann. (Herod. p. 93), qui, dicendi usu haud cognito, figuras hic intelligit quinque spithamarum sive $3\frac{3}{4}$ pedum! — De ipsa spithamà conf. Wurm. de pondd. ratt. pag. 90 seq.

καὶ τὴν ἄλλην σκευὴν] Ad σκευὴν conf. I, 24 ibique nott. et VII, 15. 16. 62 etc.

ὤμοισι τοῖσι ἐμοῖσι] i. e. *humeris meis*; quod cum quibusdam insolens videretur dictum, ex Diodoro, qui eandem fere inscriptionem retulit I, 55, ὅπλοισι (qua voce Diodorus utitur) hic restitutum voluere. Nec vero libri suffragantur, nec adeo insolens locutio, ut ferri nequeat. Laudant interpretes Sophocl. in Trachin. 1057, ubi est: καὶ χερσὶ καὶ νώτοισι μοχθήσας ἐγὼ scil. κακά; laudant praeterea Claudianum bell. Gildon. 115 sic canentem:

„Ast ego, quae terras *humeris* pontumque subegi."

Quod idem est ac si dixisset *lacertis*.

οὐ δηλοῖ] scil. ὁ Σέσωστρις; idemque ad δεδήλωκε subintellig.

Μέμνονος εἰκόνα εἰκάζουσί μιν εἶναι] Conf. Pausan. I, 42 §. 2. Atque antiquissimam hanc et primam statuae Memnonis

107 Τοῦτον δὴ τὸν Αἰγύπτιον Σέσωστριν ἀναχωρέοντα, καὶ ἀνάγοντα πολλέας ἀνθρώπους τῶν ἐθνέων τῶν τὰς χώρας κατεστρέψατο, ἔλεγον οἱ ἱρέες, ἐπεί τε ἐγένετο ἀνακομιζόμενος ἐν Δάφνῃσι τῇσι Πηλουσίῃσι, τὸν ἀδελφεὸν ἑωυτοῦ τῷ ἐπέτρεψε Σέσωστρις τὴν Αἴγυπτον, τοῦτον ἐπὶ ξείνια αὐτὸν καλέσαντα,

Redeunti Sesostri periculum a fratre: quomodo id evitarit.

Thebis erectae mentionem habent, de qua Iablonsk. de Memnon. pag. 30. — „Sed recte iam auctores operis descript. de l'Egypt. t. II (Thèb.) pag. 94 monent, non utique constare, num hoc loco Memnonis statuam, quae Thebis est, cogitaverit Herodotus; illud vero constare, eum pro Sesostris statuis illas duas in Ionia a se visas habuisse, itemque hoc alterum, Herodotum non confudisse Memnonem cum Sesostride.“ *Cr.*

πολὺ τῆς ἀληθηΐης ἀπολελειμμένοι] i. e. *longe a vero aberrantes*, a vero quasi relicti. Quam locutionem posteros scriptores imitatos esse aliquot exemplis indicat Wesseling. ad h. l.

Cap. CVII.

πολλέας ἀνθρώπους] *πολλέας* Ionum more pro *πολλούς*, quod ipsum nonnulli libri hic praebent. „Vid. Gregor. Corinth. pag. 438 ed. Schaef. Confer Homer. Il. I, 559.“ *Cr.*

ἐν Δάφνῃσι τῇσι Πηλουσίῃσι] Vid. supra ad II, 30 monita.

τὸν ἀδελφεὸν ἑωυτοῦ] Appellatur *Armaïs*, si fides est Manethoni (Ioseph. contr. Apion. I §. 15 t. II p. 447), qui eundem esse addit, quem Graeci *Danaum* appellarint, Sesostris fratrem, qui idem vocetur *Aegyptus*. In quo tamen Manethonis nullam esse fidem Larcherus contendit in tab. chronol. t. VII pag. 322 seq. coll. p. 8. Sed Champoll., afferente Creuzero comm. Her. p. 198, suspicatur, temere universale nomen *Aegypti* Graecos imposuisse ei regi, qui Danai frater ferebatur; ceterum probabilia esse et congrua temporum rationibus, quae apud Iosephum l. l. ex Manethone proferantur, viderique *Danaum* esse *Armaïn* Manethonis; fratrem autem, quem Graeci ignorantiâ *Aegyptum* dixerint, *Sesostrin* esse *Sethosin Ramessem*. — Cum Herodoto denique comparandus Diodorus I, 57, in summâ fere consentiens idemque nomen fratris tacens. Quod haud inconsulto factum videtur, si quidem de industria pravi fratris nomen sacerdotes celasse, nec monumentis literarum consignasse credibile est.

ἐπὶ ξείνια αὐτὸν καλέσαντα] *ξείνια* vulgo sunt *hospitalitatis dona*, munera quae hospitibus offeruntur ac praebentur. Conf. quae monui ad Plutarch. Alci-

καὶ πρὸς αὐτῷ τοὺς παῖδας, περινηῆσαι ἔξωθεν τὴν
2 οἰκίην ὕλῃ· περινηήσαντα δὲ, ὑποπρῆσαι. τὸν δὲ
ὡς μαθεῖν τοῦτο, αὐτίκα συμβουλεύεσθαι τῇ γυναι-
κί· καὶ γὰρ δὴ καὶ τὴν γυναῖκα αὐτὸν ἅμα ἄγε-
3 σθαι. τὴν δέ οἱ συμβουλεῦσαι, τῶν παίδων ἐόντων
ἕξ, τοὺς δύο ἐπὶ τὴν πυρὴν ἐκτείναντα, γεφυρῶσαι
τὸ καιόμενον, αὐτοὺς δ' ἐπ' ἐκείνων ἐπιβαίνοντας
4 ἐκσώζεσθαι. ταῦτα ποιῆσαι τὸν Σέσωστριν· καὶ δύο
μὲν τῶν παίδων κατακαῆναι τρόπῳ τοιούτῳ· τοὺς
108 δὲ λοιποὺς ἀποσωθῆναι ἅμα τῷ πατρί. Νοστήσας
δὲ ὁ Σέσωστρις ἐς τὴν Αἴγυπτον, καὶ τισάμενος
τὸν ἀδελφεὸν, τῷ μὲν ὁμίλῳ τὸν ἐπηγάγετο, τῶν
τὰς χώρας κατεστρέψατο, τούτῳ μὲν τάδε ἐχρήσατο.

Ponit fratrem: captivorum opera trahit lapides ingentes in Vulcani templum, et secat Aegyptum fossis.

---

biad. p. 216, et add. Herod. IV, 154. VI, 35. VII, 29 etc. Invitarat scilicet frater Sesostrin ad festum redeuntis in honorem institutum, quasi hospitale epulum, quo hospites vulgo excipi solent. Hinc Diodorus l. l. simpliciter: ἑστιῶν αὐτὸν ὁ ἀδελφὸς κ. τ. λ.

περινηῆσαι ἔξωθεν τὴν οἰκίην ὕλῃ] De ipso verbo περινηῆσαι conf. ad I, 50 nott.; de structura eius conf. Matthiae Gr. Gr. pag. 754.

τὸν δὲ ὡς μαθεῖν] τὸν δὲ ad *Sesostrin* refer, qui, cum insidias a fratre structas intellexisset, cum femina de effugiendo periculo consilia agitarit. In quo adverte vim medii verbi συμβουλεύεσθαι (*consilia agitare*, *deliberare*) et activi συμβουλεύειν (*consilium dare*, *consulere*).

τοὺς δύο ἐπὶ τὴν πυρὴν ἐκτείναντα] i. e. *duobus super pyram extensis*, *pontem quasi struere super materiam ardentem*. De quo tacet Diodorus, qui regem narrat, pro salute uxoris et filiorum vota diis suscipientem, ita evasisse, indeque etiam postea deos tum reliquos, tum Vulcanum inprimis, ut a quo potissimum iam inopinato servatus fuisset, donariis honorasse.

Cap. CVIII.

τῶν τὰς χώρας κατεστρέψατο] Haec verba Wesselingio et Valckenario ex cap. antecedent. initio huc a lectore repetita videntur. Sed praeterquam quod codd. omnes haec verba hoc loco exhibent, obstat quoque Herodoti oratio copiosior atque uberior.

τούτῳ μὲν τάδε ἐχρήσατο] Conf. II, 95 ibiq. nott. — Ad argumentum conf. Diodor. I, 56.

2 τούς τέ οἱ λίθους, τοὺς ἐπὶ τούτου τοῦ βασιλέος κομισθέντας ἐς τοῦ Ἡφαίστου τὸ ἱρὸν, ἐόντας μεγάθεϊ περιμήκεας, οὗτοι ἦσαν οἱ ἑλκύσαντες· καὶ τὰς διώρυχας τὰς νῦν ἐούσας ἐν Αἰγύπτῳ πάσας οὗτοι ἀναγκαζόμενοι ὤρυσσον· ἐποίευν τε οὐκ ἑκόντες Αἴγυπτον, τὸ πρὶν ἐοῦσαν ἱππασίμην καὶ ἁμα-
3 ξευομένην πᾶσαν, ἐνδεᾶ τούτων. ἀπὸ γὰρ τούτου τοῦ χρόνου Αἴγυπτος, ἐοῦσα πεδιὰς πᾶσα, ἄνιππος καὶ ἀναμάξευτος γέγονε· αἴτιαι δὲ τούτων αἱ διώρυχες γεγόνασι, ἐοῦσαι πολλαὶ, καὶ παντοίους τρό-
4 πους ἔχουσαι. κατέταμνε δὲ τοῦδε εἵνεκα τὴν χώρην ὁ βασιλεύς· ὅσοι τῶν Αἰγυπτίων μὴ ἐπὶ τῷ ποταμῷ ἔκτηντο τὰς πόλις, ἀλλ' ἀναμέσους οὗτοι ὅκως τε ἀπίοι ὁ ποταμὸς, σπανίζοντες ὑδάτων, πλατυτέροισι ἐχρέοντο τοῖσι πόμασι, ἐκ φρεάτων χρεόμενοι. 1

καὶ τὰς διώρυχας τὰς νῦν ἐούσας κ. τ. λ.] Vid. Diodor. I, 57. Atque coniunctum est sequentis capitis argumentum, quoniam accurata regionum descriptio terminorumque constituendorum ratio indeque vectigalium quoque exigendorum, ab his canalibus ad terram fertiliorem reddendam deductis proveniebat. Neque etiam omnino auctor huius rei fuisse videtur Sesostris, cum talia ante ipsum iam instituta fuisse perquam sit credibile, sed multum illa auxisse meliusque ordinasse videtur rex, ad quem principem fere regum Aegyptiorum adscribebantur, quaecunque splendida atque egregia ex antiquitate instituta habuit Aegyptus, ad imperii laudem non minus quam ad vitam ipsam cultiorem insignia. Conf. Heeren. Ideen etc. II, 2 p. 341 coll. 348. Rennel. l. l. pag. 597. Atque his canalibus omnem Aegypti faciem valde fuisse mutatam bene credimus Herodoto expressim notanti, equis et curribus non amplius eam esse aptam, quae scilicet antea et equitum et curruum armatorum copià abundarit, ut vel ex Exod. XIV, 9 intelligitur. Plura Michaëlis Mosaisch. Recht. III p. 213 seqq.

καὶ παντοίους τρόπους ἔχουσαι] Intelligit *canales vario modo quaquaversus deductos*. Conf. I, 188. 199.

πλατυτέροισι ἐχρέοντο τοῖσι πόμασι] i. e. *salsiore potu* utebantur s. *aqua salsiore*. Nam *πλατὺ ὕδωρ* Hesychius exponit *ἁλμυρὸν*, eandemque vocis potestatem ad Athen. II, 4 com-

109 *τούτων μὲν δὴ εἵνεκα κατετμήθη ἡ Αἴγυπτος. Κα-* 153
τανεῖμαι δὲ τὴν χώρην Αἰγυπτίοισι ἅπασι τοῦτον
ἔλεγον τὸν βασιλέα, κλῆρον ἴσον ἑκάστῳ τετράγω-

Aequaliter et agros assignat, et vectigal imposuit: Geometriae origo: polum et gnomonem et diei partes XII a Babyloniis Graeci habent.

---

monstravit Casaubonus, notante Wesselingio, qui inde recte tuetur Dicaearchi locum c. 13, ubi ὑπόπλατυ (id est: *subsalsam aquam*) quidam mutare voluerant in ὑπόπαχυ. Sed magis huc spectat, quod etiamnum in Aegyptiis puteis subsalsam aquam inveniri observant recentiores peregrinatores (conf. Pocock. laudatum in Larch. notâ), eoque valde probatur tum Herodotea narratio, tum quod simile legitur apud Plut. de Isid. et Osirid. pag. 367, B: πᾶσαι πηγαὶ καὶ φρέατα πάντα — ἁλμυρὸν ὕδωρ καὶ πικρὸν ἔχουσιν, coll. Diodor. III, 39.

ἐκ φρεάτων χρεόμενοι] scil. τοῖσι πόμασι, unde apparet, haud necesse esse cum Valckenario mutare χρεόμενοι in ἀρυόμενοι vel ἀρυτόμενοι (*ex puteis haurientes*). — Caeterum scripsi cum Schweigh. et Gaisf. χρεόμενοι et paulo ante ἐχρέονται, ubi meliores praebebant libri. Vulgo χρεώμενοι et ἐχρέωντο.

Cap. CIX.

κατανεῖμαι δὲ τὴν χώρην κ. τ. λ.] Secundum Diodorum I, 54 Sesostris omnem Aegyptum primus in triginta quatuor praefecturas (νομοὺς) divisit singulisque singulos praefecit viros, qui omnia administrarent. Quod utrum huc valeat nec ne, non disquiram. Conf. II, 164 ibiq. nott. II, 42. Hoc vero notandum, quod, teste eodem *Diodoro* I, 73, omnis terra tripartito divisa, vel *sacerdotibus* vel regibus vel militibus erat tributa, minus utique congrue cum iis, quae h. l. de Sesostri omnem terram inter singulos Aegyptios dividente narrantur. Nec omnino in iis quidquam certi statuere licebit, quae testium veterum inopiâ obscura sunt magnisque tenebris premuntur. Qui enim omnem terram ad se pertinere credidit rex, is potuit utique singulis singulas agrorum portiones ita assignare, *ut vectigali quotannis soluto ipsius* dominium agnoscerent; potuit etiam eas tantum *illis* terras tribuere, quae bello captae hostibusque ereptae erant; quamquam hoc cum Herodoti verbis minus convenit. Conf. Heeren. Ideen II, 2 pag. 141 seqq. — „Quod Sesostris leges agrarias similesque attinet, laudat in consimili argumento, ubi Cretensium Minoisque leges attigit, Sesostrin Aegyptiorumque instituta tanquam antiquissima omnium Aristotel. in Polit. VII, 10, 3 (cp. 9 p. 288 Schneid.). Easdem leges ex Herodot. l. l. cum Sinensium legibus comparavit nuper vir doctus in the classic. journ. II pag. 587." Creuzer. in commentt. Herodd. p. 198 seq.

νον διδόντα· καὶ ἀπὸ τούτου τὰς προσόδους ποιήσασθαι, ἐπιτάξαντα ἀποφορὴν ἐπιτελέειν κατ' ἐνι-2αυτόν. εἰ δέ τινος τοῦ κλήρου ὁ ποταμός τι παρέλοιτο, ἐλθὼν ἂν πρὸς αὐτὸν ἐσήμαινε τὸ γεγενημένον· ὁ δὲ ἔπεμπε τοὺς ἐπισκεψομένους καὶ ἀναμετρήσοντας ὅσῳ ἐλάσσων ὁ χῶρος γέγονε, ὅκως τοῦ λοιποῦ κατὰ λόγον τῆς τεταγμένης ἀποφορῆς τε-3λέοι. δοκέει δέ μοι ἐνθεῦτεν γεωμετρίη εὑρεθεῖσα,

---

ἐπιτάξαντα ἀποφορὴν ἐπιτελέειν κατ' ἐνιαυτόν] Pro *ἐπιτελέειν* libri quidam *ἀποτελέειν*. Nec tamen illud loco erit movendum. Vocem *ἀποφορὴν* glossa Herodotea exponit *τὴν τελουμένην τιμὴν ὑπὸ τῶν δούλων τοῖς δεσπόταις*. Caeterum hoc ex loco suspiceris licet, quae fuerit agricolarum in Aegypto conditio, quaenam tributi exigendi ratio. Ut enim hodieque illud non ad singulos homines rusticos pertinet, verum ad integros vicos, quibus tributum imponitur, quique communi etiam operà agros colunt (cum scilicet propter inundationes singuli singulorum agrorum termini accuratius servari non possint), ita etiam antiquitus obtinuisse, ex ipsius terrae indole verisimile videtur Heerenio (Ideen II, 2 pag. 340 seq.). Namque cum canalibus e Nilo deductis arcte coniuncta ipsa agrorum divisio et tributi solvendi ratio; quibus omnibus cum benè prospexerit Sesostris, consentaneum est (ut Heerenius existimat), hunc regem primum dici haec instituisse et introduxisse.

ἐλθὼν ἂν πρὸς αὐτὸν ἐσήμαινε τὸ γεγενημένον] De ἂν, quando iungitur praeteriti indicativo, conf. I, 42. 196.

κατὰ λόγον τῆς τεταγμένης ἀποφορῆς τελέοι] Ne quis malit *ἀποφορὴν*, intelligendum monet Schweigh. *μέρος τῆς τεταγμένης ἀποφορῆς*. Equidem ad *κατὰ λόγον* referre malim genitivum; ut unusquisque tantum solvere intelligatur, quantum pro ratione universi tributi nunc, diminuto scilicet dominio, solvere par est.

δοκέει δέ μοι ἐνθεῦτεν γεωμετρίη εὑρεθεῖσα] Quo ex loco Herodoti profecti haud pauci veterum geometriam ex Aegypto repetitam tradiderunt, quos laudat Menag. ad Diog. Laert. VII, 11. Atque Servius quoque ad Virgil. Eclog. III, 41 Nili inundationes, quibus possessionum termini fuerint confusi, post renovandi, ad artem geometricam inveniendam valuisse scribit. Qui ab Herodoto dissentire videntur, ii tamen et ipsi ad Aegyptum artis inventionem referunt, remotioribùsque ex temporibus eam repetunt. Quibus adnumero Pla-

ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐπανελθεῖν. πόλον μὲν γὰρ, καὶ γνώμονα, καὶ τὰ δυώδεκα μέρεα τῆς ἡμέρης, παρὰ

110 Βαβυλωνίων ἔμαθον οἱ Ἕλληνες. Βασιλεὺς μὲν δὴ

Solus Aegyptiorum Sesostris Aethiopibus im-

οὗτος μοῦνος Αἰγύπτιος Αἰθιοπίης ἦρξε. Μνημό-

---

tonem in Phaedr. t. III p. 274, C (p. 274, C. D, ubi vid. Ast. p. 383). Iamblich. vit. Pythag. §. 29 p. 134. Anticlidem apud Diogen. Laert. VIII, 11, quos laudat Larcherus in not., qui recte monet Iosephi adventu in Aegypto iam fuisse hanc agrorum dimensionem ac partitionem; teste Genes. 47, 20. Ad Graecos autem, ut ex eadem Larcheri nota adparet, Thales geometriam primus pertulisse narratur (Diogen. Laert. II, 2), ut Apuleius adeo repertorem eius apud Graecos hunc philosophum dixerit (Florid. p. 816).

πόλον μὲν γὰρ, καὶ γνώμονα κ.τ.λ.] πόλον iam Wesselingius Scaligerum (ad Manil. III, 434) secutus, exposuerat *horologium*, quo singulae diei horae indicantur, refragante quidem Salmas. ad Solin. p. 448, sed suffragante Polluc. IX, 5 §. 46. Cuius tamen auctoritate spreta, Larcherus πόλον intelligit coeli quem vulgo *polum* vocamus, γνώμονα *horologium solare* (*cadran solaire*). Sed ex ipso Herodoti loco satis patere videtur, de coeli cardine hic nullum esse posse sermonem, sed de instrumentis astronomicis, quorum alterum indicandis anni vicissitudinibus inservierit, alterum diei partibus, monente Schweighaeusero. Accuratius inquisivit alter Gallus interpres, Miot., de utroque astronomico instrumento, *polo* et *gnomone* haec ponens: *gnomonem fuisse* columnam in altum loco plano erectam, cuius umbram dimensi fuerint ad solis locum determinandum; *polum* horologium concavum esse, quo ad singulas diei horas indicandas fuerint usi, quodque eo facilius *poli* nomine insigniri potuerit, cum Graecum πόλος etiam *ipsum coelum* subinde denotet, instrumenti autem ea fuerit forma ac figura, ut coelum minus repraesentare videretur. Quae quidem explicatio testimoniis *duorum* virorum astronomiae tum veteris tum recentioris peritissimorum nititur: Bailly hist. de l'astron. modern. t. I p. 73 et praecipue Delambre hist. de l'astron. ancienn. t. I p. 48. t. I p. 512. Atque haec si vere disputata sunt, haud mireris, ab Herodoto cur statim addita fuerint haec: καὶ τὰ δυώδεκα μέρεα τῆς ἡμέρης. De πόλος, quo *coelum* indeque instrumentum coeli ad instar elaboratum indicatur, Cr. confert Letronne journ. d. savans 1817 Décemb. p. 739, et annotationem suam ad Ciceron. de nat. deor. II, 34 pag. 347.

Cap. CX.

οὗτος μοῦνος Αἰγύπτιος Αἰθιοπίης ἦρξε] Refert quo-

συνα δὲ ἐλίπετο πρὸ τοῦ Ἡφαιστείου, ἀνδριάντας λιθίνους· δύο μὲν, τριήκοντα πηχέων, ἑωυτόν τε καὶ τὴν γυναῖκα· τοὺς δὲ παῖδας ἐόντας τέσσερας, εἴκοσι πηχέων ἕκαστον. τῶν δὴ ὁ ἱρεὺς τοῦ Ἡφαίστου χρόνῳ μετέπειτα πολλῷ Δαρεῖον τὸν Πέρσην

peravit: colossos ad Vulcani statuit, suam et uxoris et filiorum imagines: Darii statuam poni ante illas quis vetuerit.

---

que Diodorus I, 55 primam regis expeditionem fuisse in Aethiopes, quos debellatos ad vectigal pendendum cogerit. Ubi iam Wesselingius eiusdem argumenti locos Strabonis atque Plinii indicavit. Atque etiamnum in anaglyphis templorum amplissimorum Nubiae et nomen regis inveniri volunt et ipsas eius res repraesentatas conspici, pugnas scil. cum Aethiopibus commissas et victorias de hisce reportatas, triumphos victoris, cui tributa a victis praebeantur. Singula protulit Heeren. Ideen II, 2 pag. 318. 320, qui hoc etiam addit, non partem quandam Aethiopiae, sed omnem terram armis expugnatam fuisse. Nec mirae videri debent Aegyptiorum regum incursiones in Aethiopiam, cum vel nostra aetate idem factum sit ab hodierno Aegypti rege, qui, ipsius Aegypti imperio satis confirmato, statim filium suum cum copiis Aethiopiam versus misit, quo eam terram ditioni suae adiiceret. Conf. Heeren. l. l. II, 1 p. 430 seq.

μνημόσυνα δὲ ἐλίπετο πρὸ τοῦ κ. τ. λ.] Hoc factum est, ut equidem suspicor, in memoriam periculi, quod rex effugerat, II, 107. Nec aliter refert Diodor. I, 57. Huc etiam fortasse pertinent lapides ingentes ad Vulcani templum a captivis tracti (II, 108), cum *μονολίθους* fuisse statuas ex Diodori testimonio pateat. — „Duos consimiles colossos ex parte truncatos, ex lapide Aegyptio rubro (*Granit*) ante palatium prope Karnak positos, longitudine viginti sex pedum offenderunt Franco-Galli, qui iidem ex nostro loco coniecturam duxerunt, ibi quoque heroum aut regum in deorum formam effictorum imagines cogitari debere. Vid. descript. de l'Eg. vol. II pag. 217 seq." *Cr.*

τῶν δὴ ὁ ἱρεὺς τοῦ Ἡφαίστου κ. τ. λ.] Scripsi cum Schweigh. et Gaisf. *τῶν δὴ*, ubi *τῶν* Ionum more positum est pro *ὧν*. Ex aliis quibusdam libris Wesselingius ediderat *τῶνδε δὴ ὁ ἱρεὺς κ. τ. λ.* Pendet vero genitivus ab *ἔμπροσθεν*, et spectat ad colossos, a Sesostri erectos. — Paulo ante cum iisdem viris rescripsi *πηχέων* pro *πήχεων*, eodem modo, quo I, 183 et II, 111 fin. *ἱρεὺς* hoc loco erit is, qui collegio sacerdotum fuit praepositus, *ἀρχιερεὺς*, ut eum vocavit Diodorus I, 58, ubi de hoc usu apte monuit Wesseling. Gravius illud quibusdam videbitur, quod Darii in Aegypto

οὐ περιεῖδε ἱστάντα ἔμπροσθεν ἀνδριάντα, φὰς „οὔ „οἱ πεποιῆσθαι ἔργα οἷά περ Σεσώστρι τῷ Αἰγυ„πτίῳ. Σέσωστριν μὲν γὰρ ἄλλα τε καταστρέψα„σθαι ἔθνεα οὐκ ἐλάσσω ἐκείνου, καὶ δὴ καὶ Σκύ„θας· Δαρεῖον δὲ οὐ δυνασθῆναι Σκύθας ἑλεῖν. 3 „οὔκων δίκαιον εἶναι ἱστάναι ἔμπροσθε τῶν ἐκεί„νου ἀναθημάτων, μὴ οὐκ ὑπερβαλλόμενον τοῖσι „ἔργοισι.“ Δαρεῖον μέν νυν λέγουσι πρὸς ταῦτα συγγνώμην ποιήσασθαι.

111 Pheron, ab ann. 1357 ad 1291: quare amiserit et

Σεσώστριος δὲ τελευτήσαντος, ἐκδέξασθαι ἔλεγον τὴν βασιληΐην τὸν παῖδα αὐτοῦ Φερῶν· τὸν

---

commorantis nuspiam fit mentio, nisi unum excipias Aristoteleum locum in Rhett. II, 20 p. 570, A. Sed poterat utique ei, quem rex Darius suo loco in Aegypto constituerat regulum s. satrapam, tale quid respondere sacerdos; quod dein ad ipsum regem perlatum illius iram haudquaquam movit.

οὔκων δίκαιον εἶναι ἱστάναι ἔμπροσθε κ. τ. λ.] Hunc locum cum Werfer. (actt. Monn. I pag. 107) sic interpretor: *eo iniquum esse, statuas ponere quemquam ante illius donaria, nisi eum rebus gestis superaret.* Ubi Werfer. admonuit quoque participii usus, cui praepositum μὴ οὐ, *nisi*. De quo usu nunc vid. Matth. Gr. Gr. pag. 1230. ἱστάναι (ut paulo antea ἱστάντα — ἀνδριάντα) transitive accipiendum de eo, qui statuam collocat, ut facile obiectum hic omissum ex sermonis contextu suppleri possit, ἀνάθημα s. ἀνδριάντα. Quae cum ita sint, haud intelligo, cur Schweighaeusero commodius videatur ἑστάναι vel στῆναι (*stare*) pro ἱστάναι, quod aptissimum indico.

Cap. CXI.

τὸν παῖδα αὐτοῦ Φερῶν] Diodorus I, 59 patri (Sesostridi) in regno filium successisse scribit, assumto paterno nomine. Eusebio idem dicitur Φαραώ, nomine Aegyptiorum regum communi, quo ipso regem designari iam nemo dubitat. *Vid.* Wesselingium ad Diodor. *l.* et Creuzer. comm. Herodd. p. 212. Apud Manethonem *idem* appellatur *Rampses*, quod a paterno nomine non valde abest. Sexaginta sex annos regnum tenuisse fertur pacisque artibus indulsisse, in monumentis erigendis unice patrem sectatus; quare eius nomen columnis ingentibus palatii prope Karnak insculptum, ut Champollioni videtur. Vid. Heeren. Ideen II, 2 p. 323 sq.

ἀποδέξασθαι μὲν οὐδεμίαν στρατηΐην, συνενειχθῆ-
ναι δέ οἱ τυφλὸν γενέσθαι, διὰ τοιόνδε πρῆγμα.
2 τοῦ ποταμοῦ κατελθόντος μέγιστα δὴ τότε ἐπ' ὀκτω-
καίδεκα πήχεας, ὡς ὑπερέβαλε τὰς ἀρούρας, πνεύ-
ματος ἐμπεσόντος, κυματίης ὁ ποταμὸς ἐγένετο· τὸν
δὲ βασιλέα λέγουσι τοῦτον ἀτασθαλίῃ χρησάμενον.
λαβόντα αἰχμὴν, βαλέειν ἐς μέσας τὰς δίνας τοῦ 154
ποταμοῦ· μετὰ δὲ, αὐτίκα καμόντα αὐτὸν τοὺς
3 ὀφθαλμοὺς, τυφλωθῆναι. δέκα μὲν δὴ ἔτεα εἶναί
μιν τυφλόν· ἑνδεκάτῳ δὲ ἔτεϊ ἀπικέσθαι οἱ μαν-
τήϊον ἐκ Βουτοῦς πόλιος, ὡς „ἐξήκει τέ οἱ ὁ χρό-
„νος τῆς ζημίης, καὶ ἀναβλέψει, γυναικὸς οὔρῳ
„νιψάμενος τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἥτις παρὰ τὸν ἑωυ-
„τῆς ἄνδρα μοῦνον πεφοίτηκε, ἄλλων ἀνδρῶν ἐοῦσα

quomodo recuperarit visum: Nilus ultra modum abundans: cavillatio contra mulieres: obelisci duo in templo Solis.

Regnum huius regis incidit ex Larcheri calculis (t. VIII p. 579) in ann. 1312 a. Chr. n. ac duodeviginti annis absolvitur. — „Sub hoc rege Moysen cum Israëlitis reliquis excessisse ex Aegypto, comprobare studet Bois-Aymé in descr. de l' Eg. antt. livr. III. mém. t. I p. 305.“ Cr.

οὐδεμίαν στρατηΐην] οὐδεμίαν dedi cum Gaisf. Vulgo οὐδεμίην. Reliquam narrationem Diodorus l. l. quoque exhibet, ex ipso Herodoto, ut Wesselingio videtur, haustam.

τοῦ ποταμοῦ κατελθόντος μέγιστα κ. τ. λ.] κατέρχεσθαι eodem sensu II, 19. Ad seqq. conf. II, 13. Est vero regis factum inde explicandum, quod Nilus, praesertim inundationis saluberrimae tempore, sacer habetur haud aliter atque Ganges apud Indos. Conf. ad II, 90 not.

κυματίης ὁ ποταμὸς ἐγένετο] κυματίης dicitur fluvius *fluctibus agitatus*, ut VIII, 118 ἄνεμος κυματίης ventus maris fluctus excitans.

καμόντα αὐτὸν τοὺς ὀφθαλμοὺς] Conf. Matthiae Gr. Gr. §. 424, 4. — De oraculo Latonae in urbe Buto conf. II, 155. — „Tu conf. Bruining. schediasma de Mesmerismo ante Mesmerum (Groning. 1815) pag. 66.“ Cr.

παρὰ τὸν ἑωυτῆς ἄνδρα μοῦνον πεφοίτηκε] φοιτᾶν hic de consuetudine Venerea intelligendum, voce honestiori, tum de viro tum de muliere usitata. Vid. IV, 1 ibiq. Valck. et Siebelis. ad Pausan. II, 10 §. 4, qui eadem est usus locutione. Et pertinet huc quoque similis

4 „ἄπειρος.“ καὶ τὸν πρώτης τῆς ἑωυτοῦ γυναικὸς
πειρᾶσθαι· μετὰ δὲ, ὡς οὐκ ἀνέβλεπε, ἐπεξῆς πα-
5 σέων πειρᾶσθαι. ἀναβλέψαντα δὲ, συναγαγεῖν τὰς
γυναῖκας τῶν ἐπειρήθη, πλὴν ἢ τῆς τῷ οὔρῳ νι-
ψάμενος ἀνέβλεψε, ἐς μίαν πόλιν, ἣ νῦν καλέεται
Ἐρυθρὴ βῶλος· ἐς ταύτην συναλίσαντα, ὑποπρῆσαι
6 πάσας σὺν αὐτῇ τῇ πόλι. τῆς δὲ νιψάμενος τῷ οὔ-
7 ρῳ ἀνέβλεψε, ταύτην δὲ εἶχε αὐτὸς γυναῖκα. Ἀνα-
θήματα δὲ, ἀποφυγὼν τὴν πάθην τῶν ὀφθαλμῶν,
ἄλλα τε ἀνὰ τὰ ἱρὰ πάντα τὰ λόγιμα ἀνέθηκε, καὶ
τοῦ γε λόγου μάλιστα ἄξιόν ἐστι ἔχειν, ἐς τοῦ Ἡλίου
τὸ ἱρὸν ἀξιοθέητα ἀνέθηκε ἔργα, ὀβελοὺς δύο λιθί-
νους, ἐξ ἑνὸς ἐόντα ἑκάτερον λίθου, μῆκος μὲν
ἑκάτερον πηχέων ἑκατὸν, εὖρος δὲ ὀκτὼ πηχέων.

---

verbi πειρᾶσθαι usus, de quo Ruhnken. ad Timaei lex. Platon. pag. 210. — Caeterum ex hac narratione satis patere videtur Larchero, quam corrupti ista aetate iam fuerint mores Aegyptiorum, ut, quae de Abrahamo narrantur Genes. XII, 11 et de impudicis moribus uxoris Potipharis (ibid. XXXIX, 7 seqq.) optime fidem mereantur.

τῶν ἐπειρήθη κ. τ. λ.] Monet Werferus (actt. phill. Monn. I, 1 pag. 94) de particula μὲν hic omissa; eam enim esse huius loci rationem, si quis ad normam eam redigere velit: τῶν μὲν ἐπειρήθη, οὐδὲ ἀνέβλεψε, ταύτας μὲν ἐς μίην κ. τ. λ.

ἣ νῦν καλέεται Ἐρυθρὴ βῶλος] Laudat ex hoc loco hanc urbem Stephanus Byz. Diodorus I, 59 ἱερὰν βῶλον dicit, in Ἐρυθρὴν mutandum, si recte statuit Schlichthorst. *l. laud.* p. 88. Plura de *loci* situ non constant.

σὺν αὐτῇ τῇ πόλι] σὺν praeter morem hic additum. Conf. Matth. Gr. Gr. §. 405 not. 3 pag. 741.

ὀβελοὺς δύο λιθίνους κ. τ. λ.] Horum obeliscorum alter post devectus est Romam *et in* circo Vaticano collocatus, teste Plinio h. n. XXXVI, 11 (al. 15, 7). Et auctor quoque est Strabo XVII p. 805 s. 1158, C Heliopoli duos obeliscos Romam fuisse delatos. De obeliscis, quod ad religionem Aegyptiorum attinet, monuit Creuzer. in Symbol. I p. 469. 778. Nam Soli consecrati erant, cuius quasi radios lapidea effigie repraesentarent. Plura de origine atque usu obeliscorum dis-

112 *Τούτου δὲ ἐκδέξασθαι τὴν βασιληΐην ἔλεγον ἄνδρα Μεμφίτην, τῷ κατὰ τὴν τῶν Ἑλλήνων γλῶσσαν οὔνομα Πρωτέα εἶναι· τοῦ νῦν τέμενός ἐστι ἐν*

Proteus, ab a. 1291 ad 1237: eius fanum, circumhabitatum a Tyriis, continens aedem Veneris Hospitae.

---

seruit Zoëga in immortali illo opere, cuius iam saepius mentionem fecimus (Rom. 1797 fol.). Qui de etymo vocis monuit pag. 129 seq.

Cap. CXII.

τῷ κατὰ τὴν τῶν Ἑλλήνων — Πρωτέα εἶναι] Aegyptium nomen *Ceten* fuisse prodit Diodor. I, 62, qui tamen (I, 60 seq.) intra Sesostridis filium et huncce Proteum s. Ceten plures collocat reges, Herodoto prorsus ignotos. Larcherus Herodotum secutus Proteum ponit in ann. 1294 a. Chr. ad regnum evectum, quod per quinquaginta annos tenuerit. De hoc rege quae plurima leguntur tum apud alios rerum scriptores, hic repetere non attinet. Sunt enim talia, in quibus falsum a vero discernere nequeas. De singulis conf. Beck. Anleit. z. Weltgesch. I pag. 714 seq. Graeci Proteum fuisse tradunt Aegyptium eumque modo deum vocant, modo regem ac mortalem (Homer. Od. IV, 384. Euripid. Helen. 46 seqq. coll. Stesichori fragmm. p. 92 seq. ed. Kleine). Ac nonnulli (sunt verba Creuzeri comm. Her. p. 313. 333 ibiq. Eustathius ad Homeri locum l. Add. Symbol. I p. 425) Proteum Homericum adeoque Aegyptium ad vicissitudines materiae primigeniae pertinere voluerunt, quae varias deinceps formas subiret. Alii (vid. Creuz. Symbol. III p. 254 seq.) doctrinam in eo latere existimabant rerum omnium ex aqua ortarum et profectarum. Recentiore aetate exstiterunt, qui talia a philosophis posterae aetatis excogitata clamantes, Herodoteam narrationem Aegyptiis sacerdotibus adscribi debere contenderent, quippe qui Graecis, a quibus saepe interrogati fuerint, verba dederint, nautarumque fabulas magis adeo auxerint et exornarint, regem fingentes Proteum remotissimae Troicarum rerum aetatis, miris viribus praeditum. Vid. I. H. Voss. a *Cr.* laudatum ad Virgil. Georg. IV, 384 p. 862 seqq. Inde navigationis per maria ignota imaginem Protei fabulâ indicari vulgo isti arbitrantur! Nec multum inde recedunt aliorum commenta, quae retulit doctissimus Nitzsch. ad Homeri Odyss. l. l. pag. 271. — Conf. etiam quae ad II, 113 disputantur.

τοῦ νῦν τέμενός ἐστι κ. τ. λ.] *τέμενος* de quovis agro dici locove, qui usu vulgari exemtus religione consecratus est, satis constat. Conf. IX, 116 ibiq. Wessel. II, 155. III, 142. — In seqq. reliqui *Ἡφαιστηΐου*, quamvis bini libri *Ἡφαιστίου*, alii *Ἡφαιστείου*. Namque Grammatici, qui omnino multam operam in istiusmodi vocibus temenicis definiendis

Μέμφι κάρτα καλόν τε καὶ εὖ ἐσκευασμένον, τοῦ
2 *Ἡφαιστηΐου πρὸς νότον ἄνεμον κείμενον. περιοικέουσι δὲ τὸ τέμενος τοῦτο Φοίνικες Τύριοι· καλέεται δὲ ὁ χῶρος οὗτος ὁ συνάπας, Τυρίων στρα-*
3 *τόπεδον. ἔστι δὲ ἐν τῷ τεμένεϊ τοῦ Πρωτέος ἱρόν, τὸ καλέεται Ξείνης Ἀφροδίτης· συμβάλλομαι δὲ τοῦτο τὸ ἱρὸν εἶναι Ἑλένης τῆς Τυνδάρεω, καὶ τὸν λόγον ἀκηκοὼς ὡς διαιτήθη Ἑλένη παρὰ Πρωτέϊ,*

---

posuerunt, disceptabant, utrum Ἡφαιστεῖον (s. ut alii Ἡφαίστειον) an Ἡφαίστιον scribendum sit. Vid. Lobeck. ad Phrynich. eclogg. pag. 369 seq., quem unà cum Stephan. thes. l. Gr. p. 196 seqq. ed. Londin. ad h. l. citat Cr.

περιοικέουσι — Φοίνικες Τύριοι] Cum ab Aegypto omnino exclusi essent peregrini, nec ullum in confiniis commercium cum iisdem esset permissum, sane maxime notandum, in ipsa urbe capitali Phoenicibus sedem fuisse concessam vicumque peculiarem iis tributum. Quod procul dubio commercii causa institutum fuit; ita ut Phoenices inde cum interioribus Africae regionibus commercium egisse, ex hoc ipso loco colligi posse statuat Heeren. Ideen I, 2 p. 41. 120. II, 2 pag. 384.

Τυρίων στρατόπεδον] Eodem fere modo loca a Psammiticho Ionibus et Caribus concessa dicuntur Στρατόπεδα, II, 154. Sic quoque στρατόπεδον Ἰουδαίων ex Ioseph. antiqq. XIV, 8, 2 notat Wesseling. et *Iudaeorum castra*, quae in Augustamnica Aegypti provincia occurrunt in notit. imp. orient. pag. 204. Unde, quid statuendum de istiusmodi appellationibus, intelligas. Fuit sedes Tyriorum, ut Heerenii utar verbis l. l. II, 2 pag. 384, *eine Handelsniederlassung unter dem Schutz eines Heiligthums*; cuius modi etiam Naucratidem fuisse, Graecis quae ab Amaside est concessa (*II, 178*), nihil dubium.

τὸ καλέεται Ξείνης Ἀφροδίτης] Quaerit Heeren. (l. l. not.), utrum *Astarte* fuerit an alia quaevis Phoenicum dea. Nos haud aliam fuisse censemus quam eam, cuius ipsius Noster meminit I, 105; quae dea in Aegyptum *transvecta*, *peregrinae* (ξείνης) cognomine utique illic insigniri poterat. Alia est Aegyptia Venus, *indigena*, si ita eam appellare licet, de qua conf. *II*, 41 ibiq. not.

συμβάλλομαι δὲ τοῦτο κ. τ. λ.] i. e. *coniicio*. Vid. I, 68. II, 33 ibiq. not.

ὡς διαιτήθη Ἑλένη] Vulgo ἐδιαιτήθη. Sed auctoritate meliorum librorum augmentum abiecimus cum Schweighaeus. et Gaisford.

καὶ δη καὶ ὅτι Ξείνης Ἀφροδίτης ἐπωνύμιόν ἐστι· ὅσα γὰρ ἄλλα Ἀφροδίτης ἱρά ἐστι, οὐδαμῶς Ξείνης
113 *ἐπικαλέεται. Ἔλεγον δέ μοι οἱ ἱρέες ἱστορέοντι τὰ*

Paris cum Helena delatus in Aegyptum: Hercu-

καὶ ὅτι Ξείνης Ἀφροδίτης ἐπωνύμιόν ἐστι] Suppleas *τὸ ἱρόν*. *ἐπωνύμιον* reliqui probatorum codd. auctoritate firmatum. Est enim idem fere quod *ἐπώνυμον*, quod ipsum hic quidam praebent libri, probante Larchero. Structuram vocis cum genitivo illustrarunt viri docti a Wesselingio laudati: Stanlei. ad Aeschyl. s. c. Theb. 138 et Hemsterhus. ad Luciani diall. mortt. IX, 1. Hinc tu verte: „*tum vero etiam quod* (*templum*) *cognominatum est a Venere peregrina*.“ Si vero quaeras, quid moverit Herodotum, ut Venerem peregrinam hancce re vera Helenam esse suspicaretur, Tyndari filiam, id tenendum: apud Graecos quoque divinos honores accepisse Helenam haud aliter atque Proteum Menelaumque. Habita est enim *Luna s. dea lunaris*, ut vel nomen indicat, quod *splendidam*, *lucentem* haud iniuriâ interpretantur. Est Helena, ut paucis dicam, Venus ad vulgarem heroum fabulam traducta, quae ipsa haud scio an congruat cum *Astarte*, quam hoc loco intelligendam esse vir doctus quidam censuit. Nolo nunc alia attingere, quae longiorem disceptationem postulant, eius deae dico coniunctionem cum Pataecis, Canobo, alia id genus; quae qui accuratius noscere studeat, perlegat Creuzeri Symbol. II p. 342 seqq. III, 38 seq. IV, 150 seqq. 153. Quum ergo *Luna dea* esset, haud mirum, a patre historiae eam componi cum Venere, et ipsa deâ lunari in Phoenicum religionibus.

Cap. CXIII.

Ἔλεγον δέ μοι οἱ ἱρέες κ. τ. λ.] Pertinent huc ea, quae Stesichorus, antiquissimus poëta, cecinerat; qui Helenam dixerat Paridi ad Aegyptum delato raptam fuisse a Proteo, qui illius loco Paridi dederit Helenae imaginem, quâcum iste in Troiam discesserit. Vid. Stesichori fragmm. p. 92 ed. Kleine. Neque huc non facit argumentum Euripideae fabulae, quae adhuc Helenae sub nomine exstat; de quo disputat Matthiae in commentt. ad Euripid. tom. VIII p. 258 seq. Exstat insignis hanc in rem Platonis locus in polit. IX, 10 p. 586, C, ubi plura citavit Astius in commentt. pag. 604. Euripides vero utrum ex Herodoti narratione profectus sit in fabulae argumento contexendo, an potius Herodotus (quae Valckenarii est sententia ad Herod. II, 116) Euripidem legerit, equidem definire nolim. Namque a Stesichoro fabulam inventam esse alii contendunt. Quae quidem res, magis tamen quod ad poëtas illos spectat, quam quod ad Herodotum pertinet, nuper

lis Aegyptii templum, iure asyli: Thonis, praefectus ostio Canobico.

περὶ Ἑλένην, γενέσθαι ὧδε· Ἀλέξανδρον ἁρπάσαντα
2 Ἑλένην ἐκ Σπάρτης, ἀποπλέειν ἐς τὴν ἑωυτοῦ. καί
μιν, ὡς ἐγένετο ἐν τῷ Αἰγαίῳ, ἐξῶσται ἄνεμοι ἐκβάλλουσι ἐς τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος· ἐνθεῦτεν δὲ (οὐ γὰρ ἀνίει τὰ πνεύματα) ἀπικνέεται ἐς Αἴγυπτον,

---

admodum a pluribus viris doctis in examen est vocata; in hisce potissimum ab Heinisch. in programmat. de Euripid. Helen. (Vratislav. 1825 pag. 4—23), ab Ed. Müller. in scriptione: „Euripides contemtor etc. (ibid. 1826 pag. 29—32) ac denique a Welcker. in Iahnii annall. philoll. IX, 3 pag. 276 seqq. Atque Welckerus ad Aegyptios Helenam pertinuisse negat; fabulam de Helena ex ipsa Graecia (a Crotone fortasse aut Himera, ubi Stesichori palinodia fuerit audita) in Aegyptum translatam ibique cupide arreptam esse a sacerdotibus statuit adeoque exaggeratam, prout ipsorum consiliis commodum fuerit. Quos homines callidos verba dedisse putat Herodoto, credulo homini, qui qua erat simplicitate, ea non solum pro veris habuerit, sed rationes etiam conquisierit, quibus probabiliora viderentur sacerdotum istorum mendacia. Quae nollem excidissent viro doctissimo et de nostris literis meritissimo! Vereor enim, ne, quae in Herodotum profert, vel magis ficta videantur. Herodotum autem ut habeam hominem credulum, qui facile se decipi passus sit, nunquam a me impetrare possum. Atque in hac universa fabula illud minime erit *praetermittendum*, utrum illo *tempore* Aegyptiis omnino fuerit commercium cum exteris, Graecis praesertim, necne. Equidem nil discernam, cum in utramque partem certa desint testimonia, quibus res confici queat. Conf. caeterum Heeren. Ideen II, 2 p. 378.

ἐξῶσται ἄνεμοι ἐκβάλλουσι ἐς τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος] *ἐξῶσται ἄνεμοι venti expulsores* i. e. ex contrario s. ex adverso flantes cursumque rectum *impedientes* alioque *navigantes* compellentes. — *Αἰγύπτιον πέλαγος* dicit mare illud, quod Aegyptum et utrimque vicinas oras adluit, ut pluribus monstravit Wesselingius. Conf. inprimis Strabon. II p. 182, C. D sive p. 121, D coll. p. 187 s. 125, D. — Caeterum *in oratione* ipsa animadverti debet transitus subitus ab indirecta ad directam quam vocant orationem; vid. quae monui ad Plutarchi Artaxerx. cp. 2 in Creuzeri Melett. III p. 12 seq.

οὐ γὰρ ἀνίει τὰ πνεύματα] i. e. *neque enim cessabant venti*. De forma *ἀνίει* (quae praesentis indicativi est persona tertia) diximus ad I, 6; ellipsin facile suppleas, modo cogitando addas id, quod ex ipso subiecto

καὶ Αἰγύπτου ἐς τὸ νῦν Κανωβικὸν καλεύμενον 3 στόμα τοῦ Νείλου, καὶ ἐς Ταριχείας. ἦν δὲ ἐπὶ τῆς ἠϊόνος, ὃ καὶ νῦν ἐστι, Ἡρακλέος ἱρόν· ἐς τὸ ἢν καταφυγὼν οἰκέτης ὅτεῳ ἀνθρώπων ἐπιβάληται στίγματα ἱρὰ, ἑωυτὸν διδοὺς τῷ θεῷ, οὐκ ἔξεστι

---

mente repetendum est. Sic hoc loco Schweighaeus. subintelligit πνέοντα, ut fere IV, 152. Neque huc non pertinet II, 121, 2. IV, 28. III, 109 etc., quae in lexico Herodoteo laudata reperies. Inde *cessandi*, *intermittendi* notio, quae huic verbo ut plurimum convenit, orta ex primitiva *remittendi*, *dimittendi* significatione.

ἐς τὸ νῦν Κανωβικὸν καλεύμενον στόμα τοῦ Νείλου] Vid. excurs. ad II, 17. *Taricheae*, quae mox vocantur, *Canopicae* sunt, diversae a *Pelusiacis*, de quibus supra II, 15. Nunc loco nomen *Medea*. Sic certe Schlichthorst. l. l. pag. 58, qui Taricheas putat olim eandem fuisse urbem, quae tempore insequenti *Heraclium* vocitata fuerit.

Ἡρακλέος ἱρὸν] Templum notum prope Nili ostia atque Canopum urbem, cuius suburbium inde *Heraclium* appellatum, ipsumque Nili ostium *Heracleoticum*. Vid. Strab. XVII pag. 801, B s. pag. 1153, A. Eum vero Herculem haud valde diversum esse crediderim a Thasio atque Tyrio Hercule, cum Phoenices, quos in Aegypto considentes supra II, 112 invenimus, hac etiam in maris ora, loco mercaturae inprimis apto, templum condidisse admodum probabile sit. Conf. de his religionibus veterum Creuz. Symbol. II p. 218 seqq. Pro ὃ καὶ νῦν ἐστι, Ἡρ. ἱρὸν, ex constanti usu Nostri scriptoris, Struve quaest. de dial. Herod. pag. 13 rescribi vult τὸ καὶ νῦν ἐστι Ἡρ. ἱρόν, fere ut II, 181. Nos libris omnibus in vulgata conspirantibus, nihil mutare sumus ausi.

οἰκέτης ὅτεῳ ἀνθρώπων ἐπιβάληται στίγματα ἱρὰ] Noli mutare ὅτευ, ut genitivus sit. Est enim in talibus haud infrequens dativi usus; vid. mod. Matth. §. 389. Quare sic vertendum: *in quod* (templum) *si quis cuiuscunque hominis servus confugerit et sacras notas sibi imponi iusserit*, *deo sc. se ipsum tradens s. dicans.* — στίγματα sunt notae, quales imprimebantur apud veteres hominibus tum iis, qui sacris initiandi erant, tum vero etiam servis, facinorosis, aliis, supplicii causa. Qui ne hoc loco intelligantur, consulto Noster dixisse videtur: στίγματα ἱρά i. e. notas sacras, quae sacrorum causa imprimuntur. Plura de his notis interpretes ad Pauli ep. ad Galat. VI, 19. *Cr.* confert Iacob. Tollii insignia itinerarii Italici I pag. 20.

τούτου ἅψασθαι. ὁ νόμος οὗτος διατελέει ἐὼν
4 ὁμοῖος μέχρι ἐμεῦ τῷ ἀπ' ἀρχῆς. τοῦ ὦν δὴ Ἀλε-
ξάνδρου ἀπιστέαται θεράποντες, πυθόμενοι τὸν περὶ
τὸ ἱρὸν ἔχοντα νόμον· ἱκέται δὲ ἱζόμενοι τοῦ θεοῦ,
κατηγόρεον τοῦ Ἀλεξάνδρου, βουλόμενοι βλάπτειν
αὐτὸν, πάντα λόγον ἐξηγεύμενοι ὡς εἶχε περὶ τὴν
Ἑλένην τε καὶ τὴν ἐς Μενέλεων ἀδικίην· κατηγόρεον
δὲ ταῦτα πρός τε τοὺς ἱρέας καὶ τὸν τοῦ στόματος
114 τούτου φύλακον, τῷ οὔνομα ἦν Θῶνις. Ἀκούσας
δὲ τούτων ὁ Θῶνις, πέμπει τὴν ταχίστην ἐς Μέμ-
2 φιν παρὰ Πρωτέα ἀγγελίην, λέγουσαν τάδε· „Ἥκει
„ξεῖνος, γένος μὲν Τεῦκρος, ἔργον δὲ ἀνόσιον ἐν

Proteus Parin comprehensum ad se duci iubet.

ὁμοῖος μέχρι ἐμεῦ τῷ ἀπ' ἀρχῆς] Ita scripsimus cum Schweigh. et Gaisford. Vulgo ὁμοίως et ἀπαρχῆς. Ad τῷ ἀπ' ἀρχῆς suppl. νόμῳ. — De forma ἀπιστέαται (pro ἀφίστανται) conf. II, 80.

τῷ οὔνομα ἦν Θῶνις] Polydamna, *Thonis* (Θῶνος) coniux, Aegyptia, Homero in Helenae historia haud ignota Odyss. IV, 228. Unde aliis *Thonis* dicitur Aegypti rex; conf. Eustath. ad Homeri loc., Aelian. h. a. IX, 21 coll. interprr. ad Nicandr. Ther. 312. Sed Diodoro I, 19 *Thonis* vetustum est Aegypti emporium, ubi in mare exit Nilus. Atque ea ipsa urbs a *Thone* rege, qui Menelaum exceperit, nomen accepisse fertur. Vid. Strab. XVII pag. 801 s. p. 1152, B coll. Heeren. Ideen II, 2 pag. 378. Plura oppida per Aegyptum nomine *Thôni* exstitisse videntur, unde Graecum Θῶνις fluxisse vult Champoll. l'Egypt. s. l. phar. I p. 285. II p. 142. 262. Qui altiora sectantur et interiorem quandam harum fabularum rationem rimari student, *Thenem* volunt esse spiritum universi. Equidem malim cum Creuzero cogitare de Graecorum *Tithono* (quo ipso in nomine Aegyptia radix [Θῶν] inesse videatur) Aegyptiumque inde heroem ad solares referre deos in Aegypto coli solitos.

Cap. CXIV.

γένος μὲν Τεῦκρος] Τευκρὸς Schweigh. et Gaisford. dederunt pro Τεῦκρος; quemadmodum cum apud Euripidem atque alias semper scriptum viderim, nil mutandum censui. Atque etiam in seqq. reliqui lectionem vulgatam, libris etiam scriptis firmatam: ἐς γῆν ταύτην ἀπενειχθεὶς, cuius loco quod in nuperrimis editionibus substitutum est: τὴν σὴν, ad

„τῇ Ἑλλάδι ἐξεργασμένος· ξεῖνον γὰρ τοῦ ἑωυτοῦ
„ἐξαπατήσας τὴν γυναῖκα, αὐτήν τε ταύτην ἄγων
„ἥκει, καὶ πολλὰ κάρτα χρήματα, ὑπὸ ἀνέμων ἐς
„γῆν ταύτην ἀπενειχθείς. κότερα δῆτα τοῦτον ἐῶ-
„μεν ἀσινέα ἐκπλέειν, ἢ ἀφελώμεθα τὰ ἔχων ἦλθε;“
3 Ἀντιπέμπει πρὸς ταῦτα ὁ Πρωτεὺς λέγοντα τάδε·
„Ἄνδρα τοῦτον, ὅστις κοτέ ἐστι ἀνόσια ἐργασμένος
„ξεῖνον τὸν ἑωυτοῦ, συλλαβόντες, ἀπάγετε παρ'
115 „ἐμὲ, ἵνα εἰδῶ ὅ τι κοτὲ καὶ λέξει.“ Ἀκούσας δὲ
ταῦτα ὁ Θῶνις, συλλαμβάνει τὸν Ἀλέξανδρον, καὶ
τὰς νέας αὐτοῦ κατίσχει· μετὰ δὲ, αὐτόν τε τοῦτον
ἀνήγαγε ἐς Μέμφιν, καὶ τὴν Ἑλένην τε καὶ τὰ χρή-
2 ματα· πρὸς δὲ, καὶ τοὺς ἱκέτας. ἀνακομισθέντων
δὲ πάντων, εἰρώτα τὸν Ἀλέξανδρον ὁ Πρωτεὺς,
τίς εἴη, καὶ ὁκόθεν πλέοι. ὁ δέ οἱ καὶ τὸ γένος
κατέλεξε, καὶ τῆς πάτρης εἶπε τὸ οὔνομα· καὶ δὴ
3 καὶ τὸν πλόον ἀπηγήσατο ὁκόθεν πλέοι. μετὰ δὲ,
ὁ Πρωτεὺς εἰρώτα αὐτὸν ὁκόθεν τὴν Ἑλένην λάβοι·
πλανωμένου δὲ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐν τῷ λόγῳ, καὶ
οὐ λέγοντος τὴν ἀληθηΐην, ἤλεγχον οἱ γενόμενοι
ἱκέται, ἐξηγεύμενοι πάντα λόγον τοῦ ἀδικήματος.
4 τέλος δὲ δή σφι λόγον τόνδε ἐκφαίνει ὁ Πρωτεὺς,

Increpatum Aegypto exigit, ablatam eiHelenam et opes marito servans.

---

glossam referre malim. ἀπενειχθεὶς est *delatus, compulsus*. Conf. II, 152. Nec multum differt, quod II, 115 est: ἀπολαμφθέντες, ubi vid.

ἵνα εἰδῶ ὅ τι κοτὲ καὶ λέξει] Conf. Matthiae Gr. Gr. p. 1258. „Add. Buttmann. ad Platon. Alcibiad. I (p. 106, C) pag. 119.“ *Cr.*

Cap. CXV.

ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Θῶνις] „Eustathius citat haec ad Odyss. IV, 227 seqq. p. 164 seq. Basil.“ *Cr.*, qui paulo infra ad voces: μετὰ δὲ, ὁ Πρωτεὺς laudat eundem Eustath. ad Odyss. IV, 385 pag. 174 Basil.

τίς εἴη, καὶ ὁκόθεν πλέοι] Conf. I, 35 ibiq. not.

λόγον τόνδε ἐκφαίνει ὁ Πρωτεὺς] ἐκφαίνειν λόγον (*declarare, aperire sententiam, dicere*) eodem modo VII, 160 coll. V, 36. — Mox ad λέγων,

λέγων ὅτι „Ἐγὼ εἰ μὴ περὶ πολλοῦ ἡγεύμην μηδέ-
„να ξείνων κτείνειν, ὅσοι ὑπ' ἀνέμων ἤδη ἀπολαμ-
„φθέντες ἦλθον ἐς χώρην τὴν ἐμήν, ἐγὼ ἄν σε
„ὑπὲρ τοῦ Ἕλληνος ἐτισάμην· ὅς, ὦ κάκιστε ἀν-
„δρῶν, ξεινίων τυχὼν, ἔργον ἀνοσιώτατον ἐργά-
5„σαο. παρὰ τοῦ σεωυτοῦ ξείνου τὴν γυναῖκα ἦλ-
„θες· καὶ μάλα ταῦτά τοι οὐκ ἤρκεσε, ἀλλὰ ἀνα- 156
6„πτερώσας αὐτὴν, οἴχεαι ἔχων ἐκκλέψας. καὶ οὐδὲ
„ταῦτά τοι μοῦνα ἤρκεσε, ἀλλὰ καὶ τὰ οἰκία τοῦ
7„ξείνου κεραΐσας ἥκεις. νῦν ὦν, ἐπειδὴ περὶ πολ-
„λοῦ ἥγημαι μὴ ξεινοκτονέειν, γυναῖκα μὲν ταύτην
„καὶ τὰ χρήματα οὔ τοι προήσω ἀπάγεσθαι, ἀλλὰ
„αὐτὰ ἐγὼ τῷ Ἕλληνι ξείνῳ φυλάξω, ἐς ὃ ἂν αὐ-
„τὸς ἐλθὼν ἐκεῖνος ἀπαγαγέσθαι ἐθέλῃ· αὐτὸν δὲ
„σὲ καὶ τοὺς σοὺς συμπλόους τριῶν ἡμερέων προ-

ὅτι conf. Matthiae Gr. Graec. pag. 1030.

ὅσοι ὑπ' ἀνέμων ἤδη ἀπολαμφθέντες ἦλθον κ. τ. λ.] ἀπολαμβάνεσθαι de iis, qui ventorum vi a proposito itinere prohibentur atque intercipiuntur aliove deferuntur. Quod praeter Wesseling. ad h. l. monuerunt etiam interpretes ad Plat. Phaedon. init. p. 58, B. — Ad verba ὅς, ὦ κάκιστε κ. τ. λ. conf. Matth. pag. 598.

παρὰ — τὴν γυναῖκα ἦλθες] ἔρχεσθαι παρὰ τὴν γυναῖκα eodem sensu quo φοιτᾶν usurpari monuimus ad II, 111. Et conf. etiam quae ad II, 64 diximus. Plura ad h. l. laudat Gronovius: V, 70. III, 69. VI, 68 etc.

ἀναπτερώσας αὐτὴν] *Alas ei addens* i. e. *incitans eam.* — In verbis οἴχεαι ἔχων ἐκκλέψας noli haerere ob participiorum usum. Est enim sensus: *Tu eam raptam abduxisti.* Ubi Cr. propter usum participii ἔχων conferri vult Schaefer. ad Sophocl. Oedip. Reg. 741.

τριῶν ἡμερέων] Id est: *intra trium dierum spatium.* Vid. Matth. Gr. Gr. pag. 692. — In seqq. μετορμίζεσθαι est alio quo navigare s. *cursum tenere*, mutata statione. Quidam libri μετεωρίζεσθαι i. e. *in alto versari mari*; quod a nostro loco alienum iam vidit Wesselingius. — Ad περιέψεσθαι conf. VIII, 149 et supra II, 64. 69. I, 73. 114. 115.

τινὰ μετορμί-
περιέψεσθαι."
ταρὰ Πρωτέα Ἑλε-
δέ μοι καὶ Ὅμηρος
ἀλλ' οὐ γὰρ ὁμοίως
, ἣν τῷ ἑτέρῳ τῷπερ
τὸν, δηλώσας ὡς καὶ τοῦ-
γον. δῆλον δέ· κατὰ γὰρ

Homerum videri non ignorasse istam famam, sed propter carminis decus neglexisse. [Il. 6, 289. Od. 4, 227. 351.]

ην ἄπιξιν] ν post ταύ- ckenarius, id ionico scriptore. m conf. Euripidis gnominem, et a laudatum Fabric. ad piric. VII, 180.

οὐ γὰρ ὁμοίως κ. τ. λ.] λόγος.

ὃ μετῆκε αὐτὸν] αὐτὸν λόγον, i. e. hanc Aegyptiorum sacerdotum narrationem de Helena, minus aptam Homero visam ad carminis sui epici rationes indeque relictam. — ἐς ὃ, quod aliis locis est *donec* (I, 67. II, 115 etc.), hic accipio *quare*, *quapropter*, praeeunte Matthiae Gr. Gr. p. 1145, atque Schweigh. Quo eodem sensu apud Pausaniam, qui toties Herodotum expressit, invenitur: I, 41 §. 5, ubi vid. Siebelis. Negat Struve (quaest. de dial. Herod. p. 43), cui in loco valde turbato simplicissimum videtur ἐς ὃ eiicere. — μετιέναι (*reiicere*, *omittere*) eodem fere sensu I, 33. 78. 123. IV, 98.

δηλώσας ὡς καὶ τοῦτον κ. τ. λ.] Ad δηλώσας Steger. supplet: ὅμως γε μέντοι, i. e. declarans *tamen* illam narrationem, in carmine epico *quamvis* praetermissam, bene sibi notam fuisse. Caeterum attendant velim h. l. ii, qui omnem aliorum mythorum cognitionem artemque mythos pro carminis epici indole ac ratione tractandi Homero abiudicant; quem ipse historiae pater hoc loco indicat plura cognovisse, quam quae in carminibus declaranda putaverit.

δῆλον δέ· κατὰ γὰρ ἐποίησε ἐν Ἰλιάδι] In his, quae turbarum plena iure dicit Struve l. l. pag. 34, librorum scriptorum auctoritatem cum Gaisfordio secutus sum. Nec refert aliorum proferre commenta, quibus loco mederi studuerunt. Nuperrime Steger. praefat. ad Herod. p. XII sic scriptum vult: κατὰ γὰρ μὲν Ἰλιάδα ἐποίησε! In vulgata, quam dedimus, lectione, κατὰ videtur positum pro καθὰ (καθ' ἃ) *ut*, *prout*, *quemadmodum*, monente Schweighaeusero, qui laudat I, 208. II, 6. III, 86. Plura Struve

ἐποίησε ἐν Ἰλιάδι (καὶ οὐδαμῇ ἄλλῃ ἀνεπόδισε ἑωυτὸν) πλάνην τὴν Ἀλεξάνδρου, ὡς ἀπηνείχθη ἄγων Ἑλένην, τῇ τε δὴ ἄλλῃ πλαζόμενος, καὶ ὡς
3 ἐς Σιδῶνα τῆς Φοινίκης ἀπίκετο. ἐπιμέμνηται δὲ

---

l. l. Particulam γάρ, praecedente δῆλον δὲ, illustrabunt ea, quae monet Matth. Gr. Gr. pag. 1244 coll. 806. Confer Herod. II, 134. Ac praevideo, fore, quibus vel κατὰ vel γάρ abundare indeque eiiciendum videatur. In quo tamen vereor ut assentiri possim, invitis praesertim omnibus libris scriptis et repugnante Herodotei sermonis abundantiâ.

καὶ οὐδαμῇ ἄλλῃ ἀνεπόδισε ἑωυτὸν] Probat Schweighaeus. Vallae interpretationem: *nec usquam alibi retractat*, si *retractare* intelligas *diversum* vel *contrarium dicere eius*, *quod semel diximus*. Budaeus interpretatus erat: *et nusquam alibi se ipsum revocavit*, id est, *nusquam id iterum dixit;* nec aliter fere H. Stephanus in thes. l. Gr. t. III pag. 517: „*se ipsum revocavit*, pro: *iterum idem dixit.*“ Mihi magis placet Schweigh. ratio. Conf. Herod. V, 92; cuius tamen loci ratio nonnihil diversa est. — Ex his ipsis verbis Nitzsch. (Indagand. per Homeri Odyss. interpolat. praeparat. I Kil. 1828 pag. 18 not.) colligit, iam Herodotum Homeri quae feruntur carmina scripta pervolutasse; et iure, si quid video, hic locus afferri potest, ad integritatem carminum Homericorum eorumque diligentem lectionem Herodoti certe aetate comprobandam. Quorum magna iam illo tempore auctoritas fuisse videtur; alioqui enim ab Herodoto h. l. non citata et in examen vocata fuissent.

ὡς ἀπηνείχθη] Particulam loco pronominis relativi poni statuit Matthiae Gr. Gr. p. 907. „Wyttenbach. in selectt. histt. pag. 358 ad antiquum dicendi genus refert et Thucydidis comparat locum I, 1: τὸν πόλεμον — ὡς ἐπολέμησαν.“ Cr.

ἐπιμέμνηται δὲ αὐτοῦ ἐν Διομήδεος ἀριστείῃ] Verba in Διομήδεος ἀριστείῃ, quae Valckenario abiicienda videbantur. satis tuetur orationis tenor, ut bene iam notavit Schweighaeus. Si vero universam sententiam habeas insiticiam, minime eam contra libros equidem eiecerim; quae eadem est Nitzschii sententia l. l. p. 11, ubi in not. 5 haec addit: „Sufficiebat, si ei quod praecedit, ἐν Ἰλιάδι, adderetur λέγει δὲ τὰ ἔπεα οὕτω, ut mox ἐπιμέμνηται δὲ καὶ ἐν Ὀδυσσείῃ, ἐν τοῖσίδε τοῖσι ἔπεσιν.“ Ad reliquum loci argumentum haec monet Valckenarius: „Sunt subiecti versus ex Iliad. Z', 289 et seqq. Διομήδους ἀριστεία vocabatur a grammaticis Iliad. E', in qua meminit in transcursu poëta Alexandri naviumque architecti

αὐτοῦ ἐν Διομήδεος ἀριστείῃ, λέγει δὲ τὰ ἔπεα οὕτω·

Ἔνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι, ἔργα γυναικῶν
Σιδονίων, τὰς αὐτὸς Ἀλέξανδρος θεοειδὴς
ἤγαγε Σιδονίηθεν, ἐπιπλὼς εὐρέα πόντον,
τὴν ὁδὸν ἣν Ἑλένην περ ἀνήγαγεν εὐπατέρειαν.

Pherecli; sed hoc nihil ad *Herodotum* facit, *Homerum* etiam alibi commemorantem, nuspiam tamen appellationes, quibus Homeri carminis diversas insignivere partes grammatici. Primus forte Plato meminit *Νεκυίας* Odysseae in Minoë p. 319, D.“ Vix tamen omnes istiusmodi appellationes a grammaticis serioris aetatis inductas crediderís, si Platonis, Aristotelis, aliorum testimonia, quae Nitzschius l. l. collegit, respexeris. Gravius fortasse illud erit, quod *Diomedis Aristia* vocabatur *quintus* Iliadis *liber*, cum, qui apud Herodotum citantur versus, ad *sextum* pertineant. Sed quid impedit, quo minus Diomedis Aristiam ultra quintum librum olim pertinuisse sextumque librum etiam comprehendisse statuamus, praesertim cum illa aetate fines singulorum librorum vixdum ita accurate constitui videantur, quemadmodum post factum esse verisimile fit. Conf. Heyne observv. ad Homeri l. l. et Wolf. prolegg. ad Homerum p. CVIII, utrumque a Schwgh. allatum. Sunt denique, qui Diomedis pugnas peculiare quoddam carmen fuisse arbitrentur, in Iliadis contextum postea demum receptum. Sed praeterquam quod certis argumentis destituta est haec sententia et disertis Herodoti verbis repugnat, commonstravit Anglus doctus, haec ad carminis tenorem et nexum ita necessaria esse, ut, illis abiectis, reliqua forent manca nec sibi bene cohaerentia. Tu vid. Payne-Knight. prolegg. ad Homer. §. XXIV p. 24 ed. Ruhk.

λέγει δὲ τὰ ἔπεα οὕτω] Qui sequuntur versus, exstant in Iliad. VI, 289 seqq. et a Strabone citantur I pag. 69, E, qui etiam (XVI pag. 1097, C) monet, poëtas *Sidonem* magis quam *Tyrum* frequentare, Homerum vero ne memorare quidem Tyrum. Sed temporibus Troianis nondum Tyrus tam clara fuisse videtur, quam posthac est facta. Vid. Heyne observv. ad Iliad. l. l. pag. 254 tom. V.

ἐπιπλὼς εὐρέα πόντον] De participii forma ἐπιπλὼς vid. Buttmann. gramm. maior. II pag. 7 not. p. 220. — Mox *ἀνήγαγεν* dixit ob navigationem e Graecia in patriam Troiam, qui *reditus* est. Sic certe veteres grammatici; quamquam omnino de navigatione e portu in altum *ἀνάγειν* dici monet Heynius l. l. pag. 255.

4'Επιμέμνηται δὲ καὶ ἐν 'Οδυσσείῃ, ἐν τοῖσίδε τοῖσι ἔπεσι·

Τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα μητιόεντα,
ἐσθλά, τά οἱ Πολύδαμνα πόρεν, Θῶνος παράκοιτις
Αἰγυπτίη· τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα
φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

5καὶ τάδε ἕτερα πρὸς Τηλέμαχον Μενέλεως λέγει·

Αἰγύπτῳ μ' ἔτι δεῦρο θεοὶ μεμαῶτα νέεσθαι
ἔσχον, ἐπεὶ οὔ σφιν ἔρεξα τελήεσσας ἑκατόμβας.

6'Εν τούτοισι τοῖσι ἔπεσι δηλοῖ, ὅτι ἠπίστατο τὴν ἐς Αἴγυπτον 'Αλεξάνδρου πλάνην· ὁμουρέει γὰρ ἡ Συρίη Αἰγύπτῳ· οἱ δὲ Φοίνικες, τῶν ἐστι ἡ Σιδών, 157
117 ἐν τῇ Συρίῃ οἰκέουσι. Κατὰ ταῦτα δὲ τὰ ἔπεα,

Cypria carmina Homeri non esse.

ἐν 'Οδυσσείῃ] Vid. Odyss. IV, 227 seq. et IV, 351. Scribit vero Nitzsch. (Anmerkk. zu Homer. Odyss. pag. 255 not.): „Die Verse 227—230 führt Herodot II, 116 seltsamer Weise zum Belege an, dass Homer von einer Irrfahrt des Paris mit der geraubten Helena nach Aegypten gewusst habe. Man sieht, da auch 351 und 352 dies beweisen sollen, dass Herodot, uneingedenk der Erzählung III, 288 ff. meinte, Menelaos sei absichtlich nach Aegypten geschifft. Vergl. unten zu 384.“

ὁμουρέει γὰρ ἡ Συρίη Αἰγύπτῳ] *Syriae* nomen apud Herodotum latius patere, iam supra ad I, 6. 72 notavimus. Nam hoc nomine omnem quoque oram maritimam tractumque adiacentem inde ab Asia minore usque ad Aegyptum Noster complectitur. Conf. II, 58. VII, 89 et Rennel. l. l. p. 486.

Cap. CXVII.

κατὰ ταῦτα δὲ τὰ ἔπεα κ. τ. λ.] Quod in seqq. pro δηλοῖ Valckenarius coniecit δῆλον, receptum dein a *Borheckio* et *Reizio*; eo minime *opus*, libris scriptis praesertim refragantibus, cum δηλοῖ intransitive et impersonaliter liceat accipere: *adparet*, *perspicuum est*, ut IX, 68 et alibi, recte monente Schweighaeusero. Gravius illud est, quod χωρίον eo *sensu*, quo *hic de loco scriptoris* dicatur, vix apud ullum prioris aetatis scriptorem inveniri idem Valckenarius monet. Quo accedit etiam, quod verba ista: καὶ τόδε τὸ χωρίον ad locum superius laudatum ex Iliade, quo memoratur, Alexandrum cum Helena per vastum mare adpuvagantem, ad Sidonem adpulisse, pertinent; id quod durius certe videtur. Codices et haec verba et reliqua huius capitis omnia agnoscunt; ut hac-

καὶ τόδε τὸ χωρίον οὐκ ἥκιστα, ἀλλὰ μάλιστα, δηλοῖ ὅτι οὐκ Ὁμήρου τὰ Κύπρια ἔπεά ἐστι, ἀλλ'

---

tenus nullam fidem mereat Borheckii suspicio, totum caput CXVII spurium videri. Nec quidquam eiicere equidem audeam; quamquam mihi quoque magna fit suspicio, verba: *καὶ τόδε τὸ χωρίον* ad marginem olim fuisse adscripta ac dein, uti fieri solet, textui inserta. Locutio: *οὐκ ἥκιστα ἀλλὰ μάλιστα* invenitur quoque II, 43 nec sine quadam vi h. l. poni videtur. Redit autem eo fere Herodoti argumentum: quod apud Homerum vestigia errorum Paridis inveniuntur (quae ipsa satis declarant, poëtam plura de his cognovisse, quam quae in ipso carmine indicaverit), inde colligi poterit, Homerum auctorem non esse carminum Cypriorum, quibus Paris fausto itinere iam tertio die in patriam revertisse tradebatur. Quae argumentatio speciosior quam verior videtur Henrichsen., viro docto, in comm. de carmm. Cypr. Havn. 1828 pag. 7 seq. Equidem nil discernam; hoc modo teneri velim, Aristotelem quoque ex diversa Homericorum et Cypriorum carminum indole diversum statuere auctorem, de art. poët. cp. 23. *Cr.* ad argumentum huius capitis conferri vult Groddeck. de hymnor. Homerr. reliquiis p. 41 et 42. Matthiae animadverss. ad hymn. Homer. pag. 68 seq.

ὅτι οὐκ Ὁμήρου τὰ Κύπρια ἔπεά ἐστι, ἀλλ' ἄλλου τινός] *Cypria carmina*, ut hoc tantum afferamus, perpetua quasi serie exposita continuere belli Troiani primordia usque ad Achillis iram, ubi Homeri Ilias exorditur. Quare eodem iure, quo Homeri carmina, ad cyclum qui dicitur epicum referri poterunt. Vid. Henrichsen. l. l. pag. 27 seqq., inprimis p. 31 seq. De quo istorum carminum argumento, historico potius quam epico, ut iam observat Aristoteles l. l. (coll. Henrichsen. p. 102 seqq.), classicus est Procli locus, nuper detectus atque editus in: Biblioth. d. alt. Literat. I Anecd. p. 23. 24, repetitus et singulari cura post alios illustratus ab eodem Henrichsen. l. l. pag. 18—26, qui etiam quotquot horum carminum exstant fragmenta, collegit ac recensuit p. 34 seqq. — De auctore carminum Herodoti aetate iam disceptatum fuisse, ex hoc loco patet, idemque aliis quoque Athenaei et Procli locis comprobatur, quos affert Henrichsen. l. l. p. 4 sqq. accuratiorem inde instituens disquisitionem de vero horum carminum auctore, quem alii Stasinum Cyprium (unde quoque carminum nomen, nisi, quod aliis verius videtur, ex *Cypride* [Venere] illud derivandum), Hegesinum alii, Homerum alii, alios alii ferebant. Nos illa quidem haud repetamus; hoc unum addere placet, nobis vi-

ἄλλου τινός. ἐν μὲν γὰρ τοῖσι Κυπρίοισι εἴρηται, ὡς τριταῖος ἐκ Σπάρτης Ἀλέξανδρος ἀπίκετο ἐς τὸ Ἴλιον ἄγων τὴν Ἑλένην, εὐαέϊ τε πνεύματι χρησάμενος καὶ θαλάσσῃ λείῃ· ἐν δὲ Ἰλιάδι λέγει ὡς ἐπλάζετο ἄγων αὐτήν. Ὅμηρος μέν νυν, καὶ τὰ Κύπρια ἔπεα, χαιρέτω.

---

deri eam Herodoti fuisse sententiam, ut serioris aetatis poëtae ea tribuenda sint. In clausula addam Dahlmanni iudicium (Herod. pag. 101): „Wenn Herodot manche Gedichte, die für Homerisch galten, dem Homer absprach II, 117. IV, 32, so scheinen doch die Ursachen dieses Urtheils nicht tief zu liegen, falls nicht, im Grunde ihm unbewusst, sein poetischer Sinn die Entscheidung gelenkt hat!“

ἐν μὲν γὰρ τοῖσι Κυπρίοισι εἴρηται κ. τ. λ.] Eadem fere scribit Eustath. ad Il. VI p. 503, 11, dissentiens a Proclo l. l., qui Paridem, tempestate a Iunone immissa, ad Sidonem delatum esse urbemque cepisse scribit. Atque etiam Heynius (observv. ad Il. VI, 289 p. 254 seq. t. V) in Herodoti loco totam illam *ῥῆσιν* serius insertum putat, quippe versibus ex Odyssea navigationem Alexandri in Aegyptum haud satis probantibus. Nec aliter sensisse videtur Borheckius, qui hocce caput suspectum censet, refragante Henrichsen. l. l. pag. 50 seq. qui optime monet, eandem argumenti discrepantiam manere, sive Herodotus haec scripserit sive alius quispiam. Nec mihi ulla iusta causa adparet, cur verba, ab omnibus etiam libris comprobata, spuria et insiticia habeam.

εὐαέϊ τε πνεύματι χρησάμενος καὶ θαλάσσῃ λείῃ] i. e. *secundo vento usus* et *mari tranquillo*. Eadem verba exstant quoque apud Eustathium l. l., quae ex ipso poëta Cyprico desumta videri, iam dudum monuerat Wesselingius: „Videtur poëtae *τῶν Κυπρίων* dictionem expressisse. Notissimum est Sophoclis illud, *Philoct.* 822 (828 Br.).“ Unde Heynius l. l. hexametri partem eruit:

— *πνεύματα χρησάμενος λείῃ τε θαλάσσῃ.*

Atque Friedemannus commentt. in Strabon. tom. I p. 336 not. tres versus exsculpsit:

Σπάρτηθεν δὲ τριταῖος Ἀλέξανδρος [θεοειδὴς]
Ἴλιον εἰσαφίκανεν, ἄγων Ἑλένην [Ἀργείην]
Εὐαεῖ τ' ἀνέμων πνοιῇ, λείῃ τε θαλάσσῃ.

καὶ τὰ Κύπρια ἔπεα, χαιρέτω] *χαιρέτω valeant*, ut IV, 96, ubi Wesseling. laudat Platon. de legg. X p. 886, D. Facit huc quoque *ἐῤῥέτω* apud Sophocl. Philoct. 1196 coll. Hom. Il. VIII, 164. IX, 377.

Aegyptiorum narratio de Troia expugnata.

118 Εἰρομένου δέ μευ τοὺς ἱρέας, εἰ μάταιον λό-
γον λέγουσι οἱ Ἕλληνες τὰ περὶ Ἴλιον γενέσθαι, ἢ
οὔ· ἔφασαν πρὸς ταῦτα τάδε, ἱστορίῃσι φάμενοι
2 εἰδέναι παρ' αὐτοῦ Μενέλεω. Ἐλθεῖν μὲν γάρ, μετὰ
τὴν Ἑλένης ἁρπαγήν, ἐς τὴν Τευκρίδα γῆν Ἑλλή-
νων στρατιὴν πολλήν, βοηθεῦσαν Μενέλεῳ· ἐκβᾶ-
σαν δὲ ἐς γῆν καὶ ἱδρυθεῖσαν τὴν στρατιήν, πέμ-
πειν ἐς τὸ Ἴλιον ἀγγέλους· σὺν δέ σφι ἰέναι καὶ
3 αὐτὸν Μενέλεων· τοὺς δ' ἐπεί τε ἐσελθεῖν ἐς τὸ
τεῖχος, ἀπαιτέειν Ἑλένην τε καὶ τὰ χρήματα τά οἱ
οἴχετο κλέψας Ἀλέξανδρος, τῶν τε ἀδικημάτων δί-
κας αἰτέειν· τοὺς δὲ Τεύκρους τὸν αὐτὸν λόγον λέ-
γειν τότε καὶ μετέπειτα, καὶ ὀμνύντας καὶ ἀνωμοτί,
μὴ μὲν ἔχειν Ἑλένην, μηδὲ τὰ ἐπικαλεύμενα χρή-
4 ματα, ἀλλ' εἶναι αὐτὰ πάντα ἐν Αἰγύπτῳ· καὶ οὐκ
ἂν δικαίως αὐτοὶ δίκας ὑπέχειν, ἃ Πρωτεὺς ὁ Αἰ-
γύπτιος βασιλεὺς ἔχει. οἱ δὲ Ἕλληνες καταγελᾶσθαι

Cap. CXVIII.

εἰ μάταιον λόγον λέγουσι οἱ Ἕλληνες] μάταιον λόγον *vanum* sermonem i. e. *temere prolatum*, *fictum*, *falsum*, uti III, 10. 56. 120. VI, 68 etc.

ἱστορίῃσι — εἰδέναι παρ' αὐτοῦ Μενέλεω] i. e. se ab ipso Menelao accepisse s. ex ipsius Menelai narratione se haec cognovisse. Nam *ἱστορίην* dicit Herodotus percunctationem, ubi ex aliis sciscitando quid accepimus. Conf. II, 99 et not. ad prooem.

ἐς τὴν Τευκρίδα γῆν] *γῆν* pro *τὴν* recte reduxit Wesselingius firmavitque aliis locis, ubi eodem modo *γῆν* additum legimus: I, 173. IV, 12. VI, 8. VII, 42. Et suffragantur meliores libri. — *βοηθεῦσαν* ob formam Ionicam citat Gregor. Corinth. de dialect. Ion. §. 60 p. 469 ed. Schaef. — Hoc ex loco orationis argumentum sumpsisse Libanium (t. I pag. 189) notant interpretes.

δίκας αἰτέειν] Conf. I, 2. 3, ubi eadem locutio. — Mox ad verba *μὴ μὲν ἔχειν* confer Gregor. Corinth. de dial. Ion. §. 62 ibiq. Koen. pag. 471 et Valcken. not. ad III, 99. Vid. quoque I, 68. Ac satis frequens apud Iones iurandi in formulis μὴ μὲν pro Atticorum μὴ μήν.

δίκας ὑπέχειν, ἃ Πρωτεὺς — ἔχει] Subaud. τούτων, ἃ

δοκέοντες ὑπ' αὐτῶν, οὕτω δὴ ἐπολιόρκεον, ἐς ὃ 5 ἐξεῖλον. ἑλοῦσι δὲ τὸ τεῖχος ὡς οὐκ ἐφαίνετο ἡ Ἑλένη, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν λόγον τῷ προτέρῳ ἐπυνθάνοντο, οὕτω δὴ πιστεύσαντες τῷ λόγῳ τῷ πρώτῳ οἱ Ἕλληνες, αὐτὸν Μενέλεων ἀποστέλλουσι παρὰ Πρωτέα.

119 *Menelaus Aegyptiis pro beneficio quam iniuriam reddiderit.*

Ἀπικόμενος δὲ ὁ Μενέλεως ἐς τὴν Αἴγυπτον, καὶ ἀναπλώσας ἐς τὴν Μέμφιν, εἴπας τὴν ἀληθηΐην τῶν πρηγμάτων, καὶ ξεινίων ἤντησε μεγάλων, καὶ Ἑλένην ἀπαθέα κακῶν ἀπέλαβε· πρὸς 2 δὲ, καὶ τὰ ἑωυτοῦ χρήματα πάντα. Τυχὼν μέντοι τούτων, ἐγένετο Μενέλεως ἀνὴρ ἄδικος ἐς Αἰγυπτίους. ἀποπλέειν γὰρ ὡρμημένον αὐτὸν ἴσχον ἄπλοιαι· ἐπειδὴ δὲ τοῦτο ἐπὶ πολλὸν τοιοῦτο ἦν, 158 ἐπιτεχνᾶται πρῆγμα οὐκ ὅσιον· λαβὼν γὰρ δύο

Πρ. ἔχει. Struve in specim. dial. Herod. p. 21 seq. scribi iubet τῶν pro ἃ, ut in similibus locis V, 106. VII, 5. IX, 58. 94 inveniatur. Nam in genitivo pluralis neglectam hanc attractionem reperiri negat. — In seqq. ἐς ὃ (*donec, dum*) pro ἕως οὗ ex hoc loco laudat Gregor. Cor. l. l. §. 63. Tu vid. ad I, 67 et II, 116 not. II, 157.

Cap. CXIX.

εἴπας] De forma conf. I, 22. 49 ibiq. not.

ξεινίων ἤντησε μεγάλων] i. e. *magna dona hospitalia nactus est*, s. *insignibus donis hospitalibus exceptus est*. De structura verbi ἀντᾶν vid. Matthiae Gr. Gr. pag. 636; ξείνια quid sint, monuimus ad II, 107.

καὶ Ἑλένην — ἀπέλαβε] Cf. quae Eustathius adscripsit, a Cr. laudatus, ad Odyss. IV, 227 sqq. p. 164 seq. ed. Basil. coll. p. 151, 39 ibid. Et pertinet huc Stesichori quoque narratio de Helenâ a Proteo captâ atque retentâ, apud scholiast. Aristid. pag. 56 ed. Frommell., cuius loci iam supra meminimus. Nam, ut monet Wesselingius, valde inter veteres disceptatum, Helena Troiamne ab Alexandro fuerit asportata an in Aegyptum.

ἐπειδὴ δὲ τοῦτο ἐπὶ πολλὸν τοιοῦτο ἦν] ἐπὶ πολλὸν est *diu*, ut ἐπὶ πολὺ apud Xenophont. Ephes., ubi vid. Locell. pag. 146. Infra II, 133: ἐβίωσαν χρόνον ἐπὶ πολλόν. Add. II, 154. Est autem Herodoti sententia: adversis ventis longiorem moram fuisse interpositam.

παιδία ἀνδρῶν ἐπιχωρίων, ἔντομά σφεα ἐποίησε.
3 μετὰ δὲ, ὡς ἐπάϊστος ἐγένετο τοῦτο ἐργασμένος, μι-
σηθεὶς τε καὶ διωκόμενος, οἴχετο φεύγων τῇσι
4 νηυσὶ ἐπὶ Λιβύης. τὸ ἐνθεῦτεν δὲ ὅκου ἐτράπετο,
οὐκέτι εἶχον εἰπεῖν Αἰγύπτιοι· τούτων δὲ τὰ μὲν
ἱστορίῃσι ἔφασαν ἐπίστασθαι, τὰ δὲ, παρ' ἑωυτοῖσι
120 γενόμενα, ἀτρεκέως ἐπιστάμενοι λέγειν. Ταῦτα μὲν
Αἰγυπτίων οἱ ἱρέες ἔλεγον· ἐγὼ δὲ τῷ λόγῳ τῷ περὶ

Rationibus disputat Herodotus, Helenam Troiae non fuisse.

ἔντομά σφεα ἐποίησε] ἔντομα sc. σφάγια proprie dicuntur victimae Manibus atque Diis inferis mactatae, observante schol. ad Apollon. Rhod. I, 587 atque Eustathio ad Odyss. λ' p. 416 Bas. p. 1671 Rom. Hoc vero loco et infra VII, 191 sunt *victimae placandis ventis caesae;* coll. Arrian. Indic. 20. Nec aliter apud Virgil. Aen. II, 116:

> *Sanguine* placastis ventos et *virgine caesâ*
> Sanguine quaerendi reditus. —

Addunt denique his interpretes Plutarchi locum, qui huc spectat, de malign. Herod. p. 857, B. Quod ad humana sacrificia attinet, nonnulla disputavimus ad II, 45.

ὡς ἐπάϊστος ἐγένετο] i. e. *ubi compertum est*, eum (Menelaum) hoc perpetrasse. De structura conf. Matthiae Gr. Gr. p. 594; de ipsa voce ἐπάϊστος Nostrum conf. III, 15. VI, 74. VII, 146. VIII, 128. Glossa Herodotea ad III, 15 explicat φανερός. Tu vid. Gregor. Corinth. de dialect. pag. 530 seq.

ἐπὶ Λιβύης] i. e. *Libyam versus*, usu satis noto, de quo iam monitum. Et firmant hanc lectionem libri omnes, nisi quod apud Plutarch. l. l. exstat ἰθὺ ἐπὶ Λιβύης, unde Valckenarius in Herodoto ἰθὺ Λιβύης legendum censuit. Quae lectio sine ulla causa a Reizio et Schaefero recepta est. — In fine capitis ad ἱστορίῃσι conf. II, 118 ibiq. not.

Cap. CXX.

ἐγὼ δὲ τῷ λόγῳ τῷ περὶ Ἑλένης λεχθέντι κ. τ. λ.] Conf. supra I, 3. Est vero gravissimum huius capitis argumentum binis de causis: tum quod insigne Herodoti studium aperit veri reperiundi, tum quod, quam ipse historiae pater Homero et cyclicis poëtis fidem tribuerit, egregie declarare videtur. Ut enim nequaquam pro veris habuit, quaecunque illi poëtae cecinerant, ita nec omnem historiae fidem iis denegare voluit. Quod vero Dahlmannus (Herod. p. 101) Herodotum pronuntiat de rebus Troianis nil fere praeter ipsam Troiae expugnationem credidisse ve-

*Ἑλένης λεχθέντι καὶ αὐτὸς προστίθεμαι, τάδε ἐπι-
λεγόμενος· εἰ ἦν Ἑλένη ἐν Ἰλίῳ, ἀποδοθῆναι ἂν
αὐτὴν τοῖσι Ἕλλησι, ἤτοι ἑκόντος γε ἢ ἄκοντος
2 Ἀλεξάνδρου. οὐ γὰρ δὴ οὕτω γε φρενοβλαβὴς ἦν
ὁ Πρίαμος, οὐδὲ οἱ ἄλλοι προσήκοντες αὐτῷ, ὥστε
τοῖσι σφετέροισι σώμασι καὶ τοῖσι τέκνοισι καὶ τῇ
πόλι κινδυνεύειν ἐβούλοντο, ὅκως Ἀλέξανδρος Ἑλένῃ
3 συνοικέῃ. εἰ δέ τοι καὶ ἐν τοῖσι πρώτοισι χρόνοισι
ταῦτα ἐγίνωσκον· ἐπεὶ πολλοὶ μὲν τῶν ἄλλων Τρώ-*

---

rumque habuisse, id unde cognoverit ille nescio equidem. Dubiam potius illorum poëtarum fidem Herodoto visam fuisse, si ad historiam eos revocaveris, colligere mihi posse videor ex verbis: *εἰ χρή τι τοῖσι ἐποποιοῖσι χρεώμενον λέγειν;* ubi Homerum et Cypriorum atque Cyclicorum carminum auctores eum intellexisse credam. — Ad reliqua Cr. conferri vult Tzetz. in Lycophron. vs. 820 seq. p. 810 ed. Müller.

τάδε ἐπιλεγόμενος] Id est: *haec reputans mecum, cogitans.* Conf. I, 78. — Ad *συνοικεῖν* in seqq. conf. I, 91. 93. 37. 173 etc.

εἰ δέ τοι καὶ ἐν τοῖσι πρώτοισι χρόνοισι ταῦτα ἐγίνωσκον] Herodoteae argumentationis, quae h. l. incipit, hic fere sensus: „Si vero primis sanequam temporibus Troianis (Priamo eiusque cognatis) placuisset, Helenam retinere nec Graecis deposcentibus reddere, tamen postea, cum multis belli calamitatibus se pressos magnaque suorum strage afflictos vidissent, vix dubium, quin Helenam Graecis reddidissent, ipseque Priamus, si Helenam in matrimonium duxisset, eam redditurus fuisset, quâ se suosque belli calamitatibus liberaret.“ Quando enim hoc ipse rex domusque regiae princeps fecisset, multo magis consentaneum, *in* regis filio, et *quidem* eo, ad quem vel mortuo patre, minime deventurum esset regnum, hoc idem fieri.

εἰ δέ τοι καὶ — ἐγίνωσκον] scil. *ὁ Πρίαμος καὶ οἱ προσήκοντες αὐτῷ.* — *ἐν πρώτοισι χρόνοισι* refer ad primos belli annos, quod Graeci ob Helenam raptam contra Troianos susceperunt.

ἐπεὶ πολλοὶ μὲν κ. τ. λ.] Haec verba per parenthesin quasi accipienda sunt dilatam usque ad verba *χρεώμενον λέγειν* inclus., ubi oratio denuo assumitur verbis: *τούτων δὲ τοιούτων συμβαινόντων*, quibus ea omnia comprehenduntur, quae in parenthesi prolata sunt. Quare haud male addidit particulam *δέ*, post parenthesin

ων, ὁκότε συμμίσγοιεν τοῖσι Ἕλλησι, ἀπώλλυντο, αὐτοῦ δὲ Πριάμου οὐκ ἔστι ὅτε οὐ δύο ἢ τρεῖς ἢ καὶ ἔτι πλείους τῶν παίδων, μάχης γινομένης, ἀπέθνησκον, εἰ χρή τι τοῖσι ἐποποιοῖσι χρεώμενον λέ-
4 γειν· τούτων δὲ τοιούτων συμβαινόντων, ἐγὼ μὲν ἔλπομαι, εἰ καὶ αὐτὸς Πρίαμος συνοίκεε Ἑλένῃ, ἀποδοῦναι ἂν αὐτὴν τοῖσι Ἀχαιοῖσι, μέλλοντά γε
5 δὴ τῶν παρεόντων κακῶν ἀπαλλαγήσεσθαι. οὐ μὲν οὐδὲ ἡ βασιληΐη ἐς Ἀλέξανδρον περιήϊε, ὥστε γέροντος Πριάμου ἐόντος, ἐπ' ἐκείνῳ τὰ πρήγματα εἶναι· ἀλλὰ Ἕκτωρ, καὶ πρεσβύτερος καὶ ἀνὴρ ἐκείνου μᾶλλον ἐών, ἔμελλε αὐτὴν Πριάμου ἀποθανόντος παραλάμψεσθαι· τὸν οὐ προσῆκε ἀδικέοντι τῷ ἀδελφεῷ ἐπιτρέπειν, καὶ ταῦτα μεγάλων κακῶν δι' αὐτὸν συμβαινόντων ἰδίῃ τε καὶ αὐτῷ καὶ τοῖσι ἄλλοισι πᾶσι Τρωσί. Ἀλλ' οὐ γὰρ εἶχον Ἑλένην ἀποδοῦναι οὐδὲ λέγουσι αὐτοῖσι τὴν ἀληθηΐην ἐπίστευον οἱ Ἕλληνες· ὡς μὲν ἐγὼ γνώμην ἀποφαίνομαι, τοῦ δαιμονίου παρασκευάζοντος, ὅκως πανω-

---

eamque longiorem inferri solitam.

ὁκότε συμμίσγοιεν τοῖσι Ἕλλησι] *συμμιγνύναι*, *cum hoste congredi;* ut I, 127. 166 etc. — In seqq. formulam: *οὐκ ἔστι ὅτε οὐ* cultiorem dicit Wesseling. Schweigh. in lex. Herod. s. v. *ὅτε* eius sensum ita exponit: „*Non est* (vel: *non fuit*), *quum non* etc., id est: *nunquam non; semper quoties factum proelium est* etc.“ — *ἔλπομαι* est: *puto, existimo*, ut I, 65. II, 11. 26 etc. — Ad *οὐ μὲν οὐδὲ* conf. II, 12, ubi legitur: *οὐ μὴν οὐδέ*. Nec tamen quidquam mutandum.

ἐπ' ἐκείνῳ τὰ πρήγματα εἶναι] Bene Schweighaeuserus: *ut rerum summa penes illum foret.* Nam *πράγματα* indicat *imperium*, *rerum summam*. Conf. nott. ad Plutarch. Flamin. p. 119. De usu praepositionis *ἐπὶ* in locutione: *ἐπ' ἐκείνῳ* monuit Fischer. ad Weller. III, 6 p. 235. — In seqq. *ἀνὴρ* sensu eminenti accipiendum, de quo cf. VII, 210 ibique Valcken.

τοῦ δαιμονίου παρασκευάζοντος, ὅκως πανωλεθρίῃ κ. τ. λ.] Pertinent huc ea, quae

λεθρίῃ ἀπολόμενοι, καταφανὲς τοῦτο τοῖσι ἀνθρώποισι ποιήσωσι, ὡς τῶν μεγάλων ἀδικημάτων μεγάλαι εἰσὶ καὶ αἱ τιμωρίαι παρὰ τῶν θεῶν, καὶ ταῦτα μὲν, τῇ ἐμοὶ δοκέει, εἴρηται.

121 Rhampsinitus, ab an. 1237 ad 1182: Vulcani templum ornat: statuit Aestatem et Hiemem, duo simulacra ingentia.

Πρωτέος δὲ ἐκδέξασθαι τὴν βασιληΐην Ῥαμψίνιτον ἔλεγον· ὃς μνημόσυνα ἐλίπετο τὰ προπύλαια
2 τὰ πρὸς ἑσπέρην τετραμμένα τοῦ Ἡφαιστείου. ἀντίους δὲ τῶν προπυλαίων ἔστησε ἀνδριάντας δύο, ἐόντας τὸ μέγαθος πέντε καὶ εἴκοσι πηχέων· τῶν

---

ad I, 32 disputavimus de ea Nostri sententia, quâ homines superbos arrogantesque a diis deiici alto gradu atque everti statuebat. Neque Nemesis illa, quae prava facinora atque impia sibi punienda sumit, cuiquam parcit, nec ullo modo remittit, cum homines immissis calamitatibus ad modestam et honestam vitam perducere et ab eo, quidquid nefas est, deterrere velit. Hanc vero vindictam quasi divinam historiis suis ut commonstraret, propositum habuit pater historiae, indeque etiam Troiani belli mala atque calamitates repetit, divinitus immissas Troianis ob priora delicta atque peccata. Conf. Iaeger. disputt. Herodd. pag. 45. Nam fuerunt, qui plane aliter traderent bellumque Troianum dicerent frequentiae hominum exonerandae caussa a diis conflatum esse; id quod ad philosophorum quoque scholas transiit. Vid. schol. ad Iliad. I, 5. Euripid. Helen. 39 seqq. Strab. IV pag. 279, A. p. 183, D et Chrysippi fragm. apud Plutarch. mor. II p. 1049, B. 1052 (Baguet. comment. de Chrysipp. Lovan. 1822 p. 208). Sed haec displicuerunt patri historiae, qui alio modo Troianorum mala explicanda censuit. — Ad verba ὅκως — ποιήσωσι conf. Matth. Gr. Gr. p. 999.

Cap. CXXI.

τὴν βασιληΐην Ῥαμψίνιτον ἔλεγον] Cum Herodoto consentit Diodorus I, 62. Hoc enim auctore Proteum regno vitaque defunctum excepit *Remphis* (ita eum appellat) filius, parsimonia adeoque avaritia illustrior quam rebus praeclare gestis. Regnare ille coepit inde ab anno 1244 a. Chr. n., ut statuit Larcherus chronolog. d'Herod. t. VII pag. 99 seq. 583. Quae apud Tacitum annall. II, 60 de *Rhamse*, Aegyptio rege, eiusque expeditionibus enarrantur, in *Rhampsinitum* Herodoti minus quam in Sesostrin cadere videntur.

τὰ προπύλαια — τοῦ Ἡφαιστείου] Vid. II, 101 coll. II, 99 ibiq. nott.

τὸ μέγαθος πέντε καὶ εἰ-

Αἰγύπτιοι τὸν μὲν πρὸς βορέω ἑστεῶτα καλέουσι 3 θέρος· τὸν δὲ πρὸς νότον, χειμῶνα. καὶ τὸν μὲν καλέουσι θέρος, τοῦτον μὲν προσκυνέουσί τε, καὶ εὖ ποιέουσι· τὸν δὲ χειμῶνα καλεύμενον, τὰ ἔμπα-

1 *4 λιν τούτων ἔρδουσι. Πλοῦτον δὲ τούτῳ τῷ βασι-* 35 Ditissimus omnium: architecti

---

κοσι πηχέων] *ἐείκοσι* cum recentt. editt. rescripsimus, ut olim in Aldina iam exstabat. Vulgo *εἴκοσι*; cuius acerrimus defensor exstitit H. Apetzius in not. ad h. l. Quae enim apud Herodotum inveniuntur formae *ἐείκοσι*, *ἠέλιος*, *ἔσαν*, *πάϊς* ac similes, ad nimiam Grammaticorum sedulitatem ille refert, qui id praecipue sectati fuerint, ut Musae Herodoti mulierum Ionicarum more pretiosis indutae vestibus incederent. Quare haec omnia expungi debere, quae ex parte etiam e versibus, quos Herodotus historiis inseruerit, in textum irrepserint. Tu conf. II, 122. 130. 134. Nos ingenue confitemur, rationes, quibus ductus vir ille doctus tale iudicium pronuntiat, nobis cognitas haud esse; illud vero exploratum habemus, Herodotum in hisce omnino sibi non constare, modo Ionicas formas, modo vulgares adhibentem, cautumque editorem nihil aliud agere posse, quam ut maxime probatos et antiquos codices sequatur. Sic, uti hoc utar, scripsit Herodotus paulo ante *Ἡφαιστείου*, et supra II, 112 *Ἡφαιστηΐου*, Ionum magis ex more. Quae omnia qui sibi paria refingere velit, is vereor ut genuinum Herodoti textum restituat.

τοῦτον μὲν προσκυνέουσί τε] Nota *μὲν* repetitum, cum antea iam esset *καὶ τὸν* (i. e. *ὃν*) *μὲν καλέουσι θέρος*. De quo vid. Matth. Gr. Gr. pag. 1263, qui idem pag. 754 de accusativo monuit, qui verbo *προσκυνεῖν* additur. De ipso verbo *προσκυνεῖν* diximus ad II, 80. — In iis, quae proxime antecedunt, verba *τὸν μὲν πρὸς βορέω ἑστεῶτα* interpretor: *eum colossum, qui ita collocatus est, ut* (e meridie scil.) *septentrionem versus spectat; τὸν δὲ πρὸς νότον: eum, qui* (e septentrione) *meridiem versus spectat;* ubi in structura ita Noster variavit, ut praepositioni *πρὸς* modo genitivum modo accusativum adiungeret, ut I, 201. II, 99. 149 etc. coll. I, 84. II, 101 etc. Aequabunt autem hi colossi (si ad nostras mensuras revocaveris) magnitudine pedes triginta septem et dimidium alterius pedis.

§. 1.

πλοῦτον — ἀργύρου μέγαν] sc. *ἔλεγον οἱ ἱρέες*. Ad locutionem laudant Anacr. XXIII, 1, ubi est *πλοῦτος χρυσοῦ*. — De ipsa fabula, quae h. l. narratur, vid. excursum.

fraus, exstruentis ei aedificium condendae pecuniae.

λέϊ γενέσθαι ἀργύρου μέγαν, τὸν οὐδένα τῶν ὕστε-
ρον ἐπιτραφέντων βασιλέων δύνασθαι ὑπερβαλέ-
5 σθαι, οὐδ' ἐγγὺς ἐλθεῖν. βουλόμενον δὲ αὐτὸν ἐν
ἀσφαληΐῃ τὰ χρήματα θησαυρίζειν, οἰκοδομέεσθαι
οἴκημα λίθινον· τοῦ τῶν τοίχων ἕνα ἐς τὸ ἔξω μέ-
6 ρος τῆς οἰκίης ἔχειν. τὸν δὲ ἐργαζόμενον, ἐπιβου-
λεύοντα, τάδε μηχανᾶσθαι· τῶν λίθων παρασκευά-
σασθαι ἕνα ἐξαιρετὸν εἶναι ἐκ τοῦ τοίχου ῥηϊδίως
7 καὶ ὑπὸ δύο ἀνδρῶν καὶ ὑπὸ ἑνός. ὡς δὲ ἐπετελέ-
σθη τὸ οἴκημα, τὸν μὲν βασιλέα θησαυρίσαι τὰ
8 χρήματα ἐν αὐτῷ. χρόνου δὲ περιϊόντος, τὸν οἰκο-
δόμον, περὶ τελευτὴν τοῦ βίου ἐόντα, ἀνακαλέσα-
9 σθαι τοὺς παῖδας· (εἶναι γὰρ αὐτῷ δύο·) τούτοισι
δὲ ἀπηγήσασθαι, ὡς ἐκείνων προορέων ὅκως βίον

οὐδένα τῶν ὕστερον *ἐπιτραφέντων* βασιλέων] Noli invitis libris emendare ἐπιτραφθέντων sc. τὴν ἀρχήν, ut I, 7, ubi vid. not. Nam ἐπιτραφέντων (a verbo ἐπιτρέφω) idem fere est atque ἐπιγενομένων i. e. *postea natorum*, *succedentium*. Verbum ἐπιτρέφεσθαι supra iam invenimus I, 123. Add. IV, 3. — Mox ad verbum θησαυρίζειν confer ad II, 86 disputata; οἰκοδομέεσθαι est *aedificandum curare*, ut ποιεῖσθαι supra II, 100.

τοῦ τῶν τοίχων ἕνα ἐς τὸ ἔξω μέρος τῆς οἰκίης ἔχειν] i. e. „*cuius* (aedificii) *quum unus paries extrorsum spectaret.*" Ita Schweighaeuserus; ubi neglexit verba τῆς οἰκίης, quae ad regis opinor palatium pertinent, ubi exstructa fuit ista camera. Larcherus reddit: „*dont un des murs était hors de l'enceinte du palais;*" ad sensum haud male. Recentior Gallus interpres, in aliis accuratior, hunc locum prorsus neglexit. Quo melius Italus haec interpretatus est: „— *fe' edificare una camera di pietra, della quale uno de' muri riferiva alla parta esterna della casa.*" — ἔχειν εἴς τι invenimus I, 180. 191, ubi vid.; τὸν δὲ ἐργαζόμενον in seqq. intelligit opificem, cui munus exstruendae camerae a rege fuit demandatum. Eundem paulo infra dicit *οἰκοδόμον*, *architectum;* vocabulo probo et perperam a Grammaticis damnato. Vid. Creuzer. ad Plotin. p. 185, qui nunc addit Lobeck. ad Phrynich. p. 487 seq. in not.

ἄφθονον ἔχωσι, τεχνάσαιτο οἰκοδομέων τὸν θησαυ-
10 ρὸν τοῦ βασιλέος. σαφέως δὲ αὐτοῖσι πάντα ἐξηγη-
σάμενον τὰ περὶ τὴν ἐξαίρεσιν τοῦ λίθου, δοῦναι
τὰ μέτρα αὐτοῦ, λέγοντα ὡς ταῦτα διαφυλάσσον-
11 τες, ταμίαι τῶν βασιλέος χρημάτων ἔσονται. καὶ
τὸν μὲν τελευτῆσαι τὸν βίον, τοὺς δὲ παῖδας αὐτοῦ
οὐκ ἐς μακρὴν ἔργου ἔχεσθαι· ἐπελθόντας δὲ ἐπὶ
τὰ βασιλήϊα νυκτὸς, καὶ τὸν λίθον ἐπὶ τῷ οἰκοδο-
μήματι ἀνευρόντας, ῥηϊδίως μεταχειρίσασθαι, καὶ
2 12 τῶν χρημάτων πολλὰ ἐξενείκασθαι. Ὡς δὲ τυχεῖν
τὸν βασιλέα ἀνοίξαντα τὸ οἴκημα, θωυμάσαι, ἰδόντα 160
τῶν χρημάτων καταδεᾶ τὰ ἀγγήϊα· οὐκ ἔχειν δὲ
ὅν τινα ἐπαιτιᾶται, τῶν τε σημάντρων ἐόντων σώ-
13 ων, καὶ τοῦ οἰκήματος κεκλειμένου. ὡς δὲ αὐτῷ,
καὶ δὶς καὶ τρὶς ἀνοίξαντι, αἰεὶ ἐλάσσω φαίνεσθαι
τὰ χρήματα, (τοὺς γὰρ κλέπτας οὐκ ἀνιέναι κερα-
ΐζοντας,) ποιῆσαί μιν τάδε· πάγας προστάξαι ἐρ-

Fures fratres: alter laqueo captus, alter capite fratri amputato elapsus.

τὸν θησαυρὸν τοῦ βασιλέος] βασιλέος cum Gaisford. reposui. Vulgo βασιλῆος, ut infra §. 5. Ad verba περὶ τὴν ἐξαίρεσιν τοῦ λίθου Cr. confert Ilgen. ad hymn. Homer. pag. 304.

δοῦναι τὰ μέτρα αὐτοῦ] τὰ μέτρα, *mensuras*, consulto Nostrum scripsisse putat Schweighaeuserus, scil. non solum ipsius lapidis mensuram, sed mensuram distantiarum ab imo aedificio et ab utroque latere.

οὐκ ἐς μακρὴν ἔργου ἔχεσθαι] ἐς μακρὴν iure praetulit Schweigh. vulgato: ἐς μακρόν; ad illud vulgo supplent ὥραν. Vid. Lambert. Bos. de ellips. pag. 576 seq. coll. Viger. de idiotism. pag. 596. Hinc οὐκ ἐς μακρὴν verti poterit *paulo post*. Ἔργου ἔχεσθαι *admovere manus, accedere ad aliquid*, non sine studio ac festinatione, satis illustratum ab Hemsterhus. ad Viger. p. 255 seq.

§. 2.

τοῦ οἰκήματος κεκλειμένου] κεκλειμένου (Attic. κεκλῃμένου) forma minus usitata pro κεκλεισμένου. Vid. Matth. Gr. Gr. pag. 333.

οὐκ ἀνιέναι κεραΐζοντας] Participii usum post ἀνιέναι satis commonstrant, quae Matth. p. 1081 disputat. Et conf. quoque II, 113.

πάγας — στῆσαι] Eadem lo-

γάσασθαι, καὶ ταύτας περὶ τὰ ἀγγήϊα, ἐν τοῖσι τὰ
14 χρήματα ἐνῆν, στῆσαι. τῶν δὲ φωρῶν, ὥσπερ ἐν
τῷ πρὸ τοῦ χρόνῳ, ἐλθόντων, καὶ ἐνδύντος τοῦ
ἑτέρου αὐτῶν, ἐπεὶ πρὸς τὸ ἄγγος προσῆλθε, ἰθέως
τῇ πάγῃ ἐνέχεσθαι· ὡς δὲ γνῶναι αὐτὸν ἐν οἵῳ
κακῷ ἦν, ἰθέως καλέειν τὸν ἀδελφεὸν, καὶ δηλοῦν
αὐτῷ τὰ παρεόντα, καὶ κελεύειν τὴν ταχίστην ἐσ-
δύντα, ἀποτάμνειν αὐτοῦ τὴν κεφαλήν· ὅκως μὴ
αὐτὸς ὀφθεὶς, καὶ γνωρισθεὶς ὃς εἴη, προσαπολέ-
15 σῃ καὶ ἐκεῖνον. τῷ δὲ δόξαι εὖ λέγειν, καὶ ποιῆ-
σαί μιν πεισθέντα ταῦτα· καὶ καταρμόσαντα τὸν
λίθον, ἀπιέναι ἐπ' οἴκου, φέροντα τὴν κεφαλὴν

Dolor matris ob filii cadaver e muro suspensum.

3 16 τοῦ ἀδελφεοῦ. Ὡς δὲ ἡμέρη ἐγένετο, ἐσελθόντα
τὸν βασιλέα ἐς τὸ οἴκημα, ἐκπεπλῆχθαι, ὁρέοντα
τὸ σῶμα τοῦ φωρὸς ἐν τῇ πάγῃ ἄνευ τῆς κεφαλῆς
ἐόν· τὸ δὲ οἴκημα, ἀσινὲς, καὶ οὔτε ἔσοδον οὔτε
17 ἔκδυσιν οὐδεμίαν ἔχον. ἀπορεύμενον δέ μιν, τάδε

---

cutione utuntur, qui similes fabellas Graece scripserunt, Pausanias IX, 37, ubi conf. Siebelis. p. 126 et Charax in schol. laud. — In seqq. cum Gaisf. edidi: ἐν τῷ πρὸ τοῦ χρόνῳ, cum vulgo esset: ἐν τῷ προτοῦ χρόνῳ. Quod mox Herodoto est τῇ πάγῃ ἐνέχεσθαι, id Characi est παγίσι περιπεσεῖν; Pausanias vero scribit: Agamedem ὁ δεσμὸς κατεῖχε.

ὅκως μὴ — προσαπολέσῃ] Reliquimus προσαπολέσῃ, mutatum in προσαπολέσει ex canone Davisiano, cui hoc loco etiam libri quidam suffragantur. Sed monet Matthiae Gr. Gr. p. 999 si futurum esset restituendum, reponi debere προσαπολέει, id quod nullus liber praebet. Quare in vulgatâ subsistendum, quae etiam alio loco II, 120 fin. (ὅκως — ποιήσωσι) confirmatur.

γνωρισθεὶς ὃς εἴη] i. e. *agnitus quis esset.* Ubi ὃς pro interrogativo pronomine accipere licet; conf. Matth. Gr. Graec. pag. 907 §. 485.

τῷ δὲ δόξαι εὖ λέγειν] In uno libro est δόξαν, quod si verum esset, eodem modo positum foret, quo II, 148. Eurip. Suppl. 129. Heraclid. 187, quos locos affert Wesselingius. Sed vetat sequens καὶ ποιῆσαι; ut bene monet Schweigh.

§. 3.

ἔκδυσιν οὐδεμίαν ἔχον] οὐ-

ποιῆσαι· τοῦ φωρὸς τὸν νέκυν κατὰ τοῦ τείχεος καταχρεμάσαι· φυλάκους δὲ αὐτοῦ καταστήσαντα, ἐντείλασθαί σφι, τὸν ἂν ἴδωνται ἀποκλαύσαντα, ἢ κατοικτισάμενον, συλλαβόντας ἄγειν πρὸς ἑωυτόν.
18 ἀνακρεμαμένου δὲ τοῦ νέκυος, τὴν μητέρα δεινῶς φέρειν· λόγους δὲ πρὸς τὸν περιεόντα παῖδα ποιευμένην, προστάσσειν αὐτῷ, ὅτεῳ τρόπῳ δύναται, μηχανᾶσθαι ὅκως τὸ σῶμα τοῦ ἀδελφεοῦ καταλύσας κομιεῖ· εἰ δὲ τούτων ἀμελήσει, διαπειλέειν αὐτήν, ὡς ἐλθοῦσα πρὸς τὸν βασιλέα, μηνύσει αὐτὸν
4 19 ἔχοντα τὰ χρήματα. Ὡς δὲ χαλεπῶς ἐλαμβάνετο ἡ μήτηρ τοῦ περιεόντος παιδὸς, καὶ πολλὰ πρὸς αὐτὴν λέγων οὐκ ἔπειθε, ἐπιτεχνήσασθαι τοιάδε μιν.
20 ὄνους κατασκευασάμενον, καὶ ἀσκοὺς πλήσαντα οἴνου, ἐπιθεῖναι ἐπὶ τῶν ὄνων, καὶ ἔπειτα ἐλαύνειν αὐτούς· ὡς δὲ κατὰ τοὺς φυλάσσοντας ἦν τὸν κρε-

Id quo astu deceptis custodibus frater abstulerit.

δεμίαν cum Gaisf. reposui pro οὐδεμίην.

κατὰ τοῦ τείχεος καταχρεμάσαι] i. e. *ex muro suspendisse*. De usu praepositionis κατὰ monitum hoc loco allato in Fischeri animadverss. ad Weller. Gr. Gr. III, b pag. 177. — Mox ἐντείλασθαί σφι edidimus cum Gaisf. pro vulg. ἐντ. σφισι.

τὴν μητέρα δεινῶς φέρειν] Moerorem matris inde explico, quod filii cadaver, non rite conditum ac sepultum, ut Aegyptiorum postulabat religio (II, 85 seqq.), remansit neque inde ad inferorum incolas admitti ipse filius poterat.

§. 4.

ὡς δὲ χαλεπῶς ἐλαμβάνετο ἡ μήτηρ τοῦ περιεόντος παιδὸς] Immerito verba: ἡ μήτηρ τοῦ περιεόντος παιδὸς Wesselingio aliisque suspecta sunt visa. Neque enim subiecti in proxima orationis parte subita mutatio nos offendere debet (nam ad καὶ πολλὰ — λέγων οὐκ ἔπειθε suppl. ὁ παῖς); quippe quae, omisso pronomine, vel serioris aetatis scriptoribus haud est insolita. Vid. quae in Creuzeri Melett. III pag. 36 disputavi. Neque locutio χαλεπῶς λαμβάνεσθαι habet quod nos offendat; est enim interprete Schweighaeusero: *aspere incessere, premere*.

ὡς δὲ κατὰ τοὺς φυλάσσοντας ἦν] i. e. cum *eo* loco esset, ubi illi erant, qui cada-

μάμενον νέκυν, ἐπισπάσαντα τῶν ἀσκῶν δύο ἢ
21 τρεῖς ποδεῶνας αὐτὸν λύειν ἀπαμμένους. ὡς δὲ 95
ἔῤῥεε ὁ οἶνος, τὴν κεφαλήν μιν κόπτεσθαι μεγάλα
βοῶντα, ὡς οὐκ ἔχοντα πρὸς ὁκοῖον τῶν ὄνων
22 πρῶτον τράπηται. τοὺς δὲ φυλάκους, ὡς ἰδεῖν πο-
λλὸν ῥέοντα τὸν οἶνον, συντρέχειν ἐς τὴν ὁδὸν ἀγ-
γήϊα ἔχοντας, καὶ τὸν ἐκκεχυμένον οἶνον συγκομί- 161
ζειν ἐν κέρδεϊ ποιευμένους· τὸν δὲ διαλοιδορέεσθαι
23 πᾶσι, ὀργὴν προσποιεύμενον. παραμυθευμένων δὲ
αὐτὸν τῶν φυλάκων, χρόνῳ πρηΰνεσθαι προσποιέ-
εσθαι, καὶ ὑπίεσθαι τῆς ὀργῆς· τέλος δὲ, ἐξελάσαι
αὐτὸν τοὺς ὄνους ἐκ τῆς ὁδοῦ, καὶ κατασκευάζειν.
24 ὡς δὲ λόγους τε πλείους ἐγγίνεσθαι, καί τινα καὶ
σκῶψαί μιν καὶ ἐς γέλωτα προαγαγέσθαι, ἐπιδοῦ-
ναι αὐτοῖσι τῶν ἀσκῶν ἕνα· τοὺς δὲ αὐτοῦ, ὥσπερ
εἶχον, κατακλιθέντας πίνειν διανοέεσθαι, καὶ ἐκεῖ-

---

ver custodiebant. Ubi nota usum praepositionis κατὰ (*prope*, *iuxta*, *ad*), de quo plura Fischerus ad Weller. III, b pag. 183. 187.

τῶν ἀσκῶν — ἀπαμμένους] i. e. *utrium duos vel tres petiolos suspensos* (s. pendulos) *solvisse*. ποδεὼν est *utris petiolus* s. prominens pars (ὃ τοῦ ἀσκοῦ προέχει ut ait schol. ad Eurip. Med. 679), lacinia pendula, e quâ liquor emittitur. Alio sensu de regionis lacinia s. extrema parte occurrit VIII, 31.

τὴν κεφαλήν μιν κόπτεσθαι] Conf. II, 61 et ad verba: ἐν κέρδεϊ ποιευμένους (i. e. *lucro sibi apponere*, *in lucro sibi ponere*) I, 118.

τὸν δὲ διαλοιδορέεσθαι πᾶσι] De structura vid. Matthiae Gr. Gr. pag. 705. προσποιεῖσθαι in seqq. est *simulare*, significatione satis nota. De παραμυθεῖσθαι (*consolari*, *mitigare*, *lenire verbis*) vid. ad Plutarch. Alcib. pag. 129 seq. χρόνῳ est *postea*, *tempore quodam elapso*, ut I, 80. 171. 175.

ὑπίεσθαι τῆς ὀργῆς] Conf. I, 156. IV, 181.

καὶ ἐς γέλωτα προαγαγέσθαι] i. e. *permovisse ad risum*, *risum elicuisse*, ubi medii verbi usum pro activo attigit Matth. Gr. Gr. pag. 935. Ad verbi significationem conf. Pausan. IX, 5. 8. Vit. Homer. 21; quos locos laudat Wesseling.

ὥσπερ εἶχον] i. e. *nullo delectu*, *prout se habebant*. Cr.

νον παραλαμβάνειν, καὶ κελεύειν μετ' ἑωυτῶν μείναντα συμπίνειν· τὸν δὲ πεισθῆναί τε δὴ, καὶ κα-
25 ταμεῖναι. ὡς δέ μιν παρὰ τὴν πόσιν φιλοφρόνως ἠσπάζοντο, ἐπιδοῦναι αὐτοῖσι καὶ ἄλλον τῶν ἀσκῶν. δαψιλέϊ δὲ τῷ ποτῷ χρησαμένους τοὺς φυλάκους, ὑπερμεθυσθῆναι· καὶ κρατηθέντας ὑπὸ τοῦ ὕπνου,
26 αὐτοῦ ἔνθαπερ ἔπινον κατακοιμηθῆναι. τὸν δὲ, ὡς πρόσω ἦν τῆς νυκτὸς, τό τε σῶμα τοῦ ἀδελφεοῦ καταλῦσαι, καὶ τῶν φυλάκων ἐπὶ λύμῃ πάντων ξυρῆσαι τὰς δεξιὰς παρηΐδας· ἐπιθέντα δὲ τὸν νέκυν ἐπὶ τοὺς ὄνους, ἀπελαύνειν ἐπ' οἴκου, ἐπιτελέσαντα
5 27 τῇ μητρὶ τὰ προσταχθέντα. Τὸν δὲ βασιλέα, ὡς αὐτῷ ἀπηγγέλθη τοῦ φωρὸς ὁ νέκυς ἐκκεκλεμμένος, δεινὰ ποιέειν· πάντως δὲ βουλόμενον εὑρεθῆναι ὅστις κοτὲ εἴη ὁ ταῦτα μηχανώμενος, ποιῆσαί μιν
28 τάδε, ἐμοὶ μὲν οὐ πιστά· τὴν δὲ θυγατέρα τὴν ἑωυτοῦ κατίσαι ἐπ' οἰκήματος, ἐντειλάμενον πάντας τε

Regis filia quo consilio a patre prostituta, quomodo a fure delusa.

---

confert Wyttenbachium ad Plutarch. Moral. I, 2 pag. 936. Conf. etiam supra I, 24 ibiq. not.

παρὰ τὴν πόσιν] i. e. *inter potandum*. Vid. Matth. p. 1174.

καὶ τῶν φυλάκων ἐπὶ λύμῃ πάντων κ. τ. λ.] i. e. *custodum omnium dextras genas contumeliae causa rasisse.* Ad ἐπὶ λύμῃ (conf. III, 14 etc.) videas Matth. pag. 1165. Satis vero constat apud orientales homines quam contumeliosum aut poenae aut iniuriae genus sit, quo aut barba vellatur aut ex parte radatur. Praebet vel sacra scriptura exemplum II Samuel. 10, 4 ignominiae similis ab Ammonitarum regulo legatis Davidis impositae; unde postea bellum ortum. De Arabibus ac Turcis nostrae aetatis idem inter omnes constat.

§. 5.

ὡς αὐτῷ ἀπηγγέλθη — ἐκκεκλεμμένος] Vid. Matth. Gr. Gr. p. 1091 ob participii usum. — δεινὰ ποιέειν est infinitivus (praeteriti) imperfecti loco infinitivi aoristi, notante eodem Matth. pag. 945 §. 499 fin.

τὴν δὲ θυγατέρα τὴν ἑωυτοῦ κατίσαι ἐπ' οἰκήματος] i. e. *filiam suam iussisse in lupanari sedere.* — δέ cum recentt. recepimus, cum prius a textu abesset. — Locutio κατίσαι ἐπ' οἰκήματος (*collocare puellam*

ὁμοίως προσδέκεσθαι, καὶ πρὶν συγγενέσθαι, ἀναγ-
κάζειν λέγειν αὐτῇ ὅ τι δὴ ἐν τῷ βίῳ ἔργασται
αὐτῷ σοφώτατον καὶ ἀνοσιώτατον· ὃς δ' ἂν ἀπη-
γήσηται τὰ περὶ τὸν φῶρα γεγενημένα, τοῦτον συλ-
29 λαμβάνειν, καὶ μὴ ἀπιέναι ἔξω. ὡς δὲ τὴν παῖδα
ποιέειν τὰ ἐκ τοῦ πατρὸς προσταχθέντα, τὸν φῶρα
πυθόμενον τῶν εἵνεκα ταῦτα ἐπρήσσετο, βουλη-
θέντα πολυτροπίῃ τοῦ βασιλέος περιγενέσθαι, ποιέ-
30 ειν τάδε. νεκροῦ προσφάτου ἀποταμόντα ἐν τῷ
ὤμῳ τὴν χεῖρα, ἰέναι αὐτὸν ἔχοντα αὐτὴν ὑπὸ τῷ
ἱματίῳ· ἐσελθόντα δὲ ὡς τοῦ βασιλέος τὴν θυγα-
τέρα, καὶ εἰρωτώμενον τάπερ καὶ οἱ ἄλλοι, ἀπη- 162
γήσασθαι ὡς ἀνοσιώτατον μὲν εἴη ἐργασμένος, ὅτε
τοῦ ἀδελφεοῦ ἐν τῷ θησαυρῷ τοῦ βασιλέος ὑπὸ
πάγης ἁλόντος ἀποτάμοι τὴν κεφαλήν· σοφώτατον
δὲ, ὅτι τοὺς φυλάκους καταμεθύσας, καταλύσειε

---

in lupanari) invenitur II, 126, et frequens alibi καθῆσθαι ἐπ' οἰκήματος de ipsis puellis prostantibus et in lupanari sedentibus. Nam οἴκημα hic valet *lupanar*. Plura interpretes ad hunc l. et Valcken. observv. ad Ammon. pag. 177.

τὰ ἐκ τοῦ πατρὸς προσταχθέντα] Conf. Matth. p. 1135. πολυτροπίη hic est *versutia, astutia*. Tu conf. quae de voce πολύτροπος a viris doctis disputata sunt ad Odyss. init.

ἀποταμόντα — τὴν χεῖρα] χεῖρα hic dici *brachium*, ab humero in extimos digitos porrectum, monet Wesseling. Conf. etiam IV, 62. Alia adiicit Larcherus, in quibus Homer. Iliad. XI, 252. XIII, 539. — πρόσφατον νεκρὸν *nuper defunctum* intelligit; ut iniuria de voce πρόσφατος dubitet Phrynichus pag. 374 seq., ubi vid. Lobeck.

ἐσελθόντα δὲ ὡς τοῦ βασιλέος τὴν θυγατέρα] βασιλέος edidimus pro βασιλῆος ut supra §. 1. De verbo ἐσελθεῖν confer nott. ad II, 115. In seqq. retinui ὡς a Schweigh. mutatum in ἐς, ad quod probandum affert 1, 116. II, 135. 147. III, 140. Nec tamen equidem his permotus sum, ut a lectione recepta recederem. Conf. Matthiae Gr. Gr. pag. 1147. — Pro κρεμαμένου, quod minus aptum est, cum Schweigh. et Gaisf. edidi κρεμάμενον, quod codices nonnulli offerebant.

31 τοῦ ἀδελφεοῦ κρεμάμενον τὸν νέκυν. τὴν δὲ, ὡς ἤκουσε, ἅπτεσθαι αὐτοῦ· τὸν δὲ φῶρα ἐν τῷ σκότεϊ προτεῖναι αὐτῇ τοῦ νεκροῦ τὴν χεῖρα· τὴν δὲ, ἐπιλαβομένην ἔχειν, νομίζουσαν αὐτοῦ ἐκείνου τῆς χειρὸς ἀντέχεσθαι· τὸν δὲ φῶρα προέμενον αὐτῇ,
6 32 οἴχεσθαι διὰ θυρέων φεύγοντα. Ὡς δὲ καὶ ταῦτα ἐς τὸν βασιλέα ἀνενεῖχθαι, ἐκπεπλῆχθαι μὲν ἐπὶ τῇ πολυφροσύνῃ τε καὶ τόλμῃ τἀνθρώπου. τέλος δὲ, διαπέμποντα ἐς πάσας τὰς πόλις, ἐπαγγέλλεσθαι ἄδειάν τε διδόντα, καὶ μεγάλα ὑποδεκόμενον ἐλ-
33 θόντι ἐς ὄψιν τὴν ἑωυτοῦ. τὸν δὲ φῶρα, πιστεύσαντα, ἐλθεῖν πρὸς αὐτόν· Ῥαμψίνιτον δὲ μεγάλως θωυμάσαι, καί οἱ τὴν θυγατέρα ταύτην συνοικίσαι, ὡς πλεῖστα ἐπισταμένῳ ἀνθρώπων· Αἰγυπτίους μὲν γὰρ τῶν ἄλλων προκεκρίσθαι, ἐκεῖνον δὲ Αἰγυπτίων.

Ob calliditatem et audaciam fur a rege adsciscitur gener.

122 Μετὰ δὲ ταῦτα, ἔλεγον, τοῦτον τὸν βασιλέα ζωὸν καταβῆναι κάτω ἐς τὸν οἱ Ἕλληνες ἀΐδην νομίζουσι εἶναι, καὶ κεῖθι συγκυβεύειν τῇ Δήμητρι· καὶ τὰ μὲν, νικᾶν αὐτήν, τὰ δὲ, ἑσσοῦσθαι ὑπ' αὐ-

Descendisse Rhampsinitum vivum ad inferos; lusisse ibi cum Cerere alea, et munere donatum inde rediisse: Aegyptiorum festum Cereris, et in eo ritus.

---

§. 6.

ὡς — ἀνενεῖχθαι] Vulgo *ἀνενείχθη*, quod cum recentt. editt. abieci.

ταύτην συνοικίσαι] Ut *συνοικεῖν matrimonio iunctum esse, in matrimonio habere* (II, 120 etc.), ita *συνοικίζειν filiam in matrimonium dare, nuptum dare.*

Cap. CXXII.

καὶ κεῖθι — τῇ Δήμητρι] *καὶ κεῖθι* pro *κἀκεῖθι* cum recentt. rescripsi. Citat haec Athenaeus IX pag. 410, E p. 520 Schw., cuius loci etiam Cr. non immemor fuit.

καὶ τὰ μὲν, νικᾶν αὐτὴν κ. τ. λ.] Iam Valckenarius ex diss. Dan. Szathmari de Pharaonibus apte monuit: aleâ, cum Cerere ludere eamque vincere, vel ab illa vinci, nihil aliud esse, quam *Cererem almam et fautricem*, vel vicissim *inimicam experiri*. Nam haec quoque narratio ad agriculturam et felicem agrorum proventum referenda. Eo ducunt ritus in templo Cereris a sacerdotibus observari soliti. Respicitur, credo, seges frumenti

τῆς· καί μιν πάλιν ἄνω ἀπικέσθαι, δῶρον ἔχοντα
2 παρ' αὐτῆς χειρόμακτρον χρύσεον. ἀπὸ δὲ τῆς Ῥαμψινίτου καταβάσιος, ὡς πάλιν ἀπίκετο, ὁρτὴν δὴ ἀνάγειν Αἰγυπτίους ἔφασαν· τὴν καὶ ἐγὼ οἶδα ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἐπιτελέοντας αὐτούς· οὐ μέντοι εἴ τε δι' ἄλλο τι εἴ τε διὰ ταῦτα ὁρτάζουσι ἔχω λέγειν.
3 φᾶρος δὲ αὐτημερὸν ἐξυφήναντες οἱ ἱρέες, κατ' ὧν ἔδησαν ἑνὸς αὐτῶν μίτρῃ τοὺς ὀφθαλμούς· ἀγαγόντες δέ μιν ἔχοντα τὸ φᾶρος ἐς ὁδὸν φέρουσαν ἐς ἱρὸν Δήμητρος, αὐτοὶ ἀπαλλάσσονται ὀπίσω· τὸν δὲ ἱρέα τοῦτον καταδεδεμένον τοὺς ὀφθαλμοὺς λέγουσι ὑπὸ δύο λύκων ἄγεσθαι ἐς τὸ ἱρὸν τῆς

---

certis anni periodis reponenda et in terrâ condenda, mox vero, ubi educta e terrâ in altum creverit et ad maturitatem pervenerit, consumenda; quae res per lusus allegoriam significatur, in quo Ceres (quae frugibus terrae praeest) modo vincit, modo vincitur. Neque in istiusmodi fabulis illud praetermittendum est, cum hac tesseraria agriculturae significatione coniunctam simul esse doctrinam de animarum immortalitate, indeque explicandum, quod Ceres apud inferos quoque imperare dicitur (vid. II, 123 ibiq. not.). Qua de re nunc dicere longum est. Illud vero addamus h. l., quod protulit Grotefend. in Böttiger. Amalth. II p. 92, in vasis aliisque artis operibus, ubi repraesentantur res ad animarum statum post vitam hanc spectantes, *cubos* haud raro adiectos inveniri una cum *quincunce*; ad illos vero dies quinque, quos Mercurius per lusum acquisivisse dicatur, spectare *πεντάλιθους* et *πεσσὰ πεντάγραμμα*.

φᾶρος δὲ αὐτημερὸν ἐξυφήναντες] Tractavit haec Creuzerus Symbol. IV pag. 229 seq. Est enim hic quoque textura tesseraria intelligenda, qua sortes humanae vitae orientis atque intereuntis, occidentis ac reviviscentis, vitae ac mortis perpetuo quasi orbe, indicantur. Quod iis perspicuum erit, qui quo sensu deae veteres texere aut texturae praeesse dicantur, perspexerint. Conf. Creuzer. l. l. II pag. 118. 119 ibid. Ac denique etiam cogitandum de segete, quotannis fere proveniente atque intereunte, eodem perpetuo quasi circulo. Ita enim intelligemus, cur *mantile aureum* Rhampsinito dederit Ceres, pignus quasi segetis aureae, e terrâ mox emittendae.

λέγουσι ὑπὸ δύο λύκων ἄγεσθαι] De quo loco haec disse-

Δήμητρος, ἀπέχον τῆς πόλιος εἴκοσι σταδίους· καὶ

---

ruit Creuzer. in commentt. Herodd. p. 419: „Zoëga de obelisce. p. 307 seqq. ad Herodoti locum haec apposuit: „„Hos vero lupos, quos sacerdotalis mythus inferorum ministros et psychopompos genios indigitat, in singulis fere mumiis arcisque earum pictos deprehendimus, ut plurimum averrunco flagro ad malos daemones animabus inhiantes abigendos instructos. Scilicet rapax animal, quod noctu maxime oberrat subque solis ortum ad specus et deserta aufugit, Aegyptiis aeque atque aliis populis plerisque orco cognatum visum est, et nocturnis tantum umbris confisum ab illa obscura regione, solis radiis imperviâ, ad nostrum mundum commeare. Ipsum quoque Osiridem assumptâ lupi specie ab inferis rediisse Oro opitulatum adversus Typhonem, inter caussas lupi apud Aegyptios consecrati narrat Diodorus I, 88 coll. Synes. de provid. I p. 115. Hinc etiam est, quod lupum Osiridis inferi symbolum et *commercii* inter *utrosque mundos*, *superum* et *inferum*, tum in duobus anaglyphis musei Borgiani ex Aegyptiis cryptis ablatis, tum in obelisci cuspide Wanstediana super simulacro Osiridis, quem circumstantes adorant et donis placant, eodem quo in mumiis habitu expressum conspicimus."" Haec Zoëga verissime. Nec minus recte alii viri docti lupos in mumiis geminatos pro inferorum (sive Amenthis) custodibus accipiunt. (Vid. Becker. in August. vol. I ad tab. I. Böttiger. in Archäol. d. Malerei I p. 55. 63. 65.) Neque vero omittendum alterum illud, tam sacrum fuisse lupum quibusdam Aegyptiis, ut herbam quoque ei bestiae letiferam in terras suas importari prohiberent. (Conf. Aelian. h. a. IX, 18.) Igitur erant in Aegypto, qui parcitum vellent lupo, utpote bonorum etiam deorum sacrae bestiae. Quid quaeris? Superum inferumque commeatorem lupum et Aegyptii agnoverunt, et Graecorum ii, qui Apollini Dianaeque dicaverunt illud animal. Nimirum lucis accessum et regressum cum *quotidianum* tum *annuum* hoc symbolo declaratum voluerunt veteres sacerdotes. Quocirca etiam ad *vitae mortisque superi inferique mundi alternas vices* traducta haec tessera est. *Eoque ipsa illa fabula Rhampsiniti spectat.* Descenderat rex ad inferos, indeque redierat in hanc lucem. Unde ducuntur primordia festorum rituum. Sacerdos obligatis oculis mittitur ad fanum Isidis sive Cereris. Ducunt et reducunt bini lupi. Haec omnia nihil aliud loquuntur quam doctrinam illam sacerdotum, ab Herodoto explicatam sequenti capite (II, 123): nimirum *esse hominis animam immortalem*, *sed alternis vicibus illuc descendere in obscura regna Cereris-Isidis*, *indeque reverti in hanc vitae lu-*

αὖτις ὀπίσω ἐκ τοῦ ἱροῦ ἀπάγειν μιν τοὺς λύκους
123 ἐς τωὐτὸ χωρίον. Τοῖσι μέν νυν ὑπ' Αἰγυπτίων
λεγομένοισι χράσθω ὅτεῳ τὰ τοιαῦτα πιθανά ἐστι·
ἐμοὶ δὲ παρὰ πάντα τὸν λόγον ὑπόκειται, ὅτι τὰ
λεγόμενα ὑπ' ἑκάστων ἀκοῇ γράφω. ἀρχηγετεύειν
δὲ τῶν κάτω Αἰγύπτιοι λέγουσι Δήμητρα καὶ Διόνυσον. Πρῶτοι δὲ καὶ τόνδε τὸν λόγον Αἰγύπτιοί

Inferorum qui principes: animam hominis primos Aegyptios dixisse immortalem esse quae spatio ter mille annorum finitis omnibus mutationibus in hominem remigret.

---

cem." Add. Creuz. Symbol. II pag. 130 seqq. 154 seqq. coll. Heeren. Ideen II, 2 pag. 201.

ἐείκοσι σταδίους] Vulgo εἴκοσι. Vid. II, 121 ibiq. nott.

Cap. CXXIII.

ἐμοὶ δὲ παρὰ πάντα τὸν λόγον ὑπόκειται κ. τ. λ.] id est: *mihi vero in omni hac narratione id impositum est, ut, quae a singulis narrata audivi, scribam.* Retinui ὑπ' ἑκάστων, cuius loco Schweigh. et Gaisford. receperunt ὑπὲρ ἑκάστων, sine idonea causa, ut mihi quidem videtur. Matthiae retinuit ὑπ' ἑκάστων. — Ad ἀκοῇ conf. I, 171. II, 29. 148. Siebel. ad Pausan. III, 25 §. 5 pag. 80.

ἀρχηγετεύειν δὲ τῶν κάτω Αἰγύπτιοι λέγουσι Δήμητρα καὶ Διόνυσον] i. e. „*memorant autem Aegyptii, principatum apud inferos tenere Cererem et Bacchum.*" Δήμητρα dedimus, Schweigh. secuti atque Creuzerum in comm. Herod. pag. 308 not. 291, ubi plura, qui idem de argumento disputat p. 173 seq. 310: „De *Baccho* et *Cerere*, tanquam mortuorum dominis, non est quod multis verbis exponam. Sunt *Osiris* et *Isis*, qui Amenthen occupant et moderantur. Diodorus Siculus I, 96. — De Osiridis et Isidis nominibus Graecis ipse testatur Herodotus II, 42 et 59. Plutarchus de Is. et Osirid. p. 362 s. 485 seq." Sequuntur plura de Amenthe, quae malim apud ipsum Creuzerum legi. Nec enim dubium, hanc Aegyptiorum sacerdotum fuisse doctrinam, ut, qui dii omnia ad lucem vitamque ducant, ea quoque mortua recipiant indeque iure inferis praesint.

πρῶτοι δὲ καὶ τόνδε τὸν λόγον κ. τ. λ.] Creuzer. l. laud. pag. 315 seqq.: „Larcherus Herodotea verba ita vult explicari, ut Aegyptii fuerint migrationis animorum primi assertores. Recte, sed tamen cum in aliam sententiam h. l. traxisse videantur et veteres aliquot et recentiores: accuratius in his agendum videtur esse. Nam primum Clemens Alexandrinus Stromat. VI, 2 p. 752 Potter. seiunctim illa pronuntiat: παρὰ Πυθαγόρου δὲ καὶ τὴν ψυχὴν ἀθάνατον εἶναι Πλάτων ἔσπακεν· οἱ δὲ, παρ' Αἰγυπτίων, nimirum Plato et Pythagoras.

εἰσι οἱ εἰπόντες, ὡς ἀνθρώπου ψυχὴ ἀθάνατός ἐστι·

[Sequitur Clementis Romani locus ex Homil. I §. 3. 5. Deinde sic pergit Cr.:] Davisius autem ad Cicer. Tuscull. I, 16 posteaquam Pausaniae Messen. c. 32 [ubi Chaldaei et Indi primi immortalitatis doctrinam tradidisse dicuntur] excitavit, ita pergit: „„Aegyptios autem hac laude mactant Herodotus II, 123 et Clemens Alexandr. VI p. 752.““ Nolo plura congerere, quae arguant, nimis arctis et angustis terminis hunc Herodoti locum inclusum a viris doctis esse. Planiorem et veriorem interpretationem eidem ante Larcherum impertierat Wyttenbachius in disput.: *Quae fuerit veterum philosophorum sententia de vita et statu animorum post mortem*, Amstelod. 1783 p. XVII. Qui Herodoti locum Latine sic refert: „„*Fuerunt quoque primi Aegyptii, qui dicerent, animam hominis esse immortalem, post corporis vero interitum in aliud deinceps nascens animal immigrare: cumque per omnia terrestria, marina et volucria animalia circuitum fecisset, eam iterum nascentem* [secutus videtur Wytt. lectionem γινομένην, cuius loco nos vulgatam retinuimus γινόμενον; unde sic vertendum: *eam iterum in hominis corpus* nascens *immigrare*] *in hominis corpus immigrare: et hunc ab ea circuitum confici trium millium annorum spatio.*““ Herodoti auctoritatem praeferendam esse auctoritati Diogenis (VIII, 14 qui Pythagoram primum dici perhibet τῆς μετενσωματώσεως auctorem), praesertim testes nullos excitantis, non est dubium. Addit enim ipse Herodotus, tanquam testimonium sententiae: „„Hoc placito, tanquam suo et proprio, quidam Graeci usi sunt, alii antiquiore alii recentiore tempore: quorum ego nomina, quamquam scio, non memoro.““ Sit igitur Herodoti potior sententia; tamen cavemus, ne plus ei tribuamus, quam ipse voluit. Si quid enim video, in grammatica interpretatione non necesse est, ut hic sit sensus, Aegyptios singulos has opiniones primum protulisse, sed universas ab illis ad hanc *doctrinam conformatas esse*: ut adeo illud voluerit Herodotus: „„Aegyptios primos dixisse, animam, quum sit immortalis, in alia deinceps corpora immigrare, atque iterum in humanum corpus redire; et hunc circuitum absolvi trium millium annorum spatio,““ et sint Aegyptii non tam Immortalitatis, quam Metempsychoseos auctores.“ Haec Wyttenbachius planeque ad eius sententiam postea Larcherus. Et quis dubitet hanc unice veram legitimamque verborum Herodoteorum interpretationem esse? Et vero, Hecataeo et Aristagora ac Manethone auctoribus, alio loco hoc ipse confirmat Diogenes Laërtius I, 11: τὴν δὲ τῶν Αἰγυπτίων φιλοσοφίαν εἶναι τοιαύτην — — τὴν ψυχὴν καὶ ἐπιδιαμένειν καὶ με-

τοῦ σώματος δὲ καταφθίνοντος, ἐς ἄλλο ζῶον αἰεὶ 163

τεμβαίνειν. Qua brevi sententia declarantur eadem, quae pluribus aliquanto verbis elocutus est Herodotus. Neque aliter his de rebus sensisse videtur Zoëga de obeliscc. pag. 300, cum in hunc modum pronuntiat: „Et videtur hoc primum ab Aegyptiis traditum indeque ad Graecos traductum fuisse: esse eam animae naturam, ut per se sit ac duret, habitetque in corpore velut in domo, quam sine sui iactura relinquere possit et in aliam transire.“ Idem vir doctus in opere laudato de hac Aegyptiorum veterum doctrinâ maxime omnium promeruit eamque sigillatim et per suos quasi meatus est persecutus.“ —

τοῦ σώματος δὲ καταφθίνοντος — ἐσδύεται] Ex Creuz. commentt. Herodott. pag. 319 seqq. haec ad accuratiorem loci intelligentiam adferre liceat: Haec verba ad metempsychoseos doctrinam spectantia, ita intellexit Zoëga l. l. p. 310 coll. pag. 204, ut hanc fuisse vulgi Aegyptii opinionem statueret: „animam non prius quam priori corpore corrupto atque absumto ab eo discedere atque ad illud transire.“ Quae citans Heerenius (Ideen II, 2 pag. 193), iure dubitari posse censet; neque enim intelligi posse, quomodo in eiusmodi populo, qui accuratissima pollinctura mortuorum cadavera perennare in perpetuum effecerit, igitur ibi quomodo eiusmodi opinio invalere potuerit. At vero iam Servius (ad Virgil. Aen. III, 68) inter alia haec quoque disputat: Aegyptios condita diutius reservare cadavera, ut anima multo tempore perduret et corpori sit obnoxia, nec cito ad alios transeat. Quibus adde Tertulliani locum de anima cap. 23 p. 288 seq. ibique haec praecipue verba: „- - - quod et Mercurius Aegyptius novit, dicens animam digressam a corpore non refundi in animam universi, sed manere determinatam, uti rationem, inquit, patri reddat eorum, quae in corpore gesserit.“ Quibus edocemur Aegyptios condiisse cadavera, quoniam *determinatam* volebant permanere animam. Cogitandum enim est duplex antiquitus omnino in Aegypto fuisse genus hominum; alterum sacerdotum idque cultum et eruditum, alterum pastoritium, idque rude et incultum, vulgaribus superstitionibus deditum, quod inde non potuit non animum humanum corpori quodammodo mancipatum existimare obnoxiumque, ita ut si non usquequaque animam interire existimaret corpore dilapso et in cineres dissoluto, vagam tamen ac prope nullam imaginem notionemque animae a corpore seiunctae et ab eius servitio liberae sibi informare posset. Haec si reputemus, simulque illud teneamus, sacerdotes Aegyptios novisse naturae vim penitus vitalem nunquam exstinctam et in infinitum perennem, atque

γινόμενον ἐσδύεται· ἐπεὰν δὲ περιέλθῃ πάντα τὰ χερσαῖα καὶ τὰ θαλάσσια καὶ τὰ πετεινὰ, αὖτις ἐς

---

eam sibi sententiam παλιγγενεσίας notione informasse; veri simile inde fit, Aegyptiorum sacerdotes reservasse sibi παλιγγενεσίας subtiliorem atque eruditiorem quandam doctrinam, ad Graecos philosophos quae post permanavit; cum plebe autem communicasse placitum transmigrationis animarum sive μετενσωματώσεως. Hanc vero disciplinam mixtam temperatamque pastoritia superstitione et sacerdotali eruditione Herodotus hic prodere aut certe extremis lineis describere videtur, ita ut loci argumentum eo fere redeat: „*Primum mortuus homo riteque conditus sepultusque descendit in Amenthen*, h. e. *in regnum Isidis atque Osiridis*: *Deinde*, intereunte corpore (nimirum eo quod conditum fuerit medicamentis et rite involutum — adeoque *cadavere dilapso inque cineres converso*) *excedit anima et migrat per bestiarum omne genus. Tum revertitur in corpus nascens hominis. Atque hic circuitus universus absolvitur tribus annorum millibus.*“ Unde sequitur, hanc doctrinam transmigrationis animarum minime solorum sacerdotum fuisse, ut Heerenio videtur l. l. p. 193, nec Zoëgae sententiam, quam supra protulimus, usquequaque probandam esse. Alias aliorum sententias de metempsychoseos doctrinâ collegit Beck. in Anleit. z. Weltgesch. I p. 759.

τοῦ σώματος δὲ καταφθίνοντος] Haec de *corpore dilapso et in cineres dissoluto* intelligenda esse iam supra monuimus. Plura vid. in excurs. ad h. l.

ἐπεὰν δὲ περιέλθῃ πάντα τὰ χερσαῖα κ. τ. λ.] De sensu horum verborum vid. supra disputatt. Hic admonere liceat imaginem, quibus haec animarum migratio ad oculorum sensus traducta et repraesentata invenitur in tot anaglyphis monumentorum Aegyptiorum. Plurima laudat Creuz. in commentt. Herodd. p. 339 seq. ibique potissimum Iomard. in descript. de l'Eg. vol. II antiqq. p. 165 sqq. Unam potissimum laudat iconem, eamque lineari arte expressam ipse subiecit, protractam e cryptis Thebarum. In hac conspicimus Osiridem, mortuorum iudicem in solio sedentem; ei admotum reum, qui iudicii sui tesseram bilancem in humero gerat; infra in gradibus stantes novem iudicii quasi assessores; porro cymbam imposito porco vel hippopotamo, quo iudicio constituta poena significetur, nimirum maleficum hominem, qui securi percussus sit, nunc ex Osiridis iudicio abire in foedum animal. Etenim hippopotamum esse symbolum ingrati animi, iniustitiae ac violentiae tradit Horapoll. hieroglyph. I, 56. II, 37. Abigitur autem reus in bestiam conver-

ἀνθρώπου σῶμα γινόμενον ἐσδύνειν· τὴν περιήλυσιν δὲ αὐτῇ γίνεσθαι ἐν τρισχιλίοισι ἔτεσι. τούτῳ

---

sus ab Hermete, quem caput caninum insignem facit, Mercurium illum ψυχοπομπὸν, Homero etiam cognitum Odyss. XXIV, 1. Accedunt alia, quae ad eandem doctrinam declarandam pertinent, nec maris deest significatio, nec aquarum, nec hydri sive serpentis aquatici, nec aves denique, quae quatuor numero superne positae sunt, virgineo capite ornatae et vitta sacerdotali sive calantica. In quibus singulis illustrandis operam collocavit Creuzerus p. 342—352, ubi in fine haec scripsit: „utut est, hoc reliquum est ac certum: tabulam hanc nostram *in mortui hominis cista repertam imaginem sistere* in eaque conspici et χερσαῖα καὶ τὰ θαλάσσια ζῶα et vero πετεινὰ quoque, quae Herodotus in animae migrationibus memorat." Idem Cr. nunc hisce addi vult Inghirami Monumenti Etruschi ad tab. 77 degli specchi mistici pag. 668.

τὴν περιήλυσιν δὲ αὐτῇ γίνεσθαι ἐν τρισχιλίοισι ἔτεσι] Glossa Herodotea affert ἤλυσιν: ἔφοδον, πορείαν. Cf. etiam Koen. ad Greg. Corinth. pag. 526. Ad ipsam rem teneamus, quae pluribus leguntur exposita apud Creuz. l. l. pag. 324. 327 seqq. videri singulos meatus per animalium corpora pertinuisse per mille annos (Plat. rep. X, 11 p. 615 Phaedr. p. 249 etc.). Atque quoniam perpauci tantummodo in Amenthen delati, continenter obtemperant Osiridi-Plutoni, sed plurimi macularum superiore in vita contractarum aliquid retinent, hinc plurimis migrandum est per animalium corpora idque ternis vicibus, quae trium millium annorum spatium complectuntur. Atque hunc tribus annorum millibus absolvendum circuitum pronuntiat Herodotus; nec alio spectat Pindaricum ἐς τρὶς ἑκατέρωθι (Olymp. II, 122 seq.) atque Platonicum τρισχιλιοστὸν ἔτος (l. l.). Congruunt vero haec tria annorum millia *cum circulo* Sothiaco s. caniculari veterum Aegyptiorum, qui et ipse totidem annorum solarium spatio absolvitur. Quo absoluto, iustorum atque insontium hominum animae redeunt ad supremos deos (h. e. fixarum stellarum praesides), quorum in chorum recipiuntur; fitque *ille reditus* per zodiaci ambitum i. e. per gregem bestiarum sidereaerum; siquidem dii cum lunares tum planetares atque solares reliquarumque stellarum fixarum praesides, sunt siderea armenta; quorum per pascua ascendunt animae, aliae aliud in stabulum; nobiliores in loca nobilissimorum animalium sive solis Siriique. Hinc bestiarum cultus per Aegyptum, hinc bestiae rite conditae et repositae, ut

τῷ λόγῳ εἰσὶ οἳ Ἑλλήνων ἐχρήσαντο, οἱ μὲν, πρότερον, οἱ δὲ, ὕστερον, ὡς ἰδίῳ ἑωυτῶν ἐόντι· τῶν ἐγὼ εἰδὼς τὰ οὐνόματα, οὐ γράφω.

124 Μέχρι μέν νυν Ῥαμψινίτου βασιλέος εἶναι ἐν Αἰγύπτῳ πᾶσαν εὐνομίην ἔλεγον, καὶ εὐθηνέειν

Cheops, ab ann. 1182 ad 1132, impius et durus: itinerarium ag-

pluribus declaravimus ad II, 67 coll. 65.

τούτῳ τῷ λόγῳ εἰσὶ οἳ Ἑλλήνων κ. τ. λ.] Conf. quae supra ad initium cap. allata sunt de Graecis hanc doctrinam sibi assumentibus. Iam addamus ea, quae Creuz. attulit in comment. Her. p. 168 seq.: „Iam ut eos omittam qui *prius* e Graecis hoc decretum pro suo venditasse dicuntur (quos ego *Orphicos* esse arbitrer): qui *posterius* idem factitasse dicuntur, eos, cum probe sciat, notos facere suis lectoribus non vult Herodotus. Cuius silentii idonea apparet ratio. Haud dubie enim verum vidit Wesselingius ad h. l., cum *Pherecydem Syrium* et *Pythagoram* significari dicit. Conf. Sturz. ad Pherecyd. fragm. pag. 11—15. Ac Pherecydis quam celebratum nomen fuerit apud cives exterosque, nemo ignorat, nisi qui philosophiae historiam ignoret. Pythagorae autem nomen multo etiam celebratius. Iam Herodotus, ut qui historiam suam conficeret in Magna illa Graecia, quam totam tenebat Pythagorae Pythagoreûmque auctoritas, nonnisi tecte ac clanculum designare poterat eos philosophos, quos sciebat arrogantius iactasse se auctores disciplinarum, quas ab Aegyptiis hauserant. Neque ipse fortasse historiae pater derogare volebat gloriae eius viri, qui suâ virtute ingenioque ac meritis tantopere inclaruerat apud Graecos barbarosque. Quod vero doctrinam illam metempsychoseos tanquam suam tradidisse eosdem dicit Noster: magno argumento est, eos non rudem illam duntaxat ac vulgarem disciplinam sumsisse ab Aegyptiis, verum cultiorem aliquam eruditioremque. Pythagoras certe nihil nisi valde doctum limatumque pro suo poterat in medium proferre. Arguit aetas, qua scholam aperuit; arguit ingenium hominis aliunde cognitum; arguit ipse Herodotus quem supra attigimus (II, 49). Ubi quum Orphici etiam grandius ac sublimius explicasse dicuntur res Osiriacas, qui tandem humilia ac vulgaria tribui possint ab eodem scriptore Pherecydi adeoque Pythagorae?"—„*Pherecydes Syrius* floruit sub Olymp. LIX; *Pythagoras* autem, Larchero quidem probabiliter confirmante, natus Olymp. XLIII, 1; mortuus Olymp. LXVII, 3."

Cap. CXXIV.

καὶ εὐθηνέειν Αἴγυπτον μεγάλως] Ad verbum εὐθηνέ-

gerem lapideam struit ingentis operis, et maximam pyramidem cum subterraneis aedibus.

Αἴγυπτον μεγάλως. μετὰ δὲ τοῦτον, βασιλεύσαντά
2 σφεων Χέοπα, ἐς πᾶσαν κακότητα ἐλάσαι. κατα-
κληΐσαντα γάρ μιν πάντα τὰ ἱρὰ, πρῶτα μέν σφεας
θυσιέων ἀπέρξαι· μετὰ δὲ, ἐργάζεσθαι ἑωυτῷ κε-
3 λεύειν πάντας Αἰγυπτίους. τοῖσι μὲν δὴ ἀποδεδέ-
χθαι, ἐκ τῶν λιθοτομιέων τῶν ἐν τῷ Ἀραβίῳ οὔ-
ρεϊ, ἐκ τουτέων ἕλκειν λίθους μέχρι τοῦ Νείλου·

ειν conf. I, 66 ibique nott. — Diodorus I, 62 fin. huic regi boni quidem dispensatoris laudem haud denegat, ceteroqui vero sordidum atque avarum hominem fuisse scribit.

βασιλεύσαντά σφεων Χέοπα] Ex Larcheri calculis *Cheops* regnum tenuit inde ab a. 1178 a. Chr. n. per quinquaginta annos (chronolog. d'Herod. t. VIII p. 90), quos eosdem Diodorus (I, 63) *Chemmi* tribuit regi octavo inde a Rhampsinito s. Remphi, cum ad septem hominum aetates per successionem regnaverint reges prorsus ignavi, qui nihil memoratu dignum et in libris sacris annotatum praestiterint, uno excepto Nileo, a quo nomen fluvio sit inditum. De Chemmi quae deinceps narrantur, Pyramides aliaque opera ingentia exstruente, ea cum Herodoti Cheope prorsus conveniunt. De chronologia horum regum conf. Beck. allgem. Weltgesch. I pag. 716 seq. coll. 694 et not. ad Herod. II, 127 init.

ἐς πᾶσαν κακότητα ἐλάσαι] Poterit, monente Schweighaeusero, ἐλάσαι intransitive accipi, subintellecto vel pronomine ἑωυτὸν, ut sensus sit: *omni nequitia s. pravitate grassatum esse regem*, vel σφέας sive τὴν Αἴγυπτον: *in omnem calamitatem regem protrusisse Aegyptum* sive *omni calamitate a rege Aegyptum pressam fuisse.* Mihi prior magis arridet ratio potissimum propter ea, quae leguntur II, 126: ἐς τοῦτο δὲ ἐλθεῖν Χέοπα κακότητος.

τοῖσι μὲν δὴ ἀποδεδέχθαι] i. e. *his constitutum, mandatum, imperatum fuisse.* Nam ἀποδεικνύναι hic est *constituere*, ut II, 65. 77 etc.

ἐκ τῶν λιθοτομιέων — ἐκ τουτέων κ. τ. λ.] Simili modo in seqq.: πρὸς τὸ Λιβυκὸν καλ. ὄρος, πρὸς τοῦτο ἕλκειν. Vid. Matth. Gr. Gr. p. 877 et conf. Iaeger. disputt. Herodd. p. 17, qui ex istiusmodi repetitionibus colligit, Herodotum senem opus suum conscripsisse. Herodotum in his pro more imitatus est Pausanias, notante Siebel. ad I, 19 §. 4. De monte *Arabico* atque *Libyco* vid. nott. ad II, 8. Etiamnum in lapidibus vestigia latomiarum superesse testantur recentioris aetatis peregrinatores, quorum locos profert Zoëga de obeliscc. p. 400 not. 20.

διαπεραιωθέντας δὲ τὸν ποταμὸν πλοίοισι τοὺς λίθους ἑτέροισι ἔταξε ἐκδέκεσθαι, καὶ πρὸς τὸ Λιβυ-
4 κὸν καλεύμενον ὄρος, πρὸς τοῦτο ἕλκειν. ἐργάζοντο δὲ κατὰ δέκα μυριάδας ἀνθρώπων αἰεὶ τὴν τρίμη- 95
5 νον ἑκάστην. χρόνον δὲ ἐγγενέσθαι τριβομένῳ τῷ λαῷ, δέκα μὲν ἔτεα τῆς ὁδοῦ κατὰ τὴν εἷλκον τοὺς λίθους, τὴν ἔδειμαν· ἔργον ἐὸν οὐ πολλῷ
6 τέῳ ἔλασσον τῆς πυραμίδος, ὡς ἐμοὶ δοκέειν· (τῆς γὰρ μῆκος μέν εἰσι πέντε στάδιοι· εὖρος δὲ, δέκα

Qui idem p. 411 coniicit: de iis tantum lapidibus, quibus pyramidum facies fuerint contectae (II, 125), intelligendos esse veteres scriptores, qui unanimes fere asserant, lapicidinis in Arabico latere potissimum usos fuisse illarum conditores; nam lapidem inde protractum ob praestantiorem ac politurae magis idoneam naturam ad pyramidas vestiendas praelatum fuisse, cum ad molem coarcervandam sufficerent saxa ex ipso monte, cui superstructae sint.

ἐργάζοντο δὲ κατὰ δέκα μυριάδας] Haec explicanda sunt secundum ea, quae monuit Matthiae §. 298, 1 pag. 596. In ipso hominum numero, quem Plinius h. n. XXXVI, 17, 3 maiorem adeo fuisse narrat, cum Herodoto consentit Diodorus I, 63.

χρόνον δὲ ἐγγενέσθαι τριβομένῳ τῷ λαῷ] Conf. Matthiae Gr. Gr. pag. 711 et Siebel. ad Pausan. X, 18 §. 2, qui monet in verbo ἐγγενέσθαι inesse significationem temporis longioris, addito dativo vel hominis, cui, vel rei, in qua illud consumatur. — Ad argumentum loci faciunt Aristotel. politt. V, 11 (9) pag. 229 ed. Schneider. et Ioseph. antiqq. II, 9, 1. Quae respiciens Hirt., libro mox laudando pag. 17 seq., pyramides censet exstructas esse eo consilio, ne egens plebs otio langueret neve inopia laboraret. Alia tu vide ad II, 128.

τὴν ἔδειμαν] δέμειν eodem modo poni docemur, quo apud Latinos *vias construere, instruere.* Vid. VII, 200 ibiq. Wesseling. Paulo ante reliqui cum Gaisf. κατὰ τὴν, cuius loco Struve spec. quaest. de dial. Her. p. 36 repositam vult veterem lectionem κατ' ἣν (ut II, 15. 90), ex uno libro vetusto mutatam in κατὰ τήν. Quid reliqui libri recentiori aetate collati afferant, non satis indicatur, quamvis ex silentio sanequam colligas, scriptum fuisse in illis κατὰ τήν.

τῆς γὰρ μῆκος μέν εἰσι πέντε στάδιοι] Vulgo: τῆς μὲν γὰρ μῆκος. Nos Schweigh. et

ὀργυιαί· ὕψος δὲ, τῇ ὑψηλοτάτη ἐστὶ αὐτὴ ἑωυτῆς, ὀκτὼ ὀργυιαί· λίθου τε ξεστοῦ καὶ ζώων ἐγγεγλυμ- 1
7 μένων·) ταύτῃ τε δὴ τὰ δέκα ἔτεα γενέσθαι, καὶ

Gaisford. secuti sumus. — Ad pluralem εἰσὶ conf. II, 16 et Matth. pag. 794 et ad verba: ὑψηλοτάτη — ἑωυτῆς conf. I, 193. 203.

τῆς γὰρ μῆκος κ. τ. λ.] τῆς scilicet ὁδοῦ. Nam intelligitur via quae exstructa fuit ad pyramidum lapides advehendos. Huius vero ipsius rudera quaedam se vidisse vult Pococke, cuius verba citavit Larcher. in not. ad h. l. Tu vid. quae ad finem capitis ex Zoëgae disputatione copiosa afferemus, qui pag. 400 not. 18 narrationem suam peregrinatorum testimoniis satis firmavit.

λίθου τε ξεστοῦ καὶ ζώων ἐγγεγλυμμένων] Supra II, 96 huic genitivo addiderat praepositionem ἐκ, quam infra II, 125 iterum omisit. Tu vid. Matth. pag. 688. ζῶα sunt quaevis figurae, imagines lapidibus insculptae. Vid. nott. ad II, 4.

ταύτῃ τε δὴ τὰ δέκα ἔτεα γενέσθαι] ταύτῃ cum recentt. reduximus pro ταύτης, quod a Reizio contra librorum fidem illatum erat. Retinuimus quoque τε, cuius loco e libris quibusdam Wesselingius dederat δέ, cum particula τε spectet ad sequentia: καὶ τῶν ἐπὶ τοῦ λόφου κ. τ. λ., particula δὲ vero rectius infra ponatur: τῇ δὲ πυραμίδι αὐτῇ κ. τ. λ., quae ipsa respondent superioribus: δέκα μὲν ἔτεα τῆς ὁδοῦ κ. τ. λ. In quibus quod genitivum posuit τῆς ὁδοῦ, inde non offendere debet dativus, quem deinceps positum videmus, licet genitivus rursus eum excipiat: καὶ τῶν ἐπὶ τοῦ λόφου κ. τ. λ., quae verba molestiam exhibuere viris doctis, vario modo ea tentantibus. Nos unam commemoremus Wesselingii coniecturam: παρὲξ καὶ τῶν ἐπὶ τοῦ λόφου — καὶ τῶν ὑπὸ γῆν κ. τ. λ.; ut decem anni in viam struendam fuerint consumti, praeter illud tempus, quod tum ad collem, in quo stant pyramides, efficiendum, tum ad cameras subterraneas exstruendas opus fuerit. Nec tamen opinor recipiendum παρὲξ, neque καὶ, libris praesertim scriptis adversantibus. Nam, ut recte observat Schweighaeus., τὰ ἐπὶ τοῦ λόφου οἰκήματα sunt ea ipsa opera, quae ὑπὸ γῆν erant constructa, *camerae subterraneae*, quae regi essent sepulcro. Itaque universi loci haec videtur esse sententia: *decem annos insumtos* fuisse tum ad viam struendam, tum ad cameras subterraneas eo in colle, cui pyramis superstruenda, aedificandas. — ἐπ' οὗ cum Gaisf. reliqui, probante Struve spec. quaest. de dial. Herod. pag. 33, quamvis quinque codices praebeant ἐφ' οὗ.

τῶν ἐπὶ τοῦ λόφου, ἐπ' οὗ ἑστᾶσι αἱ πυραμίδες, 164
τῶν ὑπὸ γῆν οἰκημάτων, τὰς ἐποιέετο θήκας ἑωυ-
8 τῷ ἐν νήσῳ, διώρυχα τοῦ Νείλου ἐσαγαγών. τῇ δὲ πυραμίδι αὐτῇ χρόνον γενέσθαι εἴκοσι ἔτεα ποιευμένῃ· τῆς ἐστι πανταχῇ μέτωπον ἕκαστον ὀκτὼ

τὰς ἐποιέετο θήκας ἑωυτῷ] Cave scribas τὰ pro τὰς, ut Pauwio in mentem venerat. Cf. Matthiae Gr. Gr. p. 822. θῆκαι sunt camerae ad mortuos recipiendos destinatae; vid. II, 67 ibique nott. Est vero satis per universam antiquitatem celebrata sententia, exstructas fuisse pyramides, regibus ut essent sepulcro. Ubi potissimum de iis regibus cogitandum esse, quorum sedes Memphi erat, vix monere attinet; nam in Thebaide s. Aegypto superiori suas quoque regibus fuisse cryptas novimus. Alia de pyramidibus lubens nunc praetereo. Monuerunt Creuzer. in Symbol. I pag. 379. Zoëga de obeliscc. pag. 380 seqq. Beck. Anleit. z. Weltgesch. I pag. 708.

τῆς ἐστι πανταχῇ μέτωπον — καὶ ὕψος ἴσον] Herodoti haec est sententia: *pyramidis, quae quadrata sit, frontem quaquaversus esse octo plethrorum*, latus quodque esse octo plethrorum (i. e. octingentorum pedum conf. II, 149) in latitudinem aeque atque in altitudinem. Sed in his mensuris nec veteres scriptores nec recentiores, qui hanc pyramidem adhuc superstitem emensi sunt, satis cum Herodoto consentiunt. Collegit eorum testimonia unoque sub conspectu posuit Zoëga de obell. pag. 401 not. 22 coll. Beck. l. l. pag. 712 et Larcher. nott. ad hunc l. *Latitudinem* (quae octingentorum pedum est ex Herodoti mente) *septingentorum* pedum esse scribit Diodorus I, 63, *sexcentorum* Strabo (XVII pag. 1161); Plinius ponit 883 pedes (h. n. XXXVI, 12) Philo Byzant. 750. Unus Pomponius Mela, Herodotum secutus, scribit (I, 9) quatuor fere soli iugera pyramidem maximam in sede sua occupare, totidemque in altitudinem erigi; ubi πλέθρον pro dimidio iugeri accepit. Recentiores pyramidis longitudinem ad *septingentos* ferme pedes plerumque constituunt; Niebuhr. ponit 710 pedes, Grobert. 728. Docti Galli (descr. I p. 514) longitudinem dimensi sunt 716 pedum et 6 digitorum. Sed in *altitudine* pyramidis definienda, quam Diodorus atque Strabo *sexcentos* pedes excedere statuunt, Philo autem ad 450 pedes refert, vel magis iidem recedunt ab Herodoto. Plerique *quingentorum* pedum altitudinem esse scribunt, et praeterea aliquot addunt pedes; contra Niebuhr. 440 pedes ponit, Chazelles 465, Grobert. 448! Quae ut concilientur cum veterum scriptorum indiciis, mo-

πλέθρα, ἐούσης τετραγώνου, καὶ ὕψος ἴσον· λίθου δὲ ξεστοῦ τε καὶ ἁρμοσμένου τὰ μάλιστα· οὐδεὶς

---

net Zoëga l. l. videri veteres scriptores de *altitudine obliqua*, quam peregrinatorum unus computaverit ped. 693 basi aequalem, intelligendos. Alter Gallus Herodoti interpres, Miot., in ipsis Herodoti verbis sic mutari vult: *καὶ ὕψος ἓξ ἐὸν* (*et la hauteur étant six* i. e. *six plèthres*); cum haec sit vera pyramidis altitudo. Sed iure o… quutus est Letronne (in censura huius libri pag. 7 seq.), cum linguae leges ipsaque oratio Herodotea minime talem ferant emendationem. Nec equidem quidquam in Herodoti textu mutare audeam, ubi in ipsa re veteres scriptores aeque ac recentiores tam dissentientes video. Coutelle loco mox laudando pag. 47 altitudinem verticalem inventam fuisse scribit 428 pedum et quod excurrit; Iomard. (descr. t. I pag. 516) 425 pedum et 9 digitorum.

ἐούσης τετραγώνου] Conf. I, 181. Utrum latera pyramidis perfecte sint aequalia necne, nondum liquet, cum diverse de his statuant recentiores peregrinatores, quamvis ad oculum certe quadratas apparere magnas pyramides, nec aliud quaesiisse earum conditores, optime monuisse videatur Zoëga l. l. pag. 401 ibiq. not.

λίθου δὲ ξεστοῦ τε καὶ ἁρμοσμένου τὰ μάλιστα] Vertit Miot.: „elle est toute *revêtue* en pierres polies, aiustées avec le plus grand soin;" sed bene monet Letronne, locq vocis *revêtue* substituendum esse *formée*; id quod loci sententia postulat.

οὐδεὶς τῶν λίθων τριήκοντα ποδῶν ἐλάσσων] Hoc, monente Zoëga pag. 387 not. 16, verum esse potest, si extimos illos intelligas lapides, nunc avulsos barbarorum rapacitate (conf. p. 403); qui enim nunc restant lapides, multo minores esse dicuntur. — Iam in fine huius capitis quaedam de ipsis pyramidibus adiicere non alienum erit. De quibus multi multa protulerunt; vid. modo Beck. Anleit. z. Weltgesch. I p. 705 seqq. et praecipue Zoëga de obeliscc. p. 394 (ibique inprimis not. 1, ubi peregrinatores recensuit, qui de pyramidibus exposuerunt). Add. Iablonsk. vocc. Aegyptt. p. 229 seq. Mannert. Geogr. der Gr. u. Röm. X, 1 pag. 453 seqq. 464 seqq. Hirt. von den ägypt. Pyramiden, in actis societ. Berolinenss. ann. 1815. Nos pauca tantum inde, ad Herodoti locum quae faciunt, exscribamus. Supersunt enim adhuc pyramides plurimae et pro situ locorum, in quibus exstructae sunt, distinguuntur a peregrinatoribus. Confer Beck. l. l. pag. 711 seqq. Maxima pyramidum caterva prope Memphin nunc invenitur, ubi loco nomen *Gisé* s. *Giseh;* quatuor

125 τῶν λίθων τριήκοντα ποδῶν ἐλάσσων. Ἐποιήθη Quomodo pyramis exstructa, et

maioris molis pyramides ibi conspiciuntur; aliae novem minores circumcirca exstructae sunt. In quarum numero ea, quae septentrionem maxime spectat, omnium nunc perhibetur maxima, a Cheope olim exstructa, quam Herodotus h. l. descripsit. Sed praestat ipsa Zoëgae verba apponere l. l. p. 400: „Scilicet a Gize ubi quatuor millibus passuum perrexeris ad occasum hiemalem, canalis est a Nilo deductus, a quo incipit via per agros humiles substructionibus sublevata et secto lapide munita, latitudine pedum viginti, longitudine passuum mille quingentorum, duobus in locis ponte super fossas transvecta. Quae licet nunc maxima ex parte Arabum manu facta appareat, tamen veteris viae ab Herodoto memoratae cursum indicare videtur, forsan instaurata a barbaris ut aveherent lapides, quibus advehendis ab antiquo rege fuerat destinata. [In eandem sententiam disputat Hirt. l. l. p. 16. 17.] Desinit autem ad pedem collis seu campi saxei ad centum, sive ut retulit Niebuhrius, centum septuaginta pedum altitudinem supra subiacentes agros elati, in quo pyramides conditae sunt. Nempe Libyci montis radices hoc loco promontorii instar procurrunt ad ortum brumalem, mox iterum pergunt ad meridiem versus Busirin et Saccaram, atque ad Dasjur tendunt Nilo propius admotae. Rupis eadem natura est ac lapidis, e quo sunt pyramides; nempe calcarea est, modica duritie, petrefactis lenticularibus et numismatibus interspersa, atque mobili arena obtecta; occurrunt in ea hinc et inde latomiarum vestigia. Multas olim pyramides fuisse in promontorio ad Gizam spectante e ruinis arguitur, quae hodie supersunt in plano campo sex fere millium passuum circuitu. Plurimi praeterea sunt tumuli e secto lapide circumcirca adiacentes, quadrati et oblongi, olim forte pyramidibus figurà similes, nunc paucis tantum pedibus super solum assurgentes, in quorum singulis putei sunt ruinis et arena oppleti, per quos olim descendebatur ad cryptas sepulcrorum. Pyramides duodecim vel tredecim adhuc agnoscuntur, in quibus tres notantur mole sua conspicuae. Harum quae a Delta in Thebaidem tendentibus prima obvenit, solemni vocabulo magna sive maxima pyramis appellari solet, quanquam ambigatur adhuc utrum eam superet, quae a meridie proxime adstituta est.“ Iam sequuntur alia de latitudine pyramidis atque altitudine, supra nobis iam indicata, de laterum aequalitate, de summo vertice, in quo planum quadratum, de lapidibus extimis, omnibus nunc avulsis, de ostio in latere boreali, de meatibus internis atque descensu ad cryptas subterraneas, de cadaveribus in puteo pyramidis atque

quantae in eam factae impensae.

δὲ ὧδε αὕτη ἡ πυραμίς· ἀναβαθμῶν τρόπον, τὰς μετεξέτεροι κρόσσας, οἱ δὲ βωμίδας ὀνομάζουσι.
2 τοιαύτην τὸ πρῶτον ἐπεί τε ἐποίησαν αὐτὴν, ἤειρον τοὺς ἐπιλοίπους λίθους μηχανῇσι ξύλων βραχέων πεποιημένῃσι· χαμάθεν μὲν ἐπὶ τὸν πρῶτον

---

in conclavi superiori repertis, aliis, quae omnia transscribere longum est. Vide quoque sis Beck. l. l. p. 712 et adde praecipue accuratas descriptiones et dimensiones doctorum Gallorum: *Coutelle* (observatt. sur les pyramides de Gizeh etc.) in descript. de l'Eg. mém. antiqq. t. II (trois. livrais.) p. 39 seqq. *Iomard.* (ibid. t. I trois. livrais. p. 513 seqq. et t. II troisième livrais. p. 3 seqq.)

Cap. CXXV.

τὰς μετεξέτεροι κρόσσας, οἱ δὲ βωμίδας ὀνομάζουσι] κρόσσας cum Schweigh. et Gaisford. scripsi pro κρώσσας, cum infra quoque VIII, 188 exstet πρόκροσσαι, nec aliter vox scripta inveniatur apud Homer. Il. XII, 258. 444. In quo loco sunt, qui κρόσσας exponant: *scalas muris admovendas*, *instrumenta*, *ferramenta ad muros apta;* alii rectius: *pinnas*, *propugnacula prominentia.* Atque Heynio quoque (observv. t. VI p. 319) sunt pinnae summam ἐπάλξεως oram cingentes. Vid. Eustath. et schol. ad h. l. Hesych. s. v. In Herodoti loco κρόσσαι sunt (exponente Wesselingio) pyramidum *quaedam eminentiae*, *graduum formam repraesentantes* seu ἀναβαθμοί, quos alii βωμίδας dicunt, i. e. *arulas quasi*, *gradus.* Hirtius l. l. pag. 24 explicat: „jede Art Erhöhung oder Absatz mit einer horizontalen Fläche, — daher Altar." Idem addit, ab Herodoto minime hic indicari minores illos, qui hodie conspiciantur, gradus (hos enim ideo tantum apparere, quod lapides laevigati, quibus pyramidis superficies extrinsecus obtecta erat, a barbaris saeculo duodecimo sint ablati), sed maiores, qui altitudine viginti quinque pedum et latitudine undecim pedum adhuc in una pyramide compareant.

ἤειρον — πεποιημένῃσι] i. e. *in altum tollebant reliquos lapides machinis*, *quae ex brevibus lignis confectae erant.* De genitivo ξύλων monui ad II, 124. — τοὺς ἐπιλοίπους λίθους dicit politos istos lapides, quibus universa pyramidis superficies ita erat obtecta, ut gradus, quos modo dicebat Herodotus, non amplius conspicerentur, sed ut quaeque pyramidis facies unum continuum atque laeve planum inclinatum referret. Ita Schweigh., cui add. Zoëga de obeliscc. p. 403: „Politi lapides, qui frontibus ad obliquam lineam sectis, olim latera pyramidis convestiebant

στοῖχον τῶν ἀναβαθμῶν ἀείροντες, ὅκως δὲ ἄνιοι ὁ λίθος ἐπ' αὐτὸν, εἰς ἑτέρην μηχανὴν ἐτίθετο, ἑστεῶσαν ἐπὶ τοῦ πρώτου στοίχου· ἀπὸ τούτου δὲ ἐπὶ τὸν δεύτερον ἕλκετο στοῖχον ἐπ' ἄλλης μηχα-

---

superficie aequali ac laevi, barbarorum rapacitate nunc avulsi sunt, ne uno quidem in sede sua relicto. Etiam qui proxime subiacebant per gradus dispositi, nunc disiecti sunt aut aëris intemperie absumpti. Boreale litus prae reliquis vastatum esse dicitur." Atque in nota, ubi peregrinatorum testimonia affert, Arabes fuisse coniicit, qui lapides hinc avexerint ad urbis Cairi aedificia exstruenda. Confirmat Coutelle l. l. pag. 50. In altera Chephrenis pyramide (vid. II, 127) lapides isti politi ac laevigati adhuc ex parte comparent, non ultra gradus procurrentes, sed illud tantum implentes spatium prismaticum, quod remanebat inter binorum graduum angulos; ut hoc quoque modo hancce Cheopis pyramidem tectam fuisse suspiceris. Vid. Zoëga l. laud. pag. 410. Adscribam denique, quae de hisce lapidibus observat Coutelle l. l. p. 50: „— on reste convaincu que les pyramides n'ont pas été revêtues de cette manière et que le prétendu revêtement n'est que le parement extérieur, pour lequel on a employé une pierre plus dure, plus égale, plus susceptible de recevoir un beau poli, que celle, dont est formée la chaine Libyque sur laquelle elles sont construites et qui a été employée dans la maçonnerie intérieure. — Les blocs de granit, qu'on trouve au pied de la troisième pyramide, quelques boutisses de même nature, qui restent encore engagées dans la maçonnerie et sont en saillie sur les gradins, confirment l'opinion d'Herodote sur l'existence d'un revêtement en granit, avec cette circonstance, qu'il n'a pas été ajouté sur les gradins après la construction, mais que c'étoit un parement construit en même temps que la pyramide." — De machinis, ferramentis, ad pyramides exstruendas adhibitis, disputarunt Meister., Niebuhr., alii, quos citat Beck. l. l. p. 709. Add. Hirt. l. l. pag. 25.

ὅκως δὲ ἄνιοι ὁ λίθος ἐπ' αὐτὸν] Suppl. στοῖχον: *quoties lapis perveniebat eo s. ad hunc ordinem, alii machinae superimponebatur, quae in hoc ipso ordine iam parata stabat.* — In seqq. pro εἵλκετο cum Schwgh. et Gaisf. dedi ἕλκετο. Post ἕλκετο στοῖχον excidisse quaedam putat Schweigh.: καὶ ἐκ τοῦ δευτέρου ἐπὶ τὸν τρίτον στοῖχον. Mihi secus videtur. Ad χαμάθεν conferas Moerid. pag. 409, ubi Ἀττικῶς sic dici monet, Ἑλληνικῶς χαμόθεν. Ubi vid. Pierson.

3 νῆς. ὅσοι γὰρ δὴ στοῖχοι ἦσαν τῶν ἀναβαθμῶν,
τοσαῦται καὶ αἱ μηχαναὶ ἦσαν· εἴ τε καὶ τὴν αὐτὴν μηχανὴν, ἐοῦσαν μίαν τε καὶ εὐβάστακτον. μετεφόρεον ἐπὶ στοῖχον ἕκαστον, ὅκως τὸν λίθον ἐξέλοιεν· λελέχθω γὰρ ἡμῖν ἐπ' ἀμφότερα, κατάπερ
4 λέγεται. Ἐξεποιήθη δ' ὦν τὰ ἀνώτατα αὐτῆς πρῶ-

ὅσοι γὰρ δὴ στοῖχοι ἦσαν τῶν ἀναβαθμῶν, τοσαῦται καὶ αἱ μηχαναὶ ἦσαν] αἱ cum recentt. lubens recepi, quamquam, quod sequitur alterum ἦσαν si a libris abesset, haud aegre equidem hoc ferrem. Ad loci argumentum faciunt, quae de hodierna huius pyramidis conditione hunc in modum scripsit Zoëga l. l. pag. 402: „Ascensum usque ad verticem praebent structiones circiter ducentae et decem, graduum instar factae e quadratis lapidibus grandibus, sine caemento clavisve gravitate sua connexis, e quibus tota moles composita est, excepto ut videtur infimo nucleo, quem nonnulli saxum nativum esse aiunt, alii e lapidum frustulis informibus caemento iunctis coagmentatum. Singulae autem structiones factae sunt ex uno lapidum ordine horizontali, tum altitudine, tum latitudine sensim diminutae ab imo ad summum: nam infimae altae esse dicuntur pedes quatuor vel paulo amplius, quinque fere pedum spatio procurrentes; supremae altae pedes duos procurrunt latitudine fere tripedali."

εἴ τε καὶ τὴν αὐτὴν μηχανὴν, ἐοῦσαν μίαν κ. τ. λ.] μίαν cum Gaisford. edidi pro vulg. μίην et post λελέχθω inserui γάρ. Verba ipsa sic reddidit Schweighaeuser.: „*sive etiam una eademque machina fuit portatu facilis; quam ex uno ordine in alterum promovebant, quoties lapidem in altum tollere vellent; nam in utramque partem, quemadmodum factum traditur, dictum a nobis esto.*"

ἐξεποιήθη δ' ὦν τὰ ἀνώτατα αὐτῆς πρῶτα] „ἐκποιηθῆναι perhibentur, *quibus ornandis et absolvendis ultima manus imponitur.* Primum itaque pyramidis superiora, tum descendentes reliqua perpoliverunt." Sic recte Wesselingius, e Nostro citans I, 164. II, 175. V, 62, ex aliis alia, quibus perfectionis et absolutionis notionem hoc in verbo inesse probet. Atque omnino satis nunc nota ista vis praepositionis ἐξ in verbis compositis. Hoc loco perfectio pyramidis inprimis pertinet ad politos istos lapides, quibus superstruendis tota pyramidis superficies laeva et plana fieret; ubi initium facientes a summo loco (ubi faciliori operà hoc perfici poterat), inde ad ima descendebant. Nec alio

τα· μετὰ δὲ, τὰ ἑπόμενα τούτων ἐξεποίευν· τελευταῖα δὲ αὐτῆς τὰ ἐπίγαια καὶ τὰ κατωτάτω ἐξεποίη-
5 σαν. Σεσήμανται δὲ διὰ γραμμάτων Αἰγυπτίων ἐν τῇ πυραμίδι, ὅσα ἔς τε συρμαίην καὶ κρόμμυα καὶ σκόροδα ἀναισιμώθη τοῖσι ἐργαζομένοισι· καὶ ὡς ἐμὲ εὖ μεμνῆσθαι τὰ ὁ ἑρμηνεύς μοι, ἐπιλεγόμενος τὰ γράμματα, ἔφη, ἑξακόσια καὶ χίλια τάλαντα ἀρ-

---

omnino modo pyramidem perfici potuisse monet Hirt. l. l. p. 25.

σεσήμανται δὲ διὰ γραμμάτων Αἰγυπτίων ἐν τῇ πυραμίδι] De plurali σεσήμανται confer ad II, 96. Caeterum istiusmodi inscriptiones in lapides laevigatas, quibus tota pyramis extrinsecus tecta erat, incisae fuisse videntur. Vid. Hirt. l. l. pag. 13 seq. — γράμματα Αἰγύπτια hic de vulgari Aegyptiorum scriptura, neque de hieroglyphicis literis accipi vult Larcherus, cum adhuc nulla hieroglyphicorum vestigia in pyramidibus conspiciantur. Idem placet Dahlmanno (Her. p. 65), cum alioqui supervacua esset vox Αἰγυπτίων, ipsumque adeo inscriptionis argumentum hieroglyphis profecto minus dignum fuisset. Atque cum post Herodotus interpretem appellet (ἑρμηνέα), qui ipsi haec edixerit, vulgaris hominem conditionis putat fuisse Graecanicae fortasse faecis, quae inde a Psammitichi tempore per Aegyptum habitarit. Quod mihi secus videtur, qui probe sciam, Herodotum (ut ipse fatetur) a sacerdotum narratione pendere et sacerdotum consuetudine fuisse usum; quare malim equidem statuere, e sacerdotum familia illum interpretem fuisse. Cur vero γράμματα Αἰγύπτια ad vulgarem scripturam necessario sint referenda, haud intelligo, cum et sacram et vulgatam scripturam Aegyptiam Noster memoret II, 36. Cr. conferri vult Palin., fragmens sur l'étude des hieroglyphes IV p. 15.

ὅσα ἔς τε συρμαίην κ. τ. λ.] συρμαίην hic procul dubio intelligit *raphanos*, quorum succum ad ventrem purgandum haud scio an dixerit supra II, 88, ubi vid. Probavit Wesseling. ad Diodor. I, 64 bene laudans Plinium h. n. XXXVI, 12. Ac praeter Zonaram in lexic. Graec. p. 1684 (ubi cibum hoc nomine insignem agnoscit, compositum e melle et adipe) pertinet huc glossa Herodotea: συρμάίην· λάχανον σελίνῳ ἐοικὸς, ἢ βρῶμα διὰ στέατος καὶ μέλιτος.

ὡς ἐμὲ εὖ μεμνῆσθαι] Cf. Matth. Gr. Gr. p. 1069. In seqq. ἐπιλεγόμενος erit accipiendum: *legens*, monente Schweigh. in lex. Herodot. s. voc., ubi vid. plura.

6 γυρίου τετελέσθαι. εἰ δ' ἔστι οὕτως ἔχοντα ταῦτα,
κόσα εἰκὸς ἄλλα δεδαπανῆσθαί ἐστι ἔς τε σίδηρον
τῷ ἐργάζοντο, καὶ σιτία, καὶ ἐσθῆτα τοῖσι ἐργαζο-
μένοισι; ὁκότε χρόνον μὲν οἰκοδόμεον τὰ ἔργα τὸν
εἰρημένον· ἄλλον δὲ, ὡς ἐγὼ δοκέω, ἐν τῷ τοὺς λί-
θους ἔταμον, καὶ ἄγον, καὶ τὸ ὑπὸ γῆν ὄρυγμα
126 ἐργάζοντο, οὐκ ὀλίγον χρόνον. Ἐς τοῦτο δὲ ἐλθεῖν
Χέοπα κακότητος, ὥστε χρημάτων δεόμενον, τὴν
θυγατέρα τὴν ἑωυτοῦ κατίσαντα ἐπ' οἰκήματος,
2 προστάξαι πρήσσεσθαι ἀργύριον, ὁκόσον δή τι· οὐ
γὰρ δὴ τοῦτό γε ἔλεγον· τὴν δὲ, τά τε ὑπὸ τοῦ
πατρὸς ταχθέντα πρήσσεσθαι, ἰδίῃ δὲ καὶ αὐτὴν 165
διανοηθῆναι μνημήϊον καταλιπέσθαι, καὶ τοῦ ἐσιόν-
τος πρὸς αὐτὴν ἑκάστου δέεσθαι, ὅκως ἂν αὐτῇ ἕνα
3 λίθον ἐν τοῖσι ἔργοισι δωρέοιτο. ἐκ τούτων δὲ τῶν

Quaestus causa prostituit pater filiam: filiae pyramis.

ἄλλον δὲ — οὐκ ὀλίγον χρόνον] Ex ipsa sententia aliquid ad structurae complementum repeti debet, cum haec sit Herodoti sententia: illos praeter tempus ad viam struendam et ipsam pyramidem erigendam, aliud idque haud exiguum tempus consumsisse in caedendis lapidibus ex lapicidinis, inque illis advehendis fossâque subterraneâ conficiendâ.

Cap. CXXVI.

ἐς τοῦτο δὲ ἐλθεῖν — κακότητος] Conf. II, 124 init. ibiq. not. — Ad verba κατίσαντα ἐπ' οἰκήματος vid. supra notat. ad II, 121 §. 5.

πρήσσεσθαι ἀργύριον, ὁκόσον δή τι] i. e. *exigere inde pecuniae summam quantulamcunque*. Ad ὁκόσον δή τι confer similes locutiones I, 160. 199.

οὐ γὰρ δὴ τοῦτό γε ἔλεγον] τοῦτό γε i. e. summam, quam ex hoc quaestu acquisierit filia ex patris praecepto. — In seq. ad verbum ἐσιέναι confer ad II, 64 monita.

ὅκως ἂν αὐτῇ ἕνα λίθον ἐν τοῖσι ἔργοισι δωρέοιτο] De ὅκως ἂν dixit Matthiae Gr. Gr. pag. 1003. Ipsum locum, in quo verba ἐν τοῖσι ἔργοισι negotium facessunt viris doctis, Schweigh. ita reddidit: ut unum lapidem *ad opus faciendum* sibi conferret." Valckenarius voculam ἐν eiici vult, ut τοῖσι ἔργοισι dicatur pro εἰς τὰ ἔργα. Werferus in actt. phill. Monacc. I, 2 pag. 267 not. 14 Herodoto restitutum vult ἐπὶ τοῖσι ἔργοισι, i. e. *ad pyramides ex-*

λίθων ἔφασαν τὴν πυραμίδα οἰκοδομηθῆναι, τὴν ἐν μέσῳ τῶν τριῶν ἑστηκυῖαν, ἔμπροσθε τῆς μεγάλης πυραμίδος· τῆς ἐστι τὸ κῶλον ἕκαστον ὅλου καὶ
127 ἡμίσεος πλέθρου. Βασιλεῦσαι δὲ τὸν Χέοπα τοῦτον Αἰγύπτιοι ἔλεγον πεντήκοντα ἔτεα· τελευτήσαντος δὲ τούτου, ἐκδέξασθαι τὴν βασιλητην τὸν ἀδελ-
2 φεὸν αὐτοῦ Χεφρῆνα, καὶ τοῦτον δὲ τῷ αὐτῷ τρό-

Chephren, ab a. 1132 ad 1076, itidem improbus: tertiam pyramidem aedificavit.

---

struendas. Quorum neutrum mihi probatur, libris praecipue refragantibus. Malim interpretari: *in ipso opere, quod scilicet parabat animo, pyramidum exstruendarum*. Stegero (praef. ad Herod. pag. XII) in mentem venit: ὅκως ἂν αὐτῇ ἕνα λίθον ἂν τοῖσι ἔργοισι δωρέοιτο „dass er ihr etwa einen Stein für die Bauten schenken möchte," vel etiam: ὅκως ἂν αὐτῇ ἕνα λίθον ἐπὶ τοῖσι ἔργοισι (*ad opera exstruenda*) δωρέοιτο.

τὴν ἐν μέσῳ τῶν τριῶν ἑστηκυῖαν, ἔμπροσθε τῆς μεγάλης πυραμίδος] Tres pyramides dicit illas maiores apud Gizeh: unam a Cheope exstructam, alteram a Chephrene fratre (II, 127), tertiam a Mycerino (II, 134) confectam. Parvam autem pyramidem, quam regis filia aedificasse fertur, centum quinquaginta pedes latam quaquaversus, Zoëga l. l. p. 389 pro ea habet, quam inter sphingem et maximam pyramidem observarunt Norden. et Pococke. Conf. ibid. pag. 411. 412. — κῶλον est *latus*, ut IV, 62. 108 etc.

Cap. CXXVII.

τὸν ἀδελφεὸν αὐτοῦ Χεφρῆνα] Congruit cum hisce Diodori narratio, qui hoc praeterea addit (I, 64), esse quosdam, qui non fratrem, sed filium nomine Chabryim regnum accepisse tradant. Ex Larcheri calculis Chephren regnare coepit a. 1128 ante Chr. n. (tab. chronol. t. VII pag. 90. 586). „Guigniaut. in biographie universelle t. XLVII p. 152 scribit ad h. l. ita: Cette opinion sur les auteurs des pyramides s'écarte beaucoup, il est vrai, de l'opinion généralement adoptée, d'après la double autorité d'Herodote et de Diodore et qui attribue les trois principales aux trois rois *Chéops*, *Chéphren* et *Mycérinus* vers le douzième ou le treizième siècle avant nôtre ère. Mais selon toute apparence ces trois rois ne sont eux-mêmes que les deux *Souphis* et le *Mencherès* de Manethon, connus également d'Eratosthène parmi les premiers souverains de l'Egypte, et déplacés par une erreur chronologique." *Cr.*

καὶ τοῦτον — τῷ ἑτέρῳ] i. e. hunc eodem modo usum esse,

πῳ διαχρᾶσθαι τῷ ἑτέρῳ, τά τε ἄλλα, καὶ πυρα-
μίδα ποιῆσαι, ἐς μὲν τὰ ἐκείνου μέτρα οὐκ ἀνή-
κουσαν· ταῦτα γὰρ ὦν καὶ ἡμεῖς ἐμετρήσαμεν· 55
8 οὔτε γὰρ ὕπεστι οἰκήματα ὑπὸ γῆν, οὔτε ἐκ τοῦ
Νείλου διώρυξ ἥκει ἐς αὐτὴν, ὥσπερ ἐς τὴν ἑτέ-
ρην, ῥέουσα· διὰ οἰκοδομημένου δὲ αὐλῶνος ἔσω
νῆσον περιῤῥέει, ἐν τῇ αὐτὸν λέγουσι κεῖσθαι Χέο-
4πα. ὑποδείμας δὲ τὸν πρῶτον δόμον λίθου Αἰθιο-

---

quo frater antea usus erat, quem tum in aliis imitabatur, tum in pyramide exstruenda. — διαχρᾶσθαι hic pro simplici χρᾶσθαι positum videtur. Confer I, 68. 71. II, 13. 77 etc.

καὶ πυραμίδα ποιῆσαι] Invenitur activum verbum infra quoque II, 136, cum alias solemne sit medium. Vid. I, 31. II, 129. 133 seq. Supra II, 124 dixit: κελεύειν ἐργάζεσθαι.

ἐς μὲν τὰ ἐκείνου μέτρα] ἐκείνου, *illius* i. e. fratris, vel potius, pyramidis a fratre exstructae. Ad ταῦτα in seqq. intellige τὰ μέτρα, et ad verba ὑπὸ γῆν conf. Matth. Gr. Gr. pag. 1188.

οὔτε ἐκ τοῦ Νείλου διώρυξ ἥκει κ. τ. λ.] Haec et seqq. dedi secutus Gaisford., qui idem recte post vocem ῥέουσα distinctionis signum posuisse videtur. Nam verba: διὰ οἰκοδομημένου δὲ — Χέοπα per parenthesin quasi accipienda sunt, ut dudum monuerat Stroth. Aegyptt. I p. 107; cum ad canalem ex Nilo in pyramidem a Cheope deductum spectent, de quo II, 124 fin. Unde haec loci enascitur sententia: „*neque ex Nilo canalis venit in eam* (Chephrenis scilic. pyramidem) *fluens*, *quemadmodum in alteram* (Cheopis pyramidem), *ubi per canalem murario opere constructum* (Nilus) *introrsum insulam circumluit*, *in qua iacere Cheopem ipsum dicunt*.“ Ad περιῤῥέει ex antecedentibus suppl. διώρυξ.

ὑποδείμας δὲ τὸν πρῶτον δόμον κ. τ. λ.] In his constituendis (quae pluribus illustrantur a Strothio l. l. pag. 107 — 109) Schweigh. et Gaisf. sumus secuti. Posuimus enim distinctionem post ποικίλου et post μέγαθος, scripsimus ὑποβὰς, quod libri ferebant, itidemque οἰκοδόμησε ex Henr. Stephani emendatione pro οἰκοδομῆς, quod libri quidem scripti omnes retinent quodque etiam hoc modo fortasse explicari posse videtur Schweighaeusero, ut ex antecedentibus (τοῦτον — πυραμίδα ποιῆσαι) subintelligatur ἐποίησε; ad quod iam ὑποδείμας et ὑποβὰς forent referenda. Quae structura quam dura sit, nemo non intelligit. Accedit illud, quod ipsum vocabulum οἰκοδομὴ meliori aevo inauditum ac toto genere vitiosum

πικοῦ ποικίλου, τεσσεράκοντα πόδας ὑποβὰς τῆς ἑτέρης τὠυτὸ μέγαθος, ἐχομένην τῆς μεγάλης οἰκοδόμησι. ἑστᾶσι δὲ ἐπὶ λόφου τοῦ αὐτοῦ ἀμφότεραι, μάλιστα ἐς ἑκατὸν πόδας ὑψηλοῦ. βασιλεῦσαι

---

monstravit Lobeck. ad Phrynich. p. 490 seq. a *Cr.* laudatus.

ὑποδείμας δὲ τὸν πρῶτον δόμον λίθου Αἰθιοπικοῦ] i. e. *primum lapidum ordinem Aethiopico lapide variegato substruens.* δόμον intelligo de *ordine*, *compage lapidum* in aedificio. Vid. I, 179. De *lapide Aethiopico* conf. II, 86 ibiq. nott. et infra II, 134. 176. Vix enim diversus lapis ab eo, qui in Mycerini pyramide adhibebatur, variegatus aut versicolor, nempe nigro colore in rubrum vergente aut rubris maculis distinctus ac fortasse de illo Syenitae genere, quem *pyropoecilon* olim vocatum fuisse Plinius refert, XVI, 8, 13. Haec Schweighaeus. ad II, 134, ubi laudat Diodor. I, 64. Strabon. XVII p. 808 [p. 1161, C. D] et Abd-Allatif p. 173 ibiq. Sylvest. de Sacy pag. 214 seq. *Cr.* monet pro lapide *Syenitâ* (*Granit*) accipere doctos Gallos in descript. de l'Egypt. Thèb. vol. II p. 142, nec aliter fere Letronne: sur le tombeau d'Osymand. (Paris. 1822) pag. 3 seqq. Tu add. Hirt. l. l. p. 12, cui lapis Aethiopicus est: *der rothgesprengelte und schwärzliche Syenit.* Copiosam vero de his disputationem instituit Gail. in mém. de l'instit. VIII p. 150 seqq. Qui et ipse in Herodoti loco Aethiopicum lapidem statuit esse *Granit;* qui cum dicatur ποικίλος, indicari putat peculiare huius lapidis genus: „un espèce de granit nuancé de diverses couleurs naturelles, une variété dans les couleurs de la nature.“ A quo diversum ait Diodori λίθον ποικίλον (I, 64); hunc enim esse: „une pierre revêtue de couleurs dues à l'art, une variété dans les couleurs de l'art.“

τεσσεράκοντα πόδας ὑποβὰς τῆς ἑτέρης τὠυτὸ μέγαθος] Haec verba recte iam intellexit Wesseling. hunc in modum: *quadraginta pedes infra alterius magnitudinem degressus, contiguam magnae* (pyramidi) *exstruxit.* Omisit Wesseling. vocem τὠυτὸ, quam tamen non sine vi quadam additam censet Schwgh.: *quod ad eandem* (i. e. parem) *magnitudinem spectat, non nisi quadraginta pedibus infra eam substitit.* — Ad verbum ἔχεσθαι conf. I, 120. 134. IV, 169.

μάλιστα ἐς ἑκατὸν πόδας ὑψηλοῦ] De praepositione ἐς monuit Matth. Gr. Gr. p. 1146. — In ipsa mensura, quam prodidit Herodotus, haud satis convenit inter recentiores. Atque Niebuhr. astrolabio mensus collem invenit altum centum septuaginta pedes, eumque ducentos pedes supra Nili ripas

128 δὲ ἔλεγον Χεφρῆνα ἓξ καὶ πεντήκοντα ἔτεα. Ταῦτα ἓξ τε καὶ ἑκατὸν λογίζονται ἔτεα, ἐν τοῖσι Αἰγυπτίοισί τε πᾶσαν εἶναι κακότητα, καὶ τὰ ἱρὰ χρό-

Odio Cheopis et Chephrenis, Aegyptii eorum pyramides vocant pastoris Philitidis.

---

eminere existimat (conf. Zoëga de obeliscc. pag. 400 not. 19). Qui idem hanc pyramidem conditam esse scribit super tubere exsurgente e campo saxeo, arte secto atque çomplanato, pedibusque triginta quatuor editiore quam sit solum prioris pyramidis. Reliqui scriptores (nam solus Niebuhrius altitudinem mensus est) tantum annotarunt, hanc pyramidem priore altiorem apparere, eo quod saxi tubere imposita esset, quamquam ipsum aedificium paulo minus sit. Haec Zoëga l. l. pag. 409 not. 15; e quo eodem alia quaedam adiicere lubet de situ huius alterius pyramidis et hodierno statu. Ubi enim a magnae pyramidis angulo passus circiter ducentos progrederis ad meridiem, venis ad angulum secundae huius pyramidis magnae ortui aestivo obiacentem. Condita est super tubere exsurgente; ad occidentem et septentrionem fossâ cingitur latâ pedes XC ac rupe ad triginta pedum altitudinem secta, in cuius fronte excisa sunt antra quadrata serie continua. Paucae in his notae hieroglyphicae; quibus insigniter decorae sunt aliae cavernae ad ortum brumalem. Ante orientale latus cernuntur quadrati templi sive vestibuli rudera praegrandibus lapidibus structi. Ipsa magnitudine par esse videtur priori pyramidi: Niebuhrius altam invenit pedes CCCCXLIII, amplam in latere boreali pedes DCCV. Summus vertex acutus est et integer et superior pyramidis pars usque ad pedes L infra apicem adhuc contecta est lapidibus accurate laevigatis, qui ad solis radios splendere dicuntur; reliqua pars aeque ac prioris pyramidis latera, ablatis extimis saxis, gradus offert, per quos ascendi potest. Nullum in hac pyramide adparet ostii indicium, nec unquam omnino aditus in ea fuisse videtur supra solum, sed per sphingem illam immanem, quae conspicitur ante mediam pyramidem in latere orientali passibus fere trecentis ab ea remota; subterraneo meatu ad intimos recessus ventum esse verisimile est. Haec et alia Zoëga, quocum etiam conferend. Beck. l. l. pag. 713.

Cap. CXXVIII.

ταῦτα ἓξ τε καὶ ἑκατὸν λογίζονται ἔτεα κ. τ. λ.] Sunt nimirum quinquaginta anni, per quos Cheops, et quinquaginta sex, qer quos Chephren regnum tenuit (II, 127). —Mox κακότητα intelligo *calamitatem, mala;* conf. II, 124. τοσούτου χρόνου haud aliter explicandum atque II, 115 τριῶν ἡμερέων, ubi vid. not.

νου τοσούτου κατακληϊσθέντα οὐκ ἀνοιχθῆναι. Τούτους ὑπὸ μίσεος οὐ κάρτα θέλουσι Αἰγύπτιοι ὀνομάζειν, ἀλλὰ καὶ τὰς πυραμίδας καλέουσι ποι-

---

τούτους ὑπὸ μίσεος οὐ κάρτα θέλουσι κ. τ. λ.] τούτους equidem refero ad ipsos hosce reges, Cheopem, et Chephrenem, qui populum exstruendis pyramidibus tantopere vexarunt, ut noluerint posteri nomina eorum servare et posteritatis memoriae tradere. Ac Larcherus inde colligit, de pyramidum conditoribus, ut iam Plinius notat h. n. XXXVII, 12, parum constare, cum alii aliter prodant rerum scriptores. Quod vero Zoëga scribit de obeliscc. p. 293 not., Diodori locum attingens I, 72: „quemadmodum et in universum quae apud Herodotum aliosque leguntur de infamiae nota harum pyramidum conditoribus inussa, non satis videntur credibilia, advertenti tot alias pyramides exstare in Aegypto, in quibus nonnullae praefatis illis non multo reperiuntur minores;" hoc minus considerate scripsisse videtur vir doctissimus. Conf. nott. ad II, 124. Hoc autem loco praeterire nolumus Heerenii sententiam (Ideen II, 2 p. 118), cui valde verisimile videtur, pyramidum conditores pertinere ad eam regum stirpem, quos *Hyksos* (i. e. reges pastoritios) vulgo vocant, exosos illos quidem Aegyptiis atque invisos, quum populum valde vexarint pessimeque tractarint. Sed pertinent hi reges, de quibus multa protulerunt Beck. Weltgesch. I p. 296. Creuzer. comm. Her. pag. 191 not. 171 coll. Heeren. l. l. II, 2 p. 116 seqq., ad multo priora tempora, quam quibus et Cheops et Chephren vixisse perhibentur. Inde aliam proponit coniecturam idem Heerenius (l. l. pag. 118. 198 seqq. coll. II, 1 p. 405), quâ pyramides ab Aethiopicis regibus, qui per aliquod tempus Aegypti regnum tenuerint, exstructae putentur, cum in ipsa Meroë itidem inveniantur pyramides, ad quarum exemplar Aegyptiacae fuerint aedificatae. Ac monet quoque Ritter. (Erdkund. I pag. 540) apud Aethiopes initia formae pyramidalis indeque ipsam pyramidum originem esse quaerendam.

ἀλλὰ καὶ τὰς πυραμίδας καλέουσι ποιμένος Φιλιτίωνος, ὃς κ. τ. λ.] Φιλιτίωνος cum recentt. edd. dedi pro Φιλίτιος, quod ex Mediceo receperat Gronovius. In Florentino libro invenitur Φιλιτίονος. Argumentum loci tractavit Creuzer. commentt. Herodd. §. 16 pag. 188 seqq., unde potiora huc transferamus. Namque Zoëga de obeliscc. p. 389 not. 20 pastorem *Philitionem*, s. ut ille scribit, *Philitin* haud alium videri statuit atque ipsum *Osiridem Philensem*, deum, cui mortuorum haec domicilia (pyramides scil.) consecrata fuerint quem-

μένος Φιλιτίωνος, ὃς τοῦτον τον χρόνον ἔνεμε κτήνεα κατὰ ταῦτα τὰ χωρία.

---

que haud alio sensu *pastorem* dixerint, quam quo apud Homerum reges dicantur *ποιμένες λαῶν*, locutione nec insolità nec mirà. Quod tamen vix credent, qui, quam contemti Aegyptiis fuerint pastores atque exosi, reputaverint; ut minime credibile fiat, regibus suis adeoque diis hoc ipsum pastorum nomen Aegyptios sacerdotes imposuisse. Lege mihi modo Genes. XLVI, 34 et Manethon. apud Ioseph. advs. Apion. I, 14 p. 1039, G p. 444 coll. Heeren. Ideen etc. II, 2 p. 148. Quin ipsum pastoris vocabulum Aegyptium *Sos* significare volunt *probrum, dedecus*. Adde, quod populus, valde vexatus in pyramidibus exstruendis, illos reges perosus erat, quorum (ut bonorum scil. regum) nomine pyramides appellatas fuisse minime consentaneum est. Ac denique quod Zoëga vitiosam librorum quorundam lectionem *Φιλίτιος* tenens, revocat hoc ad *Philas*, qua in insula Osiris rex ortus ferebatur, inde *Philitis* pastor appellatus: nec *Φιλίτιος* genitivus nec *Φιλιτίωνος*, quod nos dedimus, in has Philas cadere posse videtur; requiritur enim tunc *Φιλάτου* s. *Φιλίτου*, monente Stephan. Byzant. p. 739 Berk. Ad hyksos referre haecce ipse vetat Zoëga, cum illi pastores nomadesque fuerint, quos talia aedificia exstruxisse haud sit credibile. Quare Iablonsk. vocc. Aegg. p. 346 in *pastore Philitione* latere suspicatur *pastorem Philistaeum* s. *Palaestinum* i. e. Iudaeum, Mosen et ipsum pastorem, ex pastorum (Israelitarum) gente oriundum pastorisque provinciam in Midiame apud socerum suum gerentem. Quod annorum CVI regnum h. l. prodat Herodotus, id videri esse regnum Heracleopolitanum, quod Manetho apud Eusebium pag. 15 affirmet durasse centum annos. Heracleopolin vero esse Gosen, terram Israelitarum in Aegypto. Equidem nil discernam; in ipso tamen nomine haereo cum Creuzero (l. l. pag. 195), *qui iure* quaerit, cur non *Φυλιστίνου*, ut apud Ioseph. antiqq. I p. 14, C legimus, vel potius, quod ipse Iosephus hoc sensu frequentat (I, 7. II, 6. VI, 1 etc.), *Παλαιστινοῦ* dixerit Herodotus. Idem in Symbol. I p. 361 not. 120 coll. p. 300 seq. nonnulla attigit, quae ad *pastoris Philitionis* intelligentiam utique faciant; hoc autem loco haec adscripsit: „Nam fallor, aut frustra desudamus in exploranda historia *Philitionis pastoris*, si quidem ea ad fabulas epicas pertinet, quibus res Aegyptiacas apud Herodotum et Diodorum interspersas significavi in praefat. ad Symbol. IV p. VII seq.“ Tu vid. nott. ad II, 100. Mannert. (Geogr. d. Gr. u. Röm. X, 1 p. 458 seq.) locutionem

Mycerinus, ab a. 1076 ad 1056, aequitatis colens: mortuam filiam in bove lignea cava sepeliit.

129 Μετὰ δὲ τοῦτον, βασιλεῦσαι Αἰγύπτου Μυκερῖνον ἔλεγον, Χέοπος παῖδα· τῷ τὰ μὲν τοῦ πατρὸς ἔργα ἀπαδεῖν· τὸν δὲ τά τε ἱρὰ ἀνοῖξαι, καὶ τὸν λεὼν τετρυμένον ἐς τὸ ἔσχατον κακοῦ ἀνεῖναι πρὸς ἔργα τε καὶ θυσίας· δίκας δέ σφι πάντων βα-
2 σιλέων δικαιοτάτας κρίνειν. κατὰ τοῦτο μέν νυν τὸ ἔργον, ἁπάντων ὅσοι ἤδη βασιλέες ἐγένοντο Αἰγυπτίων, αἰνέουσι μάλιστα τοῦτον· τά τε ἄλλα γάρ μιν κρίνειν εὖ, καὶ δὴ καὶ τῷ ἐπιμεμφομένῳ ἐκ 166
τῆς δίκης παρ' ἑωυτοῦ διδόντα ἄλλα, ἀποπιμπλά-
3 ναι αὐτοῦ τὸν θυμόν. Ἐόντι δὲ ἠπίῳ τῷ Μυκερίνῳ κατὰ τοὺς πολιήτας, καὶ ταῦτα ἐπιτηδεύοντι πρῶτον κακῶν ἄρξαι τὴν θυγατέρα ἀποθανοῦσαν

Herodoto ipsi, ut opinatur, non satis intellectam, ad illud tempus, quo Phoenicum gentes pastoritiae imperium Aegypti tenuerint, relatam vult.

Cap. CXXIX.

βασιλεῦσαι Αἰγύπτου Μυκερῖνον] Apud Diodorum I, 64 rex dicitur *Μεχερῖνος*; quod sermonis Coptici ope Zoëga de obell. p. 415 explicat *tranquillum*. Quocum convenit sane, quod *ἤπιον* eundem regem dicit Herodotus. Larcher. (t. VII p. 91. 587) viginti annos imperii huic regi tribuit, qui ad regnum evectus anno 1072 ante Chr., id cesserit Asychi 1052 a. Chr.

καὶ τὸν λεὼν τετρυμένον κ. τ. λ.] Ad *τετρυμένον* conf. I, 22 ibiq. not. In seqq. *ἔργα* quaevis esse possunt *negotia domestica*, *rustica* opinor inprimis, a quibus avocati erant ad pyramides struendas sub priorum regum imperio. Hoc sensu *ἔργα* invenimus I, 36, ubi vid.

καὶ δὴ καὶ τῷ ἐπιμεμφομένῳ ἐκ τῆς δίκης παρ' ἑωυτοῦ διδόντα ἄλλα] i. e. *tum vero etiam, si quis ob sententiam ab ipso latam conquereretur, ei de suo dedisse alia, quibus istius iram expleret s. mitigaret.* Quae eadem sic reddidit Diodorus I, 64: — *κατὰ δὲ τοὺς χρηματισμοὺς* (i. e. *in iure dicundo*) *ἀναλίσκειν χρημάτων πλῆθος, διδόντα δωρεὰς τῶν ἐπιεικῶν τοῖς δοκοῦσιν ἐν ταῖς κρίσεσιν μὴ κατὰ τρόπον ἀπαλλάττειν.* In Herodoto verba *ἐκ τῆς δίκης* cum Wesselingio explicanda sunt: *ob latam sententiam*, vel etiam *post iudicium*. Illud praeferre videtur Matth. pag. 1134. De locutione *παρ' ἑωυτοῦ de suo* i. e. *de suis pecuniis* confer Matth. Gr. Gr. p. 1172. Lambert. Bos. ellips. l. Gr. p. 582.

αὐτοῦ, τὴν μοῦνόν οἱ εἶναι ἐν τοῖσι οἰκίοισι τέκνον. 4 τὸν δὲ, ὑπεραλγήσαντά τε τῷ περιεπεπτώκεε πρήγματι, καὶ βουλόμενον περισσότερόν τι τῶν ἄλλων θάψαι τὴν θυγατέρα, ποιήσασθαι βοῦν ξυλίνην κοίλην. καὶ ἔπειτα καταχρυσώσαντά μιν ταύτην, ἔσω ἐν αὐτῇ θάψαι ταύτην δὴ τὴν ἀποθανοῦσαν θυγατέρα.

130 Αὕτη ὦν ἡ βοῦς γῇ οὐκ ἐκρύφθη, ἀλλ' ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦν φανερή· ἐν Σάϊ μὲν πόλι ἐοῦσα, κειμένη δὲ ἐν τοῖσι βασιληΐοισι, ἐν οἰκήματι ἠσκημένῳ· θυμιήματα δὲ παρ' αὐτῇ παντοῖα καταγίζουσι ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην· νύκτα δὲ ἑκάστην πάννυχος 2 λύχνος παρακαίεται. ἀγχοῦ δὲ τῆς βοὸς ταύτης ἐν ἄλλῳ οἰκήματι εἰκόνες τῶν παλλακέων τῶν Μυκερίνου ἑστᾶσι, ὡς ἔλεγον οἱ ἐν Σάϊ πόλι ἱρέες·

Eam bovem et Mycerini concubinarum ligneos colossos exstare.

τὴν μοῦνόν οἱ εἶναι — τέκνον] Mutavit Schaeferus invitis libris, τὴν in τὸ ob sequens τέκνον, probante Hermanno ad Viger. pag. 708. Nec aliter supra II, 124 τὰς ἐποιέετο θήκας. Sed infra IV, 20: τὸ καλέεται Κρημνοί. — De usu pronominis relativi in structura accusativi cum infinit. vid. Matth. p. 1058. In seqq. ad ποιήσασθαι cf. II, 127 ibiq. not.

ποιήσασθαι βοῦν ξυλίνην κοίλην] Haec quo spectent, manifestum erit ex iis, quae ad II, 132 notantur. Add. ea, quae ad II, 41 disputavimus de bove, quae Isidi est consecrata tellurisque habetur symbolum. Ac praeter primarium Plutarchi locum, quem infra proferemus (II pag. 366), conferri etiam poterit alter eiusdem scriptoris locus (II pag. 368, A), quem eundem cum Herodoti narratione de Mycerini filia apte iam contulit Zoëga de obell. p. 331.

Cap. CXXX.

ἐν οἰκήματι ἠσκημένῳ] i. e. *in conclavi eleganti, pulcre elaborato.* Nam ἀσκεῖν commune verbum esse earum omnium artium, quae ad curam et cultum pertinent, iam Casaubonus monuit. Ex qua *instruendi* notione *ornandi* significatio derivatur. Conf. Herodot. II, 169. III, 57, alia, quae ad h. l. citat Wesseling., cui add. Blomfield. in glossar. ad Aeschyl. Pers. 187.

καταγίζουσι ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην] De verbo καταγίζειν conf. I, 86; de usu praepositionis ἀνὰ Matth. Gr. Gr. pag. 1148. Ad argumentum conf. II, 62 et quae ad II, 132 dicentur.

ἑστᾶσι μὲν γὰρ ξύλινοι κολοσσοὶ, ἐοῦσαι ἀριθμὸν ὡς ἐείκοσι μάλιστά κῃ, γυμναὶ ἐργασμέναι· αἵ τινες μέντοι εἰσὶ, οὐκ ἔχω εἰπεῖν, πλὴν ἢ τὰ λεγόμενα.

131 Οἱ δέ τινες λέγουσι περὶ τῆς βοὸς ταύτης, καὶ τῶν κολοσσῶν, τόνδε τὸν λόγον· ὡς Μυκερῖνος ἐράσθη τῆς ἑωυτοῦ θυγατρὸς, καὶ ἔπειτα ἐμίγη 2 οἱ ἀεκούσῃ. μετὰ δὲ, λέγουσι ὡς ἡ παῖς ἀπήγξατο ὑπὸ ἄχεος· ὁ δέ μιν ἔθαψε ἐν τῇ βοΐ ταύτῃ· ἡ δὲ μήτηρ αὐτῆς τῶν ἀμφιπόλων τῶν προδουσέων τὴν 1 θυγατέρα τῷ πατρὶ ἀπέταμε τὰς χεῖρας· καὶ νῦν τὰς εἰκόνας αὐτέων εἶναι πεπονθυίας τάπερ αἱ ζωαὶ 3 ἔπαθον. ταῦτα δὲ λέγουσι φλυηρέοντες, ὡς ἐγὼ δοκέω, τά τε ἄλλα, καὶ δὴ καὶ τὰ περὶ τὰς χεῖρας τῶν κολοσσῶν· ταῦτα γὰρ ὦν καὶ ἡμεῖς ὡρέομεν, ὅτι ὑπὸ χρόνου τὰς χεῖρας ἀποβεβλήκασι, αἳ ἐν ποσὶ αὐτέων φαίνοντο ἐοῦσαι ἔτι καὶ ἐς ἐμέ.

Fabulosa causa mortis filiae Myceriui, et praecisarum colossis manuum.

132 Ἡ δὲ βοῦς τὰ μὲν ἄλλα κατακέκρυπται φοινικέῳ εἵματι· τὸν αὐχένα δὲ καὶ τὴν κεφαλὴν φαίνει κεχρυσωμένα παχέϊ κάρτα χρυσῷ· μεταξὺ δὲ τῶν κερέων, ὁ τοῦ 2 ἡλίου κύκλος μεμιμημένος ἔπεστι χρύσεος. ἔστι δὲ ἡ βοῦς οὐκ ὀρθὴ, ἀλλ' ἐν γούνασι κειμένη· μέγαθος δὲ, ὅση περ μεγάλη βοῦς ζωή. ἐκφέρεται δὲ 3 ἐκ τοῦ οἰκήματος ἀνὰ πάντα τὰ ἔτεα. ἐπεὰν τύ-

Bovis ornatus, et anniversaria expositio.

ἐοῦσαι ἀριθμὸν ὡς ἐείκοσι] Cum Gaisf. dedi *ἐείκοσι* pro vulg. *εἴκοσι*; vid. not. ad II, 121 init.

Cap. CXXXI.

ὡς Μυκερῖνος ἐράσθη] Vulgo *ἠράσθη*. Nos Gaisfordium sumus secuti, quocum etiam in fine capitis dedimus *φαίνοντο* pro vulg. *ἐφαίνοντο*.

ταῦτα δὲ λέγουσι] Vulgo *δή* pro *δέ*, quod a plerisque libris commendatum recepimus cum Schweigh. et Gaisf.

Cap. CXXXII.

φαίνει κεχρυσωμένα] Vide Matth. Gr. Gr. pag. 824. In seqq. ad verba *μέγαθος δὲ* vid. ibid. p. 785 et ad *ἀνὰ πάντα τὰ ἔτεα* II, 130.

ἐπεὰν τύπτωνται οἱ Αἰγύ-

πτωνται οἱ Αἰγύπτιοι τὸν οὐκ ὀνομαζόμενον θεὸν

πτιοι τὸν οὐκ ὀνομαζόμενον θεὸν κ.τ.λ.] i. e. *quando plangunt Aegyptii deum illum, cuius nomen in tali re edere mihi nefas est, tum hanc bovem in lucem proferunt.* Ad structuram verbi τύπτεσθαι vid. Matth. Gr. Gr. p. 758 et conf. supra II, 42. 61 ibiq. not. coll. II, 170. Quae si contuleris unà cum Plutarchi loco de Isid. atque Osirid. p. 366 s. p. 501 cap. 39 (ubi conferas Wyttenbach. animadvss. II, 1 pag. 225) nihil dubium, hoc loco deum, quem edere nefas videtur, *Osiridem* esse. Narrat enim Plutarchus, Aegyptios pro Iside coluisse vaccae simulacrum deauratum, quod annuis solemnibus, cum Osiridem lugerent, nigro peplo obtectum, pompà septies circa templum ducerent. Osiridem vero periisse dicebant eundemque lugebant, quando Nilus recedit, nox longior fit, lucisque solaris vis quasi superatur et tabescit. Quae eadem in medium proferens Zoëga de obeliscc. pag. 415, universam de Mycerini filia narrationem in suspicionem quodammodo vocat minimeque credibile censet, mulierculam nullo facinore claram tanti habitam fuisse apud posteros. Nos haec quidem mittamus, adponamus, quae Creuzerus disputavit commentt. Herodd. pag. 127 seqq.: „Iam si quaeras cur excellentiorem filiae sepulturam in bucula censuerit Mycerinus, quam in arcula: expedita iam responsio est, videlicet haec: quoniam qui in arcula ἀνθρωποειδεῖ condebantur: ii et ipsi quidem loculum habebant in memoriam Osiridis factum, neque tamen eodem prorsus, quo Osiris, modo condebantur, utpote cuius membra in bovem immissa fuerant. Porro qui in sacro conditorio sepulti sunt, erant illi quidem ὁμόταφοι Ὀσίριδος eodem cum Osiride tumulo potiti: sed illa tamen puella sanctiore quodam vinculo fuit Osiridi copulata et quasi nupta ei deo. Hanc ob causam patrem exoraverat, ut semel in anno solem sibi adspicere liceret, eductaque est e conclavi eo die, quo populus plangebat Osiridem. Quo ipso die quod suspicere volebat solem, hoc in spem fiebat redeuntis lucis, quam ipsam spem hoc tempore concipiebant Aegyptii. Haud absurde igitur suspiceris Mycerinum tam ambitiosa funeratione filiae nihil aliud spectasse, quam *apotheosin* quandam, sive divinos honores proli suae impertiendos. Arguunt *etiam* lucernae apud buculam accensae et suffimentorum combustorum impendium. Ego tamen malim *festorum solemnia cogitare,* unde haec omnis Mycerini historia exornata sit, non aliter quam Minois historia et Pasiphaës. *Hoc pacto Mycerini filiae sumtuosa sepultura efficta sit e rebus scenicis, autumno peragi solitis, quando τὴν Ὀσίριδος κάθειρξιν εἰς τὴν σορὸν* i. e. *Osiridem in arcam inclusum*

ὑπ' ἐμεῦ ἐπὶ τοιούτῳ πρήγματι, τότε ὦν καὶ τὴν βοῦν ἐκφέρουσι ἐς τὸ φῶς. φασὶ γὰρ δὴ αὐτὴν δεηθῆναι τοῦ πατρὸς Μυκερίνου ἀποθνήσκουσαν,

---

celebrabant: Pasiphaës autem flagitiosa fabula ortum duxerit ex verni temporis solemnitate, quâ in templis τὴν Ὀσίριδος ἔμβασιν εἰς τὴν σελήνην arte scenica repraesentabant.". Hactenus Creuzerus, quibuscum confer, quae in Symbolic. IV pag. 227 seqq. leguntur. Qui idem e monumentis Aegyptiacis fabulae testimonium quaerens, hunc in modum pergit: „Divinos autem honores vaccae impertitos reliquaque omnia, quae Herodoteus locus de Mycerini buculâ sacrâ habet, ad oculorum sensum exponit egregia icon, quam Venetiis exstantem ex Pricaei commentario ad Appuleium Herodoteo loco primus adiecit Iac. Gronovius, repetendamque curavit in sua editione Wesseling., nunc vero aegre desideramus in editione Schweighaeuseri. Magis autem debet nos advertere illud quod nuper admodum ad Herodoteam narrationem firmandam explicandamque ex Thebaicis hypogaeis eruerunt arteque pictoria lineari describendum curaverunt docti peregrinatores Francogalli. Illi enim in opere: description de l'Egypt. antiqq. vol. II p. 169 Thebis reperisse se testantur in angusto conclavi quinti sepulcri regum arcam feralem, quae omnibus in rebus descriptioni Herodoteae usquequaque congrueret. Et sistit tabula adiecta buculam ingeniculatam, velatam, quomodo Herodotus describit cum disco solari inter cornua locato. (Sunt verba ipsa Gallorum haec: „il suffit, pour ainsi dire, de jetter les yeux sur la peinture, dont nous parlons, pour s'assurer de son identité avec le coffre sépulcral decrit par Herodote. L'attitude de la genisse, la draperie, dont son corps est couvert, le disque posé entre les cornes, tout dans notre dessin est conforme au récit de l'historien.") Haec qui legerit, is extra dubitationis aleam iam positum suspicetur, etiam post obitum in buculis sepeliendos se curasse Aegyptiorum aliquot reges aliosve proceres. Regia enim conditoria nobis exhibuerunt illam arculam." Haec Creuzerus, Apidis dein mentionem faciens, quem etiam sarcophagus buculae formam prae se ferens designasse potuerit. „Hoc si statuas," pergit Creuzerus p. 130, „possis eam rem ita explicare, ut reges Aegyptios dicas post mortem secum habuisse bovinae formae cistam, quo essent etiam hoc pacto ὁμόταφοι Ὀσίριδος, utpote cuius simulacrum Apis esset." Ad Apidem quoque pertinet solis discus inter cornua bovis locatus; id quod in haud paucis tabulis iconibusque etiamnum servatis videre licet; vid. Creuzerum p. 137 not. 113.

133 ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἅπαξ μιν τὸν ἥλιον κατιδεῖν. Μετὰ δὲ τῆς θυγατρὸς τὸ πάθος, δεύτερα τούτῳ τῷ βασιλέϊ τάδε γενέσθαι· ἐλθεῖν οἱ μαντήϊον ἐκ Βουτοῦς 167 πόλιος, ὡς „μέλλοι ἓξ ἔτεα μοῦνον βιοὺς τῷ ἑβδό-
2 „μῳ τελευτήσειν.“ τὸν δὲ, δεινὸν ποιησάμενον, πέμψαι ἐς τὸ μαντήϊον τῷ θεῷ ὀνείδισμα, ἀντιμεμφόμενον ὅτι „ὁ μὲν αὐτοῦ πατὴρ καὶ πάτρως, ἀπο„κληΐσαντες τὰ ἱρὰ, καὶ θεῶν οὐ μεμνημένοι, ἀλλὰ „καὶ τοὺς ἀνθρώπους φθείροντες, ἐβίωσαν χρόνον „ἐπὶ πολλόν· αὐτὸς δ' εὐσεβὴς ἐὼν, μέλλοι ταχέως
3 „οὕτω τελευτήσειν.“ Ἐκ δὲ τοῦ χρηστηρίου αὐτῷ δεύτερα ἐλθεῖν λέγοντα „τούτων εἵνεκα καὶ συντα„χύνειν αὐτῷ τὸν βίον. οὐ γὰρ ποιῆσαί μιν τὸ „χρεὸν ἦν ποιέειν· δεῖν γὰρ Αἴγυπτον κακοῦσθαι „ἐπ' ἔτεα πεντήκοντά τε καὶ ἑκατόν· καὶ τοὺς μὲν „δύο τοὺς πρὸ ἐκείνου γενομένους βασιλέας μαθεῖν
4 „τοῦτο, κεῖνον δὲ οὔ.“ Ταῦτα ἀκούσαντα τὸν Μυκερῖνον, ὡς κατακεκριμένων ἤδη οἱ τούτων, λύχνα ποιησάμενον πολλὰ, ὅκως γίνοιτο νὺξ, ἀνάψαντα αὐτὰ, πίνειν τε καὶ εὐπαθέειν, οὔτε ἡμέρης

Responsi Mycerino dati, et huius ad id eludendum ratio absona.

Cap. CXXXIII.

πέμψαι ἐς τὸ μαντήϊον τῷ θεῷ ὀνείδισμα] Sensum recte opinor sic reddidit Schweigh.: „*misisse ad oraculum, qui contumeliosis verbis deo exprobrarent.*“ Immerito in his verbis haesit Valckenarius, quae sic refingenda esse censet: *πέμψαι ἐς τὸ μαντήϊον τῇ θεῷ ὀνειδισάσῃ μεμφόμενον*, ubi de Latonae oraculo in urbe Buto cogitari vult, de quo II, 83. 152. Neque vero unum Latonae erat in Aegypto oraculum, sed alia quoque aliorum deorum (II, 83), quorum unum quendam, Apollinem forsan, intelligens Noster scribere potuit: *τῷ θεῷ*. Quem dativum si ad *ὀνείδισμα* referre velis, haud obstat linguae usus nec verbi *ὀνειδίζειν* structura cum dativo, ut I, 90: *τῷ θεῷ ὀνειδίσαι*. — Ad argumentum laudant Aelian. var. hist. II, 41.

ἐκ δὲ τοῦ χρηστηρίου] i. e. *post illud prius oraculum.* Conf. I, 86. 50. Pro *συνταχύνειν* Steger. praef. ad Herod. p. XII mavult *συνταχυνεῖν*.

οὔτε νυκτὸς ἀνιέντα, ἔς τε τὰ ἕλεα καὶ τὰ ἄλσεα πλανώμενον, καὶ ἵνα πυνθάνοιτο εἶναι γῆς ἐνηβητήρια ἐπιτηδεώτατα. ταῦτα δὲ ἐμηχανᾶτο, θέλων τὸ μαντήϊον ψευδόμενον ἀποδέξαι, ἵνα οἱ δυώδεκα ἔτεα ἀντὶ ἓξ ἐτέων γένηται, αἱ νύκτες ἡμέραι ποιεύμεναι.

134 Πυραμίδα δὲ καὶ οὗτος ἀπελίπετο πολλὸν ἐλάσσω τοῦ πατρός, εἴκοσι ποδῶν καταδέουσαν κῶλον

Pyramis ab eo relicta: errare, qui eam Rhodopis esse credant;

καὶ ἵνα πυνθάνοιτο εἶναι γῆς ἐνηβητήρια ἐπιτηδεώτατα] i. e. *in quacunque parte regionis secessus intelligeret esse iucundissimos*, interprete Valckenario, qui bene monet addendum esse γῆς, quod vulgo aberat, quodque iure inseruit Schwgh. Conf. Gregor. Corinth. de dial. Ion. §. 65. Est vero iungendum ἵνα γῆς, ut I, 98. 213. II, 172 etc. Plura Valcken. ad h. l., qui ἐνηβητήρια interpretatur: „loca πρὸς ἄνεσιν καὶ ἀπόλαυσιν εὖ πεφυκότα;" H. Valesius exponit: *amoena diversoria et secessus*. Grammatici explicant ἐνευωχητήρια; vid. gloss. Herod. Suidas, Zonaras s. v. coll. Greg. Corinth. de dial. Ion. §. 65. 130. Aelian. n. a. XI, 10. Wesselingius cum hisce contendit *loca voluptaria*, quae apud Sallust. Catil. 11 inveniuntur, Plaut. Poen. III, 2, 25, alia.

αἱ νύκτες ἡμέραι ποιεύμεναι] De structura conf. Matth. Gr. Gr. pag. 1108 seq.

Cap. CXXXIV.

πολλὸν ἐλάσσω τοῦ πατρός] Vid. Matth. Gr. Gr. pag. 848. — Mox cum Gaisf. scripsi ἐείκοσι, ut II, 121 init.

ἐείκοσι ποδῶν καταδέουσαν κῶλον ἕκαστον τριῶν πλέθρων] Delevi cum Schweigh. comma post καταδέουσαν, nec in reliquis quidquam mutandum censui, cum hic fere loci videatur esse sensus: „*reliquit etiam* (Mycerinus) *pyramidem multo minorem ea, quam pater* (Cheops; vid. II, 124 seqq.) *exstruxerat, cui viginti pedes in quoque latere deerant, quo minus* (quodque latus) *trecentos pedes contineret.*" Nec aliter locum intellexit Zoëg. de obeliscc. pag. 389 not. 22, ubi sic reddidit: *quovis latere viginti pedibus trecentorum pedum mensura breviorem.* Obloquitur Letronne in journal des sav. 1817 pag. 50 seq. tum ob Diodori locum I, 64 (ubi legimus: τῆς μὲν γὰρ βάσεως ἑκάστην πλευρὰν ὑπεστήσατο πλέθρων τριῶν) tum ob grammaticas rationes, quae minime eam patiantur ellipsin: κ̄ ποδῶν καταδέουσαν, ὥ σ μ ὴ ε ἶ ν α ι τριῶν πλέθρων κ α τ ὰ ἕκαστον κῶλον. Itaque olim sic scriptum fuisse suspicatur: τοῦ πατρὸς ΣΚ ποδῶν καταδέουσαν. Nec

hanc Amasidis aetate Sami apud Iadmonem cum Aesopo serviisse.

ἕκαστον τριῶν πλέθρων, ἐούσης τετραγώνου, λίθου δὲ ἐς τὸ ἥμισυ Αἰθιοπικοῦ· τὴν δὴ μετεξέτεροί φασι Ἑλλήνων Ῥοδώπιος ἑταίρης γυναικὸς εἶναι, οὐκ 2ὀρθῶς λέγοντες. οὐ δὲ ὦν οὐδὲ εἰδότες μοι φαίνονται λέγειν οὗτοι ἥτις ἦν ἡ Ῥοδῶπις· οὐ γὰρ ἂν οἱ πυραμίδα ἀνέθεσαν ποιήσασθαι τοιαύτην, ἐς τὴν

---

tamen mihi ille persuasit. Vid. Matthiae Gr. Graec. §. 427, b pag. 788, ubi huius loci ratio exponitur, et confer supra Herod. I, 94. — Quod ad argumentum loci attinet, monet Schweigh., congruere mensuras ab Herodoto indicatas cum iis, quas invenerit Grobert., ipsam pyramidem demetiens, de qua sic scribit Zoëga l. l. pag. 412 (nam adhuc illa superstes): „— hoc transgressus venis ad pyramidem, quam vocant *tertiam*, amplam circiter pedes ter centenos, structionibus ferme bipedalibus septuaginta octo, graduum instar ascensum praebentibus ad verticem, qui nunc fastigio carens latus est ad orientem pedes duodecim, ad boream quatuordecim. Aedificata est ex eodem lapide, quo sunt reliquae: at circumiacent multa granitici saxi fragmina, atque in ipsa mole hinc et illinc offenduntur huius generis lapides longitudine quinquepedali: quo firmatur veterum scriptorum narratio, inferiorem partem contectam fuisse duro lapide ab Aethiopiae finibus advecto.“ Conf. Diodor. Sicul. I, 64 et Beck. Anleit. zur Weltgesch. I pag. 713.

λίθου δὲ ἐς τὸ ἥμισυ Αἰθιοπικοῦ] De *lapide Aethiopico* conf. nott. ad II, 127.

οὐ δὲ ὦν οὐδὲ εἰδότες κ. τ. λ.] Hoc ex loco manifestum esse putat Zoëga de obelisc. p. 390 not. 22, Graecos iam ante Herodotum historiam pyramidum variis modis turbasse atque ex Aegyptiorum traditionibus aut prave intellectis aut data opera commutatis eam, quae ad nos pervenerit, consarcinasse, qua veriorem, Manethone deperdito, invenire amplius non liceat. Hoc ex Manethonis fragmentis intelligi, Rhodopin illam ab interpretibus creatam esse ex Nitocride, Aegypti regina, cui nonnulli hanc pyramidem tribuerint. Videri autem hinc Arabes ansam arripuisse, ut in una ex pyramidibus genii loco habitare dicerent mulierem nudam insignis pulcritudinis, quae aspectu suo homines amore insanire faciat. Haec Zoëga; equidem in re valde lubrica atque incerta pronuntiare nolim, quamquam proclive videtur ex eo, quod de unius pyramidis auctore ambigebatur, ceterarum quoque pyramidum auctores incertos statuere, eaque falsa declarare, quae de iis accepimus.

οὐ γὰρ ἂν οἱ πυραμίδα ἀνέ-

ταλάντων χιλιάδες ἀναρίθμητοι, ὡς λόγῳ εἰπεῖν, ἀναισίμωνται· πρὸς δὲ, ὅτι κατὰ Ἄμασιν βασιλεύ- 168
οντα ἦν ἀκμάζουσα Ῥοδῶπις, ἀλλ' οὐ κατὰ τοῦ-

θεσαν ποιήσασθαι τοιαύτην] i. e. *alioqui enim ad eam non retulissent talis pyramidis constructionem.* Ad ipsam locutionem: ἀνέθεσάν οἱ ποιήσασθαι facit, quod cap. sequenti invenitur: οὐδὲν δεῖ μεγάλα οἱ χρήματα ἀναθεῖναι. — Ad seqq. ὡς λόγῳ εἰπεῖν conf. II, 53 ibiq. nott. et ad argumentum conf. Diodor. I, 64. Strabon. XVII p. 808 s. 1161. Plin. l. l.; e quibus intelligitur, hanc pyramidem prioribus multo spectatiorem fuisse maioribusque impensis exstructam.

πρὸς δὲ, ὅτι κατὰ Ἄμασιν βασιλεύοντα ἦν κ. τ. λ.] Ad orationis structuram haud incommode haec ex antecedentibus subintelligi poterunt: οὐ δὲ ὦν οὐδὲ εἰδότες μοι φαίνονται λέγειν οὗτοι. — De *Rhodopide* hos fere locos laudant interpretes: Diodor. Sic. I, 64. Strab. XVII pag. 808, B. C (p. 1162, A). Plin. h. n. XXXVII, 17. Aelian. v. h. XIII, 33. Plutarch. moral. p. 400, F. Suidas s. v. Ῥοδώπιδος ἀνάθημα. Atque duo potissimum sunt, quae viros doctos exercuerunt; alterum, quod Aelianus l. l. Rhodopidem elocat Psammiticho regi, qui Amaside, cuius aetate mulierem floruisse Herodotus scribit, quinquaginta ferme annis prior est. Nam tenuit Amasis regnum 570 a. Chr., Psammitichus 656 a. Chr., si Larcheri sequamur calculos (t. VII p. 604. 619). Quare Perizonius ad Aeliani l. l. *duas* olim *Rhodopidas* fuisse statuebat easque a scriptoribus antiquis confusas, alteram Psammitichi uxorem sepultamque in pyramide, alteram Aesopi conservam, quae Amasidis tempore floruerit. Quae si vera habentur, erroris culpa utique tenetur Herodotus, qui, ut recte iam Wesselingius monuit, duas Rhodopidas non novit et Amasidis tempore Aesopi illam contubernalem viguisse distincte adfirmat. Ponit inde eam Larcher. (l. l. p. 620) in ann. 567 a. Chr.; Schultz. (specim. ad appar. critic. p. 22 seq. not. 45) circa Olymp. LII s. 572 — 569 ante Chr., haud scio an accuratius.

Gravius alterum illud est, quod Athenaeus XIII p. 396, B contra Herodotum insurgit eumque incusat, quod Charaxi amicam *Doricham* et *Rhodopidem*, meretricem quondam celebrem, diversam utramque mulierem, pro una eademque habuerit. Accedunt alia testimonia (vid. Grauert. l. mox l. p. 121 seq.), quibus certum fit, *Dorichae* nomen meretrici fuisse, quo nomine illa memoratur hoc ipso in carmine Sapphus, ad quam Herodotus provocat. At monet Grauert. in appendic. diss. de Aesopo atque fabull. Aesopp. (Bonn. 1825), ubi totam hanc

3τον. ἔτεσι γὰρ κάρτα πολλοῖσι ὕστερον τούτων τῶν βασιλέων τῶν τὰς πυραμίδας ταύτας ἦν λιπομένων Ῥοδῶπις· γενεὴν μὲν, ἀπὸ Θρηΐκης· δούλη δὲ ἦν Ἰάδμονος τοῦ Ἡφαιστοπόλιος, ἀνδρὸς Σαμίου, σύν-

---

quaestionem diligentius tractavit, quaecunque alii scriptores post Herodotum hac de muliere retulerint, ea et ampliata et exaggerata videri prae simpliciori eâque veriori Herodoti narratione, qui unam modo noverit Rhodopidem, haud aliam atque Doricham, cum haud insolito more quae prius, cum serva esset, vocaretur *Doricha*, postmodo meretrix *Rhodopidis* nomen assumserit, quo ipso dein per omnem Graeciam fuerit illustris. Quo omnis cadit et Perizonii suspicio et Athenaei criminatio. Sed leg. ipsa viri docti disputatt. p. 126 seqq. Qui idem hoc quoque ponit p. 118 seq.: Sami, ubi Herodotum iuvenem diutius commoratum esse novimus, illum notitiam eorum, quae de Rhodopide refert, accepisse videri. De Rhodopide denique confer sis, quae Limburg - Brouwer. attulit in libro, quem ad II, 172 citavimus, pag. 33 not.

τούτων τῶν βασιλέων τῶν τ. π. τ. ἦν λιπομένων Ῥοδῶπις] Sic edidimus, Gaisfordium secuti, qui e Florentino libro reduxit *τούτων* et *βασιλέων* pro vulg. *τουτέων* et *βασιλήων*. In seqq. inde a Stephano, qui tacite sic mutaverat, legebatur: *λιπόντων, ἦν Ῥοδῶπις*, libris vetustis invitis, qui plerique eam offerunt scripturam, quae nunc restituta invenitur; quod enim quidam exhibent: *ἦν λειπομένη Ῥοδῶπις*, e vitio ortum esse patet. Neque in ordine verbi *λιπομένων* minus solito haerendum, cum talia omnino apud Nostrum haud sint inusitata. — Medio autem verbo Noster hic usus est haud aliter atque initio capitis in verbis: *πυραμίδα δὲ καὶ οὗτος ἀπελίπετο* et II, 135: *μνημήϊον — καταλιπέσθαι*, II, 136 etc.

ἦν Ἰάδμονος τοῦ Ἡφαιστοπόλιος] In *Hephaestopolidis* patris nomine noli haerere, cum alia similia h. l. nomina afferat Wesselingius, ut *Σώπολις*, *Ἀμφίπολις*, *Ἀναξίπολις*, *Ἀγησίπολις*, *Κρατησίπολις* etc., quibus Hephaestopolidis nomen satis defendatur; quod si pro urbis nomine habendum esset, aliter plane scribendum fuisset. Plura Wesseling. ad *h. l.* bene laudans Cuperi Observatt. IV, 4 p. m. 395 seq. — Quem Herodotus *Iadmonem* appellat, eundem Heraclides Ponticus (p. 11 ed. Koeler.) aliique scriptores *Idmonem* vocant, Aesopi dominum, qui Aesopum, origine Thracem, manu miserit. Nec tamen in Herodoto quidquam mutandum esse recte monet idem Grauert. l. l. pag. 60.

4 δουλος δὲ Αἰσώπου τοῦ λογοποιοῦ. καὶ γὰρ οὗτος Ἰάδμονος ἐγένετο, ὡς διέδεξε τῇδε οὐκ ἥκιστα· ἐπεί τε γὰρ πολλάκις κηρυσσόντων Δελφῶν ἐκ θεοπροπίου „ὃς βούλοιτο ποινὴν τῆς Αἰσώπου ψυχῆς „ἀνελέσθαι," ἄλλος μὲν οὐδεὶς ἐφάνη, Ἰάδμονος

61, coll. p. 132, cum Ἰάδμων Ionica vel Aeolica eiusdem nominis forma videatur, quod reliquis scriptoribus sit Ἴδμων (i. q. σοφὸς, *sapiens*, *sciens*). Conf. etiam Schultz. l. l. p. 24.

σύνδουλος δὲ Αἰσώπου τοῦ λογοποιοῦ] De structura vocis σύνδουλος cum genitivo monuit Matth. Gr. Gr. p. 740 seq. — λογοποιὸν eum Herodotus vocat, *qui quidquid enarrat, refert*, sensu latiori; unde et *historiarum scriptorem* et *fabularum narratorem* vox indicat. Conf. II, 143. V, 36 et Creuzer. die histor. Kunst d. Griech. p. 177. Sed recte facere, qui λογοποιὸν accipiant *fabularum scriptorem*, negat Grauert. loco l. pag. 41, cum hac voce *is*, *qui fabulas comminiscatur*, significetur, non item *qui scripserit;* ut adeo Plinius h. n. XXXVI, 12 accurate et consulto Aesopum appellarit *fabularum philosophum*, non *scriptorem*. Alias significationes eiusdem vocabuli attigi ad Ctesiae fragmm. p. 83. — De ipso Aesopo disputare et longum et ab hoc loco alienum; disseruit pluribus, quae ad Aesopum spectant, Grauert. in dissertatione laudata, ac sigillatim de eius patria, quam Herodotus tacet, pag. 64 seqq., de tempore, quo floruerit p. 31 — 34, circa quinquagesimam fere Olympiadem; unde mortuum esse Aesopum Olympiade quinquagesima quarta alii haud male statuere videntur. Tu vid. potissimum Schultz. l. l. p. 38 coll. 24, qui, cum Aesopus ante Olympiadem quinquagesimam secundam Sami fuerit in servitute, ad hanc eandem Olympiadem et Aesopum et Rhodopidem refert. Quae vero Plutarchus vit. Solon. 28, aliique narrant de Aesopo apud Croesum commorante eo tempore, quo Solon Sardes adierit cum Aesopo et ipso confabulans, ea haud vera habet Grauert. l. l. pag. 44 — 52, qui, cum Solonem apud Croesum unquam commoratum esse negat, Aesopum quoque ibidem cum Solone confabulari non potuisse contendit.

καὶ γὰρ οὗτος Ἰάδμονος ἐγένετο] i. e. *nam et hicce Iadmonis servus fuit, Iadmoni serviit.* Ad locutionem conf. Matthiae Gr. Gr. pag. 620 et quae alia e Graecis Latinisve scriptoribus h. l. attulit Valckenarius. — De usu particulae γὰρ in proxime sequentibus conf. not. ad II, 116.

ὃς βούλοιτο ποινὴν τῆς Αἰσώπου ψυχῆς ἀνελέσθαι] i. e. *si quis poenam repetere vellet cae-*

δὲ παιδὸς παῖς, ἄλλος Ἰάδμων, ἀνείλετο· οὕτω καὶ

135 Αἴσωπος Ἰάδμονος ἐγένετο. Ῥοδῶπις δὲ ἐς Αἴγυπτον ἀπίκετο, Ξάνθεω τοῦ Σαμίου κομίσαντός μιν· ἀπικομένη δὲ κατ' ἐργασίην, ἐλύθη χρημάτων μεγάλων ὑπὸ ἀνδρὸς Μυτιληναίου Χαράξου, τοῦ Σκαμανδρωνύμου παιδὸς, ἀδελφεοῦ δὲ Σαπφοῦς 2 τῆς μουσοποιοῦ. οὕτω δὴ ἡ Ῥοδῶπις ἐλευθερώθη,

A Xantho abductam in Aegyptum, redemtam a Charaxo Sapphus fratre, quaestu maximo facto, Delphos misisse decimam opum verua ferrea: meretricum Naucraticarum celebritas.

---

dis Aesopi s. *caedis in Aesopo commissae*, quae eadem sic expressit Plutarchus de ser. num. vindict. p. 556, F seq. ὥστε περιϊόντες — κηρύσσειν καὶ καλεῖν ἀεὶ τὸν βουλόμενον ὑπὲρ Αἰσώπου δίκην λαβεῖν παρ' αὐτῶν. Namque Delphi, ut idem pluribus narrat, Aesopum a Croeso missum e rupe Hyampeâ urbi viciná praecipitarunt. Qua de Aesopi caede iratus Apollo sterilitate terrae omnisque generis morbis Delphos puniisse fertur oraculumque dein edidisse, ut Aesopi, qui ipsi carissimus fuerit, manes placarent; quod cum factum esset, omnibus calamitatibus statim liberati esse dicuntur Delphi. Quae quantum ad Herodotum illustrandum faciant, nemo non videt; ad fabulas tamen quaecunque et Plutarchus et alii (ut schol. ad Aristophan. vesp. 1446 seq.) vel brevius vel copiosius hac de re retulerint, revocata vult Grauert. in diss. laud. p. 55 seqq. 62 seq. Tu conf. etiam Schultz. l. laud. pag. 25. 38.

Cap. CXXXV.

κομίσαντός μιν] Reliqui in textu voculam μιν, a nonnullis libris vetustis omissam. — κατ' ἐργασίην i. e. *ut quaestum corpore faceret*; conf. I, 93 ibiq. nott. Infra II, 152 κατὰ ληΐην, ubi vid. not. Ad verba ἐλύθη χρημάτων conf. Matth. Gr. Gr. §. 364.

ὑπὸ ἀνδρὸς Μυτιληναίου κ. τ. λ.] Vulgo et hic et in fine capitis Μιτυληναίου. Sed vid. nott. ad I, 27. Quod ad Sapphus necessitudines, cuius de patre ac matre non satis liquet, tres fuisse fratres eiusdem vulgo commemorant: *Larichum*, *Charaxum*, *Eurygium*; e quibus Larichum sororis versibus celebratum esse scribunt Athenaeus atque Eustathius; in Charaxum infenso animo fuisse illam praeter Herodotum testantur Athenaeus, Strabo, Ovidius, e cuius verbis Burmannus (ad Heroid. XV, 63) hoc coniiciebat, Charaxum opibus dilapidatis factum esse vel piratam vel remigem. Tu vid. I. Christ. Wolf. Sapphus fragmm. (Hamburg. 1733) pag. VII et VIII.

τῆς μουσοποιοῦ] Quod Fulvius Ursinus protulerat μελοποιοῦ, id memoriae fallenti de-

καὶ κατέμεινέ τε ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ κάρτα ἐπαφρόδι-
τος γενομένη, μεγάλα ἐκτήσατο χρήματα, ὡς ἂν
εἶναι Ῥοδῶπιν, ἀτὰρ οὐκ ὥς γε ἐς πυραμίδα τοιαύ-
3 την ἐξικέσθαι. τῆς γὰρ τὴν δεκάτην τῶν χρημά-
των ἰδέσθαι ἐστὶ ἔτι καὶ ἐς τόδε παντὶ τῷ βουλο-
μένῳ, οὐδὲν δεῖ μεγάλα οἱ χρήματα ἀναθεῖναι.
4 ἐπεθύμησε γὰρ Ῥοδῶπις μνημήϊον ἑωυτῆς ἐν τῇ
Ἑλλάδι καταλιπέσθαι, ποίημα ποιησαμένη τοῦτο,
τὸ μὴ τυγχάνει ἄλλῳ ἐξευρημένον καὶ ἀνακείμενον
ἐν ἱρῷ, τοῦτο ἀναθεῖναι ἐς Δελφοὺς μνημόσυνον 169
5 ἑωυτῆς. τῆς ὦν δεκάτης τῶν χρημάτων ποιησαμένη
ὀβελοὺς βουπόρους πολλοὺς σιδηρέους, ὅσον ἐνε-
χώρεε ἡ δεκάτη οἱ, ἀπέπεμπε ἐς Δελφούς· οἳ καὶ
νῦν ἔτι συννενέαται, ὄπισθε μὲν τοῦ βωμοῦ τὸν

---

beri recte monuit Wesselingius, quo monente, Sappho μελοποιός, quemadmodum Pindarus in orat. p. 25 Dionis Chrysost. et Hipponax Theocrito anthol. III pag. 392 s. analect. Brunck. t. I p. 382.

ὡς ἂν εἶναι Ῥοδῶπιν] Ita libri vetusti omnes. Valckenarius coniecit Ῥοδώπιος, quod Reizius recepit, hoc fere sensu: *opes magnas*, *ut* Rhodopidis scilicet. Sed recte vulgatam sic explicuit Schweighaeuserus: *ut quae Rhodopis esset*, *magnas pecunias sibi acquisivit*, i. e. *pro Rhodopidis conditione*, *ut quae talis esset mulier*, *magnas opes sibi comparavit.* Quibus optime respondent sequentia: ἀτὰρ οὐκ ὥς γε ἐς πυραμίδα τοιαύτην ἐξικέσθαι i. e. *nec vero tales* (opes), *quae ad talem pyramidem exstruendam sufficerent.* Add. Matth. Gr. Gr. pag. 1069 sic exponentem: „*für die Rhodopis*, insofern dieses das Vermögen einer Privatperson, der Rhodopis, war.“ — ὀβελοὺς βουπόρους in seqq. dicit *verua assandis bobus idonea;* quae ad sacram supellectilem pertinuisse credibile est.

οἳ καὶ νῦν ἔτι συννενέαται] συννενέαται a schol. Pass. explicatur h. l. συνηγμένοι, συνειλεγμένοι (*quae etiamnum coarcervata s. collecta exstant*). De forma conf. I, 50. II, 107 coll. I, 34. 86. Ad argumentum consul. Plutarch. mor. p. 400, F seq. e quo intelligimus, Plutarchi aetate haec minime illic fuisse quamvis loco, quo olim fuerint, bene cognito. — De urbe Naucrati conf. not. ad II, 178.

6 Χῖοι ἀνέθεσαν, ἀντίον δὲ αὐτοῦ τοῦ νηοῦ. Φιλέουσι δέ κως ἐν τῇ Ναυκράτι ἐπαφρόδιτοι γίνεσθαι αἱ ἑταῖραι. τοῦτο μὲν γὰρ αὕτη, τῆς πέρι λέγεται ὅδε ὁ λόγος, οὕτω δή τι κλεινὴ ἐγένετο, ὡς καὶ πάντες οἱ Ἕλληνες Ῥοδώπιος τὸ οὔνομα ἐξέμαθον· τοῦτο δὲ, ὕστερον ταύτης, τῇ οὔνομα ἦν Ἀρχιδίκη, ἀοίδιμος ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα ἐγένετο, ἧσσον δὲ
7 τῆς ἑτέρης περιλεσχήνευτος. Χάραξος δὲ ὡς λυσάμενος Ῥοδῶπιν ἀπενόστησε ἐς Μυτιλήνην, ἐν μέλεϊ Σαπφὼ πολλὰ κατεκερτόμησέ μιν. Ῥοδώπιος μέν νυν πέρι πέπαυμαι.

136 Μετὰ δὲ Μυκερῖνον γενέσθαι Αἰγύπτου βασιλέα ἔλεγον οἱ ἱρέες Ἄσυχιν, τὸν τὰ πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα ποιῆσαι τῷ Ἡφαίστῳ προπύλαια, ἐόντα

Asychis, ab ann. 1056 ad 1006: Vulcani templum exornat: pecuniae sub eo inopia, et fides augusta: legem de mutuo quam dederit: pyramis eius lateritia.

ἧσσον δὲ τῆς ἑτέρης περιλεσχήνευτος] i. e. *Archidice minus alterâ* (Rhodopide scil.) *fuit famosa.* De voce περιλεσχήνευτος nonnulla monuit h. l. Valcken. Tu conf. nott ad I, 153. Pro Ἀρχιδίκῃ cum recentt. edd. posui Ἀρχιδίκη, ut libri iubebant. De ipsa meretrice conf. Aelian. v. h. XII, 63. — In seqq. retinui: ἀπενόστησε ἐς Μυτιλήνην, ubi nonnulli libri pro ἐς afferunt ὡς, improbante quidem Valckenario, qui particulam ὡς hoc sensu regionum urbiumque nominibus adstrui posse negat. Tu vid. Matth. Gr. Gr. p. 1147 not. d, ne plura, et conf. Herodot. II, 121. §. 5.

ἐν μέλεϊ Σαπφὼ πολλὰ κατεκερτόμησέ μιν] Suadet opinor sententiae nexus, ut μιν ad *Charaxum* fratrem referatur, quem soror carminibus prosciderit, quippe meretriculae infami deditum et in eam opes impendentem. Athenaeum vero l. l. si audias, Rhodopin, quae multa Charaxo interverterit et furata fuerit, Sappho carminibus proscidit. Sequitur hanc sententiam vir doctus in: Schulzeitung 1829 nro. 22 p. 178.

Cap. CXXXVI.

ἔλεγον οἱ ἱρέες Ἄσυχιν] *Asychin* regem non commemorat Diodorus, alia plane enarrans I, 65. Larcher. (tom. VII pag. 92) Asychin ad regnum evectum ponit ann. 1012 ante Chr. n., quod per quadraginta annos tenuerit. Tu conf. omnino Beck. Anleit. z. Weltgesch. I pag. 692. 718. De *Vulcani* templo conf. II, 99 fin. et de propylaeis II, 101 ibique nott.

2 πολλῷ τε κάλλιστα καὶ πολλῷ μέγιστα. ἔχει μὲν γὰρ καὶ τὰ πάντα προπύλαια τύπους τε ἐγγεγλυμμένους, καὶ ἄλλην ὄψιν οἰκοδομημάτων μυρίην·
3 ἐκεῖνα δὲ, καὶ μακρῷ μάλιστα. Ἐπὶ τούτου βασιλεύοντος, ἔλεγον, ἀμιξίης ἐούσης πολλῆς χρημάτων, 95
γενέσθαι νόμον Αἰγυπτίοισι, ἀποδεικνύντα ἐνέχυρον τοῦ πατρὸς τὸν νέκυν, οὕτω λαμβάνειν τὸ χρέος· προστεθῆναι δὲ ἔτι τούτῳ τῷ νόμῳ τόνδε, τὸν διδόντα τὸ χρέος καὶ ἁπάσης κρατέειν τῆς τοῦ λαμ-
4 βάνοντος θήκης· τῷ δὲ ὑποτιθέντι τοῦτο τὸ ἐνέ- 1
χυρον, τήνδε ἐπεῖναι ζημίην, μὴ βουλομένῳ ἀποδοῦναι τὸ χρέος, μηδὲ αὐτῷ ἐκείνῳ τελευτήσαντι

τύπους τε ἐγγεγλυμμένους — μυρίην] i. e. *habent figuras insculptas aliamque infinitam aedificiorum varietatem.* Quae Gallus interpres, Miot., hunc in modum reddidit: „tous — sont ornés de figures gravées et présentent aux yeux une variété infinie dans leur construction.“ — ἐγγεγλυμμένους dedi cum recentt. pro vulg. εὖ γεγλυμμένους. Confer II, 124. 138. 148.

ἀμιξίης ἐούσης πολλῆς χρημάτων] i. e. *cum magna in commerciis esset pecuniarum inopia.* Verba quae sequuntur: ἀποδεικνύντα ἐνέχυρον τοῦ πατρὸς κ. τ. λ. intelligenda sunt de ea lege, quâ qui patris cadaver pignori daret, ei aes alienum crederetur. — θήκη indicat *conditorium sepulcrale.* Vid. nott. ad II, 67.

μηδὲ αὐτῷ ἐκείνῳ τελευτήσαντι κ. τ. λ.] μηδὲ cum Gaisford. dedi pro vulg. μήτ', idemque, si libri ferrent, infra reponerem, ubi nunc in omnibus legitur: μήτ' ἄλλον μηδένα κ. τ. λ. Bina enim posuit lex: alterum, ne quempiam, qui debitum reddere nollet, mortuum rite sepelire liceat nec paternis in cryptis nec alio in loco; alterum, ne alium quempiam ex illius liberis ac necessariis defunctum sepelire liceat. Alterum hoc legis caput non commemoratur a Diodoro I, 93. Explicatur autem legis severitas ex illa Aegyptiorum superstitione, qua aditus ad tranquillum Osiridis regnum sepulturâ et conditurâ privatis denegabatur; ut minime vana sit Zoëgae suspicio de obelisc. pag. 292, hinc originem traxisse videri iudicium de mortuis sepeliundis apud Aegyptios teste Diodoro I, 92 institui solitum. Idem vir doctus a Cr. laudatus l. l. pag. 266 Aegyptiorum morem fuisse putat avitum cadavera pi-

εἶναι ταφῆς κυρῆσαι μήτ' ἐν ἐκείνῳ τῷ πατρῴῳ τάφῳ μήτ' ἐν ἄλλῳ μηδενί, μήτε ἄλλον μηδένα τῶν ἑωυτοῦ ἀπογενόμενον θάψαι. Ὑπερβαλέσθαι 17(
δὲ βουλόμενον τοῦτον τὸν βασιλέα τοὺς πρότερον 6
ἑωυτοῦ βασιλέας γενομένους Αἰγύπτου, μνημόσυνον πυραμίδα λιπέσθαι, ἐκ πλίνθων ποιήσαντα· ἐν τῇ γράμματα ἐν λίθῳ ἐγκεκολαμμένα τάδε λέγοντά ἐστι·
6 ΜΗ ΜΕ ΚΑΤΟΝΟΣΘῌΣ ΠΡΟΣ ΤΑΣ ΛΙΘΙΝΑΣ ΠΥΡΑΜΙΔΑΣ. ΠΡΟΕΧΩ ΓΑΡ ΑΥΤΕΩΝ ΤΟΣΟΥΤΟΝ, 'ΟΣΟΝ 'Ο ΖΕΥΣ ΤΩΝ ΑΛΛΩΝ
7 ΘΕΩΝ. ΚΟΝΤῼ ΓΑΡ 'ΥΠΟΤΥΠΤΟΝΤΕΣ ΕΣ ΛΙΜΝΗΝ, 'Ο ΤΙ ΠΡΟΣΧΟΙΤΟ ΤΟΥ ΠΗΛΟΥ Τῼ ΚΟΝΤῼ, ΤΟΥΤΟ ΣΥΛΛΕΓΟΝΤΕΣ, ΠΛΙΝΘΟΥΣ ΕΙΡΥΣΑΝ, ΚΑΙ ΜΕ ΤΡΟΠῼ

---

gnori obligandi, non regio decreto introductum, sed tacita potius inter cives contentione, ab Asyche autem post sancitum hac lege atque ordinatum. Apud Romanos simili modo creditoribus olim fuisse ius in mortuos accepimus, donec Iustinianus (novell. CXV, 5) edixerit, ne cui amplius liceret corpora defunctorum debiti gratia detinere aut impedimentum facere eorum sepulturae. Conf. Zoëga l. l. pag. 292. — Ad vocem ἀπογενόμενον (*defunctum*, *mortuum*) confer II, 85. IV, 4 et quae alia laudant Valckenar. et Wesseling. ad h. l.

μή με κατονοσθῇς πρὸς τὰς λιθίνας πυραμίδας] i. e. *ne me contemnas*, *vilipendas*, *comparans* (me) *cum lapideis pyramidibus*. κατονόσασθαι exponunt ἐκφαυλίσαι, καταμέμψασθαι, ut II, 172. — De usu praepositionis πρὸς vid. Fischer. ad Weller. III, *b* p. 257.

κόντῳ γὰρ ὑποτύπτοντες ἐς λίμνην] i. e. *conto in paludem immisso egerentes*, *quod adhaerebat luti*. Ita h. l. vertit Valckenar. ad III, 130, ubi Hemsterhusium citat ad Aristophan. av. 1145 de verbo ὑποτύπτειν exponentem. Conf. etiam Herod. VI, 119. In seqq. retinui πρόσχοιτο. Vid. nott. ad I, 2. — λίμνην de lacu Moeridis (II, 149) opinor intelligendum.

πλίνθους εἴρυσαν] i. e. *lateres duxerunt*. Supra I, 179 dixerat πλίνθους ἕλκειν. — De verbo ἐκποιεῖν conf. nott. ad II, 125. Hanc vero pyramidem, de qua h. l. Herodotus scribit, eam esse viri docti arbitrantur, quae nunc conspicitur, lateri-

ΤΟΙΟΥΤΩι ΕΞΕΠΟΙΗΣΑΝ. τοῦτον μὲν τοσαῦτα ἀποδέξασθαι.

137 *Μετὰ δὲ τοῦτον, βασιλεῦσαι ἄνδρα τυφλὸν ἐξ Ἀνύσιος πόλιος, τῷ οὔνομα Ἄνυσιν εἶναι. ἐπὶ τούτου βασιλεύοντος ἐλάσαι ἐπ' Αἴγυπτον χειρὶ πολλῇ Αἰθίοπάς τε καὶ Σαβακῶν τὸν Αἰθιόπων*

Anysis, ab anno 1006 ad 1004, caecus: *[inter Anysin et Sabaconem Herodotus non advertit suas ipsius rationes arguere intervallum po-*

---

bus sole coctis exstructa, in colle quodam prope El Lahun, haud ita procul ab initio magni canalis, qui deductus est ad Medinat el Fayoum. Conferas description de l'Egypt. antiqq. livrais. III tom. II chap. XVII sect. 3 pag. 23 seqq. Ritter. Erdkund. I pag. 796 seq. coll. Mannert. Geogr. d. Gr. u. Röm. X, 1 pag. 444. 467. Aliis autem una ex iis videtur esse pyramis, quae prope vicum Dashur meridiem versus a Memphi proficiscenti adparent. Videas Hirt. l. l. pag. 10. 11.

Cap. CXXXVII.

βασιλεῦσαι ἄνδρα τυφλὸν ἐξ Ἀνύσιος πόλιος] νόμος Ἀνύσιος memoratur infra II, 166, ubi vid., urbem memorat Stephanus Byzant. s. v. Quod tamen in Iesai. XXX, 4 חָנֵס (*Chanes*) hancce urbem latere existimant, obloquitur Champoll. l'Egypt. sous l. phar. II p. 200, quum vocula Ἄνυσις nil aliud sit nisi „*Anisi, Isiaque, qui appartient à Isis.*" Indicari enim eam urbem, quae Plinio appellatur *Isidis oppidum* et *Iseon* Stephano Byzantino, exstructa eo in loco, cui nunc nomen *Bahbaït* s. *Bahbéit*, haud procul ab occidentali ripa Nili Phatmetici, ubi etiamnum conspiciantur splendidi templi rudera. Quae in propheta Hebraeo vocatur urbs (quam *Tahhaphness* legi vult), eam esse *Daphnas Pelusiacas*, de qua vid. supra II, 30. Vid. Champoll. l. l. II p. 78. I p. 313. Post quem a Cr. laudatus Gesenius in commentt. ad Iesai. l. l. pag. 863 seqq. חָנֵס, Aegyptium esse *Hnés* sive *Ehnés* probabiliter statuit, quo nomine *Heracleopolis urbs* media in Aegypto designetur, neque etiam Herodoti Ἄνυσις diversum videri ab *Hanes*, prouti et Wesselingius et Vitringa dudum existimaverint.

Σαβακῶν τὸν Αἰθιόπων βασιλέα] τὸν pro τῶν cum recentt. edd., recepimus. Similis confusio in Plutarchi Philopoem. 1, ubi vid. nott. pag. 5. Quod ad argumentum loci attinet, vix ea, quae Herodotus de *Sabacone* atque Aethiopibus narrat, cum reliquorum scriptorum testimoniis conciliari poterunt, obstante temporum ratione, quo minus certa regum, qui Aegyptum olim tenuerint, constituatur series. Ad florentem statum regni, quod Meroë fuit,

vendum esse: ortam confusionem tollas ita:] regno pulsus Anysis ab hoste, annis L post ex insula Elbone progressus, iterum imperat ab ann. 954; Elbo insula omnibus latuit annos plus D, usque ad Amyrtaeum fugientem a. 450: intervallum: Sabaco Aethiops, ab a. 766 ad 715: delicta non punit morte: adaggerationibus tollit solum ad urbes altius: descriptio templi Dianae.

2 βασιλέα. τὸν μὲν δὴ τυφλὸν τοῦτον οἴχεσθαι φεύγοντα ἐς τὰ ἕλεα· τὸν δὲ Αἰθίοπα βασιλεύειν Αἰγύπτου ἐπ' ἔτεα πεντήκοντα· ἐν τοῖσι αὐτὸν τάδε
3 ἀποδέξασθαι. ὅκως τῶν τις Αἰγυπτίων ἁμάρτοι τι, κτείνειν μὲν αὐτῶν οὐδένα ἐθέλειν· τὸν δὲ κατὰ μέγαθος τοῦ ἀδικήματος ἑκάστῳ δικάζειν, ἐπιτάσσοντα χώματα χοῦν πρὸς τῇ ἑωυτῶν πόλι, ὅθεν
4 ἕκαστος ἦν τῶν ἀδικεόντων. καὶ οὕτω ἔτι αἱ πόλιες ἐγένοντο ὑψηλότεραι· τὸ μὲν γὰρ πρῶτον, ἐχώσθησαν ὑπὸ τῶν τὰς διώρυχας ὀρυξάντων, ἐπὶ

---

haec relata vult Heeren. (Ideen etc. II, 1 pag. 427 coll. II, 2 p. 331. 306 seq.), octavo aut septimo saeculo a. Chr. n., ubi tres Aethiopiae reges praecipue inclaruerint, qui Aegyptum vel totam, vel certe superiorem eius partem armis subegerint, *Sabaco*, *Sevechus*, *Tarhaco;* Herodotum autem hosce ternos reges vel hanc trium regum dynastiam uno Sabaconis nomine comprehendisse existimat. Quae ferri possent, modo temporum rationes constarent, ex quibus, Herodotum si sequaris, Sabaco ad *undecimi saeculi initium* erit referendus, cum ad *octavum* vulgo ponant Aethiopum incursiones in Aegyptum. Nam Herodoteis ex calculis Anysis ad regnum evectus anno 1012 ante Chr. n., sub quo in Aegyptum irruit Sabaco, vel anno proximo 1011 vel subsequentibus annis (II, 137 init.). Vid. Beck. Anleit. z. Weltgesch. p. 717-719. Gesen. ad Iesai. XIX introduct. p. 593 seqq. 599. Quae cum ita sint, vix aliud restat, nisi ut in ipso Herodoti textu olim turbatum esse pluraque excidisse statuas, aut Herodoteam narrationem ex mancis imperfectisque Aegyptiorum sacerdotum narrationibus fluxisse contendas. Conf. excursus ad II, 141. Ipsum *Sabaconis nomen* hieroglyphicis *notis scriptum* Abydi in ruderibus detexerunt viri docti. Vid. Fritschii librum (laud. ad II, 36) pag. 51 seq., ubi etiam de nomine regis *Tirhcae*, qui Sanacharibum vixisse fertur, idem notatur.

φεύγοντα ἐς τὰ ἕλεα] τὰ ἕλεα quaenam sint, diximus ad II, 92.

ἐχώσθησαν ὑπὸ τῶν τὰς διώρυχας ὀρυξάντων] Confer supra II, 108. — Ad loci argumentum vide sis Rennel. l. l. pag. 609. Neque enim haec ita esse cogitanda monet, ut aedificiis destructis solum ipsum reddiderint altius ac sublimius; sed plerumque non nisi aggere altiore circumdatas esse urbes. Sed minus hisce conveniunt quae legimus II, 138: ἅτε γὰρ τῆς

Σεσώστριος βασιλέος· δεύτερα δὲ, ἐπὶ τοῦ Αἰθίο-
5 πος καὶ κάρτα ὑψηλαὶ ἐγένοντο. Ὑψηλέων δὲ καὶ
ἑτέρων τασσομένων ἐν τῇ Αἰγύπτῳ πολίων, ὡς
ἐμοὶ δοκέει, μάλιστα μὲν Βουβάστι πόλι ἐξεχώσθη,
ἐν τῇ καὶ ἱρόν ἐστι Βουβάστιος ἀξιαπηγητότατον.
6 μέζω μὲν γὰρ ἄλλα, καὶ πολυδαπανώτερά ἐστι ἱρά·
ἡδονῇ δὲ ἰδέσθαι οὐδὲν τούτου μᾶλλον. ἡ δὲ Βού- 171
βαστις, κατὰ Ἑλλάδα γλῶσσαν, ἐστὶ Ἄρτεμις.

πόλιος μὲν ἐκκεχωσμένης ὑψοῦ κ. τ. λ. quae de *aggere solo*, quo urbs circumdata fuerit, minime intelligi poterunt. — „Herodotea laudant quoque editores operis descript. de l'Eg. vol. II (Thèbes) pag. 871, ubi comprobant certis argumentis planitiem circa Thebas esse altiorem factam limo inundantis deinceps Nili; architectos vero Aegyptios id studiose observasse eamque ob causam, quo deinceps etiam caverent aedificiis a se exstructis, eorum fundamenta posuisse in suggestis elatioribus ante institutum opus consulto confectis.“ Cr.

καὶ ἑτέρων ταςσομένων] Non opus emendatione πασσομένων; nam πάσσειν de inspersis utique adhibetur; in urbibus *altius eductis* nullus vero eius usus. Quod alii afferunt γενομένων, interpretamentum videtur lectionis genuinae. In reliquis Schweigh. et Gaisf. secutus sum. De urbe *Bubasti* vid. ad II, 60 nott.

ἡδονῇ δὲ ἰδέσθαι οὐδὲν τούτου μᾶλλον] ἡδονῇ et libri scripti et vetustae edd. offerunt; quod olim placuit Wesselingio ἡδονὴ (in nominativo, ut III, 160), haud necessarium videtur, si cum Schweigh. subintelligere malis ἡδονῇ ἰδέσθαι οὐδὲν μᾶλλον ἀξιαπήγητον, aut cum Stegero ἡδονῇ — μᾶλλον accipere pro μείζονι ἡδονῇ; a quo tamen, quod ille profert II, 120: ἀνὴρ ἐκείνου μᾶλλον ἐών, id differre credo. Valckenarius nostro in loco coniecerat: ἥδιον δ' ἰδέσθαι οὐδὲν τούτου μᾶλλον.

ἡ δὲ Βούβαστις, κατὰ Ἑλλάδα γλῶσσαν, ἐστὶ Ἄρτεμις] Vid. Herodot. II, 56 et confer Iablonsk. Panth. Aegg. III, 3. vocc. Aegg. p. 53 seq. Creuz. Symbol. II p. 168 seqq. IV, 11 seq. Erat autem *Bubastis* numen *Lunae novae vel renascentis*, *Dea Luna*. Quo vel nomen ducit, quod, interprete Iablonskio, l. l. valet: *quae vultum nudat* vel *retegit*, aut: *faciem multiplicans*; quod utrumque de *Luna* bene dici posse nemo non videt. Herodotum autem satis patet quae ratio moverit, ut *Bubastin* explicaret *Dianam*. Neque hoc praetermittendum, Bubastin, quae Isidis filia vulgo perhibetur, et

138 Τὸ δὲ ἱρὸν αὐτῆς ὧδε ἔχει. πλὴν τῆς ἐσόδου, τὸ ἄλλο νῆσός ἐστι· ἐκ γὰρ τοῦ Νείλου διώρυχες ἐσέχουσι, οὐ συμμίσγουσαι ἀλλήλῃσι, ἀλλ' ἄχρι τῆς ἐσόδου τοῦ ἱροῦ ἑκατέρη ἐσέχει· ἡ μὲν, τῇ περιῤῥέουσα, ἡ δὲ, τῇ· εὖρος ἐοῦσα ἑκατέρη ἑκατὸν ποδῶν, δένδρεσι κατάσκιος. τὰ δὲ προπύλαια, ὕψος μὲν δέκα ὀργυιέων ἐστὶ, τύποισι δὲ ἑξαπήχεσι ἐσκευάδαται [2]ἀξίοισι λόγου. ἐὸν δ' ἐν μέσῃ τῇ πόλι τὸ ἱρὸν, κατορᾶται πάντοθεν περιϊόντι· ἅτε γὰρ τῆς πόλιος μὲν ἐκκεχωσμένης ὑψοῦ, τοῦ δ' ἱροῦ οὐ κεκινημένου, ὡς ἀρχῆθεν ἐποιήθη, ἔσοπτόν ἐστι. περιθέει

---

ipsam dici haberique Isidem pro ea veterum ratione cogitandi, quâ quae singula in aliquo numine inesse putentur, ea disiuncta efficiant nova numina, quae tamen quodammodo coniuncta sint cum eo, ex quo emanarint. Hinc illud explicari debet, quod Aeschylus, ut infra proditum legimus, *Dianam* (i. e. Bubastin) *Cereris* filiam dixerit. Nam *Ceres* eadem Graecis est, quae *Isis* Aegyptiis, teste ipso historiae patre.

Cap. CXXXVIII.

διώρυχες ἐσέχουσι] Sunt bini canales e Nilo deducti, ita ut, ubi coniungi illi debebant, terra relinqueretur, quâ templum circumcirca aquis utriusque canalis cinctum, cohaeret cum continenti.

τύποισι δὲ ἑξαπήχεσι ἐσκευάδαται] τύπους intelligo figuras, statuas hominum, colossos vulgo appellant. Conf. II, 106 coll. 86. Nec alio sensu in proxime sequentibus dixit αἱμασίῃ ἐγγεγλυμμένῃ τύποισι.

κατορᾶται πάντοθεν περιϊόντι] i. e. *cum templum media in urbe sit, undique conspicitur circumcirca* s. ad verbum: *templum — undique ab eo, qui circumeat, conspici potest*, quippe humiliori loco positum, cum urbs ipsa circumcirca in alteriori solo aedificata sit. Conf. ad II, 137 nott. Quod sequitur ἔσοπτόν ἐστι, Schweighaeusero obscurum videtur. Equidem eo refero, quod, *cum* solum ipsum, in quo urbs aedificata erat, editius redditum esset, inde in templum, quod immutatum remanserat, undecunque facilis pateret conspectus.

περιθέει δ' αὐτὸ αἱμασιῇ ἐγγεγλυμμένῃ τύποισι] αὐτὸ sc. τὸ ἱρόν. Tu conf. I, 163. De αἱμασίῃ vid. I, 180. 191 et ad ἐγγεγλυμμένῃ confer II, 136. — In seqq. bene distin-

3 δ' αὐτὸ αἱμασιῇ ἐγγεγλυμμένη τύποισι. ἔστι δὲ
ἔσωθεν ἄλσος δενδρέων μεγίστων, πεφυτευμένον
περὶ νηὸν μέγαν, ἐν τῷ δὴ τὤγαλμα ἔνι. εὖρος δὲ
4 καὶ μῆκος τοῦ ἱροῦ πάντῃ σταδίου ἐστί. κατὰ μὲν
δὴ τὴν ἔσοδον, ἐστρωμένη ἐστὶ ὁδὸς λίθου ἐπὶ
σταδίους τρεῖς μάλιστά κῃ, διὰ τῆς ἀγορῆς φέρουσα
ἐς τὸ πρὸς ἠῶ· εὖρος δὲ, ὡς τεσσέρων πλέθρων·
τῇ δὲ καὶ τῇ τῆς ὁδοῦ δένδρεα οὐρανομήκεα πέφυ-
κε· φέρει δ' ἐς Ἑρμέω ἱρόν. τὸ μὲν δὴ ἱρὸν τοῦτο
139 οὕτω ἔχει. Τέλος δὲ τῆς ἀπαλλαγῆς τοῦ Αἰθίοπος
2 ὧδε ἔλεγον γενέσθαι. ὄψιν ἐν τῷ ὕπνῳ τοιήνδε
ἰδόντα αὐτὸν, οἴχεσθαι φεύγοντα· ἐδόκεέ οἱ ἄνδρα
ἐπιστάντα συμβουλεύειν, τοὺς ἱρέας τοὺς ἐν Αἰγύ-
3 πτῳ συλλέξαντα πάντας, μέσους διαταμέειν· ἰδόντα

Sabaconis territi somnio discessus ex Aegypto.

---

guitur inter νηὸς et ἱρόν; vid. supra II, 64. 104. 135.

ἔστι δὲ ἔσωθεν ἄλσος δενδρέων μεγίστων, πεφυτευμένον κ. τ. λ.] Vulgo πεφυτευμένων, quod e Florentino alioque libro recte nunc mutatum est. Atque videntur istiusmodi lucos ex more templis addidisse Aegyptii; quare nostri loci, ut notat Cr. ad h. l., admonent docti Galli (descript. de l'Eg. vol. II p. 77), ubi referunt etiam colossos binos Thebaicos (Tâma et Chama dictos prope Medinat-Abu) circumdatos esse *luco mimosae spinosae.*

ἐστρωμένη ἐστὶ ὁδὸς λίθου] De genitivo λίθου conf. Matth. pag. 688 et ad εὖρος in proxime seqq. ibid. p. 794. „Eiusmodi autem pavimenta lapidea, ambientibus utrinque arboribus, etiam Thebis, prope Karnak, in aditu templorum fuisse videntur, ut ex vestigiis coniiciunt auctores operis: descript. de l'Egypt. vol. II p. 255, qui iidem hoc in loco insistunt, ubi solum Thebarum editius esse factum pluribus commonstrare student, vol. I (second. livrais.) pag. 87.“ Cr.

Cap. CXXXIX.

τέλος δὲ τῆς ἀπαλλαγῆς] „τὴν ἀπαλλαγὴν forte dicere potuisset ἀπαλλαγῆς τέλος, ut *mors* dicitur θανάτου τέλος: caedes, φόνου τέλος.“ Valcken. Quae nisi probes, scribendum videtur Larchero: τέλος δὲ, τὴν ἀπαλλαγήν.

μέσους διαταμέειν] Addit Diodorus, eam rem commemorans I, 65: καὶ διὰ μέσων αὐτῶν διελθεῖν μετὰ θεραπείας *et per medios sectos cum admini-*

δὲ τὴν ὄψιν ταύτην λέγειν αὐτὸν, ὡς πρόφασίν οἱ δοκέοι ταύτην τοὺς θεοὺς προδεικνύναι, ἵνα ἀσεβήσας περὶ τὰ ἱρὰ, κακόν τι πρὸς θεῶν ἢ πρὸς ἀνθρώπων λάβοι· οὔκων ποιήσειν ταῦτα· ἀλλὰ γάρ οἱ ἐξεληλυθέναι τὸν χρόνον, ὁκόσον κεχρῆσθαι
4 ἄρξαντα Αἰγύπτου ἐκχωρήσειν. ἐν γὰρ τῇ Αἰθιοπίῃ ἐόντι αὐτῷ τὰ μαντήϊα, τοῖσι χρέωνται Αἰθίοπες, ἀνεῖλε, ὡς δέοι αὐτὸν Αἰγύπτου βασιλεῦσαι ἔτεα πεντήκοντα. ὡς ὦν ὁ χρόνος οὗτος ἐξήϊε, καὶ αὐτὸν ἡ ὄψις τοῦ ἐνυπνίου ἐπετάρασσε, ἑκὼν ἀπαλ-
140 λάσσεται ἐκ τῆς Αἰγύπτου ὁ Σαβακῶς. Ὡς δ' ἄρα

Elbo insula.

οἴχεσθαι τὸν Αἰθίοπα ἐξ Αἰγύπτου, αὖτις τὸν τυφλὸν ἄρχειν, ἐκ τῶν ἑλέων ἀπικόμενον· ἔνθα πεντήκοντα ἔτεα, νῆσον χώσας σποδῷ τε καὶ γῇ, οἴκεε.
2 ὅκως γάρ οἱ φοιτᾶν σῖτον ἄγοντας Αἰγυπτίων ὡς ἑκάστοισι προστετάχθαι σιγῇ τοῦ Αἰθίοπος, ἐς τὴν
3 δωρεὴν κελεύειν σφέας καὶ σποδὸν κομίζειν. ταύτην τὴν νῆσον οὐδεὶς πρότερον ἐδυνάσθη Ἀμυρταίου ἐξευρεῖν· ἀλλὰ ἔτεα ἐπὶ πλέω ἢ ἑπτακόσια

---

stris transire; cuiusmodi exemplum Herodotus subministrat VII, 39. — Pro διαταμέειν apud Gregor. Cor. de dial. Ion. §. 67 exstat διατάμνειν.

τοῖσι χρέωνται Αἰθίοπες] Conf. supra II, 29. — Ad seqq. Creuz. laudat Gesen. ad Iesai. XVIII, 1 p. 572. Caeterum ad argumentum loci conferri potest Diodor. I, 66, qui profecto Sabacone anarchiam duos per annos fuisse scribit, dein secutum esse duodecim regum imperium, qui Labyrinthum communiter exstruxerint.

Cap. CXL.

νῆσον χώσας σποδῷ τε καὶ γῇ] „Cineres puto, coenosae humo mixti, aptius culturae solum erant reddituri." *Schweigh.* Ad ὡς ἑκάστοισι cf. Hermann. ad Viger. pag. 853.

σιγῇ τοῦ Αἰθίοπος] i. e. *clam Aethiope, inscio Aethiope.* Quare Thomas Mag. p. 572 σιγῇ hic poni notat pro ἀγνοίᾳ. — In seqq. cum Gaisf. addidi τὴν ante δωρέην, ubi vulgo deest.

Ἀμυρταίου ἐξευρεῖν] *Amyrtaeus* Artaxerxis Longimani tempore circa 458 a. Chr. n. post

οὐκ οἷοί τε ἦσαν αὐτὴν ἀνευρεῖν οἱ πρότεροι γενόμενοι βασιλέες Ἀμυρταίου· οὔνομα δὲ ταύτῃ τῇ νήσῳ Ἐλβώ· μέγαθος δ' ἐστὶ πάντῃ δέκα σταδίων. 172 80

141 Μετὰ δὲ τοῦτον, βασιλεῦσαι τὸν ἱρέα τοῦ Ἡφαίστου, τῷ οὔνομα εἶναι Σεθών· τὸν ἐν ἀλογίῃσι ἔχειν παραχρησάμενον τῶν μαχίμων Αἰγυπτίων, ὡς οὐδὲν δεησόμενον αὐτῶν· ἄλλα τε δὴ

Sethon, Vulcani sacerdos, rex ab a. 715 ad 671; militarem ordinem secus tractat: belli a Sanacharibo illati a. 712 exitus memorabilis.

Inarum praefuit Aegyptiis, qui a Persis defecerant; qua de re dixi ad Ctesiae fragmm. p. 121. A quo tempore usque ad Hiskiae, Iudaeorum regis, aetatem, in quam Anysis et Sabaco incidant, cum intervallum sit annorum plus trecentorum, in Herodoto sic legendum censet Perizonius (Aegyptt. origg. XI pag. 202): ἔτεα ἐπὶ πλέω ἢ τριηκόσια, quod idem placuit Buherio diss. Herodd. VII pag. 70. Aliis rationibus ducti Larcherus (t. VII p. 108 seqq.) et Reizius scripserunt: ἔτεα ἐπὶ πλέω ἢ πεντακόσια, quo nimirum ratio chronologica sibi constaret. Nos tamen in Herodoti textu id retinuimus, quod omnes praebebant libri scripti: ἔτεα ἐπὶ πλέω ἢ ἑπτακόσια. Nolim enim libris invitis quidquam mutare in iis, quae minime certa videantur nec unquam ad liquidum perduci queant. Herodotum enim, cuius numeri hic utique minus conveniant, qui cum aliis ita in concordiam redigere velit, ut certa quam desideramus temporum ratio et singulorum regum ordo constituatur, ei vereor ut res succedat, ubi tantae turbae obveniant totque oboriantur difficultates, quam in tanta testimoniorum et inopia et discrepantia tollere nequeas. Conf. nott. ad II, 137 et excurs. ad II, 141.

οὔνομα — Ἐλβώ] Ad lacum, qui nunc vocatur *Menzaleh*, hanc insulam probabiliter refert Mannert. Geogr. d. Gr. u. Röm. X, 1 pag. 583 seq. Idem addit, hodieque incolas insularum huius lacus, piscatores maximam partem, liberos propemodum esse homines, paludibus ac stagnis tutissimos ab omni impetu. Larcherus (t. VIII p. 242) ad paludosam haec refert regionem, quae a recentioribus scriptoribus dicatur *Elearchia*, cum Herodoto sint τὰ ἕλεα. Nec aliter Schlichthorst. l. l. pag. 65.

Cap. CXLI.

τὸν ἐν ἀλογίῃσι ἔχειν παραχρησάμενον τῶν μαχίμων Αἰγυπτίων] Genitivus τῶν μαχίμων cum minus conveniat cum verbo παραχρησάμενον et cum locutione ἐν ἀλογίῃσι ἔχειν, Valckenarius scribi vult τῷ μαχίμῳ sive τὸ μάχιμον sive τὸ τῶν μαχίμων scil. γένος. Nec tamen ullam istiusmodi muta-

ἄτιμα ποιεῦντα ἐς αὐτοὺς, καὶ σφεας ἀπελέσθαι
τὰς ἀρούρας, τοῖσι ἐπὶ τῶν προτέρων βασιλέων δε-
2 δόσθαι ἐξαιρέτους ἑκάστῳ δυώδεκα ἀρούρας. μετὰ
δὲ, ἐπ' Αἴγυπτον ἐλαύνειν στρατὸν μέγαν Σαναχά-
ριβον βασιλέα Ἀραβίων τε καὶ Ἀσσυρίων. οὔκων
δὴ ἐθέλειν τοὺς μαχίμους τῶν Αἰγυπτίων βοηθέειν·
τὸν δὲ ἱρέα ἐς ἀπορίην ἀπειλημένον, ἐσελθόντα ἐς
τὸ μέγαρον, πρὸς τὤγαλμα ἀποδύρεσθαι οἷα κιν-
3 δυνεύει παθέειν. ὀλοφυρόμενον δ' ἄρα μιν ἐπελ-
θεῖν ὕπνον, καὶ οἱ δόξαι ἐν τῇ ὄψι, ἐπιστάντα τὸν

---

tionem necessariam videri adiicit, si legeretur ἀλογίην, ad quod genitivus τῶν μαχίμων referatur, quemadmodum in Herod. IV, 150. Idem similes comparat locutiones, ut II, 172 ἐν μοίρῃ ἄγειν, et apud alios ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἔχειν, ἄγειν vel τίθεσθαι (*despicatui habere*). Schneider. in lex. Gr. s. v. παραχράομαι scribi mavult τὸ μάχιμον, quod ad παραχρησάμενον referendum sit, coll. VIII, 20. Schweighaeuserus, quod probo, nihil mutavit, cum similem locutionem ἀλογίην ἔχειν, cui genitivus adstruatur, Herodotus in mente habuisse videatur, secutus eam structuram, de qua Matthiae Gr. Gr. §. 348. — οἱ μάχιμοι Αἰγυπτίων infra quoque memorantur II, 168 (ubi vid.) coll. II, 30 et Diodor. I, 73. 94. Qui idem de *Sethone* plane tacet. Ac suspiceris licet, ad militum gentem (Kriegerkaste) priores Aegypti reges pertinuisse; quibus exstinctis aut potestate privatis sacerdotes summum imperium occupasse unumque de suis, summum Vulcani pontificem, constituisse Aegypti regem, cuius nomen ad posteritatem propagare studuerint. Cf. Beck. l. l. I p. 720 et van Limburg-Brouwer libro ad II, 172 laudato pag. 67 seq.

Σαναχάριβον βασιλέα Ἀραβίων τε καὶ Ἀσσυρίων] Extrema verba Iosephus archaeolog. X, 1 §. 4 in suo Herodoti libro haud legisse videtur, cum Herodotum in eo lapsum conqueritur, quod non Assyriorum, sed Arabum dixerit regem. Libri scripti, quantum nos scimus, omnes retinent verba τε καὶ Ἀσσυρίων. De ipsius regis nomine disquisivit Gesenius a Cr. laudatus ad Iesai. XXXVI, 1 pag. 938, ut in quo sancti sacerdotis significatio probabiliter lateat. De reliquis diximus in excursu ad h. l.

ἐς ἀπορίην ἀπειλημένον] Vid. I, 24 ibiq. nott. coll. VIII, 109. IX, 34. In seqq. ad μέγαρον conf. not. ad I, 47 et ad ἄχαρι I, 38. 108.

θεὸν θαρσύνειν, ὡς οὐδὲν πείσεται ἄχαρι ἀντιάζων τὸν Ἀραβίων στρατόν· αὐτὸς γάρ οἱ πέμψειν
4 τιμωρούς. τούτοισι δή μιν πίσυνον τοῖσι ἐνυπνίοισι, παραλαβόντα Αἰγυπτίων τοὺς βουλομένους οἱ ἕπεσθαι, στρατοπεδεύσασθαι ἐν Πηλουσίῳ· ταύτῃ γάρ εἰσι αἱ ἐσβολαί· ἕπεσθαι δέ οἱ τῶν μαχίμων μὲν οὐδένα ἀνδρῶν, καπήλους δὲ, καὶ χειρώνακτας,
5 καὶ ἀγοραίους ἀνθρώπους. ἐνθαῦτα ἀπικομένους, τοῖσι ἐναντίοισι αὐτοῖσι ἐπιχυθέντας νυκτὸς μῦς ἀρουραίους, κατὰ μὲν φαγέειν τοὺς φαρετρεῶνας αὐτῶν, κατὰ δὲ τὰ τόξα· πρὸς δὲ, τῶν ἀσπίδων τὰ ὄχανα, ὥστε τῇ ὑστεραίῃ φευγόντων σφέων,
6 γυμνῶν ὅπλων, πεσέειν πολλούς. καὶ νῦν οὗτος ὁ

ἀντιάζων τὸν Ἀραβίων στρατόν] Conf. Matthiae Gr. Gr. §. 383, 2.

καπήλους δὲ, καὶ χειρώνακτας, καὶ ἀγοραίους ἀνθρώπους] De his vocibus dixi ad I, 93. Atque Heeren. (Ideen II, 2 pag. 140) vocem *καπήλους* interpretatur (*die Kaste der*) *gewerbtreibenden Bürger*. Namque omnes intelligi vult opifices, artifices, mercatores, caupones.

ἐνταῦθα ἀπικομένους] Ad structuram conf. II, 66: *ταῦτα δὲ γινόμενα*, *πένθεα μεγάλα τοὺς Αἰγυπτίους καταλαμβάνει*. Ubi vid. nott.

ἐπιχυθέντας νυκτὸς μῦς ἀρουραίους κ. τ. λ.] Aliam prorsus Assyriorum cladis ac fugae causam prodit Iudaeus propheta XXXVII, 36; peste enim ac divinitus misso angelo interfectore ad reditum Assyrios coactos esse scribit. Quod Bocharto explicandum videtur ex similitudine vocum *λαμὰς* (*mus*) et *λοιμὸς* (*pestis*), quarum confusio diversam pepererit narrationem. Quae tamen minime satisfacere posse censet Gesenius, a Cr. laudatus, ad Iesai. l. l. pag. 974. Ad Michaëlis sententiam ille nos attendere iubet, quâ mus Aegyptiorum in notis hieroglyphicis denotet vastationem et internecionem, teste Horapoll. hieroglyph. I, 50. Qua muris nota in regis effigie falso intellecta ortam videri Herodoti narrationem. Opportune quoque Wesselingius grammaticorum narrationes ad Iliad. I, 39 attulit de Troadis incolis mures venerantibus, *ὅτι τὰς νευρὰς τῶν πολεμίων διέτρωγον τόξων*.

γυμνῶν ὅπλων] Intelliguntur *armis nudati*. Xenoph. Cyrop. V, 4, 45: *γυμνὰ ὅπλων σκευοφόρα*. Plura interpretes.

βασιλεὺς ἕστηκε ἐν τῷ ἱρῷ τοῦ Ἡφαίστου λίθινος, 173
ἔχων ἐπὶ τῆς χειρὸς μῦν, λέγων διὰ γραμμάτων τάδε· ΕΣ ΕΜΕ ΤΙΣ ὉΡΕΩΝ, ΕΥΣΕΒΗΣ ΕΣΤΩ.

142 Regni Aegyptii a Mene ad Sethonem aetas, annorum 1564: intra id tempus initium vagi anni bis in aestatem, bis in hiemem incidisse.

Ἐς μὲν τοσόνδε τοῦ λόγου Αἰγύπτιοί τε καὶ οἱ ἱρέες ἔλεγον, ἀποδεικνύντες, ἀπὸ τοῦ πρώτου βασιλέος ἐς τοῦ Ἡφαίστου τὸν ἱρέα τοῦτον τὸν τελευταῖον βασιλεύσαντα μίαν τε καὶ τεσσεράκοντα καὶ τριηκοσίας ἀνθρώπων γενεὰς γενομένας, καὶ ἐν ταύτῃσι ἀρχιρέας καὶ βασιλέας ἑκατέρους τοσού-
2 τους γενομένους. καί τοι τριηκόσιαι μὲν ἀνδρῶν

Cap. CXLII.

ἐς μὲν τοσόνδε τοῦ λόγου] Vide supra II, 99.

μίαν τε καὶ τεσσεράκοντα καὶ τριηκοσίας ἀνθρώπων γενεὰς γενομένας] μίαν cum Gaisfordio scripsi pro μίην. — Quod vero Herodotus h. l. γενεὰς earumque ambitum ita definit, ut tres constituant summam centum annorum (in quo, teste Wesselingio ad h. l., alios nactus est consentientes, alios dissentientes), hoc non satis congruit cum iis, quae leguntur I, 7. Quamquam enim veteres inde ab Herodoti aetate centum annorum spatium tribus γενεαῖς plerumque absolverunt, in singulis tamen illud vix accurate observarunt, ut bene notat Ukert. Geogr. d. Gr. u. Röm. I, 2 pag. 72. Et alibi quoque, observante Wesselingio ad h. l., Herodotus de *singulis hominibus* sive *regibus* sine ulla finiti temporis notatione vocem adhibet, veluti VI, 98. Quam Wesselingii observationem ita nuper probavit Gesen. (ad Iesai. XIX, 11 pag. 620) a Cr. laudatus, ut h. l. γενεὰν necessario de unius *regis* regno accipi statuat, cum totidem reges, quot γενεαί, indicentur. Unde sequitur, minus accurate annorum certam summam ex his constitui posse. Quo accedit illud, quod reges illi ad diversas dynastias pertinere videantur nec singuli singulos deinceps exceperint, sed magnam partem aequales sibi regnaverint diversis in terrae partibus. Quae si reputaveris haud ita nimius videbitur annorum numerus ab Herodoto proditus. Nec desunt similes aliorum scriptorum numeri, quos vel ad astronomiam vel ad mythos fabulasque relatos volunt. Confer Beck. Weltgesch. I p. 294, ubi vid. plura.

γενεαὶ δυνέαται μύρια ἔτεα· γενεαὶ γὰρ τρεῖς ἀν-
3 δρῶν, ἑκατὸν ἔτεά ἐστι. μιῆς δὲ καὶ τεσσεράκοντα
ἔτι τῶν ἐπιλοίπων γενεέων, αἳ ἐπῆσαν τῇσι τριη-
κοσίῃσι, ἔστι τεσσεράκοντα καὶ τριηκόσια καὶ χίλια
4 ἔτεα. οὕτω ἐν μυρίοισί τε ἔτεσι καὶ χιλίοισι, καὶ
πρὸς, τριηκοσίοισί τε καὶ τεσσεράκοντα, ἔλεγον θεὸν
ἀνθρωποειδέα οὐδένα γενέσθαι· οὐ μέν τοι οὐδὲ
πρότερον, οὐδὲ ὕστερον ἐν τοῖσι ὑπολοίποισι Αἰγύ-
πτου βασιλεῦσι γενομένοισι, ἔλεγον τοιοῦτον οὐ-
5 δέν. Ἐν τοίνυν τούτῳ τῷ χρόνῳ τετράκις ἔλεγον
ἐξ ἠθέων τὸν ἥλιον ἀνατεῖλαι· ἔνθα τε νῦν κατα-

— δυνέαται μύρια ἔτεα] δύνασθαι *valere*, *conficere* illustravit Hemsterhus. ad Viger. de idiotism. pag. 234. Tu conf. Herod. III, 89. V, 53. Quod h. l. reges ac pontifices Noster recenset *trecentos quadraginta unum*, id non prorsus congruit cum cap. seq., ubi memorantur *trecenti quadraginta sex*. Sed hoc levius, ubi tot alia inveniuntur, quae ad historiae fidem vix unquam exigi poterunt. De sacerdotibus eorumque munere ac dignitate disseruit Heeren. Ideen II, 2 p. 127 seqq.

θεὸν ἀνθρωποειδέα] i. e. *deum humanâ formâ praeditum*. Conf. II, 86: τύπον ἀνθρωποειδέα et I, 131 ἀνθρωποφυέας — τοὺς θεοὺς, ubi vid. nott.

ἔλεγον ἐξ ἠθέων τὸν ἥλιον ἀνατεῖλαι] ἐξ ἠθέων i. e. *extra sedem suam*, *consuetam*, ἔξω τῆς συνηθείας, ut ait Thomas Mag. pag. 319. Tu vid. Fischer. ad Weller. III, b p. 127 et quae alia attulit Valcken. ad h. l. Imitatus est Herodoteam lectionem Pausanias III, 14 §. 9, ubi vid. Siebel. — Ad argumentum loci interpretes dudum attulerunt Platonis locum in polit. p. 269, A, quocum Cr. ea confert, quae de Hipparchi sententia haud dissimili leguntur apud Senec. epist. ad Lucil. 71, ubi vid. Muret. t. III p. 61 opp. ed. Ruhnken. Aegyptiorum narrationem, quam Herodotus prodidit, attigit I. Scaliger., de emend. tempp. p. 198; et post illum Goguet. origg. leg. et art. diss. IV t. III p. 300 ed. Paris., qui hoc ponit: Aegyptios obscure indicasse videri mutatum solis cursum tempore Iosuae imperatoris et Hiskiae, Iudaeorum regis, de quo utroque in Iosuae libro X, 12, 13 et II reg., 20, 9. Aliam his adiicit Wesselingius sententiam viri docti in memor. Trivultin. (janvier 1762) t. LXV pag. 409 ed. Amstelod., quam

δύεται, ἐνθεῦτεν δὶς ἐπαντεῖλαι· καὶ ἔνθεν νῦν ἀνατέλλει, ἐνθαῦτα δὶς καταδῦναι· καὶ οὐδὲν τῶν κατ' Αἴγυπτον ὑπὸ ταῦτα ἑτεροιωθῆναι, οὔτε τὰ ἐκ τῆς γῆς, οὔτε τὰ ἐκ τοῦ ποταμοῦ σφι γινόμενα, οὔτε τὰ ἀμφὶ νούσους, οὔτε τὰ κατὰ τοὺς θανάτους.
143 **Πρότερον δὲ Ἑκαταίῳ τῷ λογοποιῷ ἐν Θή-**

Hecataeum gloriantem de ori-

---

pluribus referre taedet, cum ab Herodoti verbis illa sit maxime aliena. Nec meliori successu haec tractarunt academici Parisienses, de la Nauze, Brequigny, Dupuis, quorum scriptiones insertae exstant tom. XXIX mémoir. de l'acad. des inscript. pag. 64 seqq. Nec defuerunt nostra aetate, qui, cum summam antiquitatem Aegyptiorum rebus asserere studerent, ad Herodoti quoque locum provocarent eumque ex diverso statu signorum zodiaci et scientia aequinoctiorum certis periodis progredientium explicatum vellent. Vide quae citat Creuz. in Symbol I p. 268 not. 323 seq. 435, ibique praecipue Remi Raige in mém. astronom. (descript. de l'Eg. I p. 169 seqq. et ibid. II p. 257). Fourier. in descript. de l'Eg. antiqq. livr. III. mém. tom. I pag. 819. 821. Idem nunc addit: Görres. Mythengesch. p. 415 not. (qui ad duas periodos Sothiacas haec relata vult) et Gödicke Berlin. Zeitschrift für Wissensch. u. Kunst I p. 350—372.

Cap. CXLIII.

πρότερον δὲ Ἑκαταίῳ τῷ λογοποιῷ κ. τ. λ.] *Hecataeum Milesium*, qui quingentis ferme annis a. Chr. n. floruit, Herodotus h. l. intelligit. Qui, pluribus orbis terrarum partibus perlustratis, opus condiderat, quod inscripsit *γῆς περίοδον*, qua varias terrarum partes ab ipso perlustratas accurate perscripsisse fertur adeoque tabulam s. mappam geographicam adiecisse, de qua Noster infra V, 49. Alios praeterea scripsit libros historici argumenti a veteribus passim *commemoratos*, nec Herodoto *ignotos*, qui, cum magna esset Hecataei auctoritas, non solum multa videtur omisisse, quae ab Hecataeo satis iam exposita videret, verum alia quoque, quae minus bene ab illo tradita essent, ut emendaret, sibi proposuisse. Unde factum, ut acerbius *subinde* Hecataeum tangere eiusdemque opiniones acrius perstringere videatur Herodotus. Vid. not. ad II, 21. 68 in. 71 init. 77. 156 et Creuzerum in fragm. hist. pag. 22. Quae hoc loco tangit Herodotus, ea pertinuisse videntur ad *γενεαλογιῶν* opus, quo celeberrimorum Graeciae hominum heroumque seriem enumeratam eorumque res gestas literis consigna-

βρσι γενεηλογήσαντί τε ἑωυτὸν, καὶ ἀναδήσαντι τὴν πατριὴν ἐς ἑκκαιδέκατον θεὸν, ἐποίησαν οἱ ἱρέες τοῦ Διὸς, οἷόν τι καὶ ἐμοὶ οὐ γενεηλογήσαντι
2 ἐμεωυτόν. ἐσαγαγόντες ἐς τὸ μέγαρον ἔσω, ἐὸν μέγα, ἐξηρίθμεον δεικνύντες κολοσσοὺς ξυλίνους

gine divina, refellunt sacerdotes Aegyptii: summorum sacerdotum colossi Thebis in templo CCCXLV: Piromis ex Piromide.

---

tas fuisse probabile est. Vid. Creuzer. l. l. pag. 45 seqq., qui idem de Hecataeo plura disputavit pag. 3 seqq. 38 seqq. et nunc haecce addit: „De Hecataeo Milesio Thebis morante et Diodoro deinde narrationum fide dignissimarum copiam relinquente, optime iudicant auctores operis descript. de l'Eg. II p. 59." — Tu add. Ukert. l. l. I, 1 pag. 69 seq.

Ἑκαταίῳ τῷ λογοποιῷ] λογοποιὸν Hecataeum vocat *historiae scriptorem*, *enarratorem*, ut bene monet Wesselingius ad V, 36 coll. V, 125 et II, 134 ibiq. nott. Eodem nomine Herodotum appellavit Iulianus λογοποιὸν, haud ignominiae causa sed tanquam historiae scriptorem, probo sensu. Videatur Heyler. ad Iulian. ep. XXII pag. 252 seq. a *Cr.* ad hunc l. laudatus.

οἷόν τι καὶ ἐμοὶ οὐ γενεηλογήσαντι ἐμεωυτόν] Ex his verbis satis patet, Herodotum ipsum Thebis commoratum fuisse. Vid. supra II, 3. 15 ibiq. nott.

ἐσαγαγόντες ἐς τὸ μέγαρον ἔσω, ἐὸν μέγα] μέγαρον quid sit, diximus ad I, 47. „Pro *atrio* hic accipi volunt Galli docti (descript. de l'Eg. antiqq. II p. 219) illudque ipsum amplissimum esse atrium, quod in vico Karnak ab orientali parte Nili hodieque pateat." *Cr.*

κολοσσοὺς ξυλίνους] Heerenio (Ideen II, 2 p. 302) hi colossi videntur esse: *kolossale Pilaster-Karyatiden;* unde simul idem vir doctus colligit, etiam in Aegyptiacis templis ligni quendam fuisse usum ad ornamenta, alia id genus. Atque adhibuit hunc l., monente Creuzero, Visconti ad Mus. Pio Clement. vol. II pag. 32. Galli vero docti (l. l. pag. 169) hos ligneos colossos arbitrantur fuisse sarcophagos ligneos, sive mumiarum arcas, in quibus ipsorum pontificum maximorum cadavera medicata inclusa fuerint. Quibus minime illud refragari monet Creuzer. (comm. Herodd. pag. 201), quod continuo quisque sacerdos summus, dum vivit, imaginem suam ponere dicitur; nam similiter loqui Nostrum II, 86 de veris mumiis; deinde viros honoratos in conclavibus aedificiorum memorari sepultos, atque reputandum omnino esse, quam vim in Aegyptiorum vita ac societate habuerit mumiarum spectaculum (II, 78), denique quam consentaneum sit eiusmodi religionum sacerdoti, vivum ac spirantem sibi arculam ipsum suam

τοσούτους ὅσους περ εἶπον· ἀρχιρεὺς γὰρ ἕκαστος αὐτόθι ἵσταται ἐπὶ τῆς ἑωυτοῦ ζόης εἰκόνα ἑωυτοῦ.
3 ἀριθμέοντες ὦν, καὶ δεικνύντες οἱ ἱρέες ἐμοὶ, ἀπεδείκνυσαν παῖδα πατρὸς ἑωυτῶν ἕκαστον ἐόντα, ἐκ 174
τοῦ ἄγχιστα ἀποθανόντος τῆς εἰκόνος διεξιόντες
4 διὰ πασέων, ἕως οὗ ἀπέδεξαν ἁπάσας αὐτάς. Ἑκαταίῳ δὲ γενεηλογήσαντι ἑωυτὸν, καὶ ἀναδήσαντι ἐς ἑκκαιδέκατον θεὸν, ἀντεγενεηλόγησαν ἐπὶ τῇ ἀριθμήσει, οὐ δεκόμενοι παρ' αὐτοῦ ἀπὸ θεοῦ γενέ-
5 σθαι ἄνθρωπον. ἀντεγενεηλόγησαν δὲ ὧδε, φάμενοι ἕκαστον τῶν κολοσσῶν Πίρωμιν ἐκ Πιρώμιος γεγονέναι· ἐς ὃ τοὺς πέντε καὶ τεσσεράκοντα καὶ τριηκοσίους ἀπέδεξαν κολοσσοὺς Πίρωμιν ἐκ Πιρώμιος γενόμενον, καὶ οὔτε ἐς θεὸν, οὔτε ἐς ἥρωα

---

collocasse in atrio sublustri. Obloquitur Gallus interpres recentior, in ipsa *colossorum* voce haerens, cum Herodoti verba, qualia nunc leguntur, vix talem interpretationem admittant.

ἕκαστος αὐτόθι ἵσταται] ἵσταται plerique libri et optimi. Alii ἱστᾷ verbo activo, quod invenimus II, 86. IV, 103 aliisque in locis, quos indicat Wesselingius. Quoniam vero h. l. agitur de statua, quam *sibi quisque ponit ponendamve curat*, satis videtur tutus medii verbi usus.

διεξιόντες διὰ πασέων] Imitatus est hanc locutionem Pausanias IX, 27 §. 5, ubi vid. Siebel. De ipso verbo διεξιέναι conf. I, 196 ibiq. not. Ad πασέων suppl. τῶν εἰκόνων. Ad seqq. ἕως οὗ ἀπέδεξαν conf. Matthiae Gr. Gr. pag. 1009. Struv. spec. quaest. de dial. Herod. pag. 43. 44 *si audias*, scribendum erit ἐς ὅ, quod per librarios saepius transformatum in ἐς οὗ tandem etiam in ἕως οὗ abierit.

καὶ ἀναδήσαντι ἐς — θεὸν] Monet Valcken. ἀναδῆσαι (ἑωυτὸν) ἐς θεὸν idem esse atque τὸ γένος εἰς θεὸν ἀναφέρειν (i. e. *originem*, *stirpem ad deum referre* s. *a deo repetere*), sive etiam, omissa voce γένος, ἀναφέρειν εἰς θεόν. Cui proxime accedere ait ἀνάψαι τὸ γένος εἰς Δία in Philostrat. vit. Apoll. I, 4.

Πίρωμιν ἐκ Πιρώμιος γενόμενον κ. τ. λ.] De hoc loco monuit Creuzer. comm. Herodd. pag. 203: „Quod Iablonskius (prolegg. ad Panth. p. 38 itemque in vocc. Aegg. p. 204) *Piremei* i. e. *facientem quod iustum*

6ἀνέδησαν αὐτούς. Πίρωμις δέ ἐστι κατ' Ἑλλάδα
144 γλῶσσαν καλὸς κἀγαθός. Ἤδη ὦν, τῶν αἱ εἰκόνες ἦσαν, τοιούτους ἀπεδείκνυσάν σφεας πάντας ἐόν-2τας, θεῶν δὲ πολλὸν ἀπαλλαγμένους. τὸ δὲ πρότερον τῶν ἀνδρῶν τούτων θεοὺς εἶναι τοὺς ἐν

Olim Dii reges: quorum postremi Osiris, Typhon et Orus; Osirin Bacchum esse; Orum, Apollinem.

---

est, ab Herodoto confusam esse dixerat cum *Piromi* i. e. *homine*, ei sententiae suffragatur Gesen. ad Iesai. XIX, 11 p. 620 not., obloquitur Larcherus, idque vix fieri potuisse in vocabulo tam vulgato contendit. Recte, si quid video. Ac lucem arbitror afferri posse huic loco Herodoteo, si contuleris Maxim. Tyr. dissert. VIII, 5 pag. 137 seq. Reisk., cuius verba insignem Aegyptiarum Graecarumque religionum indolis significationem habent. Iam quis dubitet, Hecataeum, qui *deum* adeo fecerat generis sui ἀρχηγέτην, de reliquis deinceps maioribus suis item magnificentius esse locutum, ut eos saltem heroas ac *Κρείττονας* appellaret. Cuiusmodi orationi sacerdotes nihil aptius apponere poterant, quam illud: „„Horum pontificum, quorum imagines adspicis, unusquisque fuit *vir quantivis καλὸς κἀγαθὸς*, neque tamen quemquam dicimus ex deo vel ex heroë esse generatum.““ Attende extrema: — οὔτε ἐς θεὸν, οὔτε ἐς ἥρωα ἀνέδησαν αὐτούς. Nihil igitur certius, quam Hecataeum, qui deum auctorem sui generis proferret, *heroas* etiam inter Milesios suos maiores iactasse, sive *Κρείττονας*. Quibus salse Thebaici sacerdotes obtrudebant illos suos, quos tantummodo ἀγαθοὺς dicebant. — Quae cum ita sint, Herodotum prorsus accurate explicasse dixerim Aegyptiacum illud *Πίρωμις*.“ Atque Lacrozius, referente Larchero, cum Aegyptio hocce nomine etiam Indorum comparavit *Biroumas*, *Brahma* (*Birma*). Adde ex Wesselingii ad h. l. nota, Kirchero observante, *Πίρωμι* Coptis esse *virum fortem*, *heroëm*; alibi tamen simpliciter *virum*, *hominem* sine ullo boni malive additamento. Ac nuperrime ex Welckeri prolegg. ad Theognid. pag. XXIV notavit Heerenius (Ideen II, 2 pag. 128) Herodoteas voces καλὸς κἀγαθὸς, quibus Aegyptium nomen explicetur, minime ad morum probitatem atque integritatem referendas esse, verum ad stirpis nobilitatem ac praestantiam.

Cap. CXLIV.

θεοὺς εἶναι τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ ἄρχοντας κ. τ. λ.] De diis in Aegypto regnantibus scribit quoque Diodor. I, 12. 44, ubi vid. Wesseling. Larcherus ad illud regni genus haec relata vult, quod deorum quidem nomen habeat, revera autem a sacerdotibus administretur, theocraticum vulgo appellant. Equi-

Αἰγύπτῳ ἄρχοντας, οἰκέοντας ἅμα τοῖσι ἀνθρώποισι· καὶ τούτων αἰεὶ ἕνα τὸν κρατέοντα εἶναι· 8 ὕστατον δὲ αὐτῆς βασιλεῦσαι Ὧρον τὸν Ὀσίριος παῖδα, τὸν Ἀπόλλωνα Ἕλληνες ὀνομάζουσι· τοῦτον,

---

dem haec ad eam Aegyptiorum doctrinam de iis refero, de qua Creuzer. exposuit ad Herod. II, 145. Ad historiae fidem certamque aetatum seriem constituendam vix quidquam haec valere posse quivis intelligit.

οἰκέοντας ἅμα τοῖσι ἀνθρώποισι] „Reposuit *οἰκέοντας* ex codicibus aliquot post Schaeferum Schweighaeuserus [et Gaisford. quem secuti sumus]. Ego mihi hoc loco laudo modestiam Wesselingii, qui, cum et ipse faveret ei lectioni, in textu tamen pristinam exhibuit *οὐκ ἐόντας*, quam Athenagoras in suo cod. (de legat. cp. 24) legerat, et Med. Schellersh. (F) aliique tuentur. Nec Valckenarius diserte potiorem iudicat alteram. Simpliciter accepit Iablonski prolegg. Panth. p. 39. 41: qui cum hominibus *non una vixerint*. Quae sententia quam difficultatem pariat, commonstravit Wesselingius ad nostrum locum, et, ut hoc ipse etiam addam, nemo nescit, Thebas, Abydum aliasque Aegyptias urbes conditas ferri a diis. Sed quid, si *εἶναι ἅμα τοῖσι ἀνθρώποισι* h. l. eam potestatem habeat, quam alibi *συμμῖξαι*, *ὁμιλεῖν*, *διαλέγεσθαι*? Quae verba de rebus venereis usurpari docuit Valckenarius ad Nostri II, 64. Hoc si admittas, hoc ipsum: *οὐκ ἐόντας ἅμα κ. τ. λ.* idem foret atque superius fere: *οὐ δεκόμενοι παρ' αὐτοῦ, ἀπὸ θεοῦ γενέσθαι ἄνθρωπον*. — Verumtamen ipsi Herodoto refragatur quodammodo Plutarchus in sympp. VIII prooem. pag. 718 s. 960 Wyttenbach." Creuzer. comm. Herodd. p. 203. 204. Wesselingius in nota ad h. l. ad Diodorum quoque provocat I, 12 [et I, 44] itemque ad Plutarchum de Isid. et Osir. cp. 18; quibus locis ea firmetur apud Herodotum lectio, qua *deos cum hominibus habitasse* (*οἰκέοντας ἅμα τοῖσι ἀνθρώποισι*) censeamus.

ὕστατον — Ὧρον τὸν Ὀσίριος παῖδα] Eadem fere Diodor. I, 44 init. coll. I, 21 et Pausan. II, 30 §. 6.

τὸν Ἀπόλλωνα Ἕλληνες ὀνομάζουσι] Conf. II, 156. Pausan. l. laud. Laurent. Lyd. de menss. pag. 42 Roeth. et quae alia affert Iablonsk. vocc. Aegg. pag. 421 seq. Quo autem iure Horum historiae pater dixerit Graecorum Apollinem, disquisivit Creuz. in Symb. II p. 157. Nam Horus appellabatur Sol in solstitio aestivo; quo quidem tempore omnium rerum, quae ad hominum animaliumque vitam nutriendam exhilarandamque faciunt, haud ambigua spes ostenditur. Inde in doctrina

καταπαύσαντα Τυφῶνα, βασιλεῦσαι ὕστατον Αἰγύπτου. Ὄσιρις δέ ἐστι Διόνυσος κατὰ Ἑλλάδα γλῶσσαν.

---

sacerdotali exhibetur deus iuvenis optimae spei pulcherrimaeque faciei morumque probatissimorum, ut qui patris (Osiridis) a Typhone caesi vindex exstiterit. Quae si reputes, quid obstat, quo minus Horo, Aegyptio deo, cum Graecorum Apolline convenisse credamus? Duos autem Aegypti deos solares ad Graecorum Apollinem valuisse Creuzerus statuit l. l., alterum, Vulcani qui perhibetur filius, quique ad Apollinem *πατρῷον* Atheniensium pertinuit; alterum, Horum, qui ad reliquarum Graeciae gentium Apollinem valuit. Tu conf. quae ipse olim disserui in dissert. de Apolline Patricio, Heidelb. 1820 pag. 16 seqq.

τοῦτον, καταπαύσαντα Τυφῶνα] Secundum alios Typhonem interfecit Horus, patrem caesum ulturus, secundum alios Typhonem regno, quod occupaverat, deiecit. Conf. Diodor. I, 21. 88. Plutarch. de Is. et Osir. p. 380, D et quae plura citat Iablonsk. panth. Aeg. III p. 40. Add. Hirt. über Gegenstände d. Kunst b. d. Aegypt. l. l. pag. 158 seq. 164 seqq. Pertinent vero haec ad doctrinam illam sacerdotalem, quae ad historiae formam ea effinxit, quae ad physicas, astronomicas adeoque metaphysicas notiones vulgo referuntur. Atque Horum modo diximus esse solem in solstitio aestivo, cuius vi salutifera quaecunque in terrae solo inclusa tenentur, in lucem proferuntur et ad maturitatem perducuntur. Cui quaecunque obstant in terra atque aëre, ea Typhonis nomine ac notione comprehenduntur et Typhonis in daemoniacam speciem quasi coalescunt. Inde Typhon intemperatus omnis rerum naturalium excessus; inde ardor, foetor, pestis, angor et fatalis obitus; inde vel animi quaevis perversitas, animique quodvis vitium, fausta omnia atque infausta. Haec qui teneat, iam intelliget, quid sacerdotes spectarint docentes Typhonem ab Horo vel interemtum vel regno deiectum esse. Plura Creuzer. comm. Herodd. pag. 288, qui nunc addit Sturz. ad Hellanici fragm. pag. 44. Et conf. quae ad II, 61 notata sunt.

καταπαύσαντα] De verbo *καταπαύειν* (*regno* aliquem *deiicere*) monet Wesselingius ad h. l. citans Herod. VI, 43. VII, 105. II, 162.

Ὄσιρις δέ ἐστι Διόνυσος κατὰ Ἑλλάδα γλῶσσαν] Vide supra II, 42 ibiq. not. et II, 50 ibiq. not. De ipso *Osiridis* nomine plurima suppeditabit Iablonsk. panth. Aeg. II, 1 §. 10 seq. 15 seq. vocc. Aegyptt. pag. 188.

145

Vetustissimam apud Aegyptios aetatem esse Panis: mediam, Herculis; [2, 43] minimam, Bacchi: apud Graecos Bacchus natus circiter ann. 1544; Hercules circiter a. 1384; Pan, tempore aliquo post a. 1284.

Ἐν Ἕλλησι μέν νυν νεώτατοι τῶν θεῶν νομίζονται εἶναι Ἡρακλῆς τε καὶ Διόνυσος καὶ Πάν· παρ' Αἰγυπτίοισι δὲ Πὰν μὲν ἀρχαιότατος, καὶ τῶν ὀκτὼ τῶν πρώτων λεγομένων θεῶν· Ἡρακλῆς δὲ τῶν δευτέρων, τῶν δυώδεκα λεγομένων εἶναι· Διόνυσος δὲ, τῶν τρίτων, οἳ ἐκ τῶν δυώδεκα θεῶν 2 ἐγένοντο. Ἡρακλέϊ μὲν δὴ ὅσα αὐτοὶ Αἰγύπτιοί φασι εἶναι ἔτεα ἐς Ἄμασιν βασιλέα, δεδήλωταί μοι πρόσθε· Πανὶ δὲ ἔτι τούτων πλέονα λέγεται εἶναι,

---

Cap. CXLV.

ἐν Ἕλλησι μέν νυν νεώτατοι τῶν θεῶν νομίζονται κ. τ. λ.] Comparanda sunt, quae ad II, 43 et 46 adscripsimus simulque adiicienda, quae de triplice ordine deorum Aegyptiorum, primorum (octo), alterorum (duodecim), tertiorum, in quibus ipse Osiris-Dionysus est, disseruit Creuzerus comm. Herr. p. 205 seqq. „Habet nimirum huiusmodi doctrina hoc singulare, ut quae hodieque ad metaphysicas, physicas, astronomicas inprimis rationes rediguntur, ea sacerdotalis ratio ad historiae quandam speciem effingat. Hinc omnia illa quae hominum memoriam excedunt, dispescuntur per *regna deorum* (*βασιλείας θεῶν*). Videlicet ponunt prisci sacerdotes copiam quandam aetatum, quae per temporum decursum invicem se excipiunt. In principio et quasi in rerum omnium culmine locant vel unum vel plures deos supremi ordinis et solà mentis cogitatione informandos. Hos sequuntur dii alteri, inferiores illis primis, sed in quibus tamen et ipsis vera vis divinitatis, qua illi primi censentur, insit; et sic porro diversis gradibus procedente ordine. Hoc pacto fit, ut summum numen et tanquam ipsa divinitas propagine suà deorum per labentes aetates sese explicet, *et, licet* per se summa, ad infima tamen omnia nec minus pertineat. In extremum autem gradum progressa, quadam sui parte implicatur inferiorum rerum vicissitudine, rerum fluxarum gurgite immergitur, et mortalia adeoque mortem subit, ita tamen, ut, quia nunquam *potest* a se ipsa desciscere, *vi* perennis suae divinitatis reviviscat et perpetuitatis rerum naturalium auctor sit.“ Tu hisce adde, quae ab eodem viro disputata leguntur in Symbol. I pag. 517 seqq. coll. Görres. Mythengeschichte pag. 412 seqq.

δεδήλωταί μοι πρόσθε] Vid. supra II, 43. De dativi usu (*Ἡρακλέϊ μὲν δὴ κ. τ. λ.*) monuit Matth. Gr. Gr. p. 712.

Διονύσῳ δ' ἐλάχιστα τούτων· καὶ τούτῳ πεντακισ-
χίλια καὶ μύρια λογίζονται εἶναι ἐς Ἄμασιν βασι-
3 λέα. καὶ ταῦτα Αἰγύπτιοι ἀτρεκέως φασὶ ἐπίστασθαι,
αἰεί τε λογιζόμενοι, καὶ αἰεὶ ἀπογραφόμενοι τὰ ἔτεα.
4 Διονύσῳ μέν νυν τῷ ἐκ Σεμέλης τῆς Κάδμου λε-
γομένῳ γενέσθαι, κατὰ ἑξακόσια ἔτεα καὶ χίλια
μάλιστά ἐστι ἐς ἐμέ· Ἡρακλέϊ δὲ τῷ Ἀλκμήνης, κα- 175
5 τὰ εἰνακόσια ἔτεα· Πανὶ δὲ τῷ ἐκ Πηνελόπης, (ἐκ

κατὰ ἑξακόσια ἔτεα καὶ χίλια μάλιστά ἐστι ἐς ἐμέ] In hisce numeris vitium latere Wesseling. aliique contendunt. Cum enim ab Hercule ad Herodotum anni nongenti fere abierint, Hercules autem a Baccho nonnisi quinque generationibus disiunctus sit (prouti ex Apollodoro, Diodoro, aliunde cognitum sit), in Herodoti textu refingendum esse: *κατὰ ἑξήκοντα ἔτεα καὶ χίλια* i. e. *annos ferme mille et sexaginta;* quippe quo annorum numero exacte reddatur nongentorum annorum spatium additis quinque generationibus, quae secundum ea, quae II, 142 tradantur, centum fere et sexaginta consumment annos. Videtur utique probabilis haecce emendatio, a pluribus cupide arrepta; laudo tamen equidem Schweighaeuseri religionem, qui vulgatam libris scriptis omnibus probatam, intactam relinquere maluit, quam in istiusmodi numeris quidquam mutare. — De usu praepositionis *κατὰ* confer Matth. Gr. Gr. pag. 1154.

Ἡρακλέϊ δὲ τῷ Ἀλκμήνης, κατὰ εἰνακόσια ἔτεα] Si Spartanorum regum Heraclidarum generationes computes, erunt *viginti et una;* quae ex ipsius Herodoti computu efficiunt annos *septingentos*, nec vero *nongentos*, ut h. l. affirmat. Sed Niebuhrio auctore (über die Armen. Chronik d. Euseb. p. 48 sive kleine histor. Schriften I pag. 196) Herodotus non solum Graecorum heroum stirpes respicit, sed etiam Assyriorum reges, primamque Lydorum regum dynastiam (conf. I, 7), et ipsam Herculei generis. Atqui Heraclidae cum per quingentos annos Lydiae imperarint, Mermnadae subsecuti regnum tenuere per centum septuaginta annos, a quo tempore usque ad Herodoti aetatem sunt centum duodetriginta anni; quibus omnibus computatis, simulque additis tribus generationibus sive centum annis intra Herculem ipsum atque Agronem, existit utique summa annorum nongentorum trium Herodoteaeque computationis certa stat ratio.

Πανὶ δὲ τῷ ἐκ Πενελόπης κ. τ. λ.] Pana Mercurii atque Penelopae filium memorat Cic. de nat. deor. III, 22, ubi aliorum testimonia attulerunt Davi-

ταύτης γὰρ καὶ Ἑρμέω λέγεται γενέσθαι ὑπὸ Ἑλλήνων ὁ Πάν·) ἐλάσσω ἔτεά ἐστι τῶν Τρωϊκῶν,
146 κατὰ τὰ ὀκτακόσια μάλιστα ἐς ἐμέ. Τούτων ὦν ἀμφοτέρων πάρεστι χρᾶσθαι τοῖσί τις πείσεται λεγομένοισι μᾶλλον· ἐμοὶ δ' ὦν ἡ περὶ αὐτῶν γνώμη 2ἀποδέδεκται. εἰ μὲν γὰρ φανεροί τε ἐγένοντο καὶ κατεγήρασαν καὶ οὗτοι ἐν τῇ Ἑλλάδι, κατάπερ Ἡρακλέης ὁ ἐξ Ἀμφιτρύωνος γενόμενος, καὶ δὴ καὶ Διόνυσος ὁ ἐκ Σεμέλης, καὶ Πὰν ὁ ἐκ Πηνελόπης γενόμενος, ἔφη ἄν τις, καὶ τούτους ἄλλους, ἄν-

Herodoti Aegyptiorum opinio de ortu horum Deorum apud Graecos.

---

sius atque Creuzerus. Tu vid. inprimis Luciani locum in dialog. deor. XXII pag. 76 Bip. ibique Hemsterhus. p. 319 seq. et quae de universo hoc argumento disputavit Creuzerus in Symbol. III p. 241 seqq. 243 seqq. Est vero hic cogitandum de *Pane*, qualem indicavimus deum in not. ad Herod. II, 46, atque de *Mercurio Ithyphallico*, de quo diximus ad II, 51. Penelopam autem tradunt virginem, antequam Ulyxi nupserit, magicis artibus a Mercurio captam et ab eodem, qui *hirci* speciem assumsisset, compressam fuisse. Ubi Penelope eum fere locum tenere videtur, quem in similis argumenti fabulis et Pasiphaë et Proserpina adeoque ipsa Helena tenere dicuntur. Nolo nunc plura afferre, quae melius e Creuzeri libro l. l. cognosci poterunt.

κατὰ τὰ ὀκτακόσια μάλιστα ἐς ἐμέ] Inde Pana anno 1260 a. Chr. n. editum ponit Larcher. t. VII p. 359.

Cap. CXLVI.

τούτων ὦν ἀμφοτέρων πάρεστι κ. τ. λ.] *ταῦτα ἀμφότερα* intelligit utramque illam rationem, qua deos Graecos ex Aegypto advectos esse alii statuebant, alii negabant. Vid. *supra* II, 43 seqq. Herodoti *ipsius* eam fuisse sententiam manifestum est, ut antiquissimi fuerint Aegyptiorum dii, in Graeciam postmodo delati, ubi eo ipso tempore nati nominaque accepisse putabantur, quo ex Aegypto allati fuerint. — *αὐτῶν* cum Gaisf. edidi pro *αὐτέων*.

καὶ τούτους ἄλλους, ἄνδρας γενομένους] *τούτους ἄλλους* *hosce alios* intelligit posteriores deos priorum illorum (Aegyptiorum eorumque antiquissimorum) cognomines. Cum Gaisf. scripsi *ἄνδρας γενομένους* (i. e. *cum homines facti essent*) inverso ordine. Nec opus cum Toupio (vid. Larcheri not.) legere: *καὶ τούτους ἄλλως*

δρας γενομένους, ἔχειν τὰ ἐκείνων οὐνόματα τῶν
3 προγεγονότων θεῶν. νῦν δὲ Διόνυσόν τε λέγουσι οἱ Ἕλληνες, ὡς αὐτίκα γενόμενον ἐς τὸν μηρὸν ἐνεῤῥάψατο Ζεύς, καὶ ἤνεικε ἐς Νύσαν τὴν ὑπὲρ Αἰγύπτου ἐοῦσαν ἐν τῇ Αἰθιοπίῃ· καὶ Πανός γε πέρι οὐκ ἔχουσι εἰπεῖν ὅκῃ ἐτράπετο γενόμενος.
4 δῆλά μοι ὦν γέγονε, ὅτι ὕστερον ἐπύθοντο οἱ Ἕλληνες τούτων τὰ οὐνόματα, ἢ τὰ τῶν ἄλλων θεῶν·

γενομένους ἄνδρας i. e. *non nisi homines*, *meros homines*.

τῶν προγεγονότων θεῶν] De hac Herodoti argumentatione ita monet Schweigh. ad h. l.: „Negari non potest, *Herculem Dionysum* atque *Panem* deos esse multo antiquiores illa aetate, qua nati in Graecia feruntur viri illorum cognomines, quos ut deorum choro adscriptos colunt Graeci: adeoque constat, esse hos multo recentiores. Iam si priscis temporibus noti fuissent Graecis *Hercules* aliquis et *Dionysus* et *Pan*, dii qui inter Graecos regnassent; tum hi, qui hos deos ex Graecia ipsa, non ex Aegypto, repetendos statuunt, dicere possent, recentiores hos, *alterum Herculem*, *alterum Dionysum*, *alterum Panem*, priscorum illorum nomina et honores occupasse. Atqui antiquior apud Graecos *Hercules*, quam Amphitryonis filius, nemini notus est, *Dionysus* vero et *Pan*, non modo prisci, Graecis ignoti; sed ne recentiores quidem hi, quos colunt, satis illis noti sunt, ac fere peregrini (nisi quod in Graecia nati putantur) ab illis habentur. Unde colligi par est, trium priscorum deorum, *Herculis*, *Dionysi* atque *Panis* nomina et cultum nonnisi eis fere temporibus primum innotuisse Graecis, quibus natos in Graecia esse hosce recentiores istorum cognomines constat." —

ὡς αὐτίκα γενόμενον] Conf. Matth. Gr. Gr. pag. 1114.

καὶ ἤνεικε ἐς Νύσαν] Conf. Herod. III, 97 et Diodor. I, 15 ibique Wesseling. Urbem *Nysam* sive *Nyssam* (ut aliis placet) qui in ipsa Aethiopia sitam hoc loco quaerunt, eos frustrari putem. Conf. Schlichthorst. l. l. pag. 175 seq. Nam ad sacram de Baccho doctrinam sacerdotalem haec pertinent et ex ea sola illustrari poterunt. Nec ulla hinc invenitur terra, in qua non sacra Bacchi urbs, *Nysa*, fuerit collocata. Plura Creuzer. in Symbol. III p. 101 seqq. 135. IV pag. 237. — Ad verba: ἐς τὸν μηρὸν ἐνεῤῥάψατο Ζεύς similes aliorum hac in re locutiones attulit Wesselingius: Aristidis in laud. Dionys. I p. 29. Apollodor. III, 4, 3. Orph. hymn. XLVII, 3.

ἀπ' οὗ δὲ ἐπύθοντο χρόνου, ἀπὸ τούτου γενεηλογέουσι αὐτῶν τὴν γένεσιν. Ταῦτα μέν νυν αὐτοὶ Αἰγύπτιοι λέγουσι.

147 Ὅσα δὲ οἵ τε ἄλλοι ἄνθρωποι καὶ Αἰγύπτιοι λέγουσι, ὁμολογέοντες τοῖσι ἄλλοισι, κατὰ ταύτην τὴν χώρην γενέσθαι, ταῦτ' ἤδη φράσω· προσέσται 2 δέ τι αὐτοῖσι καὶ τῆς ἐμῆς ὄψιος. Ἐλευθερωθέντες Αἰγύπτιοι μετὰ τὸν ἱρέα τοῦ Ἡφαίστου βασιλεύ-

Notitia rerum in Aegypto dehinc gestarum, iam certior: XII reges creati ab a. 671, Aegyptum in totidem partes divisam regunt: eorum inter se pacta, et metus ex oraculo.

ταῦτα μέν νυν — λέγουσι] *ταῦτα μέν νυν* spectant ad ea, quae de deorum regnis in terra ac de tribus deorum ordinibus antea enarrata erant.

Cap. CXLVII.

καὶ τῆς ἐμῆς ὄψιος] Conf. II, 99 init. — Videtur autem Herodotus ipse indicare velle, quae iam narraturus sit, ea magis ad historiae fidem accedere et pro certioribus esse habenda, ut bene notat Heerenius Ideen etc. II p. 398.

ἐλευθερωθέντες Αἰγύπτιοι κ. τ. λ.] Neque in his, quae iam certiora ponit Herodotus, prorsus sibi constans rerum historia. Atque Diodorus I, 66 post Sabaconem refert anarchiam per biennium fuisse; quo tempore cum ad tumultus plebs esset conversa, duodecim inter se duces coniuratos imperium acquisivisse illudque, prouti convenerant, communiter per quindecim annos tenuisse. Apud Manethonem nulla huius dodecarchiae, quae dicitur, mentio; sed novem reges Saitae memorantur, quorum quartus dicitur Psammitichus. Tu conf. Beck. allgem. Weltgeschichte I pag. 693. 720 seq. Ipsum initium huius duodecim regum imperii Larcherus collocat in annum 671 a. Chr. n. (tom. VII pag. 111 seqq. coll. 107), qui idem probabiliorem censet Diodori narrationem, quâ non continuo Sethonis sacerdotis regnum duodecim isti reguli exceperint, sed biennio praeterlapso. Ac revera valde fit credibile, Sethone mortuo (ut qui sacerdos solium regium magis occupasse quam iure hereditario sive legitimo adscivisse videatur), magnam rerum conversionem in Aegypto factam fuisse, usque dum pace composita duodecim reguli constituerentur; quos e militum genere (Kriegerkaste) desumtos fuisse eo magis crediderim, quo ante Sethonem ex eadem gente reges electos fuisse satis probabile est. Nec tamen plura asseverarim in re tam obscura, testimoniorumque tanta inopia. Cf. Heeren. Ideen II, 2 pag. 396 seq.

σαντα, (οὐδένα γὰρ χρόνον οἷοί τε ἦσαν ἄνευ βασιλέος διαιτᾶσθαι,) ἐστήσαντο δυώδεκα βασιλέας,
3 δυώδεκα μοίρας δασάμενοι Αἴγυπτον πᾶσαν. οὗτοι ἐπιγαμίας ποιησάμενοι, ἐβασίλευον, νόμοισι τοισίδε χρεώμενοι, μήτε καταιρέειν ἀλλήλους, μήτε πλέον τι δίζησθαι ἔχειν τὸν ἕτερον τοῦ ἑτέρου, εἶναί τε
4 φίλους τὰ μάλιστα. τῶνδε δὲ εἵνεκα τοὺς νόμους τούτους ἐποιεῦντο, ἰσχυρῶς περιστέλλοντες· ἐκέχρητό σφι κατ' ἀρχὰς αὐτίκα ἐνισταμένοισι ἐς τὰς τυραννίδας „τὸν χαλκέῃ φιάλῃ σπείσαντα αὐτῶν ἐν „τῷ ἱρῷ τοῦ Ἡφαίστου, τοῦτον ἀπάσης βασιλεύ„σειν Αἰγύπτου.“ ἐς γὰρ δὴ τὰ πάντα ἱρὰ συνελέγοντο.

148 Καὶ δή σφι μνημόσυνα ἔδοξε λιπέσθαι κοινῇ· δόξαν δέ σφι, ἐποιήσαντο λαβύρινθον, ὀλίγον ὑπὲρ τῆς λίμνης τῆς Μοίριος, κατὰ Κροκοδείλων καλεομένην πόλιν μάλιστά κῃ κείμενον· τὸν

Labyrinthum aedificant, opus maius quam vel pyramides: eius 176 et pyramidis quam adiunctam habet, descriptio.

διαιτᾶσθαι] *Cr.* confert Valckenar. et Zeune ad Xenophont. memor. p. 87 (II, 3, 2 et I, 6, 2, ubi est *vivere*, *degere*, plane ut apud Herod. I, 120).

δυώδεκα μοίρας δασάμενοι Αἴγυπτον] Molestum *ἐς*, quod vulgo legebatur ante *δυώδεκα*, eieci cum edd. recentt. Tu confer praeter Schweigh. Matth. §. 419, 1 pag. 767.

εἶναί τε φίλους τὰ μάλιστα] Alibi dixit *ἐς τὰ μάλιστα*, ut I, 20. Plura Valckenar. ad VI, 65.

ἰσχυρῶς περιστέλλοντες] i. e. *magno studio observantes*, *tuentes has leges*. Sic *περιστέλλειν* III, 31. 82. IV, 80. In seqq. cum Gaisf. dedi *ἐκέχρητο*, probante Wesselingio, qui confert Herod. II, 151. III, 64. VII, 220. Vulgatam lectionem *ἐκέχρηστο* tuetur Schweigh. — *αὐτῶν* cum eodem Gaisford. edidi pro *αὐτέων*.

Cap. CXLVIII.

δόξαν δέ σφι, ἐποιήσαντο λαβύρινθον] Ad participium *δόξαν* conf. Viger. de idiotism. pag. 330 et ad *ἐποιήσαντο* Herod. II, 127. 129. De ipso labyrintho in excursu ad h. l. plura diximus.

κατὰ Κροκοδείλων καλεομένην πόλιν] „De hac urbe, quae etiam *Crocodilopolis* dicta itemque *Riom* (Faium) nec minus *Arsinoë* conf. Strab. XVII

2ἐγὼ ἤδη ἴδον λόγου μέζω. εἰ γάρ τις τὰ ἐξ Ἑλλή-
νων τείχεά τε καὶ ἔργων ἀπόδεξιν συλλογίσαιτο,
ἐλάσσονος πόνου τε ἂν καὶ δαπάνης φανείη ἐόντα
τοῦ λαβυρίνθου τούτου· καί τοι ἀξιόλογός γε καὶ
ὁ ἐν Ἐφέσῳ ἐστὶ νηὸς, καὶ ὁ ἐν Σάμῳ· ἦσαν μὲν
νυν καὶ αἱ πυραμίδες λόγου μέζονες, καὶ πολλῶν
ἑκάστη αὐτέων Ἑλληνικῶν ἔργων καὶ μεγάλων ἀν-
ταξίη· ὁ δὲ δὴ λαβύρινθος καὶ τὰς πυραμίδας ὑπερ-
3βάλλει. τοῦ γὰρ δυώδεκα μέν εἰσι αὐλαὶ κατάστε-

---

p. 811 s. 1165. Pococke descript. I, 59. Zoëga de obell. p. 242. 292 et Champoll. l'Eg. s. l. phar. I pag. 323—325. Nutriti ibi publice in lacubus sacri crocodili.“ Creuz. in commentt. Herodd. p. 85 not. Nunc urbis veteris rudera quaedam exstant prope urbem *Medinat el Fayoum* septentrionem versus, valdeque disiecta, cum Arabes optimos quosque lapides hinc ad novam urbem condendam avexerint. Videas Iomard. in descr. l. l. (vid. excurs.) sect. I §. 2. 3 p. 6 seqq. Ritter. Erdkund. I pag. 802 sq. Mannert. l. l. pag. 419.

ἤδη ἴδον λόγου μέζω] De locutione λόγου μέζω vid. II, 35. Vocula ἤδη, ut Schweigh. monet, spectat ad II, 147: ταῦτ' ἤδη φράσω· προσέσται δέ τι αὐτοῖσι καὶ τῆς ἐμῆς ὄψιος. — Ad verba: τὰ ἐξ Ἑλλήνων τείχεα praeter Wesselingium conf. Matth. Gr. Gr. pag. 1135.

ἔργων ἀπόδεξιν] Conf. not. ad prooem. et I, 207. II, 101. — In seqq. μεγάλων cum recentt. edidi pro μεγίστων.

αὐλαὶ κατάστεγοι] Vulgo vertunt: *aulae tecto opertae*; quod quoniam secum ipsum pugnat, quia αὐλή est *locus apertus*, *sub dio*, *apertum superne* et στέγη *opertum*, *tectum*, Wyttenbach. in selectt. histt. p. 355 ab Herodoto scriptum fuisse censet: αὐλαί τε καὶ στέγαι, ita ut *aulae* fuerint duodecim, totidemque tecta aedificia sive στέγαι; partes vero αὐλῆς esse vult παστάδας et ἐλιγμούς, partes στέγης esse οἰκήματα et διεξόδους. Vulgatae lectioni (quam sine libris mutare vix licebit) ita dudum patrocinatus erat Gronovius, ut intelligeret *aulas porticibus circumdatas* seu aulas non superne opertas, sed a latere porticibus ac parietibus cinctas et quasi tectas. Quae placuerunt Schweighaeusero, qui id ipsum disertius infra ab Herodoto declarari putat verbis: αὐλὴ ἑκάστη περίστυλος; nam στέγας esse porticus sive fornices, quos Strabo vocet κρυπτάς. At fornicibus sive arcubus affa-

γοι, ἀντίπυλοι ἀλλήλῃσι, ἓξ μὲν πρὸς βορέω, ἓξ δὲ πρὸς νότον τετραμμέναι συνεχέες· τοῖχος δὲ ἔξωθεν
4 ὁ αὐτός σφεας περιέργει. οἰκήματα δ' ἔνεστι διπλᾶ,

---

bre factis Aegyptios usos fuisse negat Zoëga de obell. p. 407 lubricumque esse iudicat cum Plinio solo stare, qui labyrinthum fornicibus tectum esse scribat h. n. XXXVI, 13. Ad Gronovii interpretationem accedere videtur Larcherus haec scribens: „αὐλαὶ κατάστεγοι ne sont pas des cours couvertes, mais des cours fermées par des murs. Cettes cours étoient ornées, chacune d'un péristyle, d'une colonnade de marbre blanc, αὐλὴ δὲ ἑκάστη περίστυλος λίθου λευκοῦ ἁρμοσμένου τὰ μάλιστα.“ Addamus denique hisce ea, quae scribit Letronne (annall. d. voyag. VI pag. 140 seqq.), ubi vulgatam lectionem αὐλαὶ κατάστεγοι minime mutandam ita exponit: „*aulae couvertes d'un toit*, non pas des cours découvertes, mais des édifices complets en eux-mêmes, entourés intérieurement de colonnes et couvertes d'un toit, comme le reste du labyrinthe.“

ἀντίπυλοι ἀλλήλῃσι] Explicat Letronne l. l.: *ayant leurs portes opposées les unes aux autres.* Neque vero aulas ita exstructas fuisse censet (p. 144), ut quadratum integrum illae retulerint; sed una linea — ἐφ' ἕνα στίχον omnes aedificatas esse cum Strabo tradat, hoc ita esse intelligendum, ut aulae sex priores septentrionem versus spectarint, reliquae sex illis adhaerentes et contiguae meridiem versus; unde totius aedificii exstiterit forma parallelogramma.

ἓξ μὲν πρὸς βορέω, ἓξ δὲ πρὸς νότον τετραμμέναι] Libri nonnulli βορῆν. Sed solet Noster utrumque ponere casum, et accusativum et genitivum. Vid. I, 84. II, 121 coll. 101. 149. III, 102. Ipsas aulas *duodecim* ad astronomicas rationes relatas vult Gatterer. in comm. societ. Gotting. vol. IX pag. 60 seq. probante Heeren. Ideen II, 2 pag. 158 not. Indicari enim tesseraria ratione solis meatum per duodecim signa Zodiaci totumque aedificium astronomiae in usum exstructum fuisse videri.

τοῖχος δὲ ἔξωθεν ὁ αὐτός σφεας περιέργει] i. e. *unus murus hasce aulas omnes extrinsecus includit.* Huius vero muri totum labyrinthi ambitum cingentis reliquias quasdam se reperisse testantur docti Galli; quamquam cetera fere omnia ruinis et arenâ oppleta sunt. Vide descript. de l'Eg. l. l. Mannert. l. l. pag. 443.

οἰκήματα δ' ἔνεστι διπλᾶ] οἰκήματα vulgo interpretantur *conclavia*, ut I, 9. 10. II, 100 etc. „Editores operis: descript. de l'Eg. vol. II p. 151 seq. οἰκήματα h. l. pro *cameris* (*chambres*) accipiunt, a quibus distin-

τὰ μὲν, ὑπόγαια, τὰ δὲ, μετέωρα ἐπ' ἐκείνοισι, τρισχίλια ἀριθμὸν, πεντακοσίων καὶ χιλίων ἑκάτερα. τὰ μέν νυν μετέωρα τῶν οἰκημάτων αὐτοί τε ὁρέομεν διεξιόντες, καὶ αὐτοὶ θεησάμενοι λέγομεν· τὰ δὲ αὐτῶν ὑπόγαια λόγοισι ἐπυνθανόμεθα. οἱ γὰρ ἐπεστεῶτες τῶν Αἰγυπτίων δεικνύναι αὐτὰ οὐδαμῶς ἤθελον, φάμενοι θήκας αὐτόθι εἶναι τῶν

---

guunt οἴκους (*des salles spacieuses*).“ Cr. Sed οἴκους, quos in labyrinthi descriptione vocat Strabo, non alios esse atque οἰκήματα apud Herodotum monet Letronne l. l. p. 147, qui idem p. 143 vocem ἔνεστι h. l. minime ad duodecim aulas, sed ad labyrinthum universum spectare censet, ita ut duodecim aulae in medio aedificio sint collocandae, cinctae circumcirca his mille quingentis conclavibus, per quae ad ipsas aulas fuerit introitus. At refragari videntur verba: διὰ τῶν αὐλέων, de quibus infra.

τρισχίλια] *Tria millia* conclavia spectare videntur ad animae meatum sive reditum ex humano corpore in regiones coelestes; qui reditus *trium millium* annorum spatio absolvitur. Conf. II, 123 ibiq. nott. Creuz. Symbol. I p. 377. — In seqq. cum Gaisford. dedi αὐτῶν pro αὐτέων.

φάμενοι θήκας αὐτόθι εἶναι κ. τ. λ.] θήκας *conditoria* dicit, *sepulcra*. Vid. II, 67. Labyrinthum regibus sepeliundis destinatum fuisse indeque monumentis Aegyptiorum sepulcralibus accensendum esse plures retulerunt, quamquam nostra aetate alii aliter statuerunt. Vid. modo Beck. Weltgesch. pag. 722. Letronne l. l. pag. 154. Templum et curiam fuisse putat Zoëga de obeliscc. pag. 417 not. 9, commotus potissimum Strabonis verbis XVII p. 1165. 1135 et Plinii h. n. XXXVI, 13, illud vero adiiciens, quicunque labyrinthi conditor fuerit, eum sepulcrum habuisse videri sub *pyramide*, quae aedificio erat adiecta (vid. p. 417 not. 10 l. l.). Mannerto (Geogr. d. Gr. u. Röm. X, 1 pag. 440) palatium haud vulgare fuisse videtur — ein Prachtgebäude von ganz eigner Art —, quod tamen reges minime habitarint, cum haudquaquam aptum fuerit ad habitandum. Galli *docti* (vid. l. l. pag. 40) *haud* quidem negant et reges et crocodilos sacros in labyrintho sepeliri potuisse adeoque nonnullos revera sepultos videri; minime tamen eum in usum unice exstructum videri, cum potius temporum decursu ad varias res eius usus revocari potuerit. Quae cum ita sint, probabile videtur viris iisdem, labyrinthum fuisse locum, in quo Ae-

τε ἀρχὴν τὸν λαβύρινθον τοῦτον οἰκοδομησαμένων
6 βασιλέων, καὶ τῶν ἱρῶν κροκοδείλων. οὕτω τῶν
μὲν κάτω πέρι οἰκημάτων ἀκοῇ παραλαβόντες λέ-
γομεν· τὰ δὲ ἄνω, μέζονα ἀνθρωπηΐων ἔργων, αὐ-
7 τοὶ ὁρέομεν. αἵ τε γὰρ ἔξοδοι διὰ τῶν στεγέων,
καὶ οἱ ἑλιγμοὶ διὰ τῶν αὐλέων ἐόντες ποικιλώτατοι,

---

gyptii et convenerint et deliberaverint, communem illum quidem omnibus nomis, qui singuli suos hic invenerint deos bestiasque sacras; ut labyrinthus quasi pantheon fuerit Aegyptium. Equidem nolim quidquam decernere, quamquam sacris potius rebus (quas cum ipsa astronomia apud Aegyptios arcte coniunctas fuisse nemo nescit) quam publicis et civilibus negotiis peragendis tanta labyrinthi moles exstructa fuisse videtur.

τῶν τε ἀρχὴν — οἰκοδομησαμένων] *ἀρχὴν* interpretantur *penitus*, *von Grund auf;* conf. I, 9. Sed possis quoque reddere *olim*, ut I, 86, ubi vid.

καὶ τῶν ἱρῶν κροκοδείλων] Conf. II, 69 ibique nott. Ad *ἀκοῇ* conf. II, 123.

αἵ τε γὰρ ἔξοδοι διὰ τῶν στεγέων, καὶ οἱ ἑλιγμοὶ κ. τ. λ.] Scribit Wyttenbach. selectt. hist. p. 356: „Partes *αὐλῆς* sunt *παστάδες* et *ἑλιγμοί:* partes *στέγης* sunt *οἰκήματα* et *διέξοδοι*. *Aulae* erant duodecim, totidemque *tecta aedificia στέγαι:* ex *aula* per *ἑλιγμοὺς volumina viarum*, per *anfractus* et *curvas vias* [*passages tortueux* vertit Larcher. Apud Strabonem exstat: *σκολιαὶ ὁδοί*] accedebatur ad *παστάδας*, i. e. *atria στέγης*, deinceps in *οἰκήματα conclavia*, per quae erant *viae rectae*, certe *exitus non voluminum instar*, *διέξοδοι*.“ De *aulis* supra diximus. Vocem *παστάς* Larcherus interpretatur: „l'espace, ou plutôt les deux tiers de l'espace qui est entre les antes,“ prouti legitur apud Vitruv. de architect. VI, 10, de quo loco conferas Schneider. in epimetr. ad Xenoph. memorabb. p. 285 seqq., qui porticum ante aedes intelligere videtur. Apud Herodotum II, 169 fin. sunt, qui de *conclavi* s. *thalamo* (*chambre*, ut reddidit Larcherus) accipiant. Conf. caeterum Sturz. de dialect. Alexandr. pag. 108 seq. Praeterea Cr. conferri vult: „Böttiger. Archäolog. d. Maler. I p. 102 et eiusdem archäolog. Museum I pag. 102 atque Isis vesper. p. 119. Heyne in commentt. societ. Gotting. t. XV pag. 279.“ — Letronne l. l. pag. 138 *στέγην* atque *οἴκημα* (une *chambre*, une *pièce* haud differre ait, nec *παστάδας* alias esse atque *κρυπτὰς* apud Strabonem. Cum vero et *στέγαι* et *παστάδες* extra aulas fuerint,

θῶυμα μυρίον παρέχοντο ἐξ αὐλῆς τε ἐς τὰ οἰκή-
ματα διεξιοῦσι, καὶ ἐκ τῶν οἰκημάτων ἐς παστά-
δας, ἐς στέγας τε ἄλλας ἐκ τῶν παστάδων, καὶ ἐς
8 αὐλὰς ἄλλας ἐκ τῶν οἰκημάτων. ὀροφὴ δὲ πάντων
τούτων, λιθίνη, κατάπερ οἱ τοῖχοι· οἱ δὲ τοῖχοι,
τύπων ἐγγεγλυμμένων πλέοι. αὐλὴ δὲ ἑκάστη, πε-
ρίστυλος, λίθου λευκοῦ ἁρμοσμένου τὰ μάλιστα.
9 τῆς δὲ γωνίης τελευτῶντος τοῦ λαβυρίνθου ἔχεται 177
πυραμὶς τεσσερακοντόργυιος, ἐν τῇ ζῶα μεγάλα ἐγ-
γέγλυπται· ὁδὸς δ' ἐς αὐτὴν ὑπὸ γῆν πεποίηται.

---

praepositionem διά in verbis: διὰ τῶν αὐλέων idem exponit: *propter*, *praeter*. In quo me quidem haud assentientem habet vir doctissimus.

ὀροφὴ — λιθίνη] Wyttenbach. l. l.: „Hoc referendum ad proximum οἰκημάτων *conclavium;* haec enim, ut latera cincta habent parietibus, τοίχοις, ita superne tecta et operta sunt ὀροφῇ, *lacunari.*" — Ad verba: τύπων ἐγγεγλυμμένων πλέοι conf. II, 136.

αὐλὴ δὲ ἑκάστη περίστυλος] Vid. supra nott. ad voces αὐλαὶ κατάστεγοι. Et monet de voce περίστυλος Gail. in mém. de l'instit. VIII pag. 162 seq., quam, ubi αὐλή vel adiecta est, vel intelligitur, interpretatur: „cour, dans l'étendue de laquelle il y a des colonnes." Intelligenda igitur erit aula, peristylio circumdata sive porticu.

τῆς δὲ γωνίης — πυραμὶς τεσσερακοντόργυιος] Haud sine causa verba τῆς γωνίης Schweighaeuseri suspicionem movere videntur. Tu conf. I, 51. Atque auctor est Strabo (XVII p. 811, C s. 1165, C) in extremitate labyrinthi (ἐπὶ τέλει τῆς οἰκοδομίας ταύτης) pyramidem esse positam quadrangulam, cuius latus quodque quadringentorum ferme sit pedum cuiusque par altitudo. Ubi ab Herodoto dissentit, qui ducentos quadraginta pedes illi tribuit pyramidi, quam eundem videri scribit Zoëga de obelisc. p. 390 not. 24, quae a Plinio h. n. XXXVI, 12 commemoretur in nomo Arsinoite. Etiamnum servata illo loco dicitur haec pyramis, lateribus constructa sole coctis (cf. II, 136), superioribus partibus nunc valde laesa, ut centum nonaginta pedes tantummodo contineat. Vid. descript. de l'Eg. pag. 25. Ritter. Erdkund. I p. 797 seq.

ζῶα μεγάλα] ζῶα quae dicuntur, vid. not. ad II, 4.

149 Τοῦ δὲ λαβυρίνθου τούτου ἐόντος τοιούτου, θῶυμα μέζον παρέχεται ἡ Μοίριος καλεομένη λίμνη, παρ' ἣν ὁ λαβύρινθος οὗτος οἰκοδόμηται. τῆς τὸ περίμετρον τῆς περιόδου εἰσὶ στάδιοι ἑξακόσιοι

Lacus Moeridis, ipso labyrintho admirabilior: eius magnitudo: pyramides in ea duae, utraque colossum gestans: mensurae intervallorum: quantus ex lacu piscium proventus.

Cap. CXLIX.

παρέχεται ἡ Μοίριος καλεομένη λίμνη] Aliis scriptoribus est Μοίριδος λίμνη, *Moeridis* (prisci illius regis, qui lacum effecerit) *lacus*. Inter veteres praecipue consulendi sunt Strabo XVII p. 809 s. 1163 seq. Diodorus I, 52 coll. Pompon. Mel. I, 9. Plin. h. n. V, 9; nostra aetate omnium accuratissime de lacu disputavit Iomard. in: „mém. sur le lac de Moeris comparé au lac de Fayoum“ descript. de l'Eg. antiqq. livr. I p. 79 seqq. coll. livr. III (t. II) chap. XVII sect. III p. II §. 1 pag. 27 seq. Add. Mannert. Geogr. der Gr. u. Röm. X, 1 p. 422 seq. et praecipue Ritter. Erdkund. I pag. 803 seqq. Ac videtur naturâ quidem fuisse lacus, qui arte humana accedente post eum in ambitum crevit, quem Herodotus aliique praedicant. Vid. Wesseling. ad Diodor. I, 51. Cernitur adhuc lacus, nomine *Birket-el-Keroun*, septentrionem versus ab urbe Medinat el Fayoum proficiscentibus in ipso Libyae deserto, specie valde mutatâ ambituque vehementer deminuto. Qui enim olim ambitum quadraginta milliariorum Gallicorum (lieues) habuisse videtur, ita ut lacum Lemanum fere aequaret, is viginti quinque milliaria Gallica vix ambitu nunc aequare dicitur, quamquam in ipsis terris adiacentibus, quae nunc incultae sunt, et meridiem et septentrionem versus a lacu adhuc comparent vestigia, quae hanc terram aquis olim obtectam fuisse ostendunt. Conf. Iomard. l. l. pag. 84 seq. Cum enim olim maior aquarum vis e Nilo per canalem in lacum esset deducta (quo ipso spectarunt Aegyptii, ut et alias regiones nimiâ aquarum copiâ laborantes liberarent, et alias aquarum inopiâ laborantes fertiliores redderent; cf. Ritter. l. l. p. 807), ut campos adiacentes inundaret aquarum copia, nunc multo minor aquarum vis per Iosephi, qui dicitur, canalem ex Nilo intrare dicitur, unde accedente quoque continua exhalatione, lacum magis magisque diminui credibile fiat. Documento est ipsa lacus aqua salsa, quae antiquitus nulla in eo fuisse videtur, cum multos crocodilos ille aleret, quos in aqua salsa omnino non invenias. Confer Mannertum l. l. pag. 428 seq. Sed piscibus abundare lacum probavit nuper L. de Laborde in revue française 1829 janv. pag. 67.

τῆς τὸ περίμετρον τῆς περιόδου εἰσὶ κ. τ. λ.] De plurali

καὶ τρισχίλιοι, σχοίνων ἑξήκοντα ἐόντων· ἴσοι καὶ
2 *αὐτῆς Αἰγύπτου τὸ παρὰ θάλασσαν. κέεται δὲ μα-*
κρὴ ἡ λίμνη πρὸς βορῆν τε καὶ νότον, ἐοῦσα βά-
θος, τῇ βαθυτάτη αὐτὴ ἑωυτῆς, πεντηκοντόργυιος.
3 *ὅτι δὲ χειροποίητός ἐστι καὶ ὀρυκτή, αὐτὴ δηλοῖ.*

εἰσί conf. II, 16. 124. Ad argumentum conf. not. ad II, 6. De ipso lacus ambitu modo diximus. Monet vero Mannert. l. l. p. 426 seq., si schoenos intellexeris triginta stadiorum, existere summam quadraginta quinque milliariorum geographicorum, quae a Plinii sententia non valde recedat ambitum lacus scribentis ducentorum quinquaginta milliariorum Romanorum, quae ipsa quinquaginta milliaria geographica efficiant. Sed ante Mannertum Iomardus l. l. p. 85 contenderat, ab Herodoto, cuius mensuras reliqui scriptores maximam partem secuti sint, utrumque schoenorum genus confusum videri, cum, si minores schoenos intellexeris, summa proveniat stadiorum 1800; qui verus videatur fuisse lacus ambitus.

κέεται — καὶ νότον] i. e. *lacus a parte boreali et australi oblongus est.* Ita recte Schwgh. Sed Mannert. l. l. pag. 425 ita exponit: „In die Länge gestreckt, liegt der See an seiner Nord- und Südseite"! Disquirit haec Iomard. l. l. pag. 87. In lacum, qualis nunc est, haec minime quadrare vix negari poterit; sed veterem lacus situm et magnitudinem respicienti haec non a vero abhorrere videbuntur, ut bene notat *L.* de Laborde l. l. pag. 66.

τῇ βαθυτάτη αὐτὴ ἑωυτῆς] Conf. II, 124. Hanc vero quinquaginta ulnarum altitudinem repeti vult Mannert. l. l. p. 427 e pyramidibus, quae, ut incolae crediderint et Herodoto dixerint, quinquaginta ulnas ex aquis eminuerint, totidemque infra aquas pertinuerint. Herodoteas mensuras aequare ferme 92¼ metra (métres) s. 285 pedes Gallicae mensurae ait Iomardus l. l. pag. 97 coll. *p.* 99, ubi eorum meminit, *qui hanc* profunditatem lacus talem revera fuisse negarunt.

ὅτι δὲ χειροποίητός ἐστι — αὐτὴ δηλοῖ] Contra Strabo XVII p. 1163 natura prodit lacum effectum esse, qui olim cum ipso mari fuerit coniunctus. Et sane arctioribus finibus circumscribenda Herodoti *sententia*, cum in loco tam plano atque profundo iam primitus aquas subsedisse verisimillimum sit nec quisquam universum lacus alveum operâ humanâ effossum esse facile sibi persuaserit, qui, quo terra effossa coniici potuerit, secum reputaverit. Quare ea tantum pars, ut monet Ritter. l. l. pag. 800, arte facta videtur, qua orientem versus coniungebatur lacus

ἐν γὰρ μέσῃ τῇ λίμνῃ μάλιστά κῃ ἑστᾶσι δύο πυραμίδες, τοῦ ὕδατος ὑπερέχουσαι πεντήκοντα ὀργυιὰς ἑκατέρη, καὶ τὸ κατ' ὕδατος οἰκοδόμηται ἕτερον τοσοῦτο· καὶ ἐπ' ἀμφοτέρῃσι ἔπεστι κολοσσὸς
4 λίθινος, κατήμενος ἐν θρόνῳ. οὕτω αἱ μὲν πυραμίδες εἰσὶ ἑκατὸν ὀργυιέων, αἱ δ' ἑκατὸν ὀργυιαὶ δίκαιαί εἰσι στάδιον ἑξάπλεθρον· ἑξαπέδου μὲν τῆς ὀργυιῆς μετρεομένης, καὶ τετραπήχεος· τῶν ποδῶν μὲν τετραπαλαίστων ἐόντων, τοῦ δὲ πήχεος, ἑξα-

---

cum Nili aqua s. cum Bahr bela mâ („Herodot's Angabe gilt nur von dessen — des Sees — östlicher Communication mit dem Nilwasser, nämlich diesem Bahr bela mâ"). Conf. etiam Mannert. l. l. pag. 423 et Iomard. l. l. pag. 97 seqq.

ἑστᾶσι δύο πυραμίδες] Harum pyramidum nullum nunc vestigium superesse testatur Iomard. l. l. pag. 98, ubi vid. Accedit recentissimi peregrinatoris testimonium, qui in insula El Horn, quae medio in lacu nunc conspicitur, frustra pyramidum vestigia se quaesivisse testatur. Vid. L. de Laborde l. l. p. 69.

αἱ δ' ἑκατὸν ὀργυιαὶ δίκαιαί εἰσι στάδιον ἑξάπλεθρον] Interpretatur Schweigh. (in lexic. Herod.): *centum iustae orgyiae sunt stadium sex iugeris constans; s. centum orgyiae aequant* (exacte efficiunt) *stadium sex iugera continens.* Atque haud scio an huc spectet grammatici veteris glossa, quâ *δίκαιον μέτρον* apud Herodotum sit idem atque *τὸ ἴσον*. Conf. Bekker. anecdd. I pag. 90. Iomardus (descr. de l'Eg. ant. I, 3 livr. pag. 670 not.) de usu vocis *δίκαιος* in hisce ita statuit: „en Egypte il paroît qu'on appeloit *juste* le stade, qui résultoit de la mesure du degré dans ce pays." Herodoteo loco iure utitur Wurm. de pondd. Graecc. et Romm. pag. 91. Hinc enim patet, stadium constare sex plethris, quae centum orgyias et sexcentos pedes aequant; nam plethrum centum constat pedibus, orgyia sex pedibus sive quatuor cubitis; cubitus, qui unum pedem alteriusque dimidium continet, sex comprehendit palaestras, quarum quatuor unum pedem constituunt. Conf. etiam Herod. II, 168 et Dahlmann. in Herod. pag. 93 — 95, qui hoc bene monere videtur, Herodotum non aliis alio loco uti mensuris, sed semper iisdem. Add. Iomard. descript. de l'Eg. ant. I, 3 livr. pag. 613 seqq. coll. 683 seq. 634 seqq. Itaque non erat, cur nostro in loco haereret Zoëga de obeliscc. p. 148 not. 12.

5 καλαίστου. Τὸ δὲ ὕδωρ τὸ ἐν τῇ λίμνῃ, αὐθιγενὲς μὲν οὐκ ἔστι· ἄνυδρος γὰρ δὴ δεινῶς ἐστι ταύτῃ· ἐκ τοῦ Νείλου δὲ κατὰ διώρυχα ἐσῆκται, καὶ 65
ἓξ μὲν μῆνας ἔσω ῥέει ἐς τὴν λίμνην, ἓξ δὲ μῆνας
6 ἔξω ἐς τὸν Νεῖλον αὖτις. καὶ ἐπεὰν μὲν ἐκρέῃ ἔξω, ἡ δὲ τότε τοὺς ἓξ μῆνας ἐς τὸ βασιλήϊον καταβάλλει ἐπ' ἡμέρην ἑκάστην τάλαντον ἀργυρίου ἐκ τῶν

αὐθιγενὲς μὲν οὐκ ἔστι] i. e. *indidem natus, ex ipsa terra quasi ortus*. Conf. Herod. IV, 180 coll. 48. Haec et quae continuo adiiciuntur de regionis siccitate, verissima inveniri testatur Iomard. l. l. pag. 99.

κατὰ διώρυχα ἐσῆκται] Iste canalis, qui praecipue ambitum lacus auxisse videtur, e Nilo deductus erat in lacum per fauces τοῦ *El Lahoun*, uti nunc vocant, ubi adhuc invenitur canalis *Bahr Iouseph*, minor ille quidem et recentiori aetate confectus. Vid. Iomard. l. l. p. 80 seq. 100 seq. et Ritter. l. l. I pag. 807, qui hoc praeterea addit: per hunc canalem, quo aqua ex Nilo in Moeridis lacum deducebatur, minime relapsam fuisse abundantem aquam ex lacu in Nilum; hoc factum videri aliâ viâ ad orientalem lacus partem, ubi nunc regio exsiccata, nomine *Bahr-Bela-mâ* i. e. *mare sine aqua*, eoque Strabonis narrationem referendam esse, qui duo ostia commemoret, alterum, quo in lacum intret Nili aqua; alterum, quo e lacu abeat. Vid. ibid. p. 799 seq. 860 coll. Mannert. p. 443. De Bahr-Bela-mâ conf. supra not. ad II, 10.

ἐς τὸ βασιλήϊον καταβάλλει κ. τ. λ.] τὸ βασιλήϊον *de regis aerario* recte accepit Valckenar. laudans Diodor. II, 40. 41. XI, 67. XX, 4 etc. Idem Diodorus I, 52 cum scribat hoc vectigal reginae datum fuisse ad ornatum (πρὸς μύρα καὶ τὸν ἄλλον καλλωπισμόν — confer not. ad Herod. II, 98), *malim* equidem hic cogitare *de uxore* Persici satrapae, qui et ipse rex dicebatur. Vid. not. ad II, 98. Quare de fisco Persarum hic cogitandum erit, neque de Pharaonum regali, quemadmodum accepisse locum video Heeren. Ideen II, 2 pag. 345. Ipsa vero pecuniae summa (quam veram fuisse statuit Mannert. l. l. p. 427) si ad *nostros numos* revocatur, existit *summa* thalerorum quadringentorum octoginta duorum, additis aliquot grossis, modo Atticum intelligas talentum, quod sexaginta minis constat. Conf. Wurm. l. l. pag. 207. Iomardus l. l. p. 92 hinc annuum reditum e piscium captura constituit talentorum ducentorum quadraginta sive 1,800,000 francs. Quod vero

ἰχθύων· ἐπεὰν δὲ ἐσίῃ τὸ ὕδωρ ἐς αὐτήν, εἴκοσι
150 μνέας. Ἔλεγον δὲ οἱ ἐπιχώριοι καὶ ὡς ἐς τὴν Σύρτιν τὴν ἐς Λιβύην ἐκδιδοῖ ἡ λίμνη αὕτη ὑπὸ γῆν, τετραμμένη τὸ πρὸς ἑσπέρην ἐς τὴν μεσόγαιαν
2 παρὰ τὸ ὄρος τὸ ὑπὲρ Μέμφιος. Ἐπεί τε δὲ τοῦ ὀρύγματος τούτου οὐκ ὥρεον τὸν χοῦν οὐδαμοῦ

Lacum subterraneo meatu in Syrtin exire: terram effossam, iactam esse in Nilum; fures qui Sardanapalli thesauros Nini compilassent, idem fecisse.

---

docti Galli contendunt, nullos pisces, qui olim tam frequentes fuerint, adhuc in lacu versari, ob salsam opinor lacus aquam et Nili vivam aquam non amplius in lacum immissam, ita ut pisces in Nilo retineantur, in eo egregie lapsi sunt, monente recentissimo peregrinatore, qui ipse pisces gustavit in lacu captos pluresque piscatorum familias ex piscium captura alimentum sibi quaerere refert. Vectigal annuum, quod nunc inde solvitur fisco, tredecim est marsupiorum, quorum quodque continet 164 francs monetae Gallicae. Vid. L. de Laborde l. l. pag. 67.

Cap. CL.

καὶ ὡς ἐς τὴν Σύρτιν τὴν ἐς Λιβύην κ. τ. λ.] Reliqui *ἐς Λιβύην*, cuius loco e libris quibusdam Schweigh. et Gaisford. ediderunt *ἐν Λιβύῃ*, quod correctoris manum nobis prodere videbatur. Vid. Matthiae Gr. Gr. pag. 1193. Ipsam Herodoti narrationem de aqua lacus sub terra effluente ad fabulas revocatam vult Mannert. l. l. pag. 427. Quo cautius Minutoli (Reise nach d. Tempel des Jupp. Amm. pag. 191) de artis quodam opere rarius adhibito (*Schleussenwerk*), quo aqua in Nili alveum Libycum s. Bahr-Bela-ma (vid. not. ad II, 10. 149) deducta fuerit, cogitari posse indicat. Verba sequentia: *τετραμμένη τὸ πρὸς ἑσπέρην ἐς τὴν μεσόγαιαν παρὰ τὸ ὄρος τὸ ὑπὲρ Μέμφιος* accurate convenire in locum, qui nunc dicitur *Tamyeh* scribit Iomardus l. l. pag. 87. Quod si verum est, aquas per eosdem canales, quibus in lacum immitterentur, refluxisse statuendum erit. Quare L. de Laborde l. l. pag. 66 in Herodoti loco eam convallem indicari existimat, quae a septentrione lacus sita, canalis per ipsam ducti vestigia adhuc praebeat et breviori atque faciliori vià aquas in planitiem Memphiticam ducere potuérit.

οὐκ ὥρεον τὸν χοῦν] *ὥρεον*, quantum scio, omnes libri. Alibi invenitur *ὅρεον*, II, 106. 148. IV, 134 etc. Eodem autem argumento de immensa terrae effossae copia, quae quonam eiici potuerit, intelligi nequeat, recentiores quoque usi sunt, quo lacum humana arte sola effici potuisse negarent. Vid. Ritter. l. l. pag. 800.

ἐόντα, ἐπιμελὲς γάρ δή μοι ἦν, εἰρόμην τοὺς ἄγχιστα οἰκέοντας τῆς λίμνης, ὅκου εἴη ὁ χοῦς ὁ ἐξορυχθείς. οἱ δὲ ἔφρασάν μοι ἵνα ἐξεφορήθη, καὶ εὐπετέως ἔπειθον· ᾔδεα γὰρ λόγῳ καὶ ἐν Νίνῳ τῇ 4 Ἀσσυρίων πόλι γενόμενον ἕτερον τοιοῦτο. τὰ γὰρ Σαρδαναπάλλου τοῦ Νίνου βασιλέος χρήματα, ἐόντα μεγάλα, καὶ φυλασσόμενα ἐν θησαυροῖσι κατα- 178
5 γαίοισι, ἐπενόησαν κλῶπες ἐκφορῆσαι. ἐκ δὴ ὦν τῶν σφετέρων οἰκίων ἀρξάμενοι οἱ κλῶπες, ὑπὸ γῆν σταθμεόμενοι ἐς τὰ βασιλήϊα οἰκία ὄρυσσον. 6 τὸν δὲ χοῦν τὸν ἐκφορεόμενον ἐκ τοῦ ὀρύγματος, ὅκως γένοιτο νὺξ, ἐς τὸν Τίγριν ποταμὸν, παραῤῥέοντα τὴν Νῖνον, ἐξεφόρεον· ἐς ὃ κατεργάσαντο 7 ὅ τι ἐβούλοντο. τοιοῦτον ἕτερον ἤκουσα καὶ τὸ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ λίμνης ὄρυγμα γενέσθαι· πλὴν οὐ νυκτὸς, ἀλλὰ μετ' ἡμέρην ποιεύμενον· ὀρύσσοντας γὰρ τὸν χοῦν τοὺς Αἰγυπτίους, ἐς τὸν Νεῖλον φορέειν· ὁ δὲ, ὑπολαμβάνων, ἔμελλε διαχέειν. ἡ μέν νυν λίμνη αὕτη οὕτω λέγεται ὀρυχθῆναι.

151 Τῶν δὲ δυώδεκα βασιλέων δικαιοσύνῃ χρεωμένων, ἀνὰ χρόνον ὡς ἔθυσαν ἐν τῷ ἱρῷ τοῦ

Psammitichus, XII regum unus, quare a caeteris in palustria relegatus.

τὰ γὰρ Σαρδαναπάλλου τοῦ Νίνου βασιλέος] Scripsi Σαρδαναπάλλου cum probatis libris. Vid. ad Ctesiae fragmm. pag. 430. Est vero haec una regis celeberrimi mentio in Herodoti musis, qui fortasse in Assyriacis libris (I, 106 ibiq. not.) copiosius de eo relaturus erat. — In seqq. cum Gaisf. scripsi βασιλέος pro βασιλῆος et 151 βασιλέων pro βασιλήων, βασιλέες pro βασιλῆες et βασιλέα pro βασιλῆα.

σταθμεόμενοι] i. e. *metiendo et coniectando dirigentes viam*, ut interpretatur Schweigh. quocum scripsi σταθμεόμενοι pro vulg. σταθμεώμενοι, quae ex Aldina fluxit. — Cum Gaisf. edidi ὄρυσσον pro ὤρυσσον.

ἐς τὸν Τίγριν — τὴν Νῖνον] De argumento loci conf. not. ad I, 193.

Cap. CLI.

ἀνὰ χρόνον ὡς ἔθυσαν] De locutione ἀνὰ χρόνον confer I,

Ἡφαίστου, τῇ ὑστάτῃ τῆς ὁρτῆς μελλόντων κατασπείσειν, ὁ ἀρχιρεὺς ἐξένεικέ σφι φιάλας χρυσέας, τῇσί περ ἐώθεσαν σπένδειν, ἁμαρτὼν τοῦ ἀριθμοῦ,
2 ἕνδεκα, δυώδεκα ἐοῦσι. ἐνθαῦτα ὡς οὐκ εἶχε φιάλην ὁ ἔσχατος ἑστεὼς αὐτῶν Ψαμμίτιχος, περιελόμενος τὴν κυνέην, ἐοῦσαν χαλκέην, ὑπέσχε τε καὶ
3 ἔσπενδε. κυνέας δὲ καὶ οἱ ἄλλοι ἅπαντες ἐφόρεόν τε βασιλέες, καὶ ἐτύγχανον τότε ἔχοντες. Ψαμμίτιχος μέν νυν οὐδενὶ δολερῷ νόῳ χρεώμενος, ὑπέ-
4 σχε τὴν κυνέην. οἱ δὲ, ἐν φρενὶ λαβόντες τό τε ποιηθὲν ἐκ Ψαμμιτίχου, καὶ τὸ χρηστήριον ὅ τι ἐπέχρητό σφι, τὸν χαλκέῃ σπείσαντα αὐτῶν φιάλῃ, τοῦτον βασιλέα ἔσεσθαι μοῦνον Αἰγύπτου· ἀναμνησθέντες τοῦ χρησμοῦ, κτεῖναι μὲν οὐκ ἐδικαίωσαν Ψαμμίτιχον, ὡς ἀνεύρισκον βασανίζοντες ἐξ οὐδεμιῆς προνοίης αὐτὸν ποιήσαντα· ἐς δὲ τὰ ἕλεα ἔδοξέ σφι διῶξαι, ψιλώσαντας τὰ πλεῖστα τῆς δυνάμιος· ἐκ δὲ τῶν ἑλέων ὁρμεώμενον μὴ ἐπιμίσγε-

173. Ad argumentum comp. Diodor. I, 66, qui post quindecim annorum commune imperium hoc accidisse refert. Add. etiam Athen. VI, 19 p. 231.

ὁ ἔσχατος ἑστεὼς αὐτῶν Ψαμμίτιχος] αὐτῶν cum Gaisford. dedi pro vulg. αὐτέων atque Ψαμμίτιχος pro Ψαμμήτιχος, de quo vid. I, 105 et II, 2. Psammitichi nomen notis hieroglyphicis conscriptum in monumentis Aegyptiacis nunc detexerunt viri docti. Confer M. Fritsch. l. l. pag. 54. 69.

τό τε ποιηθὲν ἐκ Ψαμμιτίχου] De usu praepositionis ἐκ conf. II, 148, et de ipso oraculo, quod Noster tangit, II, 147.

ὅ τι ἐπέχρητό σφι] Vulgo ἐπέχρηστο, quod abiecimus; cf. II, 147. De ὅ τι vid. Matth. Gr. Gr. pag. 906.

ἐς δὲ τὰ ἕλεα ἔδοξέ σφι διῶξαι] τὰ ἕλεα quae sint, vidimus ad II, 92. 140. Admonet quoque paludum, ad quas Psammitichum relegarint, Ritter. Erdkund. I pag. 822.

ψιλώσαντας τὰ πλεῖστα] ψιλοῦν *nudare* i. e. *potentiâ exuere*, *minuere* illustrat Wesseling. Xenoph. Cyropaed. IV, 5, 19 et Dion. Cass. XL, 62. — Ad ἐπιμίσγεσθαι conf. I, 185 ibiq. nott.

Prior eius fuga quando et cur acciderit: quomodo regnum recuperarit, solus regnans circiter ab a. 650.

152 σθαι τῇ ἄλλῃ Αἰγύπτῳ. Τὸν δὲ Ψαμμίτιχον τοῦτον, πρότερον φεύγοντα τὸν Αἰθίοπα Σαβακῶν, ὅς οἱ τὸν πατέρα Νεκὼν ἀπέκτεινε, τοῦτον φεύγοντα τότε ἐς Συρίην, ὡς ἀπαλλάχθη ἐκ τῆς ὄψιος τοῦ ὀνείρου ὁ Αἰθίοψ, κατήγαγον Αἰγυπτίων οὗ-
2 τοι οἳ ἐκ νομοῦ τοῦ Σαΐτεώ εἰσι. μετὰ δὲ, βασιλεύοντα, τὸ δεύτερον πρὸς τῶν ἕνδεκα βασιλέων καταλαμβάνει μιν διὰ τὴν κυνέην φεύγειν ἐς τὰ
3 ἕλεα. Ἐπιστάμενος ὦν ὡς περιυβρισμένος εἴη πρὸς
4 αὐτῶν, ἐπενόεε τίσασθαι τοὺς διώξαντας. πέμψαντι δέ οἱ ἐς Βουτοῦν πόλιν ἐς τὸ χρηστήριον τῆς Λη- 179
τοῦς, ἔνθα δὴ Αἰγυπτίοισί ἐστι μαντήϊον ἀψευδέστατον, ἦλθε χρησμὸς, ὡς τίσις ἥξει ἀπὸ θαλάσσης
5 χαλκέων ἀνδρῶν ἐπιφανέντων. καὶ τῷ μὲν δὴ ἀπιστίη μεγάλη ὑπεκέχυτο, χαλκέους οἱ ἄνδρας ἥξειν
6 ἐπικούρους. χρόνου δὲ οὐ πολλοῦ διελθόντος, ἀναγκαίη κατέλαβε Ἴωνάς τε καὶ Κᾶρας ἄνδρας, κατὰ ληΐην ἐκπλώσαντας, ἀπενειχθῆναι ἐς Αἴγυπτον·

Cap. CLII.

τὸν δὲ Ψαμμίτιχον κ. τ. λ.] De temporum ratione conf. not. ad II, 147; de ipso huius capitis argumento conf. Diodor. I, 66. Beck. allgem. Weltgesch. I p. 722 seq.

ὡς ἀπαλλάχθη ἐκ τῆς ὄψιος τοῦ ὀνείρου ὁ Αἰθίοψ] Vid. II, 139 fin. et 140 init. Ad locutionem ἐκ τῆς ὄψιος conf. Matthiae Gr. Gr. pag. 1134. — In seqq. scripsi cum Gaisfordio ἐκ νομοῦ τοῦ Σαΐτεω, ubi vulgo omittitur articulus.

τὸ δεύτερον — φεύγειν ἐς τὰ ἕλεα] τὸ δεύτερον ad secundam pertinet fugam, qua rex pressus a collegis regibus, saluti suae consuluit. Nam primitus fugerat, quo Sabaconem regem Aethiopum, qui ipsius patrem necaverat, evitaret. — Ad καταλαμβάνει conf. supra II, 66, et ad usum praepositionis πρὸς perspiciendum Matthiae §. 496, 3 p. 933 seq. et pag. 1179.

ἔνθα δὴ Αἰγυπτίοισί ἐστι μαντήϊον ἀψευδέστατον] Conf. II, 83 et 155.

κατὰ ληΐην ἐκπλώσαντας] De sensu locutionis κατὰ ληΐην conf. Matth. Gr. Gr. pag. 1153. Ad ἀπενειχθῆναι conf. II, 114. Apte autem ex Strabone (XIV p. 978, A s. 662, D) monet

ἐκβάντας δὲ ἐς γῆν, καὶ ὁπλισθέντας χαλκῷ, ἀγγέλλει τῶν τις Αἰγυπτίων ἐς τὰ ἕλεα ἀπικόμενος τῷ Ψαμμιτίχῳ, (ὡς οὐκ ἰδὼν πρότερον χαλκῷ ἄνδρας ὁπλισθέντας,) ὡς χάλκεοι ἄνδρες ἀπιγμένοι ἀπὸ
7 θαλάσσης λεηλατεῦσι τὸ πεδίον. ὁ δὲ, μαθὼν τὸ χρηστήριον ἐπιτελεύμενον, φίλα τε τοῖσι Ἴωσι καὶ Καρσὶ ποιέεται, καί σφεας, μεγάλα ὑπισχνεύμενος,

---

Wesselingius Cares olim latrocinium exercuisse passimque etiam mercede conductos militasse.

ἐκβάντας δὲ ἐς γῆν, καὶ ὁπλισθέντας χαλκῷ κ. τ. λ.] Hi accusativi pendent a verbo *ἀγγέλλει*, cum ita Noster orationem exordiatur, ac si post dicere voluisset *λεηλατεῖν*. A qua tamen accusativi cum infinitivo structura in aliam deinceps transit structuram verbi finiti cum particula *ὡς* (*ὡς χάλκεοι ἄνδρες — λεηλατεῦσι*) ob verba credo plura interposita. Tu vid. de istiusmodi structuris Matth. Gr. Gr. pag. 1299 et conf. quae in Creuzeri Melett. dixi III p. 12 seq. Quod vero *aere* (*χαλκῷ* = Kupfer) armatos dicit Iones atque Cares, hoc rudes indicat gentes minusque cultas, cum *ferri* usus in armis aliisque rebus necessariis ad aetatem iam cultiorem referendus sit. Supra I, 215 Massagetas Noster refert aere atque auro solo uti, et simili modo veteres Germaniae nationes aeneis armis usas esse accepimus. Plura Link. Urwelt etc. p. 263. Aegyptios, cum aere armatos viros mirarentur, cultiores iam fuisse ferreaque arma in usu habuisse idem inde colligit vir doctus.

φίλα — ποιέεται] i. e. *benigne excipit*, *grata facit*, ut V, 37. — Paulo aliter haec enarrat Diodor. I, 66, in summa quamvis consentiens cum Herodoto, quem secutus Larcherus Psammitichum ponit ad regnum evectum ann. 656 a. Chr. n., aut, si Diodorum sequi malis, a. 689 (t. VII p. 107. 113 coll. p. 74). Alias aliorum sententias suppeditabit Beck. Anleit. z. Weltgeschicht. I p. 723. Quod vero peregrinos milites mercenarios Psammitichus conduxit, quorum ope regnum et acquireret et acquisitum teneret, hoc in rebus Aegyptiacis multum utique valuisse videtur, cum, qui Psammitichum secuti sunt reges, peregrinos milites et ipsi retinuerint. Reliqui enim Aegyptii (ii praesertim, qui ad militum tribum — Kriegerkaste — pertinebant) hoc aegre tulisse videntur, ut hanc ob causam multi seditione mota in Aethiopiam discederent; qua de re vid. Herod. II, 30 coll. Heeren. Ideen. II, 2 pag. 399 seq. Ipsa sedes regia nunc Sai erat; nam huius urbis incolae Psammiti-

σπείσει μετ' ἑωυτοῦ γενέσθαι. ὡς δὲ ἔπεισε, οὕτω ἅμα τοῖσι μετ' ἑωυτοῦ βουλομένοισι Αἰγυπτίοισι, καὶ τοῖσι ἐπικούροισι, καταιρέει τοὺς βασιλέας.

153 Κρατήσας δὲ Αἰγύπτου πάσης ὁ Ψαμμίτιχος, ἐποίησε τῷ Ἡφαίστῳ προπύλαια ἐν Μέμφι, τὰ πρὸς νότον ἄνεμον τετραμμένα· αὐλήν τε τῷ Ἄπι, ἐν τῇ τρέφεται ἐπεὰν φανῇ ὁ Ἆπις, οἰκοδόμησε, ἐναντίον τῶν προπυλαίων, πᾶσάν τε περίστυλον ἐοῦσαν, καὶ τύπων πλέην· ἀντὶ δὲ κιόνων, ὑπεστᾶσι κολοσσοὶ δυωδεκαπήχεες τῇ αὐλῇ. ὁ δὲ Ἆπις,

Ornat Vulcani templum: aulam exstruit Apidi, qui Graecis Epaphus, nixam suppositis colossis.

---

chum praecipue adiuvisse videntur, nec procul inde Graecorum mercenariorum fuere castra ad urbem Bubastin, donec ab Amasi Memphin transponerentur (II, 154). — *Cr.* ad argumentum Herodotei loci conferri vult Leake: les principaux monumens égyptt. du musée britannique (Lond. 1827) pag. 26; ubi inscriptio Graeca in Aegypto inventa explicatur Herodoti narràtione, quam verissimam ducit Leake.

καταιρέει τοὺς βασιλέας] Haud aliter atque Psammitichus (qui undecim regulis collegis devictis unus Aegypti rex factus est) saeculo praeterlapso medio *Ali-Bey*, undecim principibus (*Bey's* vocantur) interfectis relegatisve Aegypti imperium acquisivisse dicitur, donec a. 1772 pugnà victus in Palaestina, quo confugerat, ipse interficeretur.

Cap. CLIII.

ἐποίησε τῷ Ἡφαίστῳ προπύλαια κ. τ. λ.] Dissentit Diodorus I, 67, qui *orientale propylaeum* a Psammiticho exstructum refert. Ad reliqua conf. Herod. II, 99 fin. 101 ibique nott. Pertinuit autem hoc, monente Heerenio (Ideen II, 2 p. 400), ad regis prudentiam, qui istiusmodi aedificiis sacerdotum animos sibi conciliare studuerit, cum aversi *ipsi essent* militum animi.

αὐλήν — πλέην] αὐλὴ περίστυλος quid sit, monuimus ad II, 148. Ad vocem τύπων cf. II, 136. 148.

ἀντὶ δὲ κιόνων] „Hoc est, uti quidem ex adversa parte venientibus videtur. Neque enim hi colossi reapse sustinent superiora aedificii. Cf. Letronne mém. sur le tombeau d'Osymand p. 5. 6.“ *Cr.* Narrat vero Diodorus l. l. regem fanum muro circumdedisse ac pro pilis colossos duodenûm cubitorum substituisse.

ὁ δὲ Ἆπις, κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσάν ἐστι Ἔπαφος] Veretur Wesselingius, ut haec Herodoti sint verba, quae hic certe minus necessaria, com-

154 κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσάν ἐστι Ἔπαφος. Τοῖσι
δὲ Ἴωσι καὶ τοῖσι συγκατεργασαμένοισι αὐτῷ ὁ
Ψαμμίτιχος δίδωσι χώρους ἐνοικῆσαι ἀντίους ἀλ-
λήλων, τοῦ Νείλου τὸ μέσον ἔχοντος· τοῖσι οὐνό-
2 ματα ἐπέθη Στρατόπεδα. τούτους τε δή σφι τοὺς
χώρους δίδωσι, καὶ τἆλλα τὰ ὑπέσχετο πάντα ἀπέ-
δωκε· καὶ δὴ καὶ παῖδας παρέβαλε αὐτοῖσι Αἰγυ-
3 πτίους, τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν ἐκδιδάσκεσθαι. ἀπὸ
δὲ τούτων ἐκμαθόντων τὴν γλῶσσαν οἱ νῦν ἑρμη-
4 νέες ἐν Αἰγύπτῳ γεγόνασι. οἱ δὲ Ἴωνές τε καὶ οἱ

Agrum dat Ionibus et Caribus, quos Amasis postea Memphin traductos, ad custodiam corporis habuit: origo interpretum in Aegypto: res Aegypti iam certius cognitae.

---

modam sedem habeant III, 27 et 28. In argumento loci convenit Aelian. h. a. XI, 10. Noster vocat *Epaphum* II, 38 in. et III, 28; eoque nomine *gigantem*, *magnitudine corporis alios longe superantem* indicari putat Iablonsk. vocc. Aegyptt. p. 65. Aliis videtur esse *taurus* s. *bos pater*, aut *taurus praecipuus*. Vid. Creuzer. Symbol. I p. 272, qui h. l. addit Payne-Knight on symbolical languag. §. 28 pag. 20. Plura vid. ad III, 28.

Cap. CLIV.

Στρατόπεδα] Conf. II, 112 ibiq. nott. Diodor. Sicul. I, 67. — Ad verbum medium *ἐκδιδάσκεσθαι* (*unterrichten lassen*) spectant, quae Matthiae notat Gr. Gr. pag. 925 not. b. Cr. ad haec verba (*τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν ἐκδιδάσκεσθαι*) conferri vult Winckelmann. opp. I pag. 122 seq. ed. Dresdens. et Wyttenbach. ad Plutarch. mor. II, 1 p. 161 seq.

οἱ νῦν ἑρμηνέες ἐν Αἰγύπτῳ γεγόνασι] Interpretum gens memoratur infra II, 164. Ad ipsam rem faciunt, quae Heerenius Ideen II, 2 p. 145 disputavit, bene admonens de odio, quod indigenae Aegyptii in peregrinos istos conceperant, quibus ad regnum obtinendum usus erat rex, quosque praemiis ac beneficiis inde affecerat. Quare qui Aegyptii pueri illis peregrinis instituendi tradebantur, iis minime licuit post ad reliquos Aegyptios redire, a quibus exclusi nullam in tribum (Kaste vulgo appellant) reciperentur. Unde nihil reliqui fuit, nisi ut nova ex illis tribus constituerentur, interpretum, qui eo tempore, quo Graecis aditus in Aegyptum permittebatur, necessarii indeque etiam frequentes fuere. Neque enim incredibile est, plerosque interpretes et ipsos mercatores fuisse et commercium cum peregrinis exercuisse.

Κᾶρες τούτους τοὺς χώρους οἴκησαν χρόνον ἐπὶ
πολλόν· εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ χῶροι πρὸς θαλάσσης,
ὀλίγον ἔνερθε Βουβάστιος πόλιος, ἐπὶ τῷ Πηλου-
5 σίῳ καλευμένῳ στόματι τοῦ Νείλου. τούτους μὲν
δὴ χρόνῳ ὕστερον βασιλεὺς Ἄμασις ἐξαναστήσας,
ἐνθεῦτεν κατοίκισε ἐς Μέμφιν, φυλακὴν ἑωυτοῦ
6 ποιεύμενος πρὸς Αἰγυπτίων. Τούτων δὲ οἰκισθέν-
των ἐν Αἰγύπτῳ, οἱ Ἕλληνες οὕτω ἐπιμισγόμενοι
τούτοισι τὰ περὶ Αἴγυπτον γινόμενα ἀπὸ Ψαμμιτί-
χου βασιλέος ἀρξάμενοι πάντα καὶ τὰ ὕστερον ἐπι-
7 στάμεθα ἀτρεκέως. πρῶτοι γὰρ οὗτοι ἐν Αἰγύπτῳ

χρόνον ἐπὶ πολλόν] Conf. II, 119. 133.

εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ χῶροι πρὸς θαλάσσης κ. τ. λ.] πρὸς θαλάσσης est *mare versus*, ut II, 148, alibi. De *Bubasti* vid. not. ad II, 59 et de Nili ostio *Pelusiaco* excursum ad II, 17. Scribit autem Diodorus minus accurate, agros amplos sortitos esse istos μικρὸν ἐπάνω τοῦ Πηλουσιακοῦ στόματος.

κατοίκισε ἐς Μέμφιν] Male olim κατοίκησεν, quod minime huc quadrat. Requiritur enim verbum κατοικίζειν, quod de iis dicitur, qui alio in loco sedes habitatum cui concedunt. Recte Diodorus I, 67: οὓς ἐντεῦθεν Ἄμασις — ἀνέστησεν καὶ κατῴκισεν εἰς Μέμφιν. Hinc Polyaenus VII, 3 et Stephan. Byz. s. v. Καρικόν tradunt, Cares partem quandam Memphis urbis incoluisse indeque Καρομεμφίτας appellatos esse. Suspicatur autem Schlichthorst. l. l. pag. 93, comparans Herodot. II, 112, Phoenices Tyriosve, quorum h. l. mentio fiat, mercenariorum ab Amasi Memphin transpositorum pro posteris esse habendos. Sed nullos Noster memorat Phoenices Tyriosve mercenarios, qui Iones atque Cares tantum novit, quorum sedes in urbe Memphi vix *Tyriorum Castra* appellari potuerint.

φυλακὴν — πρὸς Αἰγυπτίων] πρὸς Αἰγυπτίων reddunt: *contra Aegyptios;* vid. Fischer. ad Weller. III, b p. 253. Equidem malim: *a parte Aegyptiorum, ut* scil. *tutus esset ab Aegyptiis*, nec quid mali ab iis acciperet. Conf. Matthiae Gr. Gr. p. 1179.

ἐπιμισγόμενοι τούτοισι] De ἐπιμίσγεσθαι conf. II, 151. In seqq. iungendum: οἱ Ἕλληνες (*nos*, *Graeci*) — ἐπιστάμεθα. τούτοισι ad mercenarios, qui Memphi erant, referendum. — βασιλέος cum Gaisf. dedi pro βασιλῆος.

ἀλλόγλωσσοι κατοικίσθησαν. ἐξ ὧν δὲ ἐξανέστησαν χώρων, ἐν τούτοισι δὴ οἵ τε ὁλκοὶ τῶν νεῶν καὶ 180 τὰ ἐρείπια τῶν οἰκημάτων τὸ μέχρι ἐμεῦ ἦσαν. Ψαμμίτιχος μέν νυν οὕτω ἔσχε τὴν Αἴγυπτον.

155 Τοῦ δὲ χρηστηρίου τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ πολλὰ ἐπεμνήσθην ἤδη, καὶ δὴ λόγον περὶ αὐτοῦ ὡς 2 ἀξίου ἐόντος ποιήσομαι. τὸ γὰρ χρηστήριον τοῦτο τὸ ἐν Αἰγύπτῳ, ἔστι μὲν Λητοῦς ἱρὸν, ἐν πόλι δὲ μεγάλῃ ἱδρυμένον, κατὰ τὸ Σεβεννυτικὸν καλεόμενον στόμα τοῦ Νείλου, ἀναπλέοντι ἀπὸ θαλάσ- 3 σης ἄνω. οὔνομα δὲ τῇ πόλι ταύτῃ ὅκου τὸ χρηστήριόν ἐστι, Βουτὼ, ὡς καὶ πρότερον οὐνόμασταί 4 μοι. ἱρὸν δέ ἐστι ἐν τῇ Βουτοῖ ταύτῃ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος. καὶ ὅ γε νηὸς τῆς Λητοῦς, ἐν τῷ δὴ τὸ χρηστήριον ἔνι, αὐτός τε τυγχάνει ἐὼν μέ-

Latonae oraculum in urbe Buto.

οἵ τε ὁλκοὶ τῶν νεῶν] ὁλκοὶ *navalia* sunt, interprete Wesselingio, qui ὁλκοὺς in re nautica esse docet *rudentes ad naves trahendas* (ligneos cylindros, quibus naves in terra promoveantur, in mare deducantur atque exinde subducantur); tum vero esse *navalia*, teste Hesych. s. v. coll. schol. Thucydid. III, 25. Inde verbum νεωλκεῖν (*subducere naves*), cuius admonet Schweigh. ad h. l.

καὶ τὰ ἐρείπια — ἦσαν] Vid. Matth. Gr. Gr. pag. 599 seqq. §. 300.

Cap. CLV.

πολλὰ ἐπεμνήσθην ἤδη] Conf. II, 83 coll. II, 18. 55. 152 etc. — De Nili ostio *Sebennytico* vid. excurs. ad II, 17.

Βουτὼ, ὡς καὶ πρότερον οὐνόμασταί μοι] Conf. II, 59. 63. 83. 133. Alia, in quibus potissimum Strabonis loc. XVII pag. 802 seu 1153, D, citat Schlichthorst. l. l. pag. 67. Sita haec nrbs, quae ab alia eiusdem nominis (II, 75) probe est distinguenda, ad occidentalem fluvii Sebennytici ripam prope lacum Buticum, de quo vid. not. ad II, 156. In australi huius lacus parte adhuc dispersa per paludes stagnasque reperiuntur urbis rudera, teste Rittero Erdkund. I p. 822. Vetus Aegyptiacum nomen urbis *Plénató* sive *Plénétó* fuisse contendit Champoll. l'Eg. sous les phar. II p. 227 seqq.

αὐτός τε τυγχάνει ἐὼν μέγας] „De magnitudine templorum Aegyptiorum, scalarum

γας, καὶ τὰ προπύλαια ἔχει ἐς ὕψος δέκα ὀργυιέων.
τὸ δέ μοι τῶν φανερῶν θῶυμα μέγιστον παρεχό- 80
5 *μενον, φράσω. ἔστι ἐν τῷ τεμένεϊ τούτῳ Λητοῦς*
νηὸς ἐξ ἑνὸς λίθου πεποιημένος, ἔς τε ὕψος, καὶ
ἐς μῆκος· καὶ τοῖχος ἕκαστος τούτοισι ἴσος· τεσσε-
6 *ράκοντα πηχέων τούτων ἕκαστόν ἐστι. τὸ δὲ κατα-*
στέγασμα τῆς ὀροφῆς, ἄλλος ἐπικέεται λίθος, ἔχων

---

etiam sub dio ante templa obviarum eiusque magnitudinis causis plura disputat, Herodoti etiam respectu habito, Iomard., ubi de magno templo, quod Apollinopoli magna (Edfou) est, agit in descript. de l'Eg. antiqq. tom. I cp. 5 pag. 13. Est hic locus *universe* tenendus ad intelligendam rationem templorum Aegyptiorum, de qua ibidem disserit Iomard. pag. 14 seqq." *Cr.*

καὶ τὰ προπύλαια ἔχει ἐς ὕψος δέκα ὀργυιέων] *προπύλαια* quae sunt, diximus ad II, 91. — *ἐς ὕψος* ut in seqq. *ἔς τε ὕψος καὶ ἐς μῆκος*; tu conf. Matth. Gr. Gr. pag. 785. — Ulnarum s. *ὀργυιῶν* mensuram ipse indicavit Noster II, 149.

τὸ δέ μοι τῶν φανερῶν θῶυμα μέγιστον] Haud displicere videtur Struv. spec. quaest. de dial. Herod. p. 29 not., quod praeter vett. editiones duo libri praebent scripti: *τὸ δέ μοι τῶν φανερῶν ἦν θῶυμα μέγ.*, cum hoc dicendi genus Nostro admodum sit frequens. Vid. ibi allata.

πηχέων τούτων] Ita scripsi Gaisford. secutus. Vulgo male: *πηχέων τουτέων.* — Ne *ἕκαστον*, quod continuo sequitur, in *ἕκαστος* mutetur, quoniam ad *τοῖχος* spectat, obstant sane libri scripti, quorum auctoritas praeferenda. Mavult Schweighaeuserus referre ad *μῆκος* et *ὕψος*; et poterit utique subintelligi *κῶλον*, quod antecedenti *τοῖχος* quodammodo contineatur.

τὸ δὲ καταστέγασμα τῆς ὀροφῆς, ἄλλος ἐπικέεται λίθος] De structura monet Matth. Gr. Gr. pag. 791. Dici enim hoc pro: *τὸ δὲ καταστέγασμά ἐστιν ἄλλος λίθος ἐπικείμενος.*

ἔχων τὴν παρωροφίδα τετράπηχυν] *παρωροφὶς* Polluci I, 81 est *τὸ μεταξὺ τοῦ ὀρόφου καὶ τοῦ στέγους.* Wesselingius inde exponit *prominentiam τοῦ καταστεγάσματος* sive quod *παρὰ τὸν ὄροφον* porrigebatur. Quem secutus Schweighaeuserus in lex. Herod. s. v. reddit *oram tecti* s. *eam tecti partem, quae praeter murum prominet.* Letronne (recherches pour servir à l'histoire de l'Eg. pag. 80) interpretatur: „la *corniche*, qui dans l'architecture égyptienne, comprend la partiée placée au-dessus du tore

156 τὴν παρωροφίδα τετράπηχυν. Οὕτω μέν νυν ὁ νηὸς τῶν φανερῶν μοι τῶν περὶ τοῦτο τὸ ἱρόν ἐστι θωυμαστότατον· τῶν δὲ δευτέρων, νῆσος ἡ Χέμμις καλευμένη, ἔστι μὲν ἐν λίμνῃ βαθέῃ καὶ πλατέῃ κειμένη παρὰ τὸ ἐν Βουτοῖ ἱρόν· λέγεται 2 δὲ ὑπ' Αἰγυπτίων εἶναι αὕτη ἡ νῆσος πλωτή. αὐ-

Lacus propter id templum, et in eo Chemmis insula, natans, ex quo tempore ibi occultatus latuit Orus.

---

de l'architrave. C'est ce qu'Hérodote exprime, en parlent du monolithe de Buto, dont la corniche avait quatre coudées de *hauteur*, et non pas de *saillie*, comme l'entendent les traducteurs d'Hérodote; les quatre coudées sont le dixième de la hauteur du monolithe; or la *corniche* dans les monuments égyptiens est la neuvième ou la dixième partie de la hauteur totale."

Cap. CLVI.

νῆσος ἡ Χέμμις καλευμένη] *Chembis* dicitur Hecataeo Milesio, qui similia de hac insula in periegesi sua tradiderat, laudante Stephan. Byzant. s. v. De insulis fluitantibus Aegypti auctor quoque est Theophrastus hist. plant. IV, 13; alias aliis in locis commemorant Seneca quaest. natt. III, 25. Plinius h. n. II, 95. Ac nemo, qui, quae deinceps de hac insula narrantur, perlegerit, non meminit Deli insulae natantis in mare, sed stabilis factae, quum Latona huc confugiens Apollinem edidisset. Quae ipsa Graecorum commenta ad Aegyptum nos revocant, ut omnis fere de Apolline doctrina. De Delo notante conf. Spanhem. ad Callimach. h. in Del. 36. 273 et C. O. Müller. die Dorer I p. 311, qui fabulae originem ad recentiora tempora revocans, incertum et mobilem statum declarari vult, qui ordinem dei praesentiâ allatum praecesserit. Sed Aegyptiae fabulae haud recordatus est vir doctissimus, ex qua Graeca nobis repetenda videtur vel ob reliquam Aegyptiorum doctrinam de Osiride, Iside, Horo, in Graeciam translatam. Vid. Herodot. II, 144 ibiq. not. — In clausula ex Ritteri libro (Erdkund. I p. 821 seq.) hoc adnotamus, permultas adhuc in illo lacu esse insulas, quae receptaculo sint piscatoribus.

ἔστι μὲν ἐν λίμνῃ βαθέῃ καὶ πλατέῃ] Est lacus *Butos* s. *Buticus* lacus, cui nunc nomen *Burlos*, cum mari coniunctus fluvio eo, qui olim erat Nili Sebennyticus. Amplus ille est, ut qui Nili aquarum partem pluresque canales etiamnum recipiat, longitudine duodecim fere horarum, latitudine maxima sex horarum. Plura Ritter. l. l.

λέγεται δὲ ὑπ' Αἰγυπτίων εἶναι αὕτη ἡ νῆσος πλωτή] „Haec historiae patris verba

τὸς μὲν ἔγωγε οὔτε πλέουσαν, οὔτε κινηθεῖσαν ἴδον·
τέθηπα δὲ ἀκούων, εἰ νῆσος ἀληθέως ἐστὶ πλωτή.
3 ἐν δὴ ὦν ταύτῃ νηός τε Ἀπόλλωνος μέγας ἔνι, καὶ
βωμοὶ τριφάσιοι ἐνιδρύαται. ἐμπεφύκασι δ' ἐν αὐ-
τῇ φοίνικες συχνοί, καὶ ἄλλα δένδρεα, καὶ καρπο-
4 φόρα καὶ ἄφορα, πολλά. λόγον δὲ τόνδε ἐπιλέγον-
5 τες οἱ Αἰγύπτιοι, φασὶ εἶναι αὐτὴν πλωτήν· ὡς ἐν
τῇ νήσῳ ταύτῃ οὐκ ἐούσῃ πρότερον πλωτῇ, Λητώ,
ἐοῦσα τῶν ὀκτὼ θεῶν τῶν πρώτων γενομένων, οἰ-

---

poëtae verbis adhibuerunt veteres recentioresque critici; nimirum his Odysseae κ', 3 de Aeoli insula: πλωτῇ ἐνὶ νήσῳ. Vid. Eustath. ad h. l. p. 377 Basil. Alberti ad Hesych. II p. 984 et Villoison. ad Apollon. lex. Hom. pag. 555 ed. Toll." Creuzer. in commentt. Herodd. p. 283 not. 258. Aristarchus illo Homeri loco πλωτή exposuerat: κινουμένη, πλέουσα, περιφερομένη; quae posteri grammatici repetierunt.

αὐτὸς μὲν ἔγωγε οὔτε πλέουσαν κ. τ. λ.] „Hic quoque locus satis docere quemque potest, qui verum videre velit, historiae patrem non usquequaque pependisse ab Aegyptiorum mira tradentium, sacerdotum praecipue, ore, ut qui haud raro sententiam suam ab eorum auctoritate segregare intelligatur." Creuzer. fragmm. hist. p. 27 not.

οὔτε κινηθεῖσαν ἴδον] ἴδον e probatis libris cum Gaisfordio restitui pro vulg. εἶδον. — In seqq. pro ἐμπεφύκασι bini libri ἐμπεφύασι, quod Homericâ locutione: περὶ δ' αἴγειρος πεφύασιν (conf. Odyss. IV, 484. Il. VII, 128), probare student. Sed vulgata lectio firmatur I, 193. II, 91.

Λητώ, ἐοῦσα τῶν ὀκτὼ θεῶν κ. τ. λ.] Habetur Latona nox principalis, unde quaevis oriuntur, proxime autem coeli lumina, quae sunt *Sol atque Luna*. Inde convenit cum dea *Athor*, quae et ipsa omnium rerum in se continet semina originesque et primo deorum ordini adscribitur. Plura Creuzer. Symbol. I p. 519 seq. II, 121. 169. Neque hoc praetermittendum, quae Graecorum e fabulis Apollinem et Dianam *ipsa* peperit Latona dea, *eam* apud Aegyptios nutricem tantum eorum exhiberi, quos ab Iside matre tuendos acceperat. Quare, teste Hirt.: über die Gegenst. d. Kunst bei d. Aegypt. in actt. societt. Berolin. 1820 (1822 Berolin.) p. 122 seqq., in anaglyphis Aegyptiis haud raro illam deam conspicimus Apollinis atque Dianae nutricem.

κέουσα δὲ ἐν Βουτοῖ πόλι, ἵνα δή οἱ τὸ χρηστήριον τοῦτό ἐστι, Ἀπόλλωνα παρὰ Ἴσιος παρακαταθήκην δεξαμένη, διέσωσε κατακρύψασα ἐν τῇ νῦν 1
πλωτῇ λεγομένῃ νήσῳ· ὅτε δὴ τὸ πᾶν διζήμενος ὁ Τυφῶν ἐπῆλθε, θέλων ἐξευρεῖν τοῦ Ὀσίριος τὸν
6 παῖδα. Ἀπόλλωνα δὲ, καὶ Ἄρτεμιν, Διονύσου καὶ Ἴσιος λέγουσι εἶναι παῖδας· Λητοῦν δὲ, τροφὸν
7 αὐτοῖσι καὶ σώτειραν γενέσθαι. Αἰγυπτιστὶ δὲ 5
Ἀπόλλων μὲν, Ὧρος· Δημήτηρ δὲ, Ἶσις· Ἄρτεμις δὲ, Βούβαστις. ἐκ τούτου δὲ τοῦ λόγου καὶ οὐδενὸς ἄλλου, Αἰσχύλος ὁ Εὐφορίωνος ἥρπασε τὸ ἐγὼ φράσω, μοῦνος δὴ ποιητέων τῶν προγενο- 181

Ἀπόλλωνα — δεξαμένη] *Apollinem* intelligit *Horum*, de quo vid. not. ad II, 144.

ὅτε δὴ τὸ πᾶν διζήμενος] *δὴ*, quod vulgo abest, cum Gaisf. restituimus. Quae sequuntur, lucem accipiunt ex iis, quae de Osiride — Baccho et Iside — Cerere disputavimus ad II, 42. 50. 137. 144.

Αἰσχύλος ὁ Εὐφορίωνος ἥρπασε] Eadem tradunt Pausanias VIII, 37 §. 3. Macrob. Saturn. I, 18. Nec alio spectant, quae vulgo narrantur de Aeschylo mysteria prodente et in iudicium inde vocato; de qua re vid. Zell. ad Aristotel. Eth. ad Nicomach. III, 1 §. 17 p. 86, cuius bene memor fuit Creuzer. in Symbol. IV p. 517. Add. Haupt. in quaestt. Aeschyll. specim. II (Lips. 1829) cap. V p. 97 — 100. Ipsum vero Aeschyli dictum, in quo Aegyptiacae doctrinae indicia lateant, attigimus supra ad II, 137 fin.

μοῦνος δὴ ποιητέων τῶν προγενομένων] Quod Aeschylum Herodotus appellat unum *τῶν προγενομένων*, eo satis declarari putat Dahlmann. Herod. pag. 21 seq. falsa esse, quae de Herodotei operis praelectione Olympiis facta a. 456 ante Chr. vulgo tradantur, cum eo ipso anno mortuus sit Aeschylus, quem Herodotus, qui ipse natus erat 484 a. Chr. n., minime poëtarum *τῶν προγενομένων* unum appellare potuerit. Sed equidem non intelligo, cur historiae pater Aeschylum, multo certe maiorem natu, ita appellare haud potuerit, praesertim si reputemus, haud integrum opus Olympiis recitatum fuisse videri, multaque etiam addi potuisse ab historico postea saepius opus suum relegente. Tu vid. Heyse quaestt. Herr. pag. 42.

8 μένων. ἐποίησε γὰρ Ἄρτεμιν εἶναι θυγατέρα Δήμητρος. τὴν δὲ νῆσον διὰ τοῦτο γενέσθαι πλωτήν. ταῦτα μὲν οὕτω λέγουσι.

157

Psammitichi regnum totum ab a. 671 ad 617: Azotus urbe annos XXIX obsessa, et capta.

Ψαμμίτιχος δὲ ἐβασίλευσε Αἰγύπτου τέσσερα καὶ πεντήκοντα ἔτεα· τῶν τὰ ἑνὸς δέοντα τριήκοντα, Ἄζωτον, τῆς Συρίης μεγάλην πόλιν, προσκα-2 τήμενος ἐπολιόρκεε, ἐς ὃ ἐξεῖλε. αὕτη δὲ ἡ Ἄζωτος

τὴν δὲ νῆσον διὰ τοῦτο γενέσθαι πλωτήν] Haec verba, quae immerito displicuere viris doctis quibusdam, repetunt sententiam principalem, cum multa alia interposita essent, quae occasione hacce oblata, ad meliorem fabulae intelligentiam praeterire noluit pater historiae. Quare Schaeferus verbis *ἐκ τούτου δὲ* — *Δήμητρος* parentheseos signa apposuit, quae eadem Schweigh. et Gaisf. posuerunt ante verba: *Ἀπόλλωνα δὲ κ. τ. λ.* Nobis tamen isto fulcro carere posse videbatur oratio Herodotea.

Cap. CLVII.

Ψαμμίτιχος — *τέσσαρα καὶ πεντήκοντα*] Regnavit Psammitichus ab anno 671 a. Chr. n. usque ad annum 617 a. Chr. n. inclusis simul quindecim dodecarchiae annis. Ita Larcherus, quo usus sum ad I, 105. Videntur autem et Psammitichus et qui ipsum secuti sunt Aegypti reges, expeditionibus bellicis id praecipue spectasse, ut Syriam Phoeniciamque, quae terrae fuere opulentissimae et omnium rerum copia affluentes, ditioni suae adiungerent. Atque Azotum, in confiniis fere sitam urbem, per undetriginta annos obsedisse fertur Psammitichus; quod cave de continua obsessione intelligas, cum de iteratis expeditionibus in urbem factis hoc sit intelligendum. Videas Heeren. Ideen II, 2 p. 401 seq. coll. Schlosser. Universalgesch. I, 1 pag. 200 not. Loquitur de quadam Psammitichi expeditione in Syriam Diodor. I, 67, ubi hoc accidisse scribit, *quod Herodotus narrat II*, 30. De Psammitichi filio ac successore, qui ad Euphratem usque progressus, cladem tulit a Nabuchodonosore, canit Ieremias XLVI. De reliquis consul. Beck. Weltgesch. I p. 726.

Ἄζωτον] Erat una de quinque Philistaeorum urbibus, *ad mare mediterraneum sita* intra Ascalonem et Ptolemaidem, beneque munita, ut terram ab Aegyptiorum incursionibus tutam praestaret. In sacris libris vocatur אַשְׁדּוֹד (*Aschdod*). Nunc loco nomen *Esdud* s. *Atsdud*. Plura Mannert. Geogr. d. Gr. u. Röm. VI, 1 pag. 261. Rosenmüller. bibl. Alterthumsk. II, 2 pag. 374—377.

ἐς ὃ ἐξεῖλε] Restituimus *ἐς ὃ*

ἀπασέων πολίων ἐπὶ πλεῖστον χρόνον πολιορκευμέ-
158 νη ἀντέσχε, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. Ψαμμιτίχου δὲ Νε- Neco ab a. 617 ad 601: fossam e Nilo in sinum Arabicum inchoat.
κῶς παῖς ἐγένετο, καὶ ἐβασίλευσε Αἰγύπτου· ὅς τῇ
διώρυχι ἐπεχείρησε πρῶτος τῇ ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θά-

---

cum libris melioribus. Vulgo ἐς τό; sed vid. Struve quaest. de dialect. Herod. pag. 42. — Ad locutionem ἐπὶ πλεῖστον χρόνον conf. II, 119. 133.

Cap. CLVIII.

Νεκῶς παῖς ἐγένετο] Est *Pharao Necho* in libris sacris (נכו Ierem. XLVI, 2, ubi cf. Michaëlis), qui secundum Larcheri calculos regnum accepit ann. 617 a. Chr. n. (secundum alios 610) et sedecim per annos (vid. Herod. II, 159 fin.) tenuit; quibus elapsis Psammis filius ad regnum pervenit anno 601 a. Chr. n. Vid. Larcher. tom. VII p. 114 seq. 609. 612. Beck. Weltgesch. pag. 727.

ὅς τῇ διώρυχι ἐπεχείρησε πρῶτος κ. τ. λ.] De canali hoc inprimis consulendi sunt Rozière in descript. de l'Eg. antiqq. I p. 133 seqq. coll. p. 127 seqq. Le Père (ibid. Et. moderne) I p. 21 seqq. 59 seqq. 61 seq. Iam a *Sesostri* hunc canalem inceptum fuisse nonnulli tradiderant, teste Aristotel. meteorol. I, 14 ac Strabon. I p. 65 seq. et XVII p. 1156, C. Herodotus a Necone canalem exorsum fuisse scribit; qui rex cum oraculi monitu ab incepto destitisset, canalem a Dario Histaspis esse perfectum. Sed ipsum Darium quoque de incepto destitisse alii tradunt, Ptolemaeum secundum fuisse narrantes, qui opus ad finem perduxerit. Conf. Diodor. I, 33. Strabo XVII p. 1156, C. Plinius h. n. VI, 29. Equidem tamen vix mihi persuadere possum, Herodotum, qui non ita multo post Darium Aegyptum visit, eum in modum lapsum fuisse, ut tantum canalis opus perfectum diceret, quod modo inceptum fuisset. Neque omnino a Darii ingenio tale consilium tanti canalis perficiundi abhorret; a quo Scylacem etiam ad expeditiones maritimas per regiones plane incognitas missum esse accepimus. Ipsum monumentum Persicum imaginibus et literarum characteribus, quales in Persepolitanis monumentis reperiuntur, ornatum in his regionibus prope lacus amaros qui dicuntur, docti Galli invenerunt recteque referunt ad canalis opus a Dario Persa susceptum. Vid. Rozière descript. de l'Eg. ant. I pag. 142 coll. pag. 134 seq. et Le Père l. l. p. 66 seq. Potuit utique fieri adeoque factum esse probabile fit, ut post Darium temporum decursu canalis neglectus arenâ adgestâ obtegeretur; quod Ptolemaeum secundum movit, ut commercii melius instituendi

λασσαν φερούσῃ, τὴν Δαρεῖος ὁ Πέρσης δεύτερα διώρυξε· τῆς μῆκος μέν ἐστι πλόος ἡμέραι τέσσερες, εὖρος δὲ ὠρύχθη ὥστε τριήρεας δύο πλέειν
2 ὁμοῦ ἐλαστρευμένας. ἧκται δὲ ἀπὸ τοῦ Νείλου τὸ

---

causa canalem restitueret; unde operis auctorem et conditorem dictum fuisse credibile est. Ac vel post Ptolemaeum similem operam canali obruto navasse dicitur Traianus vel potius Hadrianus; et quingentis fere post annis, cum denuo obstructus esset canalis, Omari iussu ab illius duce Amro restitutus est anno 639 p. Chr. n., quo nimirum frumentis in Meccam et reliquam Arabiam ex Aegypto deducendis inserviret. Sed anno 762 p. Chr. n. iterum dirutus, ad nostra usque tempora iacet neglectus. Nec tamen illud praetermitti debet, eum canalem, quem et Hadrianus et Omarus duci iusserunt, nonnihil diversum fuisse ab eo, quem teste Herodoto duxit Darius. Plura Rennel. l. l. p. 584 seqq. et Larcher. ad Herodot. IV, 39 tom. III p. 449 coll. Beck. l. l. I pag. 727. Recentiori aetate Mustapha III, Turcarum imperator, qui obiit 1774 p. Chr., de canali restituendo cogitasse fertur, eademque consilia agitasse scimus eum, qui nunc Aegypto praeest summo cum imperio.

ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν] De *rubro mari* diximus ad I, 1. Hoc loco intelligitur *Arabicus sinus*, qui proprie maris rubri perhibetur pars. Conf. Herod. II, 159. IV, 42 et Rennel. l. l. pag. 462.

τῆς μῆκος μέν ἐστι πλόος ἡμέραι τέσσερες] De loci structura monuit Matthiae Gr. Gr. pag. 794. Canalis longitudinem secundum Plinium fuisse volunt 62 milliariorum sive 11¼ milliariorum Germanicorum. Vide Rennel. l. l. pag. 386 coll. Mannert. Geogr. d. Gr. u. Röm. X, 1 p. 510. Cum navigatio quatuor dierum iusto longior videatur, ut in qua tantum octo milliaria (lieues) uno die absolvantur, Le Père p. 60 *statuit*, navigationem rarius *velis*, *plerumque remis aut funibus* institutam fuisse videri.

ὥστε τριήρεας δύο — ἐλαστρευμένας] ἐλαστρεύειν haud multum significatione differt a verbo ἐλαύνειν, *navem remis agitare*. Quare Eustathius, nostrum locum respiciens, hoc verbum usurpari docet ἐπὶ νεῶν ἐλαυνομένων, ad Il. XVIII, 543 pag. 1219, 24, ad quem eundem locum veteres grammaticos, qui iidem exponunt ἐλαύνειν, citat Heyne obss. t. VII p. 544. Apud Herodotum invenitur ἐλαστρεύειν infra quoque VII, 24. Ad argumentum loci praecipue consul. Strab. l. l. qui *centum cubitos* latum scribit canalem eundemque ita profundum, ut commode navis

ὕδωρ ἐς αὐτήν· ἧκται δὲ κατύπερθε ὀλίγον Βουβάστιος πόλιος, παρὰ Πάτουμον τὴν Ἀραβίην πό-

---

oneraria permeare possit. A quo dissentiens Plinius *centum pedes* latum esse narrat canalem et *quadraginta* profundum. Quam diversam latitudinem e diversa locorum indole, qua effectum sit, ut aliis partibus canalis vel magis vel minus latus fuerit, explicari posse censet Le Père l. l. pag. 60, hoc modo certum esse adiiciens, minimam canalis latitudinem eam esse, quam Herodotus indicet. De quo equidem decernere nolim. Malim ad Heeren. (Ideen II, 2 p. 402 seq.) ablegare lectores, qui, cum *triremibus* aptum Noster dixerit canalem, eundem non commercii causa ductum fuisse statuit, sed bellicum ad usum, quo melius reges Aegypti terras proximas ditioni suae adiicere possent. Nec postera aetate multum valuisse canalem ad commercium promovendum putat, praesertim cum navigatio per extremas Arabici sinus partes valde sit difficilis et periculosa.

ἧκτει δὲ κατύπερθε — παρὰ Πάτουμον τὴν Ἀραβίην πόλιν] Haud opus, ut equidem sentio, cum Larchero ponere punctum post πόλιος, ut reliqua hoc modo iungantur: παρὰ Πάτουμον τὴν Ἀρ. πόλιν ἐσέχει ἐς τὴν Ἐρ. θάλασσαν, eiecta particula δέ (post ἐσέχει), cuius loco unus liber praebet δή. Quidni enim Herodoto dicere licuit: ductum esse canalem (ex Nilo) paulo supra Bubastin urbem, iuxta Patumon, Arabiae urbem (quam sc. urbem praeterfluat), ab ea autem haud procul in mare exire? De *Bubasti* diximus ad II, 60.

παρὰ Πάτουμον τὴν Ἀραβίην πόλιν] *Arabiae* dicitur urbs, quod omnes Aegypti urbes a Nilo Arabiam versus sitae hoc nomine vulgo afficiuntur, monente Schlichthorst. l. l. — *Patumos* urbs, quam laudat Stephanus Byzantinus, olim haud diversa esse videbatur ab ea urbe, quae in sacris libris vocatur *Pithom* (פתם) exod. I, 11, et in Graeca versione Ἡρώων πόλις. At *Heroopolin* in intimo sinus Arabici recessu sitam novimus, ubi fossa ex Nilo ducta in mare exiit, commercio valde florentem praesertim Ptolemaeorum aetate. Vid. Schlichthorst. l. l. Mannert. l. l. p. 514 — 517 et inprimis Rozière l. l. p. 135. 147 seqq. 162. Quare post alios Champollio l'Eg. sous l. phar. II p. 58 — 62 Patumon eam esse contendit urbem, quae Aegypt. nomine vocetur *Thoum*, in introitu sitam convallis, quae per montes Arabicos orientem versus porrigatur usque ad sinum Arabicum fere, ubi Heroopolis est sita. Inde Mannert. l. l. pag. 506 *Patumon* eo loco fuisse vult, ubi nunc *Belbeys* sit exstructa, duo milliaria geographica meridiem versus ab urbe Bubasti. *Cr.* adscripsit

Ϡλιν· ἐσέχει δὲ ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν. ὤρυκται δὲ πρῶτον μὲν τοῦ πεδίου τοῦ Αἰγυπτίου τὰ πρὸς Ἀραβίην ἔχοντα· ἔχεται δὲ κατύπερθε τοῦ πεδίου

---

ad h. l.: „Cf. bibliothèq. choisie tom. XV p. 241."

ὤρυκται δὲ πρῶτον μὲν — πρὸς Ἀραβίην ἔχοντα] Id est: initium fodendi factum est ab ea Aegyptiae planitiei parte, quae ad Arabiam spectat, cui planitiei superne (i. e. a meridie) contiguus est mons, qui ex adverso Memphidis orientem versus porrigitur usque ad Heroopolin, ubi ad meridiem (mons) flectitur, altera parte sinum Arabicum includens. Namque canalis haud longe ab urbe Bubasti ex Pelusiaco Nili fluvio erat ductus meridiem versus usque ad eum locum, ubi montes obstabant, a Memphide recta porrecti usque ad Heroopolin. Quorum ad radices iam canalis, cursu flexo, orientem versus ductus est, et montium faucibus superatis (ubi sc. montes et ipsi meridiem versus vergunt) ad meridiem denuo tendens non longe ab urbe Heroopoli cum ipso mari coniunctus est. Ac iure mireris apud Herodotum minime commemorari *lacus amaros*, ad quos usque canalem a Dario perductum esse refert Plinius l. l. Nunc vocantur *Shieb s. Abul Menagée* et quatuor fere milliaria geographica ab urbe Belbeys distare dicuntur. Plura Rennel. l. l. p. 586 seq. Mannert. l. l. pag. 507—513 coll. Ritter. Erdkund. I p. 824, qui in nota merito laudat Gallorum doctorum scriptiones in descript. de l'Eg. Rozière de la géographie comparée et de l'ancien état des côtes de la mer *rouge*, etc. (antiqq. livrais. I pag. *127* seqq.) et le Père: mémoire sur la communication de la mer des Indes avec la méditerranée (état modern. t. I p. 49). Qui postera aetate a Traiano ductus est canalis, e Nilo exiit infra eum locum, ubi nunc Cairo urbs est sita, et rectâ viâ orientem versus ad montium Arabicorum radices pergens prope urbem Belbeys in eum canalem incidit, qui priori tempore a Dario ductus ab Herodoto h. l. describitur. Nec alia fere *directio* canalis ab *Arabibus post* deducti. Conf. Rennel. l. l. pag. 587. Quin hodieque, ubi canalis plane destructus est arenâve obtectus, Nilo valde aucto aquae orientem versus per omnem terram longe lateque diffundi dicuntur, ita ut anno 1800 post Chr. n., cum Nili aggeres *fracti* essent, aqua duodecim tantum horarum spatio abesset ab urbe Suez. Prope urbem Suez, testibus recentioribus peregrinatoribus, adhuc comparent vestigia fossae nunc arenâ maximam partem oppletae. Videtur enim arena potissimum in causa esse, quâ continuo adgestâ canalis semper obstrueretur nec diu integer maneret. Plura de his Rennel. l. l. p. 588

τὸ κατὰ Μέμφιν τεῖνον ὄρος, ἐν τῷ αἱ λιθοτομίαι
4 ἔνεισι. τοῦ ὦν δὴ οὔρεος τούτου παρὰ τὴν ὑπωρέην ἧκται ἡ διῶρυξ ἀπ' ἑσπέρης μακρὴ πρὸς τὴν ἠῶ· καὶ ἔπειτα τείνει ἐς διασφάγας, φέρουσα ἀπὸ τοῦ οὔρεος πρὸς μεσαμβρίην τε καὶ νότον ἄνεμον,
5 ἐς τὸν κόλπον τὸν Ἀράβιον. τῇ δὲ ἐλάχιστόν ἐστι 182
καὶ συντομώτατον, ἐκ τῆς βορηΐης θαλάσσης ὑπερβῆναι ἐς τὴν νοτίην καὶ Ἐρυθρὴν τὴν αὐτὴν ταύτην καλεομένην, ἀπὸ τοῦ Κασίου οὔρεος, τοῦ οὐρίζοντος Αἴγυπτόν τε καὶ Συρίην, ἀπὸ τούτου εἰσὶ

---

seq. Ritter. Erdkund. I p. 824 seq. Rozière l. l. pag. 141 seq. et praecipue Le Père l. l. p. 68 seqq.

τὸ κατὰ Μέμφιν τεῖνον ὄρος] κατὰ hic significat: *ex opposito*, *e regione*, ut I, 76, ubi vid. De ipso monte conf. not. ad II, 8 coll. II, 124. 175.

τείνει ἐς διασφάγας] διασφάγες quasi *divortia* sunt sive *fauces* illius montis, ad quas usque canalis ductus erat, iam meridiem versus ad sinum Arabicum deflectens.

τῇ δὲ ἐλάχιστόν ἐστι] Vulgo δή, cuius loco cum recentt. reposui δέ. — *Boreale* mare est mediterraneum, cui quod opponitur *rubrum mare*, idem etiam dicitur *australe*. Conf. Herod. II, 159. IV, 52 et Breiger. commentat. de difficill. quibusdam Asiae etc. p. 14 coll. p. 9. De *Casio* monte vid. not. ad II, 6, et de *Syriae* nomine latius patente not. ad II, 116 fin.

ἀπὸ τούτου εἰσὶ στάδιοι χίλιοι] Monet Schweighaeuserus, Gallum doctum Du Bois-Aymé (in opere: descript. de l'Egypt. ét. mod. t. I p. 188 seqq.) distantiam hancce accurate dimensum, indicasse metra francica 100,000, id est trecenta fere pedum millia; quae quidem exacte convenire cum mille stadiis Herodoteis, modo non maiori stadio sexcentorum pedum, sed minori, nonnisi 306 fere pedes continente Herodotum usum esse dixeris. Qui quidem ipse cum paulo ante II, 149 coll. IV, 41 sexcentorum pedum stadia indicaverit, hic, Gallorum doctorum iudicio, vel suae ipsius rationis oblitus esse dicendus erit, vel pro ratione maioris minorisve stadii etiam orgyias maiores vel minores aestimasse. Quae num ad Herodotum explicandum sufficiant, viderint alii; equidem, qui, quam incerta talia omnino sint, saepius expertus sum, nolim quid statuere. Tu vid. Rozière descript. de l'Egypt. I (antiqq.) p. 146 seq.

στάδιοι χίλιοι [ἀπαρτὶ] ἐς τὸν Ἀράβιον κόλπον.
6τοῦτο μὲν τὸ συντομώτατον· ἡ δὲ διῶρυξ πολλῷ
μακροτέρη, ὅσῳ σκολιωτέρη ἐστί, τὴν ἐπὶ Νεκῶ
βασιλέος ὀρύσσοντες Αἰγυπτίων ἀπώλοντο δυώδεκα
7μυριάδες. Νεκῶς μέν νυν μεταξὺ ὀρύσσων ἐπαύ-
σατο, μαντηΐου ἐμποδίου γενομένου τοιοῦδε, „τῷ
8„βαρβάρῳ αὐτὸν προεργάζεσθαι.“ βαρβάρους δὲ
πάντας οἱ Αἰγύπτιοι καλέουσι τοὺς μὴ σφίσι ὁμο-
159 γλώσσους. Παυσάμενος δὲ τῆς διώρυχος ὁ Νεκῶς,
ἐτράπετο πρὸς στρατηΐας· καὶ τριήρεες, αἱ μὲν, ἐπὶ
τῇ βορηΐῃ θαλάσσῃ ἐποιήθησαν, αἱ δ' ἐν τῷ Ἀρα-

Struit classem ad utrumque mare: Iudaeos praelio terrestri vicit a. 608.

ἀπαρτὶ ἐς τὸν Ἀράβιον κόλπον] ἀπαρτί, quod ab omnibus Herodoti libris scriptis abest, nuperrimi editores inseruerunt e grammaticorum Graecorum locis, qui voculam hoc ipso ex loco citant (schol. Aristoph. Plut. 388. Suid. et lex. Seguier. p. 418) exponuntque ἀπηρτισμένως, ἀκριβῶς. Plura Lobeck. ad Phrynich. pag. 20. Equidem tamen uncis includere malui, non quidem ut spuriam voculam, sed ut de qua nondum liquido constet, cum in omnibus scriptis desit libris. Est forsan, qui hoc ex loco duplicem textus Herodotei recensionem fuisse statuat; equidem hoc modo teneri velim, quotquot nobis servati sint scripti libri Herodotei, eos ex una potius familia oriundos videri, haud scio an Alexandrina. Alius utique familiae libros Grammatici illi inspexisse videntur, ex quibus voculam in nostris libris omissam citarunt.

ἐπὶ Νεκῶ βασιλέος] βασιλέος cum Gaisf. scripsi pro βασιλῆος. Ad verba μεταξὺ ὀρύσσων conferas Matthiae Gr. Gr. pag. 1114. 1115.

μαντηΐου ἐμποδίου γενομένου] Intermissi canalis eam produnt alii causam, quod Aegyptii observaverint, *Arabici sinus* aquam altiorem esse quam planitiem, e qua canalis in mare deducendus erat. Vid. Aristotel. meteor. I, 14 coll. Strab. XVII p. 804 s. p. 1158. Plin. h. n. VI, 29. Accedit, quod, ut nonnulli teste Plinio tradunt, Aegyptii timebant, ne maris aqua salsa ex Arabico sinu in canalem demissa *dulcem* Nili aquam, quae sola *illius* regionis incolas nutriret, corrumperet. Tu vid. Mannert. l. l. pag. 506. 511. Veras causas diligenter exposuit Le Père loco supra laudato pag. 68 seqq. — In seqq. cum Gaisf. rescripsi μὴ σφίσι pro vulgat. μή σφι.

Cap. CLIX.

ἐπὶ τῇ βορηΐῃ θαλάσσῃ]

βίῳ κόλπῳ ἐπὶ τῇ Ἐρυθρῇ θαλάσσῃ· τῶν ἔτι οἱ
2 ὁλκοὶ ἐπίδηλοι. καὶ ταύτῃσί τε ἐχρᾶτο ἐν τῷ δέοντι· καὶ Σύροισι πεζῇ ὁ Νεκῶς συμβαλὼν ἐν Μαγδόλῳ ἐνίκησε· μετὰ δὲ τὴν μάχην, Κάδυτιν πόλιν τῆς
3 Συρίης ἐοῦσαν μεγάλην εἷλε. ἐν τῇ δὲ ἐσθῆτι ἔτυχε ταῦτα κατεργασάμενος, ἀνέθηκε τῷ Ἀπόλλωνι,
4 πέμψας ἐς Βραγχίδας τὰς Μιλησίων. μετὰ δὲ, ἐκ-

Recte intelligunt *triremes in septentrionale et australe mare mittendas.* Conf. II, 162 ἐπὶ βασιληΐῃ. De boreali mari et rubro vid. not. ad II, 158 et de regis studio navigandi conf. IV, 42. — Ad ὁλκοί consul. not. ad II, 154 fin.

καὶ Σύροισι — ἐν Μαγδόλῳ ἐνίκησε] *Syros* h. l. latiori sensu, quo simul Assyrii, Babylonii, Iudaei, alii comprehendantur, accipiendos esse vix monere attinet. Sunt vero sacrae literae, e quibus nonnihil illustrari poterit Herodotus: IV (II) regg. XXIII, 29 seqq. II chronic. XXXV, 20 seqq. XXXVI, 3 seqq. Inde enim intelligimus, Aegyptium regem expeditionem contra Assyrios instituisse Euphratem versus. Quo cum iter per Iudaeorum terram duceret, Iosias, Iudaeorum rex, Aegyptiis transitum recusasse videtur, a quibus tamen victus ad Megiddo prope montem Carmelum vulnere accepto ipse obiit. In cuius locum Ioachas filius a populo constitutus rex, tribus mensibus praeterlapsis ab Aegyptiorum rege in Aegyptum abductus est regnumque fratri Ioiakim traditum. Quae ita peregit Neco, Aegyptiorum rex, ut omnem Iudaicam terram, ne Hierosolymis quidem exceptis, in sua potestate illum habuisse dubitari nequeat. Quod enim Hierosolymorum urbem, cuius expressa quidem l. l. nulla fiat mentio, a Necone captam negat Heyse quaest. Herod. pag. 95, id quomodo cum reliqua sacrorum librorum narratione conciliari queat, equidem haud intelligo. Reliqua Aegyptii regis fata hac in expeditione ab Herodoto non indicantur. Sed ex iisdem sacris libris novimus, Neconem a Nabuchodonosoro ad Circesium iuxta Euphratem fusum occubuisse. Vid. Ierem. XLVI, 2.

ἐν Μαγδόλῳ ἐνίκησε] i. e. *ad Magdolum vicit.* Conf. II, 163 ibiq. not. De ipsa urbe plura disputavimus in excursu ad h. l.

Κάδυτιν πόλιν τῆς Συρίης] *Hierosolyma* intelligenda esse in excursu ad h. l. monstravimus.

ἐς Βραγχίδας τὰς Μιλησίων] Vid. Herod. I, 92 ibique not.

παίδεκα ἔτεα τὰ πάντα ἄρξας, τελευτᾷ, τῷ παιδὶ
Ψάμμι παραδοὺς τὴν ἀρχήν.

160 Psammis ab a. 601 ad 596: Eleorum ad eum legatio.

Ἐπὶ τοῦτον δὴ τὸν Ψάμμιν βασιλεύοντα Αἰ-
γύπτου ἀπίκοντο Ἠλείων ἄνδρες ἄγγελοι, αὐχέον-
τες δικαιότατα καὶ κάλλιστα τιθέναι τὸν ἐν Ὀλυμ-
πίῃ ἀγῶνα πάντων ἀνθρώπων, καὶ δοκέοντες πα-
ρὰ ταῦτα οὐδ' ἂν τοὺς σοφωτάτους ἀνθρώπων Αἰ-
2γυπτίους οὐδὲν ἐπεξευρεῖν. ὡς δὲ ἀπικόμενοι ἐς
τὴν Αἴγυπτον οἱ Ἠλεῖοι ἔλεγον τῶν εἵνεκα ἀπί-
κοντο, ἐνθαῦτα ὁ βασιλεὺς οὗτος συγκαλέεται Αἰ-
3γυπτίων τοὺς λεγομένους εἶναι σοφωτάτους. συνελ-
θόντες δὲ οἱ Αἰγύπτιοι, ἐπυνθάνοντο τῶν Ἠλείων
λεγόντων ἅπαντα τὰ κατήκει σφέας ποιέειν περὶ
τὸν ἀγῶνα· ἀπηγησάμενοι δὲ τὰ πάντα, ἔφασαν 183
ἥκειν ἐπιμαθησόμενοι „εἴ τι ἔχοιεν Αἰγύπτιοι τού-
4„των δικαιότερον ἐπεξευρεῖν.“ οἱ δὲ, βουλευσάμε-
νοι, ἐπειρώτων τοὺς Ἠλείους εἴ σφι οἱ πολιῆται
ἐναγωνίζονται. οἱ δὲ ἔφασαν, καὶ σφέων καὶ τῶν
ἄλλων Ἑλλήνων ὁμοίως τῷ βουλομένῳ ἐξεῖναι ἀγωνί-
5ζεσθαι. οἱ δὲ Αἰγύπτιοι ἔφασαν „σφέας, οὕτω τι-
„θέντας, παντὸς τοῦ δικαίου ἡμαρτηκέναι· οὐδε-

Cap. CLX.

ἄνδρες ἄγγελοι] ἄνδρες in plerisque libris scriptis non invenitur. Sed iure additum a Wesselingio, qui confert I, 90. 141. — Mox αὐχέοντες est *iactantes*, *gloriantes*, ut VII, 103.

τιθέναι τὸν ἐν Ὀλυμπίῃ ἀγῶνα] Monet Valcken. (locum adscripsit *Cr.*) ad Theocr. Adoniazus. pag. 194, C de locutione τιθέναι (non θέσθαι) τὰ Ὀλύμπια s. τὸν ἀγῶνα seu διέπειν, ἄγειν, *curare*, *administrare*. — Ad παρὰ ταῦτα (*prae his*) cf. Fischer. ad Weller. III, b p. 270 et quae plurima citat Matthiae Gr. Gr. pag. 1174 not. a.

ἐπυνθάνοντο τῶν Ἠλείων λεγόντων] Molestum comma, quod ante λεγόντων in quibusdam editionibus inveniebatur, sustulimus. De structura vid. Matth. pag. 659 et 1076.

οὐδεμίαν γὰρ εἶναι μηχανὴν,

„μίαν γὰρ εἶναι μηχανὴν, ὅκως οὐ τῷ ἀστῷ ἀγωνιζομένῳ προσθήσονται, ἀδικέοντες τὸν ξεῖνον.
6 „ἀλλ' εἰ δὴ βούλονται δικαίως τιθέναι, καὶ τούτου εἵνεκα ἀπικοίατο ἐς Αἴγυπτον, ξείνοισι ἀγωνιστῇσι ἐκέλευον τὸν ἀγῶνα τιθέναι, Ἠλείων δὲ „μηδενὶ εἶναι ἀγωνίζεσθαι.“ Ταῦτα μὲν Αἰγύπτιοι Ἠλείοισι ὑπεθήκαντο.

161 Ψάμμιος δὲ ἓξ ἔτεα μοῦνον βασιλεύσαντος Αἰγύπτου, καὶ στρατευσαμένου ἐς Αἰθιοπίην, καὶ μεταυτίκα τελευτήσαντος, ἐξεδέξατο Ἀπρίης ὁ Ψάμμιος.
2 ὃς μετὰ Ψαμμίτιχον τὸν ἑωυτοῦ προπάτορα

Bellum eius cum Aethiopibus. Apries ab a. 595 ad 570: felicissimus regum, excepto Psammiticho: gerit bellum cum Phoenicis terra et mari: ob cladem a Cyrenaeis acceptam, exercitus ab eo deficit.

ὅκως οὐ — προσθήσονται] Ad μηχανὴν confer. I, 209 et de ὅκως οὐ — προσθήσονται Matthiae Gr. Gr. pag. 999.

ἀλλ' εἰ δὴ βούλονται — καὶ — ἀπικοίατο] Pertinent huc ea, quae monuit Matthiae Gr. Gr. §. 524 not. 1 p. 1015.

Ἠλείων δὲ μηδενὶ εἶναι ἀγωνίζεσθαι] Diodorus I, 68 — 95 eadem fere narrans, ad *Amasin*, neque vero ad *Psammin*, ut Herodotus, Eleorum legatos venisse narrat. A quo hactenus dissentit Plutarchus quaestt. Platt. pag. 1000, A, quod Aegyptiorum responsum sophistarum uni tribuit. Neque non conveniunt, quae apud Philostrat. vit. Apoll. III, 30 coll. IV, 29 leguntur. Caeterum aequitatis Eleorum in his ludis administrandis exemplum Romanorum aetate subministrat Dio Chrysostom. in Rhod. p. 344, C. Haec Valcken. et Wesseling., quibus Cr. addit Wyttenbach. ad Plut. moral. I, 2 p. 1005 (ad Apophthegmm. regg. pag. 190, C). Ac magno documento est haec Graecorum ad Aegypti regem legatio, quantopere illa aetate iam inter utramque gentem floruerit commercium.

Cap. CLXI.

Ἀπρίης ὁ Ψάμμιος] Non satis in temporum rationibus Herodoto convenit cum Diodoro I, 68 init., ubi Wesselingius de aliorum quoque scriptorum dissensu monuit. Ex Larcheri calculis ad regnum pervenit Apries anno 595 a. Chr. et obiit 573 a. Chr. n. Vid. tom. VII p. 116 seq. 614. 618. Add. Schultz. apparat. ad annall. critt. pag. 27. Quae ad historiam huius regis pertinent, indicat Beck. Weltgesch. I p. 728 seq.; unde hoc moneo, apud Athenaeum XIII p. 560 exstare *Aprias*, et in sacris libris eundem regem appellari *Hophra*. Qui rex cum expeditionibus bel-

ἐγένετο εὐδαιμονέστατος τῶν πρότερον βασιλέων,
ἐπ' ἔτεα πέντε καὶ εἴκοσι ἄρξας· ἐν τοῖσι ἐπί τε
Σιδῶνα στρατὸν ἤλασε, καὶ ἐναυμάχησε τῷ Τυρίῳ.
3 Ἐπεὶ δέ οἱ ἔδεε κακῶς γενέσθαι, ἐγένετο ἀπὸ προ-
φάσιος τὴν ἐγὼ μεζόνως μὲν ἐν τοῖσι Λιβυκοῖσι
λόγοισι ἀπηγήσομαι, μετρίως δ' ἐν τῷ παρεόντι.
4 ἀποπέμψας γὰρ στράτευμα ὁ Ἀπρίης ἐπὶ Κυρηναί-
5 ους, μεγαλωστὶ προσέπταισε. Αἰγύπτιοι δὲ ταῦτα
ἐπιμεμφόμενοι, ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ, δοκέοντες
τὸν Ἀπρίην ἐκ προνοίης αὐτοὺς ἀποπέμψαι ἐς φαι-
νόμενον κακὸν, ἵνα δὴ σφέων φθορὴ γένηται, αὐ-
τὸς δὲ τῶν λοιπῶν Αἰγυπτίων ἀσφαλέστερον ἄρχῃ.
6 ταῦτα δὲ δεινὰ ποιεύμενοι οὗτοί τε οἱ ἀπονοστή-
σαντες, καὶ οἱ τῶν ἀπολομένων φίλοι, ἀπέστησαν
162 ἐκ τῆς ἰθείης. Πυθόμενος δὲ Ἀπρίης ταῦτα, πέμ-
πει ἐπ' αὐτοὺς Ἄμασιν, καταπαύσοντα λόγοισι. ὁ 184
δὲ ἐπεί τε ἀπικόμενος κατελάμβανε τοὺς Αἰγυπτίους,
ταῦτα μὴ ποιέειν λέγοντος αὐτοῦ, τῶν τις Αἰγυ-

Rebelles Amasin regem constituunt, et Aegyptii caeteri ob factum Apriis in Patarbemin, ad Amasin transeunt.

---

licis valde deditus esset, Aegyptiorum animos aversos expertus est, quippe qui pro suo peregrinorum odio istiusmodi expeditiones aegerrime tulisse videantur. Vid. Heeren. Ideen II, 2 pag. 404. De expeditione Cyrenaica huius regis cf. etiam Diodor. Sicul. I, 68. —

τῷ Τυρίῳ] i. e. *Tyriorum regi.* Conf. I, 2, ne plura. — Paulo antea cum Gaisf. rescripsi βασιλέων pro βασιλήων.

ἐπεὶ δέ οἱ ἔδεε κακῶς γενέσθαι] Vid. I, 8 ibiq. nott.

ἐν τοῖσι Λιβυκοῖσι λόγοισι] Vid. infra IV, 159, ubi de his rebus exponitur. Minime autem hic cogitandum de peculiari scriptione, quam de Libya Herodotus composuerit.

μεγαλωστὶ προσέπταισε] De verbo προσπταίειν vid. not. ad I, 65. — In seqq. ἐς φαινόμενον κακὸν est: *in manifestum, apertum exitium.*

αὐτὸς δὲ — ἄρχῃ] ἄρχῃ, quod libri nonnulli subministrabant, cum Gaisf. reposui. Vulgo ἄρχοι. — Ad locutionem ἐκ τῆς ἰθείης (*e vestigio, continuo*) conf. ἐκ νέης I, 60 ibiq. laudd.

Cap. CLXII.

Ἄμασιν, καταπαύσοντα λόγοισι] Ad verbum καταπαύειν conf. I, 86. 90. II, 144.

πτίων ὄπισθε στὰς, περιέθηκέ οἱ κυνέην· καὶ πε-
2 ριτιθεὶς, ἔφη „ἐπὶ βασιληΐῃ περιτιθέναι.“ καὶ τῷ
οὔ κως ἀεκούσιον ἐγίνετο τὸ ποιεύμενον, ὡς διε-
δείκνυε. ἐπεί τε γάρ ἐστήσαντό μιν βασιλέα τῶν
Αἰγυπτίων οἱ ἀπεστεῶτες, παρεσκευάζετο ὡς ἐλῶν
3 ἐπὶ τὸν Ἀπρίην. Πυθόμενος δὲ ταῦτα ὁ Ἀπρίης,
ἔπεμπε ἐπ' Ἄμασιν ἄνδρα δόκιμον τῶν περὶ ἑωυ-
τὸν Αἰγυπτίων, τῷ οὔνομα ἦν Πατάρβημις· ἐντει-
λάμενος αὐτῷ, ζῶντα Ἄμασιν ἀγαγεῖν παρ' ἑωυ-
4 τόν. ὡς δὲ ἀπικόμενος τὸν Ἄμασιν ἐκάλεε ὁ Πα-
τάρβημις, ὁ Ἄμασις (ἔτυχε γὰρ ἐπ' ἵππου κατήμε-
νος) ἐπάρας, ἀπεματάϊσε· καὶ τοῦτό μιν ἐκέλευσε
5 Ἀπρίῃ ἀπάγειν. ὅμως δὲ αὐτὸν ἀξιοῦν τὸν Πατάρ-
βημιν, βασιλέος μεταπεμπομένου, ἰέναι πρὸς αὐτόν·
τὸν δὲ αὐτῷ ὑποκρίνεσθαι, ὡς „ταῦτα πάλαι παρε-
„σκευάζετο ποιέειν, καὶ αὐτῷ οὐ μέμψασθαι Ἀπρίην·

ἔφη ἐπὶ βασιληΐῃ περιτιθέναι] *ἐπὶ βασιληΐῃ regni causa s. regem declaraturus illum.* Tu confer sis I, 41. II, 121, 4 ibiq. laud. Et videtur utique galea regiae dignitatis apud Aegyptios insigne fuisse, si quae II, 151 narrantur, respiciamus. — In seqq. meliores libros secuti cum Gaisf. edidimus *ἐγίνετο* pro vulg. *ἐγένετο*.

παρεσκευάζετο ὡς ἐλῶν] Conf. Matth. Gr. Gr. p. 1091. Paulo post cum recentt. meliorem verborum ordinem restituimus, cum vulgo esset *ὁ Πατάρβημις ἐκάλεε τὸν Ἄμασιν*.

ἐπάρας, ἀπεματάϊσε] Id est: *sublato crure, flatum ventris emisit s. pepedit.* Illustravit haec Wesseling. simili locutione Phavorini in Stobaei serm. CXII p. 586 et Athen. III, 4 (11) pag. 76, F. Ad *ἐπάρας* licet subintelligas *τὸ σκέλος*, quod ipsum apud Stobaeum additum legimus. *ἀπεματάϊσε* a scholio perperam exponitur *ἐματαιολόγησε, ἐμώρανεν*. Rectius intellexit Plutarchus de malign. Herodot. (opp. t. II) p. 866, C. — In seqq. cum Gaisf. edidi *ἐκέλευε* pro vulg. *ἐκέλευσε*.

ὅμως δὲ αὐτὸν ἀξιοῦν] *αὐτὸν* est obiecti qui dicitur accusativus; Amasin enim respicit, quem Patarbemis rogavit, ut, rege arcessente, ad ipsum (regem) accederet. Hinc *τὸν δὲ* in seqq. ad Amasin pertinet, *αὐτῷ* ad Patarbemin. — Pro *μέμψασθαι* Schaeferus posuit *μέμψεσθαι*, sine ulla iusta causa. Conf. I, 24 ibiq. not.

„χαρίεσθαι γὰρ καὶ αὐτὸς, καὶ ἄλλους ἄξειν."
6 τὸν δὲ Πατάρβημιν ἔκ τε τῶν λεγομένων οὐκ ἀγνοεῖν τὴν διάνοιαν, καὶ παρασκευαζόμενον ὁρέοντα, σπουδῇ ἀπιέναι, βουλόμενον τὴν ταχίστην βασιλέϊ δη-
7 λῶσαι τὰ πρησσόμενα. ὡς δὲ ἀπικέσθαι αὐτὸν πρὸς τὸν Ἀπρίην, οὐκ ἄγοντα τὸν Ἄμασιν, οὐδένα λόγον αὐτῷ δόντα, ἀλλὰ περιθύμως ἔχοντα, περιταμεῖν προστάξαι αὐτοῦ τά τε ὦτα καὶ τὴν ῥῖνα.
8 ἰδόμενοι δ' οἱ λοιποὶ τῶν Αἰγυπτίων, οἳ ἔτι τὰ ἐκείνου ἐφρόνεον, ἄνδρα τὸν δοκιμώτατον ἑωυτῶν οὕτω αἰσχρῶς λύμῃ διακείμενον, οὐδένα δὴ χρόνον ἐπισχόντες, ἀπιστέατο πρὸς τοὺς ἑτέρους, καὶ ἐδίδοσαν σφέας αὐτοὺς Ἀμάσι.

163 Armat Apries Ionas et Caras: utrinque ad Momemphin urbem consistitur.

Πυθόμενος δὲ καὶ ταῦτα ὁ Ἀπρίης, ὥπλιζε τοὺς ἐπικούρους, καὶ ἤλαυνε ἐπὶ τοὺς Αἰγυπτίους· εἶχε δὲ περὶ ἑωυτὸν Κᾶράς τε καὶ Ἴωνας, ἄνδρας ἐπικούρους τρισμυρίους· ἦν δέ οἱ τὰ βασιλήϊα ἐν Σάϊ πόλι, μεγάλα ἐόντα καὶ
2 ἀξιοθέητα. καὶ οἵ τε περὶ τὸν Ἀπρίην ἐπὶ τοὺς Αἰγυπτίους ἤισαν, καὶ οἱ περὶ τὸν Ἄμασιν, ἐπὶ
3 τοὺς ξείνους. ἔν τε δὴ Μωμέμφι πόλι ἐγένοντο ἀμφότεροι, καὶ πειρήσεσθαι ἔμελλον ἀλλήλων.

οὐδένα λόγον αὐτῷ δόντα] αὐτῷ, quod libri tenent, sine necessitate mutatum in ἑωυτῷ. Ipsam locutionem διδόναι αὐτῷ λόγον (*nulla uti ratione, haud secum inire rationem, animo non reputare, cogitare*) illustravit Wesselingius his exemplis: I, 209. III, 25. IV, 102. V, 138. VIII, 86. Plutarch. opp. II p. 419, C. Tu adde sis, quae ad I, 34 adnotavimus.

περιθύμως ἔχοντα] i. e. *ira* (gravi) *percitum, accensum.* Cf. I, 162 et not. ad III, 50.

Cap. CLXIII.

Κᾶράς τε καὶ Ἴωνας] Conf. not. ad II. 152. 154. De numero mercenariorum militum Herodoto cum Diodoro convenit I, 68.

ἐπὶ τοὺς Αἰγυπτίους ἤισαν] ἤισαν omnes libri, nisi quod in nonnullis abest iota subscript. Tu vid. not. ad I, 62.

ἔν τε δὴ Μωμέμφι πόλι]

164 Ἔστι δὲ Αἰγυπτίων ἑπτὰ γένεα· καὶ τούτων οἱ 185
μὲν, ἱρέες, οἱ δὲ, μάχιμοι κεκλέαται· οἱ δὲ, βουκόλοι· οἱ δὲ, συβῶται· οἱ δὲ, κάπηλοι· οἱ δὲ, ἑρ-

Aegyptiorum VII genera: Calasiries et Hermotybies, generis militaris.

Add. II, 169: ἐς Μωμέμφιν πόλιν. Est vero ἐν Latinorum *ad*, ut supra II, 159 ἐν Μαγδόλῳ, et aliis locis a Wesselingio laudatis III, 45. VIII, 86. Plura Fischer. ad Weller. III, b p. 139 seq. — Ad urbis ipsius situm definiendum facit Diodorus, qui l. l. ad *Mariam* vicum proelium commissum esse refert. Cui si iungamus, quae ad h. l. citat Wesselingius, atque inprimis si consulamus Strabonis locum XVII pag. 1155, B, vix dubium videtur, quin *Momemphis* sita fuerit ad canalem, qui e Canopico fluvio ad Mareotidem lacum ductus erat, eo loco, cui etiamnum nomen *Manouf*. Vetus nomen Aegyptium *Panouf-Khét* fuisse contendit Champoll. l'Egypt. sous l. phar. II p. 252 seq. coll. Rennel. l. l. pag. 617.

Cap. CLXIV.

ἔστι δὲ Αἰγυπτίων ἑπτὰ γένεα] γένεα, quae alias dicuntur *tribus* s. *gentes* (vid. I, 102 ibiq. not. I, 125), hic significant classes Aegyptiorum, quas nos vulgo dicimus *Kasten*. De quibus primarius est Diodori locus I, 73 coll. I, 28, ubi totam Aegypti regionem tripartitam esse dicit, cuius primam portionem sacerdotum ordo sibi vindicet, alteram reges, tertiam milites. Mox tamen, cp. 74, rem publicam distinctam quoque esse scribit in tres alias hominum classes, illis inferiores, pastorum videlicet, agricolarum et opificum. De quibus singulis dein exponit. Addit Wesselingius Strabonis testimonium XVII p. 1136, B atque Platonis in Tim. p. 24, qui sex memorat classes: sacerdotum, pugnatorum, artificum, pastorum, venatorum et agricolarum. Quibuscum conferri poterit Iesai. XIX, 7 — 21. Nostra aetate in haec potissimum inquisivit Heeren. Ideen etc. II, 2 p. 96 sqq. 124 sqq. coll. Beck. Weltgesch. I pag. 739.

οἱ μὲν, ἱρέες] In primo *sacerdotum* ordine omnes conveniunt veteres scriptores. De quo plura afferunt viri docti modo laudati. Tu conf. etiam nott. ad Herodotum II, 36. 37. 42 aliosque locos.

οἱ δὲ, μάχιμοι κεκλέαται] In hoc quoque secundo ordine *militum* veteres consentiunt. Iidem memorantur supra II, 141, ubi vid. not. et infra II, 165. 166, ubi plura. Quibuscum conf. Wesseling. ad Diodor. I, 73 et Heeren. Ideen l. l. p. 151 seqq.

οἱ δὲ, βουκόλοι· οἱ δὲ, συβῶται] Quae duae sunt Herodoto classes, a Diodoro ad unam *pastorum* classem referuntur, in duas fortasse classes subdivisam, ut Heerenio videtur l. l. pag. 146, quo uterque scriptor

μηνέες· οἱ δὲ, κυβερνῆται. γένεα μὲν Αἰγυπτίων
τοσαῦτά ἐστι· οὐνόματα δέ σφι κέεται ἀπὸ τῶν
2 τεχνέων. οἱ δὲ μάχιμοι αὐτῶν καλέονται μὲν Κα-
λασίριές τε καὶ Ἑρμοτύβιες· ἐκ νομῶν δὲ τῶνδε

---

conciliari queat. Ad *bubulcos* autem, eodem Heerenio docente, non ii tantum referendi sunt, qui in iis Aegypti regionibus commorabantur, quae vel propter montes vel propter stagna paludesque haud ferrent agrorum culturam, quique vitam nomadicam fere agebant, sed ii quoque, qui fixas ceperant sedes, praesertim circa Arabicorum montium radices, ubi optimis saltibus terra abundat, aut in Deltae regionibus paludosis. Quare distinguuntur ab iis, qui agris colendis operam dant, II, 77. Pastores autem, *subulcos* inprimis, ab Aegyptiis contemtos adeoque infimo loco habitos fuisse satis constat, nec plura monere attinet post ea, quae ad II, 47. 128 notavimus. Tu vid. etiam Heeren. l. l. pag. 146—151.

οἱ δὲ, κάπηλοι] Hanc classem institorum, mercatorum, cauponum fuisse negat Heeren. l. l. pag. 140 seq., quippe qua contineantur, quicunque artes sellularias quascunque exerceant (*die Kaste der gewerbtreibenden Bürger*), et ipsi pro artibus, quas singuli profiteantur, in totidem classes divisi, cum filio nonnisi artem patris tractare licuerit. Conf. Herod. II, 141. Ac mirari subeat, ab Herodoto non commemorari *agricolarum* classem, quam vocat Diodorus l. l. Hinc agricolas *classi καπήλων* adscriptos fuisse quidam censuere; nisi, quo ducit ipse Herodotus, cum terram omnem aequis portionibus inter Aegyptios divisam esse scribit II, 109, plurium aliarum classium communis fuerit agricultura, nec certum quoddam hominum genus constituerit.

οἱ δὲ, ἑρμηνέες] De *interpretibus* vidimus ad II, 154.

οἱ δὲ, κυβερνῆται] *Gubernatorum* classe haud ii contineri videntur, si qui navibus per mare veherentur, cum mare exosum esset Aegyptiis, sed frequens istorum hominum genus, qui in Nilo, inundationis praesertim tempore, navigationem instituebantur. Conf. II, 96 ibiq. not. et inprimis Heeren. l. l. pag. 143 — 145. Errant igitur, qui monente Cr. ad h. l. κυβερνήτας hosce pro gubernatoribus maritimis habent auctores operis descript. de l'Eg. vol. II (Thèb.) pag. 63.

Καλασίριές τε καὶ Ἑρμοτύβιες] Ἑρμοτυμβιεῖς vocantur apud Stephan. Byzant. s. v. Tu add. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. 729, qui diversum utriusque gentis nomen a diverso vestitus genere tractum esse censet. Sed Iablonskio interprete, vocc. Aegg. p. 69 sqq. 101 sqq.,

εἰσί. κατὰ γὰρ δὴ νομοὺς Αἴγυπτος ἅπασα διαραί-
165 ρηται. Ἑρμοτυβίων μὲν οἵδε εἰσὶ νομοί· Βουσιρί- Utrorumque nomi et numerus.
της, Σαΐτης, Χεμμίτης, Παπρημίτης, νῆσος ἡ Προ-

Καλασίριες sunt *iuvenes*, *adolescentes* (inde maxime apti ad expeditiones bellicas extra Aegypti fines instituendas), Ἑρμοτύβιες vero *bellantes*, *militantes*, quibus seniores intelligi arbitratur, ad patriam defendendam potius destinati quam ad bellum extra Aegypti fines proferendum. Heerenio denique l. l. pag. 136 diversae primitus fuisse videntur gentes s. tribus, quae diversis quoque locis habitarint et in unam militum classem dein coaluerint.

ἐκ νομῶν δὲ τῶνδε εἰσί] Iure notat Heeren. l. l. p. 136. 137 maximam militum partem in inferiori Aegypto terras suas ac stationes habuisse assignatas, cum unus tantum nomus in media Aegypto Chemmidis, alterque Thebaicus in superiori Aegypto iisdem assignatus esset. Cum vero e regionibus Deltae adiacentibus maximum Aegyptiis immineret periculum Psammitichi potissimum aetate atque eorum, qui secuti sunt reges, hoc ita institutum fuisse videtur, ut illis in regionibus praecipue castra sua haberent milites, praeter quos alii quoque illic habitasse videntur homines, pastores, agricolae, qui, quae militibus necessaria essent ad victum, pararent. Ipsos enim milites agris colendis operatos esse vixdum affirmare licet, cum alia desint testimonia, si a Diodoro discesseris, qui tertiam omnium agrorum portionem militum fuisse enarrat.

κατὰ γὰρ δὴ νομοὺς Αἴγυπτος ἅπασα διαραίρηται] Cf. supra II, 109 ibiq. not. Valde autem variant, quae de numero nomorum aeque ac de singulorum nomorum nominibus ac finibus apud veteres inveniuntur tradita. Neque enim una eademque nomorum divisio semper in Aegypto obtinuisse videtur, quippe temporum decursu pro statu publico regnique conditione crebrius mutata. Nomen autem singuli nomi ab urbibus praecipuis accepisse videntur. Tu vid. quae affert Beck. Weltgesch. I p. 736 et Champoll. l'Eg. sous l. phar. II p. 270 seqq. Ritter. Erdkund. I p. 704. Heeren. II, 2 p. 111. 113 seq.

Cap. CLXV.

Βουσιρίτης] De urbe *Busiridis*, unde nomen tulit nomus, vid. II, 59 ibiq. not. De *Saitico* nomo conf. II, 152. 172 et II, 62 ibiq. nott. De *Chemmi* diximus ad II, 91; de *Papremi* ad II, 63; de insula Prosopitide ad II, 41. *Natho* videtur idem esse nomus, qui Ptolemaeo dicitur Νεούτ, et ab eodem inter Busiriticum et Bubasticum (s. Phatniticum et Pelusiacum) fluvium ponitur. In insula Prosopitide collocat

σωκῖτις καλεομένη, Ναθὼ τὸ ἥμισυ. ἐκ μὲν τού-
των τῶν νομῶν Ἑρμοτύβιες εἰσί· γενόμενοι, ὅτε
ἐπὶ πλείστους γενοίατο, ἑκκαίδεκα μυριάδες. καὶ
τούτων βαναυσίης οὐδεὶς δεδάηκε οὐδὲν, ἀλλ'
166 ἀνέονται ἐς τὸ μάχιμον. Καλασιρίων δὲ οἵδε ἄλλοι
νομοί εἰσι· Θηβαῖος, Βουβαστίτης, Ἀφθίτης, Ταvί-

Danvillius, minus recte meâ quidem sententiâ. Tu conf. Schlichthorst. l. l. pag. 72 et Mannert. X, 1 pag. 568, qui Natho et ipsam insulam fuisse suspicatur. — In seqq. scripsi cum Gaisf. τούτων pro τουτέων, ut II, 164 αὐτῶν pro vulg. αὐτέων.

ὅτε ἐπὶ πλείστους γενοίατο] Eadem invenitur locutio II, 166, ubi ἐπὶ exprimere videtur Latinorum *ad*. Conf. Matth. Gr. Gr. pag. 1169. Sed magis me quidem h. l. advertit optativus γενοίατο, cuius loco aliquot libri offerunt ἐγένοντο; quod ipsum documento esse videtur, primitivam lectionem fuisse ἐγενέατο, quae forma invenitur II, 166 et illustratur a Matth. pag. 384. Vereor enim, ut h. l. ὅτε cum optativo ad vulgarem usum, de quo Matth. §. 521 p. 1005 seqq., revocari queat.

ἀλλ' ἀνέονται ἐς τὸ μάχιμον] ἀνέονται cum videatur dictum pro ἀνεῖνται (vid. II, 65) a verbo ἀνίημι, haud scio an rectius scripseris ἀνέωνται, quod primum coniecit H. Stephanus, novisque rationibus firmavit Buttmann. in Gr. Gr. pag. 541 not. Ita enim exhibet optimus liber Florentinus. Est vero reddendum: *vacant militiae*. Haud aliter II, 167: τοὺς ἐς πόλεμον ἀνειμένους i. e. eos, *qui rei militari vacant*.

Cap. CLXVI.

Θηβαῖος, Βουβαστίτης] Thebanus nomus a Thebarum urbe cognominatus. Tu conf. II, 4. 15. 42. De *Bubasti* urbe, unde Bubastites nomus, diximus ad II, 60.

Ἀφθίτης] Urbem nec Herodotus nec quisquam *alius*, quantum scio, indicavit. Nomus inter Bubastin et Tanin situs videtur Larchero tom. VIII p. 37 s. v.

Ταvίτης] *Tanites* nomus ab urbe *Tani*, quae Herodoto quidem non nominatur, quamquam valde antiqua adeoque Pharaonum sedes in Mosis historia celebrata, ut e *libris* sacris apparet, quibus dicitur צען (*Zoan*). Sita erat in orientali ripa Tanitici fluvii haud procul ab eo loco, ubi fluvius cum mari coniungitur. Nec multum inde abest lacus Menzaleh, qui hodie dicitur. Magnam fuisse urbem atque amplam etiamnum arguunt rudera, quibus ab Arabibus idem nomen impositum *Sân*. Plura Champoll. l'Egypt.

της, Μενδήσιος, Σεβεννύτης, Ἀθριβίτης, Φαρβαιθίτης, Θμουΐτης, Ὀνουφίτης, Ἀνύσιος, Μυεκ-

---

sous l. phar. II pag. 104 seq. 107 seq. Ritter. Erdkund. I pag. 829 seq. coll. Gesen. ad Iesai. XIX, 11 pag. 616, quem ad h. l. citat *Cr.*

Μενδήσιος] Conf. supra ad III, 43. 46 nott.

Σεβεννύτης] De fluvio Nili Sebennytico diximus in excurs. ad II, 17. Urbem ipsam haud memorat Noster, quae Straboni dicitur ἡ Σεβεννυτικὴ πόλις, nunc vero *Samanud* s. *Semenud*, Sebennytico fluvio ab occidente apposita. — Conf. Schlichthorst. l. l. pag. 69.

Ἀθριβίτης] Urbis ipsius (*Athribis*) nulla apud Nostrum mentio, quamquam e praecipuis Aegypti inferioris urbibus fuisse fertur. Sita erat ad orientalem partem fluminis Pelusiaci haud procul ab eo loco, ubi a Pelusiaco separatur Phatmiticum ostium. Antiquum nomen *Athrebi* s. *Athrêpe* nunc est commutatum in *Atrib*, qui vicus urbis veteris locum occupat. Vid. Champoll. l. l. p. 48. Ritter. l. l. I pag. 828.

Φαρβαιθίτης] *Pharbaethites* nomus, qui solus apud Herodotum memoratur, nomen traxit ab urbe *Pharbaethi*, quam eandem esse atque eam, quae nunc vocatur Balbeis, nonnulli perperam arbitrati sunt, ut pluribus commonstravit Champoll. l. l. II p. 94 seqq. Nam Pharbaethus sita erat ad orientalem ripam Tanitici fluvii, occidentem versus a Pelusiaco, ubi adhuc rudera conspiciuntur ad vicum *Harbaït*, in quo ipso nomine veterem appellationem, demto scilicet articulo *P*, agnovit Champoll. Nam olim dicebatur *Pharbaït*. Add. Ritter. l. l. I p. 828.

Θμουΐτης] *Thmuis* urbs, unde nomus *Thmuïtes*, una de maioribus Aegypti inferioris urbibus fuisse perhibetur et a Ptolemaeo caput nomi Mendesii dicitur, licet Herodotus duos eosque diversos memoret nomos, Mendesium atque Thmuitem. Quae sic componere studet Champoll. l. l. II p. 115 sq. ut νομὸν apud Herodotum non tam de provincia s. praefectura, ad quam plures urbes pertinuerint, quam potius de singulo alicuius urbis territorio dici existimet. Quae tamen vereor, ut virorum doctorum assensum inveniant. Utut est, sita erat *Thmuis* urbs haud admodum remota a Nili fluvio Mendesio, media fere inter Taniticum et Mendesium fluvium. Ruinae urbis amplae exstant tribus milliariis Gallicis a Mansourah prope vicum Temay (Thmaouiéh). Plura Champoll. l. l. et Mannert. Geogr. der Gr. u. Röm. X, 1 pag. 577.

Ὀνουφίτης] Nomi situs non satis certus. Danvillius collocat in occidentali Sebennytici fluvii ripa, ubi nunc *Banoub*, ut Arabes dicunt. Conf. Cham-

φορίτης· οὗτος ὁ νομὸς ἐν νήσῳ οἰκέει, ἀντίον
2 Βουβάστιος πόλιος. οὗτοι δὲ οἱ νομοὶ Καλασιρίων
εἰσί· γενόμενοι, ὅτε ἐπὶ πλείστους ἐγένετο, πέντε
καὶ εἴκοσι μυριάδες ἀνδρῶν. οὐδὲ τούτοισι ἔξεστι
τέχνην ἐπασκῆσαι οὐδεμίαν, ἀλλὰ τὰ ἐς πόλεμον
ἐπασκέουσι μοῦνα, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεκόμενος.

167 Εἰ μέν νυν καὶ τοῦτο παρ' Αἰγυπτίων μεμαθήκασι
οἱ Ἕλληνες, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως κρῖναι· ὁρέων καὶ
Θρήϊκας καὶ Σκύθας καὶ Πέρσας καὶ Λυδοὺς, καὶ
σχεδὸν πάντας τοὺς βαρβάρους, ἀποτιμοτέρους τῶν
ἄλλων ἡγημένους πολιητέων τοὺς τὰς τέχνας μαν-
2 θάνοντας, καὶ τοὺς ἐκγόνους τούτων· τοὺς δὲ ἀπαλ-
λαγμένους τῶν χειρωναξιέων, γενναίους νομιζομέ-
νους εἶναι, καὶ μάλιστα τοὺς ἐς τὸν πόλεμον ἀνει-

Dignitas militum prae opificibus apud omnes gentes, et in Graecia maxime apud Lacedaemonios: Corinthii minime contemnunt opifices.

---

poll. l. l. II p. 227. Mannerto (X, 1 p. 573) videtur nomus meridiem versus ab urbe, quae nunc appellatur Mansura, in media terra a fluvio remotus collocari posse.

Ἀνύσιος] Conf. not. ad II, 137 init. Hic addam Mannerti (X, 1 p. 591) sententiam, cui nomus Anysius haud alius esse videtur atque nomus Sethroites, Herodoto haud commemoratus, in orientali parte lacus Menzaleh, quo olim Anysis rex confugerit, in cuius memoriam fortasse nomus ita fuerit appellatus.

Μυεκφορίτης] Cum insula, in qua hic nomus, parum ampla sit, Champoll. l. l. II p. 68 eam Bubastico nomo adscriptam fuisse putat. Nomen ipsum significare docet *insulam florentem, floribus ornatam*. Neque reapse postero tempore ulla huius nomi mentio, quem septentrionem versus ab urbe *Bubasti*, intra Pelusiacum et Taniticum fluvium fuisse existimat Mannert. l. l. X, 1 pag. 591. — De urbe *Bubasti* vid. supra II, 60. 137.

ἐν νήσῳ οἰκέει] οἰκεῖν hic *situm esse* significat. Laudat Wesseling. Homer. Il. II, 626 coll. Sophocl. Ai. 604 aliosque aliorum scriptorum locos. Tu vid. etiam supra I, 27 ibique not. — Ad verba: ὅτε ἐπὶ πλείστους ἐγένετο conf. not. ad II, 165. In seqq. edidi οὐδεμίαν cum Gaisf. pro vulg. οὐδεμίην.

παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεκόμενος] Conf. I, 7 ibiq. not. Diodor. II, 21.

Cap. CLXVII.

τοὺς ἐς τὸν πόλεμον ἀνει-

μένους. μεμαθήκασι δ' ὦν τοῦτο πάντες οἱ Ἕλληνες, καὶ μάλιστα Λακεδαιμόνιοι. ἥκιστα δὲ Κορίν-
168 θιοι ὄνονται τοὺς χειροτέχνας. Γέρεα δέ σφι ἦν τάδε ἐξαραιρημένα μούνοισι Αἰγυπτίων, πάρεξ τῶν ἱρέων· ἄρουραι ἐξαίρετοι δυώδεκα ἑκάστῳ ἀτελέες.
2 ἡ δὲ ἄρουρα ἑκατὸν πηχέων ἐστὶ Αἰγυπτίων πάντη. ὁ δὲ Αἰγύπτιος πῆχυς τυγχάνει ἴσος ἐὼν τῷ Σα-
3 μίῳ. ταῦτα μὲν δὴ τοῖσι ἅπασι ἦν ἐξαραιρημένα. τάδε δὲ ἐν περιτροπῇ ἐκαρποῦντο, καὶ οὐδαμὰ
4 ὡυτοί. Καλασιρίων χίλιοι, καὶ Ἑρμοτυβίων ἄλλοι,

Singulis militibus apud Aegyptios duodenae arurae immunes: quantus numerus ex utroque genere militum in singulos annos regi apparuerit, et quantum eorum quisque pa- 186 nis, carnis et vini quotidie acceperit.

μένους] Conf. not. ad II, 165 fin.

ἥκιστα δὲ Κορίνθιοι ὄνονται τοὺς χειροτέχνας] *ὄνεσθαι* valet: *contemnere*, *spernere*, *nihili aestimare*. Conf. supra II, 136 *κατόνεσθαι*. Et bene admonet Wesselingius urbis Corinthi mercaturâ celeberrimae opificumque studiis maxime insignis, ut adeo has artes earumque studiosos Corinthii magno in honore habuerint. Conf. Strab. VIII p. 382 s. 586, A.

Cap. CLXVIII.

γέρεα δέ σφι ἦν] *γέρεα* agros dicit militibus assignatos, ex quorum reditibus victum sibi quaererent. Conf. Herod. IV, 162. 165 et not. ad II, 164. Hos vero agros omni vectigali exemtos fuisse, ex h. l. intelligimus.

ἡ δὲ ἄρουρα — Αἰγυπτίων] Conf. II, 149 ibiq. not. Quod vero Suidas scribit, plethri partem quartam appellari *ἄρουραν* et quinquaginta pedibus constare, id ad nostrum locum commode referri nequit. Magis huc facit, quod monet Wurm. de pondd. ratt. pag. 94 coll. p. 100, *ἄρουραν* esse terrae partem aratam, aream, non longitudinem quinquaginta pedum. Itaque h. l. intelligenda est area centum cubitis quaquaversus extensa sive area decem mille cubitorum quadratorum s. 22,500 pedum quadratorum. Add. Iomard. in descript. de l'Eg. antiqq. I (3 livr.) p. 683 seqq.

τάδε δὲ ἐν περιτροπῇ ἐκαρποῦντο] *τάδε* pertinet ad ea, quae in fine cap. indicantur, panis, carnis ac vini portiones. — „*ἐν περιτροπῇ* i. e. *ἐκ περιόδου per vices*, interpretante I. Fr. Gronovio ad Taciti German. cap. 26.“ *Cr.*

Καλασιρίων χίλιοι, καὶ Ἑρμοτυβίων ἄλλοι] *ἄλλοι* rectius nunc additum invenitur, olim omissum. Atque dudum illud expresserat Valla. Caeterum hic militum numerus, collatus cum militum numero cap. 165.

ἐδορυφόρεον ἐνιαυτὸν ἕκαστοι τὸν βασιλέα· τούτοισι δ' ὦν τάδε πάρεξ τῶν ἀρουρέων ἄλλα ἐδίδοτο ἐπ' ἡμέρῃ ἑκάστῃ, ὀπτοῦ σίτου σταθμὸς πέντε μνέαι ἑκάστῳ, κρεῶν βοέων δύο μνέαι, οἴνου τέσσερες ἀρυστῆρες. ταῦτα τοῖσι αἰεὶ δορυφορέουσι ἐδίδοτο.

169 Victus praelio Apries et captus, aliquamdiu benigne habitus, denique strangulatur: sepulcra regum ex praefectura Saitica, in templo Minervae.

Ἐπεί τε δὲ συνιόντες, ὅ τε Ἀπρίης ἄγων τοὺς
ἐπικούρους, καὶ ὁ Ἄμασις πάντας τοὺς Αἰγυπτίους,
ἀπίκοντο ἐς Μώμεμφιν πόλιν, συνέβαλον· καὶ ἐμα-
χέσαντο μὲν εὖ οἱ ξεῖνοι, πλήθεϊ δὲ πολλῷ ἐλάσ-
2 σονες ἐόντες, κατὰ τοῦτο ἑσσώθησαν. Ἀπρίεω δὲ
λέγεται εἶναι ἥδε ἡ διάνοια, μηδ' ἂν θεόν μιν
μηδένα δύνασθαι παῦσαι τῆς βασιληΐης· οὕτω ἀσφα-

166, iusto minor Schweighaeusero videtur. Sed poterant illic intelligi non viri tantum arma gerentes, sed eorum quoque familiae, ita ut omnium hominum ad militum γένος pertinentium tantus fuerit numerus. — In seqq. de structura verbi δορυφορεῖν vid. Matth. Gr. Gr. §. 412, 2 p. 754 seq.

σταθμὸς πέντε μνέαι] Ad σταθμὸς consul. Matth. §. 428, 5. Mina Attica — nec enim alias minas hic indicari credo — constitit centum drachmis, quae nostris mensuris adaequatae efficiunt 29 Loth. 3, 3961 Quint. Cölln. sive 1⅛ libr. Rom. Vid. Wurm. de pondd. ratt. p. 43. 47. ἀρυστῆρες Hesychio explicantur κοτύλαι, quae quidem et ipsae pro singulis Graeciae civitatibus valde erant diversae, haud tamen raro pro Romanorum Heminis accipiuntur, quae aequant 0, 687,344 Wurtemb. Schopp., igitur dimidium fere eius mensurae, quae Schoppen vulgo dicitur s. quarta pars eius, quod Maass vocatur. Binae cotylae efficiunt ξέστην, duodecim χοῦν et centum quadraginta quatuor μετρητήν. Tu vid. Wurm. l. l. pag. 123 seqq. 126 seq. 198.

Cap. CLXIX.

ἀπίκοντο ἐς Μώμεμφιν] Conf. not. ad II, 163.

μηδ' ἂν θεόν μιν μηδένα δύνασθαι παῦσαι] Attendi iubet Wesseling. ad hanc stultissimae iactantiae plenam orationem, illi perquam similem, quae ex Hophrae (quem eundem habet atque Apriem) ore profertur apud Ezech. XXIX, 3. Alia La Cerda ad Virgil. Aen. X, 773, a Wesselingio laudatus.

3 λέως ἑωυτῷ ἱδρῦσθαι ἐδόκεε. καὶ δὴ τότε συμβα-
λὼν ἑσσώθη· καὶ ζωγρηθεὶς, ἀπήχθη ἐς Σάϊν πό-
λιν, ἐς τὰ ἑωυτοῦ οἰκία πρότερον ἐόντα, τότε δὲ
4 Ἀμάσιος ἤδη βασιλήϊα. ἐνθαῦτα δὲ τέως μὲν ἐτρέ-
φετο ἐν τοῖσι βασιληΐοισι, καί μιν Ἄμασις εὖ πε-
5 ριεῖπε. τέλος δὲ, μεμφομένων Αἰγυπτίων ὡς οὐ
ποιοῖ δίκαια, τρέφων τὸν σφίσι τε καὶ ἑωυτῷ ἔχθι-
στον, οὕτω δὴ παραδιδοῖ τὸν Ἀπρίην τοῖσι Αἰγυ-
6 πτίοισι. οἱ δέ μιν ἀπέπνιξαν, καὶ ἔπειτα ἔθαψαν
7 ἐν τῇσι πατρῴῃσι ταφῇσι. αἱ δέ εἰσι ἐν τῷ ἱρῷ
τῆς Ἀθηναίης, ἀγχοτάτω τοῦ μεγάρου, ἐσιόντι
8 ἀριστερῆς χειρός. ἔθαψαν Σαΐται πάντας τοὺς ἐκ
νομοῦ τούτου γενομένους βασιλέας ἔσω ἐν τῷ ἱρῷ.
9 καὶ γὰρ τὸ τοῦ Ἀμάσιος σῆμα ἑκαστέρω μέν ἐστι
τοῦ μεγάρου ἢ τὸ τοῦ Ἀπρίεω καὶ τῶν τούτου προ-

εὖ περιεῖπε] Confer Matth. pag. 457 et vid. supra I, 73. 114. II, 64. 69.

οἱ δέ μιν ἀπέπνιξαν] Diodorus I, 68 fin. haec tantum profert: ὁ μὲν Ἀπρίης ζωγρηθεὶς ἀνήχθη καὶ στραγγαληθεὶς ἐτελεύτησεν. Nobis in mentem quoque venit eius supplicii, quod II, 100 fin. memoratur.

ἔθαψαν ἐν τῇσι πατρῴῃσι ταφῇσι] Ultimae Aegyptiorum regum dynastiae sedem inde a Psammiticho Sai fuisse ibidemque reges sepultos esse praeter Herodotum testantur alii, quos laudat Zoëga de obeliscc. p. 416 seqq. Ac Psammitichum in Saiticae Minervae templo sepultum esse, diserte tradit idem Strabo XVII pag. 802 s. 1153, D sive 539 Tzsch., monente Cr. ad h. l. Cum enim in Minervae templo Osiris repositus esse diceretur, nemo utique fuit rex, quin cum optimo deo eodem sepulcro se contineri voluerit, adeoque ὁμόταφον esse summi apud inferos quoque dei. Itaque nihil mirum, in templo Minervae, cuius religionibus insignis erat urbs (conf. II, 62), regum fuisse cryptas. Confer Zoëg. l. l. Heeren. Ideen II, 2 pag. 333 et not. ad Herodot. II, 170. — Ad seqq. Cr. conferri vult Palin. fragmm. sur les hieroglyphes IV pag. 19.

ἀριστερῆς χειρός] Male vulgo χερός, invitis optimis libris. Ad locutionem conf. Aeschyl. Prometh. vs. 720 (739). Nec fugit Matth. Gr. Gr. §. 377, 1 pag. 691. — Ad μέγαρον cf. II, 141. 143.

κατόρων· ἔστι μέντοι καὶ τοῦτο ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ
ἱροῦ, παστὰς λιθίνη μεγάλη, καὶ ἠσκημένη στύ- 1
λοισί τε φοίνικας τὰ δένδρεα μεμιμημένοισι, καὶ
τῇ ἄλλῃ δαπάνῃ. ἔσω δὲ ἐν τῇ παστάδι διξὰ θυ-

ἐν τῇ αὐλῇ] De αὐλή et παστάς conf. nott. ad II, 148.

ἠσκημένη στύλοισί τε φοίνικας τὰ δένδρεα μεμιμημένοισι] i. e. *columnis palmas arbores imitantibus ornatus.* De ἠσκημένη vid II, 130 ibique not. Atque admonet Creuzer. (comm. Herod. p. 393 not. 432) doctorum Gallorum, qui Aegyptiacae architecturae primordia explicantes, hocce Herodoti loco sunt usi. Illud enim sibi videntur vidisse, non solum columnas, sed alias quoque aedificiorum partes apud veteres Aegyptios ad *plantarum arborumque* imitationem effictas esse. Eam rem confirmari putant non modo reliquiis sepulchri Osymandyae, verum etiam singulis, quotquot hodieque exstent, superioris Aegypti aedificiis. Vid. descript. de l'Eg. antiqq. vol. II Thèb. p. 33.

ἔσω δὲ ἐν τῇ παστάδι διξὰ θυρώματα ἕστηκε] Vertunt vulgo: „*intra thalamum, repositorium est binis foribus clausum atque inibi est regis sepulcrum.*“ θυρώματα Valla erat interpretatus *postes, in quibus urna s. loculus est.* Cui oblocutus Wesselingius exponit *tabulata ad fores deposita et conditorio apta,* quemadmodum in Stobaeo XLI p. 251 et θύρη pro *tabula* in Nostr. II, 96. VIII, 51. Atque θυρώματα saepius idem esse atque θύρα recte monuisse videtur Schweighaeuserus. Larcherus reddiderat: *une niche avec un porte a deux battans,* probante Valckenario Toupioque. In quam sententiam Italus interpres hunc l. ita vertit: „e dentro la pastada vi sono due nicchie con duplice porta e nella nicchia v' è il repositorio;“ et in nota haec scribit: „*con duplice porta:* o piu tosto: *con porta a due imposte.*“ Erit igitur minus conclave s. repositorium bivalvi ianuà clausum. Schweighaeuserus, cui *non prorsus* displicet Larcheri *ratio,* eam proponit ipse interpretationem, ut διξὰ θυρώματα sint *geminatae fores, ianua bivalvis* et ἐν τοῖσι θυρώμασι idem atque ἐντὸς τῶν θυρωμάτων. Quae Creuzero placent (commentt. Herodd. p. 394) utpote simplicissima, licet *geminatas fores* haud agnoscat. „*Utut* igitur accipias ac vertas illud διξὰ θυρώματα (sunt verba Creuzeri l. l.), semper remanent sive binae fores sive ianua bivalvis et quidem in sepulcri constructione ac defuncti regis conditorio. Quam rem si cum Clementis Porphyriique testimoniis conferas, cogitesque indolem Aegyptiorum, omnia, quae ad mortuos rite componendos per-

ρώματα ἕστηκε· ἐν δὲ τοῖσι θυρώμασι ἡ θήκη ἐστί.

170 Εἰσὶ δὲ καὶ αἱ ταφαὶ τοῦ οὐκ ὅσιον ποιεῦμαι ἐπὶ τοιούτῳ πρήγματι ἐξαγορεύειν τοὔνομα ἐν Σάϊ, ἐν τῷ ἱρῷ τῆς Ἀθηναίης, ὄπισθε τοῦ νηοῦ, παντὸς [2]τοῦ τῆς Ἀθηναίης ἐχόμεναι τοίχου. καὶ ἐν τῷ τεμένεϊ ὀβελοὶ ἑστᾶσι μεγάλοι λίθινοι· λίμνη τέ ἐστι ἐχομένη, λιθίνῃ κρηπῖδι κεκοσμημένη, καὶ ἐργασμένη εὖ κύκλῳ, καὶ μέγαθος, ὡς ἐμοὶ ἐδόκεε, ὅση περ ἡ ἐν Δήλῳ, ἡ τροχοειδὴς καλεομένη.

In eodem templo aliud sepulcrum dei cuiusdam.

---

tinerent, per quandam significationem (symbolice) exornare solitorum: nullus, opinor, dubitabis, quin haec quoque geminatae fores in sepulcro Saïtico patentes, ad vitae mortisque vices animarumque vicissitudines spectaverint." In mumiarum enim picturis conspicuae sunt fores angustae fenestris quodammodo similes, sive portulae, quae ab utraque Isidis precantis parte aperiuntur. Quas eodem spectare monet Creuzerus l. l. pag. 390, aliis quoque locis laudatis.

ἡ θήκη ἐστί] Conf. II, 67. 148.

Cap. CLXX.

αἱ ταφαὶ τοῦ οὐκ ὅσιον ποιεῦμαι ἐπὶ τοιούτῳ πρήγματι κ. τ. λ.] Haud aliter est locutus Noster II, 61. 86. 132, ubi Osiridem mortuum quem ferebant intelligit, cuius *ὁμοτάφους* optimos quosque Aegyptiorum fieri voluisse constat. Nec fugit Athenagoram de legat. c. 25 haec Herodoti verba exscribentem. „Ac nemini potest obscurum esse" (sunt Creuzeri verba in commentt. Herodd. pag. 107), „eos deos, qui humana pati adeoque mortem oppetere crederentur, in superiorum vel potius a mortalium sorte immunium deorum sacrariis humatos esse. Iam cum et ipsi homines iuxta Osiridem ibidem humarentur, hoc ritu credibile est, nihil aliud spectasse Aegyptios, quam ut per gradum quasi et Osiride opitulante ad summos deos ascenderent, absoluto temporis finiti orbe, homines." Conf. ad II, 169 not.

ἐξαγορεύειν] Hoc verbum usurpari de *arcanis divulgandis, prodendis*, monuimus in Creuzeri Melett. III pag. 82. — Ad *ἐχόμεναι* (prouti recte repositum est a Wesselingio, discrepantibus libris vetustis) conf. II, 148 fin. Ad *ὀβελοί* vid. II, 111 ibiq. nott.

ἡ τροχοειδὴς καλεομένη] *Lacus rotundi* Phoebi natalibus insignis in insula Delo meminerunt Theognis 7. Callimach. hymn. in Del. 261. Quem eundem recentioris aetatis peregri-

Quae ibi mysteria fiant: Danai filiae Thesmophoria ex Aegypto in Peloponnesum attulerunt a. 1510.

171 Ἐν δὲ τῇ λίμνῃ ταύτῃ τὰ δείκηλα τῶν παθέων αὐτοῦ νυκτὸς ποιεῦσι, τὰ καλέουσι μυστήρια Αἰγύπτιοι. 2 περὶ μέν νυν τούτων εἰδότι μοι ἐπὶ πλέον ὡς ἕκαστα αὐτῶν ἔχει, εὔστομα κείσθω. καὶ τῆς Δήμη-

---

nator Spon. (itin. I p. 136) invenit ac descripsit. Conf. etiam Tournefort. voyage du Levant t. I p. 290 seq., cuius mentionem h. l. faciunt interpretes.

Cap. CLXXI.

ἐν δὲ τῇ λίμνῃ] ἐν h. l. haud aliter accipiendum videtur atque II, 159. 163, ubi vid. — In seqq. cum Gaisf. dedi αὐτῶν pro αὐτέων.

τὰ δείκηλα τῶν παθέων αὐτοῦ νυκτὸς ποιεῦσι] De Saïtarum festis conf. supra II, 59. 62. Hoc in loco αὐτοῦ referendum est ad *Osiridem*, ad cuius funera celebranda ritusque ferales spectant, quae h. l. traduntur. In iis enim exhibebant speciem casuum, qui deo acciderant, dum in vivis erat et in terra versabatur, donec a Typhone caederetur. Scenis igitur et ludis quasi repraesentasse videntur universam calamitatum historiam, quas deus humanâ formâ indutus perpessus fuerit. Quae quales fuerint, hic exponere longum est; exposuit, ne alia attingam, Plutarchus de Is. et Osir. p. 356 s. 459 seq. Wyttenb. Et pluribus locis supra iam huius fabulae mentionem fecimus. Hoc vero nunc praetermitti nolumus: Herodoti locum artis scenicae vel Graecorum primordia atque initia continere. „Sicuti enim Aegyptii" (sunt verba Creuzeri in comm. Herodd. p. 223) „noctu in urbe Saï ad lacum Osiridis casuum speciem imaginemque exhibuerant: ita prisco admodum aevo similiter eventa Bacchica exhibuerant ad Lernaeum lacum Argivi. Inde publice quoque in festis Bacchi diebus talia, quae publice evulgari poterant, rudi incomtoque modo repraesentata sunt in agris oppidisque per universam Graeciam et Italiam eam, quam Graeci habitarunt. *Docent vascula*, in illis *maxime oris magno numero reperta.*" Plura de his vid. ad V, 67, de quo loco iam monuit Creuzer. l. l. pag. 221 seq.

ἐπὶ πλέον] i. e. *plus*, *accuratius*. Conf. Heindorf. ad Platon. Gorg. p. 23, ad Phaedon. p. 161. Add. act. philoll. *Monacc.* I pag. 289

εὔστομα κείσθω] i. e. *silentium agere debeo.* Loquendi formula serioris aetatis scriptoribus valde frequens, ut in proverbium fere abierit. Tu vid. schol. ad Sophocl. Philoct. 201. Plutarch. moral. p. 857. Thomas Mag. p. 395 et Phrynich. pag. 469 ed. Lobeck. Quod vero in Herodoto scribere placet Sturzio ad Hellanic. fragm.

τρος τελετῆς πέρι, τὴν οἱ Ἕλληνες θεσμοφόρια κα- 187
λέουσι, καὶ ταύτης εἰδότι μοι πέρι εὔστομα κείσθω,
3 πλὴν ὅσον αὐτῆς ὁσίη ἐστὶ λέγειν. αἱ Δαναοῦ θυ-
γατέρες ἦσαν αἱ τὴν τελετὴν ταύτην ἐξ Αἰγύπτου
ἐξαγαγοῦσαι, καὶ διδάξασαι τὰς Πελασγιώτιδας
4 γυναῖκας. μετὰ δὲ, ἐξαναστάσης πάσης Πελοποννή-
σου ὑπὸ Δωριέων, ἐξαπώλετο ἡ τελετή· οἱ δὲ ὑπο-
λειφθέντες Πελοποννησίων καὶ οὐκ ἐξαναστάντες
Ἀρκάδες, διέσωζον αὐτὴν μοῦνοι.

172 Ἀπρίεω δὲ ὧδε καταραιρημένου, ἐβασίλευσε
Ἄμασις, νομοῦ μὲν Σαΐτεω ἐών· ἐκ τῆς δὲ ἦν πό-

Amasis ab a. 570: quam callide ignobilitatem suam a contemtu vindicarit.

---

p. 33 (ut monet ad h. l. *Cr.*): εὖ στόμα κείσθω i. e. *quiescat mihi os, taceam*, cum εὔστομα denotet *ori ac palato iucunda;* id ab Herodoti libris scriptis aequo recedit ac seriorum scriptorum, qui Herodotum imitati sunt, ab úsu.

τὴν οἱ Ἕλληνες θεσμοφόρια καλέουσι] De Graecorum *Thesmophoriis* exposuerunt St. Croix recherches sur les mystèr. d. pagan. t. I p. 110 ed. sec. Wellauer. de Thesmophoriis, Vratislav. 1820 et praecipue Creuzer. Symbol. IV pag. 440 seqq., qui iure praeferendam censet Herodoti auctoritatem ad Aegyptum horum mysteriorum primordia revocantis. Ex Aegypto autem Thesmophoriorum origines repetendas esse nemo mirabitur, qui Graecorum Cererem haud aliam esse atque Isidem perspexerit, quae cum agriculturam, sedes fixas, alia quae huc spectant, prima instituisset, istiusmodi festa sibi habuit consecrata. Conf. Herod. II, 59. 158. — De *Danao* conf. not. ad II, 107.

καὶ ταύτης εἰδότι μοι κ. τ. λ.] εἰδότι e Sancrofti libro cum recentt. recepi, cum vulgo abesset.

διέσωζον αὐτὴν μοῦνοι] Omnino tenendum est, sacra Graecarum gentium (Pelasgos vulgo appellant) antiquissima, Doribus irruentibus, admodum esse turbata, eoque rem adductam esse, ut sacra ex publico quasi cultu ad mysteriorum recessus revocarentur ibique ut arcana propagarentur. Sic Thesmophoriorum sacra, quae antiquissimo aevo ad memoriam agriculturae instituta quotannis celebrandam, ex Aegypto introducta erant, relicto publico cultu ad mysteriorum arcana relata fuisse videntur. Tu conf. Pausan. VIII, 37 §. 1 et a Creuzero laudatum C. O. Müller. in Orchomen. pag. 453.

ῥλιος, οὔνομά οἱ ἐστὶ Σιούφ. τὰ μὲν δὴ πρῶτα, κατόνοντο τὸν Ἄμασιν Αἰγύπτιοι, καὶ ἐν οὐδεμιῇ μοίρῃ μεγάλῃ ἦγον, ἅτε δὴ δημότην τὸ πρὶν ἐόντα, καὶ οἰκίης οὐκ ἐπιφανέος· μετὰ δὲ, σοφίῃ αὐτοὺς
3 ὁ Ἄμασις, οὐκ ἀγνωμοσύνῃ προσηγάγετο. ἦν οἱ

Cap. CLXXII.

οὔνομά οἱ ἐστὶ Σιούφ] *Siuph* Rennelio l. l. pag. 617 eo loco sita fuisse videtur, qui nunc vocatur *Ssaouaféh* in occidentali ripa fluvii Canopici. Cum vero Saïs et Saïtica ditio in orientali ripa fuerit, Champoll. l'Eg. sous l. phar. II p. 220 sq. oppidum *Siuph* in vico *Safi* quaerendum putat, qui tria tantum milliaria Gallica a Saï distet. — Ad κατόνοντο confer II, 136 fin. et Koen. ad Greg. Corinth. de dial. Ion. §. 23 pag. 407 ed. Schaef.

ἐν οὐδεμιῇ μοίρῃ μεγάλῃ ἦγον] Sensu quidem haec locutio non differt ab eo, quod legitur II, 141: ἀλογίην ἔχειν coll. IV, 150 sive· ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἔχειν, *despicatui habere, nullam rationem habere.* Monuit Valcken. ad II, 141.

ἅτε δὴ δημότην — ἐόντα] „Respexit Zonaras in lex. Gr. pag. 494 (ubi legimus: Δημότην οἱ Ἴωνες τὸν τῶν πολλῶν ἕνα· οὕτως καὶ Ἡρόδοτος), ubi Tittmanno Herodoti locus non in promptu erat. Alteram vocabuli potestatem (ubi eiusdem demi hominem denotat) expediit Ruhnken. ad Xenoph. memor. I, 2, 58 a Tittmanno laudatus. Add. Valcken. ad Herodot. III, 55. Herodoti usum sequitur nonnunquam Dionysius Halicarn. v. c. V, 2." Cr. Nec differt, quod ab Hellanico (apud Athen. XV p. 680) Amasis dicitur ἰδιώτης καὶ τῶν τυχόντων. Cum enim a Diodoro II, 68 Amasis vocatur ἀνὴρ ἐμφανής, non tam ad origines, quam ad res gestas, quibus ille post eminuit, respexisse videtur. Cf. quae de Amaside disserit P. van Limburg-Brouwer in Gedachten over het Verband tuschen de godsdienstige enzedelijke Beschaving der Egyptenaren (Amsterd. 1828) pag. 33 seq.

σοφίῃ — οὐκ ἀγνωμοσύνῃ προσηγάγετο] Displicent haec Valckenario, cum nemo dici possit quempiam ἀγνωμοσύνῃ προσαγαγέσθαι indeque legendum esse censet: οὐκ εὐγνωμοσύνῃ προσηγάγετο: Aegyptios Amasis *callido potius consilio quam lenitate et clementia sibi conciliavit.* Addit vir egregius σοφίαν hic ut alibi saepius esse *calliditatem*, προσαγαγέσθαι vero optime eos dici, qui *sibi studeant populum conciliare, principes viros potissimum, qui variis artibus alios alliciant et ad studium sui perducant.* Quae ipsa etiam exemplis appositis illustrare studuit vir doctissimus. Nec tamen satis causae video,

ἄλλα τε ἀγαθὰ μυρία, ἐν δὲ καὶ ποδανιπτὴρ χρύσεος, ἐν τῷ αὐτός τε ὁ Ἄμασις καὶ οἱ δαιτυμόνες
4 οἱ πάντες τοὺς πόδας ἑκάστοτε ἐναπενιζέατο. τοῦτον κατ᾽ ὦν κόψας, ἄγαλμα δαίμονος ἐξ αὐτοῦ ἐποιήσατο, καὶ ἵδρυσε τῆς πόλιος ὅκου ἦν ἐπιτηδεώτατον· οἱ δὲ Αἰγύπτιοι φοιτέοντες πρὸς τὤγαλ-
5 μα, ἐσέβοντο μεγάλως. μαθὼν δὲ ὁ Ἄμασις τὸ ἐκ τῶν ἀστῶν ποιεύμενον, συγκαλέσας Αἰγυπτίους, ἐξέφηνε φὰς „ἐκ τοῦ ποδανιπτῆρος τὤγαλμα γεγονέναι, ἐς τὸν πρότερον μὲν τοὺς Αἰγυπτίους ἐνεμεῖν τε καὶ ἐνουρέειν, καὶ πόδας ἐναπονίζεσθαι,
6 „τότε δὲ μεγάλως σέβεσθαι. ἤδη ὦν, ἔφη λέγων, „ὁμοίως αὐτὸς τῷ ποδανιπτῆρι πεπρηγέναι. εἰ γὰρ

---

cur a vulgata recedam, in qua προσαγαγέσθαι de Amasi optime dicitur, qui Aegyptiorum animos sibi conciliarit et quidem σοφιῇ i. e. *sapientia*, *prudentia*, neque *stultitia*, *imperitia*, *stolido fastu* (οὐκ ἀγνωμοσύνῃ), quo potius a se alienasset Aegyptiorum animos. Itaque, bene admonente Wesselingio, verba οὐκ ἀγνωμοσύνῃ idem fere sonant atque ἀνοήτως et praecedentia magis explicant, quemadmodum in Nostri oratione abundanti haud semel observare licet. Alia quaedam affert Matth. Gr. Gr. p. 1310 seq. Ac laudat Wesseling. scholia Demosthenis atque Harpocration., ubi ἀγνομόνως explicatur: ἀνοήτως, ἀλογίστως, ἀβούλως; ipseque Herodotus in *imperitia* et *fastu* vocem frequentat VI, 10. IX, 3. Euripid. Bacch. 884. Sophocl. Trachin. 1273.

ἐναπενιζέατο] Ad formam conf. ἐγενέατο II, 166 ibique laudd. — De ποιήσασθαι in seqq. vid. II, 127 ibiq. nott. — Ad verba: τῆς πόλιος ὅκου conf., si tanti est, Matth. Gr. Gr. pag. 632.

τὸ ἐκ τῶν ἀστῶν ποιεύμενον] ἐκ eodem modo, quo II, 148. 151. — Ad argumentum conf. Minuc. Felic. in Octav. 23. „Tangit eandem rem Plutarch. opp. II p. 151, E, ubi nostri loci haud oblitus erat Wyttenb. animadverss. I, 2 pag. 944." *Cr.*

ἔφη λέγων, ὁμοίως αὐτὸς κ. τ. λ.] Optime haec laudans ob dativi usum Matth. Gr. Gr. §. 386, 3 sic reddit: „*es sey ihm eben so gegangen wie dem Waschbecken für die Füsse.*" — Ibid. vid. §. 636 pag. 1310 de ἔφη λέγων.

„πρότερον εἶναι δημότης, ἀλλ' ἐν τῷ παρεόντι εἶ-
7 „ναι αὐτῶν βασιλεύς." καὶ τιμᾶν τε καὶ προμη-
θέεσθαι ἑωυτοῦ ἐκέλευε. τοιούτῳ μὲν τρόπῳ προσηγάγετο τοὺς Αἰγυπτίους, ὥστε δικαιοῦν δουλεύειν.

173 Ἐχρᾶτο δὲ καταστάσει πρηγμάτων τοιῇδε. τὸ μὲν ὄρθριον, μέχρι ὅτου πληθώρης ἀγορῆς, προθύμως
ἔπρησσε τὰ προσφερόμενα πρήγματα· τὸ δὲ ἀπὸ 188
τούτου ἔπινέ τε καὶ κατέσκωπτε τοὺς συμπότας,
2 καὶ ἦν μάταιός τε καὶ παιγνιήμων. ἀχθεσθέντες δὲ

Quid mane, quid reliquo die agere solitus: reprehensus ob eam vitam, quid responderit.

ἀλλ' ἐν τῷ παρεόντι] ἀλλὰ apodosin exordiens post praegressum εἰ, ubi reddunt *tamen*, notavimus in Creuzeri Melett. III p. 26. — In seqq. cum Gaisf. dedi αὐτῶν pro αὐτέων.

Cap. CLXXIII.

ἐχρᾶτο] Nonnulli libri ἐχρῆτο, quod monente Schweigh. idem invenitur I, 102. 172. II, 123. 181 coll. Valcken. ad Euripid. Phoeniss. 961. — Ad argumentum capitis illud tenendum est, Amasidis vitam et quotidianam victus rationem eo magis Aegyptios advertere debuisse, quo accuratius omnis Pharaonum ratio vivendi descripta erat; quibus quid quaque horâ agendum, quibus rebus fruendum et qua mensura, praescriptum fuisse, ex Diodori (I, 70) aliorumque testimoniis satis patet. Plura de Pharaonum vita Creuzer. in comm. Herodd. pag. 212 seqq.

μέχρι ὅτου πληθώρης ἀγορῆς] Ad μέχρι ὅτου conf. μέχρις οὗ I, 181, ubi vid. not. Add. Matth. Gr. Gr. §. 480, b not. Quae h. l. et VII, 223 dicitur πληθώρη ἀγορῆς, alibi est πλήθουσα ἀγορά; qua locutione „tempus indicatur, quod meridiem antecedit, non ipsum medium diem." Ita Wesseling. ad Diodor. XIII, 48, ubi vid. plura. Add. Krüger. ad Xenophont. Anabas. I, 8 §. *1*, *qui* recte citat Suidam haec proferentem: περὶ πλήθουσαν ἀγοράν· περὶ ὥραν τετάρτην (die in duodecim ὥρας diviso) ἢ πέμπτην καὶ ἕκτην· τότε γὰρ μάλιστα πλήθει ἡ ἀγορά. — Ad sequentia, ut monet Wesseling., respexit Aelian. v. h. II, 41.

μέχρι ὅτου] Ita omnes libri; quod displicet Struv. specim. quaest. de dial. Herod. p. 48, cum alibi semper apud Herodotum inveniatur ὅτευ, nunquam ὅτου. Conf. I, 7. 119. 145 etc.

ἦν μάταιός τε καὶ παιγνιήμων] Conferas Athen. VI, 78 pag. 261. — Adscripsit haec Valckenarius: „Postquam Amasis seria tractaverat, ut animum

τούτοισι οἱ φίλοι αὐτοῦ, ἐνουθέτεον αὐτὸν, τοιάδε
λέγοντες· „Ὦ βασιλεῦ, οὐκ ὀρθῶς σεωυτοῦ προέ-
„στηκας, ἐς τὸ ἄγαν φαῦλον προάγων σεωυτόν.
3 „σὲ γὰρ χρῆν ἐν θρόνῳ σεμνῷ σεμνὸν θωκέοντα,
„δι' ἡμέρης πρήσσειν τὰ πρήγματα· καὶ οὕτω Αἰ-
„γύπτιοί τ' ἂν ἐπιστέατο ὡς ὑπ' ἀνδρὸς μεγάλου
4 „ἄρχονται, καὶ ἄμεινον σὺ ἂν ἤκουες. νῦν δὲ
„ποιέεις οὐδαμῶς βασιλικά." Ὁ δ' ἀμείβετο τοι-
σίδε αὐτούς· „Τὰ τόξα οἱ κεκτημένοι, ἐπεὰν μὲν
„δέωνται χρᾶσθαι, ἐντανύουσι· ἐπεὰν δὲ χρήσων-

---

relaxaret, in vino *petulantioribus indulgebat iocis:* sic interpretor Herodotea. Quia compotoribus ipsis lusus isti regis persona minus viderentur digni, μάταιος fuisse dicitur et παιγνιήμων. Permutantur ματαΐζειν et ἀσχημονεῖν, et fortasse solita sibi castimonia Herodotus turpe quid ambigua voce velavit, ut ne ab obscoenis quidem abstinuisse iocis significaretur. Deianiram Nessus ψαύει ματαίαις χερσὶν in Sophocl. Trach. 574. Nam τὸ παιγνιῶδες privatae sortis convivis laudi ducebatur; παιγνιήμων dicebatur *ingeniosus* et εὐφυής, *qui iocis urbanis indulgeret.* Placebat *Vel cavillator facetus, vel conviva commodus* qui dicitur Plauto mil. glor. III, 1, 47 etc. etc." — „Ita enim Arnobium usurpare verba *ludendi*, *lasciviendi*, *lasciviae* observat Heraldus ad Arnob. adv. gentt. V init. p. 263 ed. Orell. tom. II." *Cr.*

σὲ γὰρ χρῆν] Vulgo ἐχρῆν. Illud Schweigh. dedit e pluribus libris, quibus etiam accedit Florentinus codex. Conf. II, 179. III, 65. VII, 39. „In verbis proxime sequentibus observa ordinem σεμνῷ σεμνόν; quae apte comparat Schaeferus cum Sophocl. verb. in Trachin. 613: θυτῆρα καινῷ καινὸν ἐν πεπλώματι." *Cr.*

δι' ἡμέρης] i. e. *per totum diem;* quam locutionem, nonnullis exemplis a Wesselingio illustratam, attigit quoque Matth. §. 580, a pag. 1149. — Ad ἐπιστέατο conf. II, 166. 172.

ἄμεινον σὺ ἂν ἤκουες] ἂν omissum in binis libris bene tuetur Wesselingius, cum linguae usus satis ferat repetitum ἄν, ut IX, 27. Eurip. Hel. 955. 1017 etc. — Ad ἀμείβετο — αὐτούς conf. Matth. §. 411, 5. „Ipsum Amasidis dictum conf. cum eo, quod legitur in Plutarch. opp. II pag. 792, C; et ad imaginem de arcu h. l. adhibitam conf. Ovid. heroid. epist. IV, 92 ibiq. Lennep. p. 189." *Cr.*

5„ται, ἐκλύουσι. εἰ γὰρ δὴ τὸν πάντα χρόνον ἐντε-
„ταμένα εἴη, ἐκραγείη ἄν· ὥστε ἐς τὸ δέον οὐκ ἂν
6„ἔχοιεν αὐτοῖσι χρῆσθαι. οὕτω δὴ καὶ ἀνθρώπου
„κατάστασις· εἰ ἐθέλοι κατεσπουδάσθαι αἰεὶ, μηδὲ
„ἐς παιγνίην τὸ μέρος ἑωυτὸν ἀνιέναι, λάθοι ἂν
7„ἤτοι μανεὶς, ἢ ὅγε ἀπόπληκτος γενόμενος. τὰ ἐγὼ
„ἐπιστάμενος, μέρος ἑκατέρῳ νέμω." Ταῦτα μὲν
174 τοὺς φίλους ἀμείψατο. Λέγεται δὲ ὁ Ἄμασις, καὶ
ὅτε ἦν ἰδιώτης, ὡς φιλοπότης ἐὼν καὶ φιλοσκώμ-
μων, καὶ οὐδαμῶς κατεσπουδασμένος ἀνήρ· ὅκως
δέ μιν ἐπιλείποι πίνοντά τε καὶ εὐπαθέοντα τὰ
2ἐπιτήδεα, κλέπτεσκε ἂν περιϊών. οἱ δ' ἄν μιν φά-
μενοι ἔχειν τὰ σφέτερα χρήματα ἀρνεύμενον ἄγε-
σκον ἐπὶ μαντήϊον ὅκου ἑκάστοισι εἴη· πολλὰ μὲν

Privatus adhuc, luxuriosus et furax: imperium adeptus, quos Deos neglexerit, quos coluerit.

ἐς τὸ δέον] i. e. *quando opus est*, *iusto tempore*. Conf. I, 32 ibique nott. I, 119. 186.

λάθοι ἂν — γενόμενος] De verbi λανθάνειν structura monuit Matth. Gr. Gr. pag. 1083, qui idem pag. 880 attigit usum pronominis ὅγε, quod in altero orationis membro abundanter quasi ponatur.

Cap. CLXXIV.

κατεσπουδασμένος ἀνήρ] Monet Wesselingius de Procopio hanc locutionem ex Herodoti imitatione frequentante, bell. Pers. II, 8. bell. Vand. II, 4.

ὅκως δέ μιν ἐπιλείποι — τὰ ἐπιτήδεα] De ἐπιλείπειν (*ausgehen*, ut nos dicimus) iam supra monitum ex Werferi disputat. in actt. phill. Monacc. I, 1 pag. 86. Pro τὰ ἐπιτήδεα (*necessaria quaeque*, ad victum scilicet) vulgo τὰ ἐπιτήδεια. Illud dabat Florentinus *liber*, dudum probante Koen. ad Gregor. Cor. de dial. Ion. §. 45.

κλέπτεσκε ἂν] De usu particulae ἂν in hisce iam vidimus I, 42. 196. De imperfecti forma in σκον vid. I, 36. 100 atque Matth. Gr. Gr. §. 199 in. Pertinet huc quoque in seqq.: καὶ ἠλίσκετο quemadmodum ex priorum editorum coniectura pro κατηλίσκετο nunc editum legitur, a Schweighaeusero denuo immutatum in καὶ ἁλίσκετο (in binis enim libris exstat καταλίσκετο), quod imperfecta in σκον formata augmento careant. Nec tamen semper istud fieri, patet ex exemplis a Matth. l. l. allatis. Quapropter reliquimus: καὶ ἠλίσκετο.

δὴ καὶ ἡλίσκετο ὑπὸ τῶν μαντηΐων, πολλὰ δὲ καὶ 189
3 ἀποφεύγεσκε. ἐπεί τε δὲ καὶ ἐβασίλευσε, ἐποίεε τοιάδε· ὅσοι μὲν αὐτὸν τῶν θεῶν ἀπέλυσαν μὴ φῶρα εἶναι, τούτων μὲν τῶν ἱρῶν οὔτε ἐπεμέλετο, οὔτε ἐς ἐπισκευὴν ἐδίδου οὐδέν· οὐδὲ φοιτέων ἔθυε, ὡς οὐδενὸς ἐοῦσι ἀξίοισι, ψευδέα τε μαντήϊα κε-
4 κτημένοισι. ὅσοι δέ μιν κατέδησαν φῶρα εἶναι, τούτων δὲ, ὡς ἀληθέως θεῶν ἐόντων καὶ ἀψευδέα μαντήϊα παρεχομένων, τὰ μάλιστα ἐπεμέλετο.

175 Καὶ τοῦτο μὲν, ἐν Σάϊ τῇ Ἀθηναίῃ προπύλαια θωυμάσιά οἱ ἐξεποίησε, πολλὸν πάντας ὑπερβαλλόμενος τῷ τε ὕψεϊ καὶ τῷ μεγάθεϊ, ὅσων τε τὸ μέγαθος λίθων ἐστὶ, καὶ ὁκοίων τέων· τοῦτο δὲ, κολοσσοὺς μεγάλους καὶ ἀνδρόσφιγγας περιμήκεας

Minervae templum ornat: domus ex lapide solido ad ingressum templi, ex Elephantina usque advecta.

ἐποίεε τοιάδε] Pro ἐποίησε cum recentt. dedi ἐποίεε, quod usus loquendi flagitabat.

ἀπέλυσαν μὴ φῶρα εἶναι] De infinitivi usu monuit Matth. pag. 1057. Conf. I, 32. Eodem modo, opinor, explicandum: ὅσοι δέ μιν κατέδησαν φῶρα εἶναι (i. e. *qui ipsum furti convicerant*). Conf. IV, 68.

Cap. CLXXV.

τῇ Ἀθηναίῃ — ἐξεποίησε] Ad προπύλαια conf. II, 101 et ad ἐξεποίησε II, 125. 126. Voculam οἱ, quam abesse mavult Schaefer. ad Lambert. Bos. de ellips. l. Gr. p. 582, retinui, probante Schweigh., qui eam ex abundanti Herodoti sermone tuetur et ad τῇ Ἀθηναίῃ refert. — πάντας intelligit eos, qui ante ipsum talia opera exstruxerant. — Ad τέων in seqq. conf. Matth. p. 284.

καὶ ἀνδρόσφιγγας] Satis constat, ante Aegyptiorum templa statui solitas esse *sphinges facie virginea;* de quibus figuris vid. Aelian. n. a. XII, 7 et quae alia attulerunt interpretes ad Herodoti locum, inprimis vero Creuz. in Symbol. I p. 495 seqq., qui nunc addit Wyttenbach. ad Plut. moral. (de Is. et Osirid.) II, 1 pag. 179. Ac testantur Galli docti, se, una excepta Sphinge ad pyramides collocatâ, in sphingibus nulla alia nisi feminea capita per Aegyptum vidisse. Quo magis advertere nos debet Herodoti locus de *masculis sphingibus*, quem ita expedire student docti Galli, ut, cum primitus sphingis forma ad astronomicas rationes spectarit, ad solstitium

ἀνέθηκε, λίθους τε ἄλλους ἐς ἐπισκευὴν ὑπερφυέας
2τὸ μέγαθος ἐκόμισε. ἠγάγετο δὲ τούτων τοὺς μὲν, ἐκ τῶν κατὰ Μέμφιν ἐουσέων λιθοτομιέων· τοὺς δὲ ὑπερμεγάθεας, ἐξ Ἐλεφαντίνης πόλιος, πλόον
3καὶ εἴκοσι ἡμερέων ἀπεχούσης ἀπὸ Σάϊος. τὸ δὲ 90
οὐκ ἥκιστα αὐτῶν, ἀλλὰ μάλιστα θωυμάζω, ἔστι τόδε· οἴκημα μουνόλιθον ἐκόμισε ἐξ Ἐλεφαντίνης

---

et Nilum intra virginis et leonis signum coeleste crescentem et terras inundantem, postea ad *robur* indicandum atque *sapientiam* illa relata sit; unde haud improbabile, masculae formae sphinges esse formatas. Sed, Schweighaeusero notante, „in voce ἀνδρόσφιγγες prior pars vocabuli non ad masculum genus refertur, sed idem valet ac si diceres ἀνθρωπόσφιγγας.“ Quae num ad Herodoti locum explicandum sufficiant, alii diiudicent.

ἠγάγετο δὲ τούτων] Cum Gaisf. dedi τούτων pro τουτέων et αὐτῶν pro αὐτέων, εἴκοσι pro εἴκοσι, ut II, 176 et II, 121, ubi vid.

ἐκ τῶν — λιθοτομιέων] Cf. II, 8. 158 ibiq. not.

ἐξ Ἐλεφαντίνης πόλιος] De *Elephantines* insula vid. not. ad II, 17. Urbis ruinae quaedam in colle dispersae hodieque conspici dicuntur; de quibus plura Ritter. Erdkund. I pag. 690. Unde non admodum remotae lapicidinae, e quibus lapides ad istiusmodi moles protracti sunt. Vid. not. ad II, 8. Ac navi ingentem molem lapideam secundo fluvio Saïn advectam esse, ipsa Herodoti verba probant, quae etiam, quod ad navigationem per Nilum instituti solitam attinet, valde tenenda sunt. Conf. Heeren. Ideen II, 2 pag. 144 seq. Ritter. l. l. p. 881 et not. ad Herod. II, 96. Navigationem viginti dierum iustam videri iudicat Iomard. descript. de l'Egypt. ant. I livr. p. 626, si quinque dierum iter maioribus, reliquorum vero dierum iter minoribus *schoenis* absolvi cogitemus. *Conf.* not. ad II, 4. 9. — κυβερνῆται iidem sunt, qui supra II, 164 commemorantur; ubi vid. not.

οἴκημα μουνόλιθον] „Attigit hunc locum Iomard. in descriptione Elephantines, descr. de l'Eg. antiqq. t. I cp. 3 p. 3.“ *Cr.* Tu conf. supra II, 155 *et* Joillois et du Bois-*Aymé* in descript. des *ruines* de Delta (descript. de l'Eg. antiqq. t. II chap. XXV pag. 9. 10), ubi secundum mensuras lapidis ab Herodoto indicatas, eiusdem pondus probabiliter statuunt. „Le bloc entier du monolithe (praestat enim ipsa adponere verba), tel qu'il a été detaché des rochers granitique de Syène, étoit de 344 mètres cubes et de-

πόλιος· καὶ τοῦτο ἐκόμιζον μὲν ἐπ' ἔτεα τρία, δισ-
χίλιοι δὲ οἱ προσετετάχατο ἄνδρες ἀγωγέες, καὶ οὗ-
4 τοι ἅπαντες ἦσαν κυβερνῆται. τῆς δὲ στέγης ταύ- 95
της τὸ μὲν μῆκος ἔξωθεν, ἐστὶ εἷς τε καὶ εἴκοσι
πήχεες· εὖρος δὲ, τεσσερεσκαίδεκα· ὕψος δὲ, ὀκτώ.
ταῦτα μὲν τὰ μέτρα ἔξωθεν τῆς στέγης τῆς μουνο-
5 λίθου ἐστί. ἀτὰρ ἔσωθεν τὸ μῆκος, ὀκτωκαίδεκα
πηχέων καὶ πυγόνος· τὸ δὲ εὖρος, δυώδεκα πηχέων·
τὸ δὲ ὕψος, πέντε πηχέων ἐστί. αὕτη τοῦ ἱροῦ κέε-
6 ται παρὰ τὴν ἔσοδον. ἔσω γάρ μιν ἐς τὸ ἱρόν φασι
τῶνδ' εἵνεκα οὐκ ἐσελκύσαι· τὸν ἀρχιτέκτονα αὐ-
τῆς, ἑλκομένης τῆς στέγης, ἀναστενάξαι, οἷά τε
χρόνου ἐκγεγονότος πολλοῦ, καταχθόμενον τῷ ἔρ-
γῳ· τὸν δὲ Ἄμασιν ἐνθυμιστὸν ποιησάμενον, οὐκ 190

---

mie (10047, 6 pieds cubes), pesant 914,832 Kilogrammes (1,868,853 livres à raison de 186 livres par chaque pied cube); et si l'on en déduit le vide, qui est de 165 mètres et 20 centièmes (4818, 85 pieds cubes), il restera pour la masse effectivement transportée à Sais 179 mètres, 30 centièmes cubes (5228, 75 pieds cubes), pesant 476,076 Kilogrammes (972,547, 5 livres), car on ne peut douter, que l'évidement du monolithe n'ait été fait sur la carrière même.“ Iidem viri docti suspicantur, monolithum totum ruinis obtectum, quae omnem regionem occupant, sub terra adhuc latere. — Ad verba: *ἐπ' ἔτεα τρία* conf. II, 119 et ad *στέγης* II, 148.

καὶ πυγόνος] *πυγὼν* continere dicitur viginti digitos sive *quinque* palmas. Itaque non valde distat a cubito, qui *viginti quatuor* digitis s. *sex* palmis constat. Vid. Wurm. de pondd. ratt. pag. 92.

οἷά τε χρόνου ἐκγεγονότος πολλοῦ] Haec locutio insolens videtur Wesselingio, cum Herodotus (v. c. I, 27. 190. II, 124) aliique scriptores potius in hisce usurparint verbum *ἐγγίνεσθαι* s. *γίνεσθαι*. Schweighaeuserus, qui ipse requirit *ἐγγεγονότος*, ferri tamen posse vulgatam iudicat, si abesset *πολλοῦ*. Equidem libris invitis nihil mutarim. — In seqq. retinui *καταχθόμενον*, cum altera lectio *καὶ ἀχθόμενον* probatorum librorum auctoritate careat.

ἐνθυμιστὸν ποιησάμενον] i. e. *animadvertentem et religioni*

7 ἐᾶν ἔτι προσωτέρω ἑλκύσαι. ἤδη δέ τινες λέγουσι,
ὡς ἄνθρωπος διεφθάρη ὑπ' αὐτῆς τῶν τις αὐτὴν
μοχλευόντων, καὶ ἀπὸ τούτου οὐκ ἐσελκυσθῆναι.
176 Ἀνέθηκε δὲ καὶ ἐν τοῖσι ἄλλοισι ἱροῖσι ὁ Ἄμασις
πᾶσι τοῖσι ἐλλογίμοισι ἔργα τὸ μέγαθος ἀξιοθέητα·
ἐν δὲ, καὶ ἐν Μέμφι, τὸν ὕπτιον κείμενον κολοσ-
σὸν, τοῦ Ἡφαιστείου ἔμπροσθε· τοῦ πόδες πέντε
2 καὶ ἑβδομήκοντά εἰσι τὸ μῆκος. ἐπὶ δὲ τῷ αὐτῷ
βάθρῳ ἑστᾶσι, Αἰθιοπικοῦ ἐόντος λίθου, δύο κο-
λοσσοὶ, εἴκοσι ποδῶν τὸ μέγαθος ἐὼν ἑκάτερος·
3 ὁ μὲν ἔνθεν, ὁ δ' ἔνθεν τοῦ μεγάρου. ἔστι δὲ λί-

Ornat et alia templa maximeque templum Vulcani, et novum Isidi aedificat.

---

habentem, ut vertit Schweigh. in lex. Herod. Quo eodem sensu infra VIII, 54 cum inveniatur: ἐνθύμιον — ἐγένετο, aliis quoque scriptoribus frequentatum (vid. Duker. ad Thucyd. VII, 18), hoc quoque loco Valckenarius ἐνθύμιον praeferret, si codices in eo conspirarent. Qui quantum scio omnes offerunt ἐνθυμιστὸν, quod cave loco moveas. Et bene admonet Schweigh. verbi ἐνθυμίζεσθαι, quod illo sensu in usu fuerit veteribus.

Cap. CLXXVI.

ἐν δὲ, καὶ] Conf. Matthiae Gr. Gr. p. 1189 et quae plura affert Gail. in mém. de l'acad. de l'inscr. VIII (Paris. 1827) pag. 190 seq.

Αἰθιοπικοῦ ἐόντος λίθου] *Αἰθιοπικοῦ* e nonnullis libris recepit Wesseling. pro τοῦ αὐτοῦ, quod et ipsum probati libri offerunt, quodque haud continuo reiiciendum videtur Creuzero in annall. Heidelbb. 1823 nro. 10 pag. 153, ubi ipse coniicit, olim sic scriptum fuisse *Αἰθιοπικοῦ τοῦ αὐτοῦ ἐόντες λίθου.* Non enim alienum videri censet ab Herodotea oratione, ut post τῷ αὐτῷ continuo sequatur τοῦ αὐτοῦ, quod ipsum sensui haud repugnet, cum tres colossos, eidem basi superimpositos, eiusdem quoque lapidis fuisse probabile sit. — De lapide Aethiopico vid. II, 127 et 134.

ὁ μὲν ἔνθεν, ὁ δ' ἔνθεν τοῦ μεγάρου] Ex Vallae interpretatione („magno *illi* adsistentes") Schaefer. pro μεγάρου, quod in omnibus libris compareret, edidit μεγάλου, probante nuper, cum reliqui editores reiecissent, Letronne in mém. s. le tombeau d'Osymand. (Paris. 1822) pag. 7, ubi h. l. ita vertit: „sur la même base sont deux colosses debout.... placés de *chaque côté du grand* (co-

θινος τερος τοσοῦτος καὶ ἐν Σάϊ, κείμενος κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τῷ ἐν Μέμφι. τῇ Ἴσι τε τὸ ἐν Μέμφι ἱρὸν Ἄμασίς ἐστι ὁ ἐξοικοδομήσας, ἐὸν μέγα τε καὶ ἀξιοθεητότατον.

177 Ἐπ' Ἀμάσιος δὲ βασιλέος λέγεται Αἴγυπτος μάλιστα δὴ τότε εὐδαιμονῆσαι, καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τῇ χώρῃ γινόμενα, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς χώρης

Nili et agrorum Amaside regnante ubertas: xx M urbium: lex iubens quemque singulis annis indicare, unde vivat.

---

losse)." Nec convenire videtur Creuzero l. l. p. 152 cum Herodotei sermonis perspicuitate, quod in seqq. ad vocem ἕτερος additum inveniatur λίθινος alia atque in antecedentibus significatione. Itaque Italus interpres plane omisit vocem λίθινος, reliqua sic vertens: „Stanno due colossi di pietra etiopica — — *vé n' ha anche un altro* in Saïs etc."

κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον] Cf. Matth. Gr. Gr. pag. 1153. Ad verbum ἐξοικοδομεῖν in seqq. conf. cognatae notionis verbum ἐκποιεῖν, de quo II, 125. 136. 175.

Cap. CLXXVII.

ἐπ' Ἀμάσιος δὲ — εὐδαιμονῆσαι] βασιλέος cum Gaisf. rescripsi pro βασιλῆος. Hanc vero Aegypti felicitatem ex commercio cum exteris gentibus, quod illo tempore institui coeptum mox valde creverit, repetendam censet Heeren. Ideen II, 2 pag. 390. Nec tamen illud ex Herodoti verbis colligam, quae ad largum frugum proventum ex Nili inundatione maiori ortum neque ad commercium divitiasque inde comparatas spectant. Sed graviora sunt, quae in h. l. nos tenent, si sacros Iudaeorum libros consulamus. Eos enim si sequamur, eo ipso tempore, quo summam Aegypti felicitatem Noster praedicat, Nabuchodonosorus Aegyptum cepit ipsumque Apriem (de quo supra II, 169), ut videtur, interfici iussit. Terram vastatam ac desertam, quae quadraginta per annos inhabitata iaceat, gentem Aegyptiorum in alias regiones dispersam canit Ezech. XXIX, 9 seqq. quocum conf. Ierem. XLIV, 30. XLVI, 26. Plura Beck. Weltgesch. I pag. 729. Haec cum prorsus repugnent Herodoteae narrationi, statuit Wesselingius, Graecum scriptorem sua Aegyptiis sacerdotibus debere, qui multa dissimularint et ultima Amasidis fata felicemque regni statum nimium quantum auxerint. Quem multi viri docti secuti sunt. Equidem in tanto dissensu quid certi statuam, non habeo, quamquam hoc negari nequit, Amasidem valde acceptum fuisse videri sacerdotibus, quorum animos sibi valde illum conciliasse ex iis colligo, quae multa ille rex in templa et restituenda et recens exstruenda

2 τοῖσι ἀνθρώποισι. καὶ πόλις ἐν αὐτῇ γενέσθαι τὰς ἁπάσας τότε δισμυρίας τὰς οἰκεομένας. νόμον δὲ Αἰγυπτίοισι τόνδε Ἄμασίς ἐστι ὁ καταστήσας· ἀποδεικνύναι ἔτεος ἑκάστου τῷ νομάρχῃ πάντα τινὰ Αἰγυπτίων, ὅθεν βιοῦται· μηδὲ ποιεῦντα ταῦτα, μηδὲ ἀποφαίνοντα δικαίην ζόην, ἰθύνεσθαι θανά-
3 τῳ. Σόλων δὲ ὁ Ἀθηναῖος λαβὼν ἐξ Αἰγύπτου τοῦτον τὸν νόμον, Ἀθηναίοισι ἔθετο· τῷ ἐκεῖνοι

---

impendisse fertur. Iustum caeteroqui et aequum Amasidis regnum in Aegyptios, quorum favorem hoc modo sibi conciliarit, dilaudat Diodor. I, 68 fin.

καὶ πόλις — δυσμυρίας τὰς οἰκεομένας] Diodor. I, 31 scribit antiquis temporibus in Aegypto fuisse vicos memorabiles et urbes plures *duodeviginti millibus*, ut in commentariis sacris suo loco notatum videre liceat; Ptolemaeo autem Lagi regnante, plures triginta millibus recensitas esse. Tu conf. quae alia aliorum testimonia ad h. l. attulit Wesselingius.

νόμον δὲ Αἰγυπτίοισι τόνδε κ. τ. λ.] δὲ cum recentt. scripsi pro τε, quod olim vulgatum erat.

ὅθεν βιοῦται] Ita pro βεβαιοῦται nunc e libris pluribus editum, probante Suidâ, qui βιοῦται laudans explicat ζῇ, et dudum monente Valckenario, qui recte interpretatur: *quonam quaestu sustentaretur*, haec adiiciens: „ἀποδεικνύντα ὅθεν ζῇ, habet de re eadem loquens Aelian. v. h. IV, 1. λόγον δώσοντα, πόθεν — διαζῇ Diogen. Laërt. VII, 168. ἀπὸ τίνων ἕκαστος πορίζεται τὸν βίον Diodor. Sicul. I, 77. — Quid Aegyptium moverit ad utilissimam hanc legem ferendam, docet Perizon. ad Aelian. v. h. X, 14 [ut scilicet quotidiano victo quaerendo occupatis otium non sit ad insidias tyrannidi struendas]. Quam ex Aegypto petitam civibus *suis tulisse traditur Solon*, *lex Draconi* potius videtur contribuenda velut auctori: vid. Wesseling. ad Diodor. I pag. 88 et Taylor. lectt. Lyss. p. 707 seq. Eandem apud alios etiam populos viguisse ante Perizon. ostenderat Abramus ad Cicer. or. pro Sextio c. 48.“ Heeren. Ideen II, 2 p. 338 *not.* Herodoti loco utitur, ex quo manifestum fiat, quam diligentem et accuratam politiam (nos dicimus *Polizei*) in singulos Aegyptios hi nomarchi exercuerint, qui singulis nomis administrandis praefecti fuisse videantur.

μηδὲ ποιεῦντα ταῦτα] „Schaefer. append. ad Bast. epist. critic. pag. 29 mavult μὴ δὲ ποιεῦντα.“ *Cr.*

178 ἐς αἰεὶ χρέωνται, ἐόντι ἀμώμῳ νόμῳ. Φιλέλλην δὲ
γενόμενος ὁ Ἄμασις, ἄλλα τε ἐς Ἑλλήνων μετεξε-
τέρους ἀπεδέξατο, καὶ δὴ καὶ τοῖσι ἀπικνευμένοισι
ἐς Αἴγυπτον ἔδωκε Ναύκρατιν πόλιν ἐνοικῆσαι·
τοῖσι δὲ μὴ βουλομένοισι αὐτῶν οἰκέειν, αὐτοῦ δὲ
ναυτιλλομένοισι, ἔδωκε χώρους ἐνιδρύσασθαι βω-
2μοὺς καὶ τεμένεα θεοῖσι. τὸ μέν νυν μέγιστον αὐ-
τῶν τέμενος, καὶ ὀνομαστότατον ἐὸν καὶ χρησι-
μώτατον, καλεύμενον δὲ Ἑλλήνιον, αἵδε πόλις εἰσὶ 191
αἱ ἱδρυμέναι κοινῇ, Ἰώνων μὲν, Χίος, καὶ Τέως,

Graecis data Naucratis: Hellenium et alia templa in Aegypto a Graecis exstructa: praefecti mercatorum.

Cap. CLXXVIII.

ἔδωκε — ἐνοικῆσαι] Simili modo infra ἔδωκε — ἐνιδρύσασθαι. Monuit hac de re Matthiae Gr. Gr. §. 535 not. 2 pag. 1043. — *Naucratis*, quae ad Saïticum nomum pertinuit, in orientali ripa Canopici fluvii, qui haud procul inde mari iungitur, erat sita. Nec multum remotus ille locus, ubi post fuit condita Alexandria. Naucratis ipsa ad commercium exercendum valde accommodata erat, ut vel ex iis patet, quae II, 97 enarrantur. Condita ferebatur urbs (teste Strabone XVII p. 1153 s. 801 coll. Stephan. Byz. s. v.) a Milesiis, qui Inarum devicerant. Qui cum Artaxerxis Longimani tempore vixerit, alium Inarum nobis non amplius cognitum intelligi vult Schultz. spec. apparat. crit. ad annall. p. 25 seq. Nam multo ante Artaxerxis tempora Naucratin conditam fuisse necesse est, Olympiade quinta, si penes Eusebium fides. Conf. a Cr. laudatum Wyttenbach. ad Plut. morall. I, 2 pag. 907. De quibus certiora haberemus, si ad nos pervenisset Apollonii Rhodii liber nunc deperditus, qui inscribebatur κτίσις Ναυκράτεως. De reliquis confer Mannert. Geogr. d. Gr. u. Röm. X, 1 p. 563 seq. Nam commercio floruit urbs, cuius vel meretrices Herodotus commemorat II, 135 fin., multumque hinc valuit ad universum Aegypti statum. De quo Heeren. Ideen II, 2 p. 388 seq.

χώρους ἐνιδρύσασθαι] Cum Gaisf. dedi χώρους. Wesseling. tenuerat χώροις. Cum eodem Gaisf. in seqq. scripsi αὐτῶν et τούτων pro αὐτέων et τουτέων.

Ἰώνων μὲν κ. τ. λ.] De Ionum urbibus diximus ad I, 142; de Doricis civitatibus II, 144; de Aeolensibus I, 149. Voce Ῥόδου ternas insulae urbes indicari probabile est, Ialysum, Camirum, Lindum, cum *Rhodus urbs* multo post demum anno 408 a. Chr. n. condita dica-

καὶ Φώκαια, καὶ Κλαζομεναί· Δωριέων δὲ, Ῥόδος,
καὶ Κνίδος, καὶ Ἁλικαρνησσὸς, καὶ Φάσηλις· Αἰο-
3 *λέων δὲ, ἡ Μυτιληναίων μούνη. τούτων μέν ἐστι*
τοῦτο τὸ τέμενος, καὶ προστάτας τοῦ ἐμπορίου αὗ-
4 *ται αἱ πόλις εἰσὶ αἱ παρέχουσαι. ὅσαι δὲ ἄλλαι πό-*
λις μεταποιεῦνται, οὐδέν σφι μετεὸν μεταποιεῦνται.
χωρὶς δὲ, Αἰγινῆται ἐπ' ἑωυτῶν ἱδρύσαντο τέμενος
Διός· καὶ ἄλλο Σάμιοι, Ἥρης· καὶ Μιλήσιοι, Ἀπόλ-
179 *λωνος. Ἦν δὲ τὸ παλαιὸν μούνη ἡ Ναύκρατις ἐμ-*
πόριον, καὶ ἄλλο οὐδὲν Αἰγύπτου. εἰ δέ τις ἐς τῶν
τι ἄλλο στομάτων τοῦ Νείλου ἀπίκοιτο, χρῆν ὀμό-
2 *σαι „μὴ μὲν ἑκόντα ἐλθεῖν·“ ἀπομόσαντα δὲ, τῇ*
νηῒ αὐτῇ πλέειν ἐς τὸ Κανωβικόν· ἢ εἰ μή γε οἷά

Sola Naucratis emporium antiquitus in Aegypto.

---

tur. Vid. Larcherum tom. VII pag. 674.

καὶ Φάσηλις] Urbs in Lyciae atque Pamphyliae confiniis sita, Graecis urbibus per Lyciam dispersis vulgo adnumerata, suisque legibus atque institutis utens. Plura citavi ad Ctesiae fragmm. pag. 292.

καὶ προστάτας τοῦ ἐμπορίου] *προστάται* videntur fuisse, qui negotiatorum rebus attenderent et arbitri essent litium, quales recentior aetas in portubus et emporiis constituit viros; *consules* vulgo appellantur. Utrum iidem sint atque *τιμοῦχοι*, quorum unus inter Naucratidis civitatis rectores memoratur apud Athenaeum IV, 18, coniecturâ vix assequi licebit, cum omnibus careamus testimoniis de re publica Naucratitarum. *Praefectos mercatorum* ex vetere inscriptione apud Reinesium affert Wesselingius (cui etiam reliqua debemus), itidemque decem Atheniensium *ἐπιμελητὰς τοῦ ἐμπορίου* apud Harpocrat. s. v.

μεταποιεῦνται] Timaeus in lex. Plat. p. 179: *μεταποιεῖσθαι· ἀντιποιεῖσθαι* (i. e. *sibi vindicare*, *attribuere aliquid*), ubi plura adscripsit Ruhnken., Herodotei loci haud immemor. — Ad *ἐπ' ἑωυτῶν* in seqq. cf. supra II, 2. I, 148 ibiq. nott. et IX, 38.

Cap. CLXXIX.

εἰ δέ τις — ἀπίκοιτο] *εἰ*, si quid video, hic tempori indicando inservit (*quum*, *quoties*), indeque optativo iungitur, notante Matth. pag. 1019. Haud aliter II, 181: *τῇ ἐκεί τε συγκλίνοιτο ὁ Ἄμασις*. — Ad verba *ἐν βάρισι* confer II, 96.

τε εἴη πρὸς ἀνέμους ἀντίους πλέειν, τὰ φορτία ἔδεε περιάγειν ἐν βάρισι περὶ τὸ Δέλτα, μέχρι οὗ ἀπίκοιτο ἐς Ναύκρατιν. οὕτω μὲν δὴ Ναύκρατις ἐτετίμητο.
180 Ἀμφικτυόνων δὲ μισθωσάντων τὸν ἐν Δελφοῖσι νῦν ἐόντα νηὸν τριηκοσίων ταλάντων ἐξεργάσασθαι· (ὁ γὰρ πρότερον ἐὼν αὐτόθι αὐτομάτως κατεκάη· τοὺς Δελφοὺς δὲ ἐπέβαλλε τεταρτημόριον τοῦ μισθώματος παρασχεῖν·) πλανώμενοι δὲ οἱ Δελφοὶ περὶ τὰς πόλις, ἐδωτίναζον· ποιεῦντες δὲ τοῦ-
2 το, οὐκ ἐλάχιστον ἐξ Αἰγύπτου ἠνείκαντο. Ἄμασις μὲν γάρ σφι ἔδωκε χίλια στυπτηρίης τάλαντα· οἱ δὲ ἐν Αἰγύπτῳ οἰκέοντες Ἕλληνες, εἴκοσι μνέας.

Delphicum templum deflagratum a. 548: Amasidis in Delphos liberalitas.

Cap. CLXXX.

ἐξεργάσασθαι] Ita cum Gaisfordio rescribendum censuimus pro vulgato ἐξεργάσθαι. In ipso verbo eam vim inesse crediderim, quam in ἐξοικοδομεῖν et ἐκποιεῖν advertimus supra II, 175. 176. — μισθοῦν hic valet *locare*, *elocare* (aedem exstruendam).

ὁ γὰρ πρότερον — κατεκάη] De forma κατεκάη confer sis Matth. Gr. Gr. p. 467; de argumento conf. Herod. I, 50, ubi templi cremati iam mentio erat facta; de quo ab Alcmaeonidis instaurato Wesselingius consuli vult Her. V, 62. Pausan. X, 5 et Dion. Petav. in Themist. or. IV p. 391. Et cf. nott. ad I, 50. — In seqq. pro vulg. ἐπέβαλε edidimus cum Gaisf. ἐπέβαλλε. Ipsum verbum h. l. impersonaliter fere usurpari videtur de eo, *quod convenit*, *quod iniunctum est*, s. *quod incumbit*, sequente infinitivo et accusativo, quemadmodum post συμβαίνει, alia id genus, animadvertimus. Quare nolim scribere τοῖς Δελφοῖς, uti Schweigh. in lex. Herod. s. v. p. 249 suspicatus est, quamquam, ubi activo sensu usurpatur verbum, dativum personae utique adiunctum habet, ut I, 106. VII, 23. Ac pertinet huc quoque τὸ ἐπιβάλλον (sc. μέρος) *portio*, *quae alicui obtigit*, *portio conveniens* IV, 115.

ἐνείκαντο] Ita cum recentt. rescripsi pro vulg. ἠνείκαντο.

χίλια στυπτηρίης τάλαντα] Videtur intellexisse *Attica* talenta eaque vulgaria, quorum unumquodque sexaginta minis constat. Vid. Wurm. de pondd. ratt. §. 28 pag. 47. *Aluminis* quoque meminit Diodor. V, 10, ubi Wesselingius alia attulit de locis ac regionibus, unde proveniat alumen, in re medica a veteribus adhibitum. Nam lau-

181 Amicitia et foedus cum Cyrenaeis: uxor Cyrenaica Ladice: huius votum Veneri factum et exsolutum: eadem postea Cambyse victore in patriam remissa.

Κυρηναίοισι δὲ Ἄμασις φιλότητά τε καὶ συμμαχίην συνεθήκατο. ἐδικαίωσε δὲ καὶ γῆμαι αὐτόθεν, εἴτ' ἐπιθυμήσας Ἑλληνίδος γυναικὸς, εἴτε καὶ 2 *ἄλλως φιλότητος Κυρηναίων εἵνεκα. γαμέει δ' ὦν, οἱ μὲν λέγουσι Βάττεω, οἱ δ' Ἀρκεσίλεω θυγατέρα, οἱ δὲ, Κριτοβούλου, ἀνδρὸς τῶν ἀστῶν δοκίμου·* 3 *τῇ οὔνομα ἦν Λαδίκη. τῇ ἐπεί τε συγκλίνοιτο ὁ*

---

datissimum ex Aegypto provenire dicebatur, proximum e Melo insula. Monet vero Beckmann. ad Aristotel. de mirabb. cap. 139 p. 281 salem, quem nos *aluminis* (Alaun) nomine novimus, veteres ignorasse, quorum alumen s. *στυπτηρία* haud dubie fuerit *vitrioleum impurum* (*unreines Eisenvitriol*, quale e lapidibus dissolutis stalactitarum in modum oriri solet). Idem citat aluminis historiam, quam dederit in commentt. soc. Gott. I et Geschicht. d. Erfind. II p. 92. Qui, uti videtur, ex Bergmanno sua sumsit, cuius locum primarium (opuscc. chemic. et phys. I p. 281) mecum communicavit doctissimus Gmelinius, vir harum rerum peritissimus. Graecorum enim *στυπτηρία*, ut Bergmann. docet, et Romanorum *alumen* nativa erat materia et a sale, qui nostris diebus hoc nomen gerit, multum differebat. Ad stalactitarum genus pertinuisse videtur, et si quid aluminis habuit, hoc saltem admodum fuit parcum et vitriolica materia ex omni parte involutum. *Factiticium*, quod nostris temporibus *alumen* audit, in oriente (ut idem pergit Bergmann.) primum innotuit, sed quando, ubi et quomodo, latet. Ob stypticam facultatem usumque in arte chromatica et coriaria similem novus sal veteris retinuit nomen, qui dein Misy, Sory vel atramentum sutorium appellatus fuit. Constat vero aluminis coquendi artem vix trecentis abhinc annis a Syria ad Europam allatam esse.

Cap. CLXXXI.

Κυρηναίοισι δὲ Ἄμασις φιλότητά τε] Secuti sumus Schweigh. et Gaisf. ita edentes, pro vulg. *Κυρηναίοισι δ' ἐς ἀλλήλους*, quae ex glossemate in textum irrepsisse videntur.

οἱ μὲν λέγουσι Βάττεω, οἱ δ' Ἀρκεσίλεω θυγατέρα] Bini libri, accedente Vallae versione, afferunt: *Βάττεω τοῦ Ἀρκεσίλεω Batti, Arcesilai* (filii); quod verius putat Wesseling., cum optime et res et tempus congruat, si quidem Battus ille aequales habuerit Apriem et Amasin Nostro auctore IV, 159, Batti vero filium Arcesilaum minor aetas excludat.

Ἄμασις, μίσγεσθαι οὐκ οἷός τε ἐγένετο· τῇσι δὲ
ἄλλῃσι γυναιξὶ ἐχρᾶτο. ἐπεί τε δὲ πολλὸν τοῦτο
ἐγίνετο, εἶπε ὁ Ἄμασις πρὸς τὴν Λαδίκην ταύτην
4 καλεομένην· „Ὦ γύναι, κατά με ἐφάρμαξας, καὶ
„ἔστι τοι οὐδεμία μηχανὴ μὴ οὐκ ἀπολωλέναι κά- 192
5 „κιστα γυναικέων πασέων.“ Ἡ δὲ Λαδίκη, ἐπεί
τέ οἱ ἀρνευμένῃ οὐδὲν ἐγίνετο πρηΰτερος ὁ Ἄμασις,
εὔχεται ἐν τῷ νόῳ τῇ Ἀφροδίτῃ, ἤν οἱ ἐπ᾽ ἐκείνην
τὴν νύκτα μιχθῇ ὁ Ἄμασις, τοῦτο γάρ οἱ κακοῦ
εἶναι μῆχος, ἄγαλμά οἱ ἀποπέμψειν ἐς Κυρήνην.
6 μετὰ δὲ τὴν εὐχὴν αὐτίκα οἱ ἐμίχθη ὁ Ἄμασις·
καὶ τὸ ἐνθεῦτεν ἤδη ὁκότε ἔλθοι πρὸς αὐτήν, ἐμί-
7 σγετο· καὶ κάρτα μιν ἔστερξε μετὰ τοῦτο. ἡ δὲ Λα-
δίκη ἀπέδωκε τὴν εὐχὴν τῇ θεῷ. ποιησαμένη γὰρ
ἄγαλμα ἀπέπεμψε ἐς Κυρήνην, τὸ ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ
ἦν σόον, ἔξω τετραμμένον τοῦ Κυρηναίων ἄστεος.

γυναιξὶ ἐχρᾶτο] Qua eadem locutione Noster usus IV, 113, indicat *congressum*, *concubitum* viri cum femina. „Tu conf. Eustath. ad Odyss. I, 13 pag. 10, 52 ed. Basil.“ Cr. — In seqq. plerisque libris auctoribus omisimus *δή*, quod vulg. post *εἶπε* legebatur.

οὐδεμία μηχανή] Confer II, 160. — In seqq. Gaisfordium secuti, librorum vetustorum auctoritate refinximus *ἐγίνετο* pro vulg. *ἐγένετο* et *ἐν τῷ νόῳ* pro vulg. *ἐν τῷ νηῷ*, quod glossam sapere videtur.

ἐπ᾽ ἐκείνην τὴν νύκτα] Schaeferus ex coniectura reposuit *ὑπ᾽ ἐκείνην τὴν νύκτα*, eumque secuti sunt Schweigh. et Gaisf. Mihi vero nulla iusta mutandi causa apparet. Supra I, 32 invenitur *ἐπ᾽ ἡμέρην*; alia de praepositione *ἐπὶ* tempus indicante, ubi quartum casum adiunctum habet, notavimus ad II, 119. Conf. II, 133. 175.

τοῦτο γάρ οἱ κακοῦ εἶναι μῆχος] *μῆχος remedium*, *effugium* illustrarunt Aeschyli interprett. ad Agamemn. 2. Prometh. 605, ubi vid. Elmsleii review of Blomfields Prometh. p. 187 ed. Lips.

καὶ ἐς ἐμὲ ἦν σόον] Vid. supra I, 66, ubi *σῶαι*. Confert Wesseling. V, 96. VI, 86. VIII, 39. Quare reiecimus, quod hic in nonnullis exstat *σῶον*. — Ad *ποιησαμένη* in proxime antecedd. conf. II, 127.

ἔξω τετραμμένον τοῦ Κυρηναίων ἄστεος] „Statuam nota-

8 ταύτην τὴν Λαδίκην, ὡς ἐπεκράτησε Καμβύσης Αἰγύπτου, καὶ ἐπύθετο αὐτῆς ἥ τις εἴη, ἀπέπεμψε

182 ἀσινέα ἐς Κυρήνην. Ἀνέθηκε δὲ καὶ ἀναθήματα ὁ Ἄμασις ἐς τὴν Ἑλλάδα· τοῦτο μὲν, ἐς Κυρήνην ἄγαλμα ἐπίχρυσον Ἀθηναίης, καὶ εἰκόνα ἑωυτοῦ γραφῇ εἰκασμένην· τοῦτο δὲ, τῇ ἐν Λίνδῳ Ἀθηναίῃ δύο τε ἀγάλματα λίθινα, καὶ θώρηκα λίνεον

Quae donaria quibus templis Graeciae dederit Amasis: templum quod Lindi est Minervae, a Danai filiabus exstructum: Cyprus ab Amaside primum occupata.

2 ἀξιοθέητον· τοῦτο δ', ἐς Σάμον τῇ Ἥρῃ εἰκόνας ἑωυτοῦ διφασίας ξυλίνας, αἳ ἐν τῷ νηῷ τῷ μεγάλῳ ἱδρύατο ἔτι καὶ τὸ μέχρις ἐμεῦ, ὄπισθε τῶν

3 θυρέων. ἐς μὲν νυν Σάμον ἀνέθηκε κατὰ ξεινίην τὴν ἑωυτοῦ τε καὶ Πολυκράτεος τοῦ Αἰάκεος· ἐς δὲ

---

bit *vultu extra urbem verso*, sive *spectantem loca suburbana.*“ *Wesseling.*

Cap. CLXXXII.

εἰκόνα — γραφῇ εἰκασμένην] id est: *imaginem picturâ assimilatam*, ut reddit Schwgh. Conf. supra II, 73. Caeterum hoc ex loco G. Hermann. (cuius locum adscripsit *Cr.*: über Boeckh's Behandl. d. Inschrift. pag. 203) concludit, iam illa aetate privatos homines aeque ac reges suas imagines statuasve elaborandas curasse aliisque honoris quasi causa donasse. Sed iudice Boeckh. (in corp. inscrr. Graecc. I, 3 p. 872) cave credas in publico statuas positas esse ab Amaside Graecis in civitatibus, cum religionis causa illas in templa dicaverit. — De *thorace* lineo, cuius statim fit mentio, conf. Herod. III, 47 et Plin. h. n. XIX, 1.

τῇ ἐν Λίνδῳ Ἀθηναίῃ] Haud praetermitti debet, Danaidas, quae Thesmophoria in Graeciam introduxisse feruntur (II, 171), Minervae quoque sacra antiquissima in *Lindo* instituisse dici, ex *Aegypto* et quidem ex urbe Saï, uti opinor (nam insignis haec urbs religionibus Isidis-Neith s. Minervae), huc allata et inde per omnem Graeciam propagata. Nec abhorret, quod ab ipso *Danao* templum conditum nonnulli scribunt. Vid. Diodor. I, 58, *ubi* multa de hoc templo Wesselingius. Sed Strabo XIV p. 655 s. 967, C Herodotum sequitur, quem eundem conf. II, 107. 171 ibiq. not. Plura Creuzer. in Symbol. II p. 683 seqq. — Ad *ἱδρύατο* conf. Matth. Gr. Gr. p. 378. In seqq. cum recentt. dedi *ἱδρύσασθαι* pro *ἱδρῦσθαι*. — Ad *προσχόντας* conf. not. ad I, 2.

Λίνδον, ξεινίης μὲν οὐδεμιῆς εἵνεκεν, ὅτι δὲ τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Λίνδῳ τὸ τῆς Ἀθηναίης λέγεται τὰς τοῦ Δα- 1
ναοῦ θυγατέρας ἱδρύσασθαι προσχούσας, ὅτε ἀπε-
4 *διδρήσκον τοὺς Αἰγύπτου παῖδας. ταῦτα μὲν ἀνέθηκε ὁ Ἄμασις. Εἷλε δὲ Κύπρον πρῶτος ἀνθρώπων, καὶ κατεστρέψατο ἐς φόρου ἀπαγωγήν.*

εἷλε δὲ Κύπρον] Ad rem cf. Diodor. I, 68. Quod vero Herodotus addit: *πρῶτος ἀνθρώπων*, id ex Aegyptiorum sacerdotum ore, qui talia iactarint, fluxisse putat Dahlmann. Herod. p. 152 seqq., cum multo ante iam Tyriis Phoenicibus insula fuerit subdita, quos ipsos Amasis eiecisse putandus sit.

ἐς φόρου ἀπαγωγήν] Similem fere exitum in quibusdam libris seriorum scriptorum, qui Herodotum imitari studuerint, se invenisse testatur Wesselingius, v. c. in Procop. bell. Goth. I, 5 Agath. I p. 13, C etc.

ἹΣΤΟΡΙΩΝ ἩΡΟΔΟΤΟΥ Β΄.

EXCURSUS I

AD HERODOT. I, 35.

*Ἄδραστος, Ἄδρηστος, Adrastus.**)

Adrasti nomine plures occurrunt in Graecorum aeque ac Troianorum rebus. Primo loco ponamus Argivum illum *Adrastum*, regem Sicyonium, Talai filium, de quo Homer. Il. II, 572 et Herodot. V, 67. Plura Creuzer. in commentt. Herodd. pag. 217 seqq. Alter *Adrastus* Herculis fertur filius, qui ex oraculo se ipsum unà cum Hipponoo fratre interfecit in flammas sese coniiciens, ut testatur *Hygin.* fab. 242. A quo diversus *Adrastus*, Meropis filius, qui *Troianis* opitulatur, teste Homero Il. II, 830 coll. XI, 328 aliusque *Adrastus* Troianus, quem captum a Menelao interimit Agamemnon, Il. VI, 38 sq. Sed utrumque huncce pro uno eodemque Adrasto haberi vult Heyn. ad Iliad. l l. Tertius aut secundus *Adrastus* inter nobiles Troianos commemoratur in Iliad. XVI, 694; et praeter hosce Graecus *Adrastus*, pater Eurydices, matris Laomedontis, a quo Adrasto nonnulli *Adrasteam* urbem conditam ferebant (conf. Apollod. I, 9, 13 ibiq. Heyn. *obss.*), aliis aliter statuentibus. Tu vid. Heyne obss. ad Iliad. II, 828 p. 412. Namque *Adrasteam* urbem, ab eo Adrasto, qui Nemeseos templum primum exstruxerit, conditam iam Homerus novit, sitam illam quidem ad Propontidem et ad Troadem usque porrectam ea in regione, quae post ad Mysiam pertinuit. Facit huc Callimachi fragmentum apud schol. Apoll. Rhod. I, 1116 (nr. 45 p. 431 ed. Ernest.). Atque hac

*) Quaecunque hoc excursu continentur, ea *Creuzero* debentur, qui veterum scriptorum locos huc pertinentes, mecum communicare voluit.

in urbe vel certe in eius agris *Adrasteae* fuit templum; quae dea nisi omnino '*Adrasti dea* est, pro *Nemesi* vulgo habetur. Conf. Strabon. XIII p. 880 (Antimach. fragmm. ed. Schellenberg. pag. 71) et Hoeck. in Cret. I p. 192 seqq. Alii *Adrasteam* in nymphis ponunt Iovisque Cretensis nutricibus una cum Ida, eandemque Curetum sororem appellant. Vid. Callimach. in Iov. 47. Apoll. Rhod. III, 133 ibiq. schol. Iungamus hisce ea, quae Stephanus Byzantinus (p. 36 ed. Berk.) ex Diogene retulit: *Adrasteam* esse ex Nymphis Orestiadibus, et ex Characis Hellenicis: *Adrasteam* esse locum Troiae appellatum ab Adrastea, filia Melissi, qui et Idae pater fuerit eius, quae primum in Troia regnaverit. Iam quo sensu *Adrastea* haecce Iovi addatur nutrix, pluribus exposuit Creuzer. in Symbol. II p. 501 seqq. Ad cosmogoniam enim pertinere illam satis probant, quae apud Proclum leguntur in theolog. Platon. IV, 16 et in Timaeum p. 323. Quod vero ad Asiam spectare videtur *Adrastea* eiusque religio, disputat Iablonsk. (de Nemesi Aegg. in Pantheo Aegyptt. 107) eandemque haberi vult ac *Bubastin* et *Tithrambonem*. Ab *Astarte* s. Venere armata et Victrice eam haud differre contendit Bochart. in geogr. sacr. I, 42 pag. 664, ac nuperrime quidem Hoeck. l. l. pag. 193 ad cosmogonica Asiae minoris numina relatam vult *Adrasteam*, haud multum sanequam diversam a Phrygia matre deûm adeoque ipsam Cybelen, quae apud Graecos *Adrasteae* nomen acceperit a loco illo temploque celeberrimo. Qui enim Adrasteam Melissi faciant filiam, eos ad posteriora tempora pertinere idem addit l. l. p. 194.

Iam vero haec omnia eum in finem disputavimus, quo commonstremus (quod ad Herodoti narrationem diiudicandam nonnihil facere potest), *Adrasti* nomen si Phrygium sit, et ipsum pertinere ad sacra regum nomina, a numinibus summis repetita; ut Adrastus quasi alumnus perhibeatur deae Adrasteae (h. e. Veneris Victricis s. Minervae Victricis et Ultricis). Verum a Graeca stirpe si repetatur nomen (quo ducit fratris ab Adrasto interfecti nomen *Agathonis*), illud potius spectandum videtur, ut Adrastus modo *ultor* sit (quemadmodum Talai ille filius, notus in Epigonorum adversus Thebas expeditione, frater Eriphyles quae fatale istud monile erat nacta, qui idem Tydeum perfugam ob fratris caedem expiat), modo *punitus*, *sons*, *infelix*, *fugax*, suâque ipsius manu occumbens, ut ille Herculis filius. Nec abhorret, quod deae Nemesi Adrastus quidam templum dedicasse traditur; hoc enim ad Troicas Phrygiasque religiones utique pertinet. Quin Herodoteus Adrastus, Gordii Phrygii filius, Nemeseos quasi minister ac

famulus est, quod vindictam Croeso superbo debitam exigit occiso eius filio *). Ipse vero reus est, sons ac fugax s. exsul, qui sua ipsius denique perit manu. Quae cum ita sint, hoc in universum teneri equidem velim: haud pauca in antiquissima Lydorum regum historia inveniri, quae ad religionem potius referenda sint animumque pietatis praeceptis conformandum.

---

*) Conf. Herod. I, 34 in. *ἔλαβε ἐκ θεοῦ νέμεσις μεγάλη Κροῖσον. Ubi* conf. nott.

EXCURSUS II

AD HERODOT. I, 94.

Herodoti locum de Lydis in Etruriam profectis retulit, laudato auctore, Dionysius Halicarnassensis, antiqq. Romm. I, 27, illud addens (cap. 28 init.) multos quoque alios scriptores hanc de Tyrrhenorum origine sententiam esse secutos eosque discrepantes in indicando coloniae duce ac tempore. Nam alios scribit Tyrrhenum Herculis filium dixisse, ex Omphale Lydiâ prognatum *), qui in Italiam profectus Pelasgos iis ex urbibus, quas supra Tiberim septentrionem versus tenuerint, eiecerit; alios Telephi filium vocasse Tyrrhenum, qui post Troiam captam in Italiam advenerit. Quibus idem Dionysius gravius opponit Xanthi testimonium, qui scriptor, Lydus genere indeque maxima ut videtur fide dignus, nihil prorsus quidquam de hac Lydorum colonia in Etruriam deducta retulerit, sed Atyis filios, Lydum et Torrhebum, patrio regno diviso utrumque in Asia remansisse enarraverit. Addit suam ipsius sententiam Dionysius (cap. 29 seq.), qua Tyrrhenos, quos a Pelasgis diversos esse vult, Lydorum colonos fuisse pernegat. *Οὐ μὲν δὴ*, in clausula scribit cap. 30 init., *οὐδὲ Λυδῶν τοὺς Τυῤῥηνοὺς ἀποίκους οἶμαι γενέσθαι.* Quae enim singula hanc in rem attulit argumenta de diversa lingua, diversis institutis, moribus, deorum cultu, aliis, sumta, longiora sunt, quam quae huc apponantur. Sed ad Herodoti auctoritatem, Lydos duce Tyrrheno in Etruriam venisse scribentis accedit Timaeus, cuius fragmentum servavit Tertullian. de spectacc. cap. 5 **); accedit Strabonis testimonium, qui haec ut vulgo

*) „Huc quoque referunt clavam in numis Populoniae antiquissimis conspicuam, qua Herculem indicari volunt. Conf. Lanzi Saggio di ling. Etrusc. t. II p. 101.“ *Cr.*

**) „Vid. Theod. Ryck. in dissert. de primis Italiae colonis ad calc. nott. Holstenii ad Stephan. Byz. p. 423.“ *Cr.*

recepta (ὥς φασι) prodit V, 2 pag. 219 s. 335, C et p. 221 s. 339 coll. scholiast. Plat. pag. 207 ed. Ruhnk. Nec aliter fere Plutarchus in quaest. Romm. p. 277, D in Romuli vit. cap. 2 in. 25 fin.; atque e Romanorum scriptoribus Vellei. Patercul. I, 1 §. 4. Horatius Sat. I, 6, 1. Virgil. Aen. II, 781 aliisque locis, quos Heynius indicat in excurs. III ad libr. VIII pag. 282; Silius Italicus IV, 719 (ubi consul. interprr.). VIII, 484. Quippe poëtae Latini haud raro *Lydias res* appellant *Tyrrhenicas*. Quid? quod Sardium legati coram senatu *Romano* decretum Etruriae recitavere, quo se Etruscorum consanguineos esse ostenderent, eadem fere in medium proferentes, quae apud Herodotum leguntur; vid. Tacit. annall. IV, 55 *).

His fere enumeratis veterum testimoniis, iam accedamus ad recentioris aetatis scriptores. Atque Ryckius, ut hinc ordiar, disertis Herodoti verbis plus tribuendum esse censuit, quam Xanthi silentio, qui aliqua certe ex causa, nos quamvis latente, commotus esse potuerit, ut nihil his de rebus memoriae proderet. Galli docti Sevinius et Freretius (in acad. d. inscript. t. V p. 236 seqq. XVIII p. 95 seqq.) Xantho atque Dionysio potius fidem addi voluerunt itemque Heynius, qui a Xantho, Lydio homine, magis quam a Graecis Romanisque standum, ipsamque fabulam ab Herodoto proditam inde ortam esse iudicat, *quod Graeci antiquum Etruscorum nomen Turesenorum depravarint in Τυῤῥηνῶν.* Tu vid. excurs. III ad Virg. Aen. VIII p. 281 *ibiq.* laudd.**) His, quae passim iam attulit Creuzer. in fragmm. historr. p. 152 seqq. adde, quae recentissimis temporibus in eandem sententiam prolata sunt a Guil. A. Schlegel. (annall. Heidelbb. 1816 nr. 54 p. 854) et potissimum a Niebuhr. (Röm. Gesch. I p. 64 ed. prior. I p. 111 ed. alter.), qui Herodoti testimonio anteferendam statuunt et Xanthi et Dionysii auctoritatem, praesertim cum tanta inveniatur linguae, institutorum, morum, religionis, inter utramque gentem diversitas.

Sed Gallorum quos supra memoravi rationes, quibus Herodoti fidem elevarunt, iam Larcherus infringere studuit accurato examine ad Herodoti locum I, 94 t. I p. 377 seqq. not. 266 instituto. Nam haec de industria ab Herodoto Lydorum ipsorum ex fama ac fide tradi censet

---

*) Pertinet huc quoque Senecae illud: „*Tuscos Asia sibi vindicat.*"

**) Quo prior iam Valckenarius Xantho Lydo in rebus patriis potius quam Graecis recentioribus credendum iudicaverat, ad Herodot. IV, 45.

eoque magis tradi, quod ille haec a Xantho neglecta vidisset. Herodotum autem Xanthi narrationes falsas, quas putabat refellendas, aliaque, ab isto omissa, supplenda sibi sumsisse monuit Creuzer. in Symb. II p. 828 not., multumque Xanthi silentio tribuendum esse idem negat, cum Xantho, quippe Lydio homini, satis causae subesse potuerit, cur celaret, quae minus facerent ad gentis suae gloriam atque dignitatem, Herodoto vero, quem in ipsa Italia opus suum absolvisse novimus, melius utique de his rebus inquirere verumque indagare licuerit. Neque hoc admodum valet, quod Etruscorum mores, instituta, alia a Lydis tantopere differre vulgo clamant; minime enim haec tanta esse dudum statuit Wachsmuth. (ältere Gesch. Roms p. 85), quin vestigia nonnulla reperiantur, quibus utramque gentem unius eiusdemque stirpis esse probabile fiat. Pertinent huc, quae in utriusque gentis religionem altius indaganti obviam fiunt haud pauca valde congrua et perquam similia, pertinent quoque huc ea, quae de aeris elaborandi arte, in qua utraque gens mirum in modum excelluerit, vulgo proferuntur, aut quae de Etruscorum vestimentis e Lydia repetendis tradita inveniuntur (conf. C. O. Müller. Etruscc. I p. 262. 270), alia quae proferre longum est. Ad linguae etiam similitudinem, ad ludos Etruscorum scenicos, et quae sunt his similia, alii respiciunt*). Quibus alia haec bina nunc addit *Creuzerus*, quae pro Herodoto pugnare quodammodo cum videantur, minime ille praeteriri vult. Est Theopompi locus ex lib. XXI Philipp. apud Athenaeum XII p. 526 tom. IV p. 457 Schweigh., ubi haec invenimus: τὸ τῶν Ὀμβρικῶν ἔθνος, ἔστι δὲ περὶ τὸν Ἀδρίαν, ἐπιεικῶς εἶναι ἁβροδίαιτον, παραπλησίως τε βιοτεύειν τοῖς Λυδοῖς. Iam vero nemo nescit, quam late patuerit nomen Ὀμβρικῶν Theopompi aetate, ut proinde *Etrusci* his comprehendi debeant. Alterum illud est, quod Sibyllina Romanorum oracula iubebant Idaeam matrem coli, ut auctor est Livius XXXIX, 10. Atque etiam Varro (ap. Servium in Virg. Aen. VI, 36) Sibyllam illam, quae Tarquinio oracula obtulerat, pro *Erythraea* habet. Quae res Niebuhrio quoque in Rom. hist. I p. 530 ed. secund. Ionicam illorum oraculorum originem arguere videtur. Nos dixerimus: etiam *Lydiam*, quandoquidem *Mater Idaea*

---

*) „Vid. the classical journ. 1810, II p. 535 seqq.“ *Cr.* Tu conf. quae de Atyis nomine diximus ad Herodot. I, 7. Hinc minime mirum, Gallo docto (Raoul-Rochette histoir. de l'établiss. d. colon. Grecq. I p. 358 seqq.) Herodoteam narrationem ut magis veram probari.

ad Lydorum religiones pertinet. Iam cum nemo nesciat, quam vim Etruscorum oracula in Romanorum res antiquitus et ad Claudii usque imperatoris tempora habuerint, probabilis coniectura est, illam mentionem *Lydiae Deae* ad Etruscos prius quam ad Romanos pervenisse. Haec *Creuserus*. Itaque probamus Lanzium cautius de his disserentem nec Dionysii auctoritatem temere sequentem in Sagg. di ling. Etrusc. I p. 14. 147. II p. 82. 83 seqq. ed. sec., ubi multa idem attulit singula, quae ad Etruscarum rerum originem Lydicam vel certe *Asiaticam* faciant. Equidem quid statuam, antequam in medium proferam, dicendum est de C. O. Mülleri sententia, in librr. de Etruscis volumine priori p. 72 seqq. 82 seqq. 88 seqq. pluribus exposita. Namque colonos ex Asia minori in Etruriam venisse haud ille negat; nec vero Lydos fuisse arbitratur, sed Pelasgos palantes, qui iidem Lesbum, Imbrum aliasque Aegaei maris insulas olim tenuerint et in Asiae minoris ora Lydica quoque consederint (unde Tyrrhenis adeo illis cognomen), his ipsis e terris mari traiecto ad Italiae oras Tiberisque ferme ostia venisse ibique *Tarquinios* potissimum condidisse, quam ipsi Tusci urbem inter reliquas primariam habuerint, omnium rerum et divinarum et humanarum apud Tuscos quasi parentem. Neque etiam *Caeris* rationem haberi negat. Quae sententia cum ab Herodoti (quem, Graecum hominem, Graecas Etruscorum origines non protulisse, modo tales fuerint, *quis* credat?) aliorumque scriptorum testimonio recedat, nec *ipsis* artis monumentis nuper detectis conveniat, non est, quod diu in ea immoremur. Iam, ut hoc unum modo commemorem, quotquot in Etruscorum sepulcris aliisque monumentis repraesentati conspiciuntur homines, nonne aliam prorsus oris delineationem, alium vultum, alium prorsus corporis commonstrant habitum, valde illum quidem remotum a Graecis?

Multum enim abest, ut quae nuperrime detecta et e hypogaeis maxime eruta sunt vetustissimae Etruscorum artis monumenta, *Graecam* prodant originem, ut ad orientem potius referenda *videantur*, ex quo uno imagines, signa, symbola in hisce monumentis antiquissimis conspicua illustrari atque intelligi poterunt. Quaenam vero haec ipsa orientis sit regio, cui sua debeant Tusci et unde Tuscorum origo sit repetenda, id certo pronunciare minime adhuc licet, quum ipsa illa monumenta nondum omnia ad accuratam doctorum hominum notitiam pervenerint adeoque novis inventis quotidie augeantur, ut, nisi omnis me fallit spes, aliquando tenebrae nunc Etruscorum rebus offusae dissipentur clariorque his terris affulgeat lux. Utut est, orientalem Etruscorum

originem vel ea, quae adhuc innotescunt, satis prodere videntur *). Tu conf. Dorow.: notizie intorno alcuni vasi Etrusci (Pesaro 1828) et eiusdem viri docti libellum, qui inscribitur: Etrurien und der Orient (Heidelberg. 1829) pag. 6 seqq. Voyage archéologique dans l'ancienne Etrurie etc. (Paris. 1829) pag. 35 seq. 38 seqq. coll. Universel (Paris. 1829) nro. 20 pag. 71 **).

Nolo huc referre monumentum in media Phrygia ab Anglis inventum descriptumque ***), antiquissimum illud quidem, nec vero tale, ex quo opinor gentis Etruscae origo Lydica probari possit, prouti viri quidam haud indocti pronuntiarunt. Nam, in quo illi maxime insistunt, literae huic monumento sepulcrali inscriptae *Graecae* potius esse videntur, nec ullo modo cum Etruscis congruae. Tu vide sis copiosam hac de re disputationem Osanni in libro, qui inscribitur: Midas oder Erklärungsversuch der erweislich ältesten griech. Inschrift etc. Leipz. et Darmst. 1830 pag. 1 seqq. 28 seqq.

Ad Herodotum denique ut revertar, haud equidem sum nescius, quam lubricum sit ea de re quid statuere velle, quae iam Dionysii Halicarnassensis aetate in valde disceptatis atque ambiguis fuisse videri queat; illud iure mihi sumere posse videor, vulgarem certe atque communem antiquitatis sententiam de Etruscorum origine eam ipsam fuisse, quam Herodotus ipsumque secuti haud pauci rerum

---

*) Addere hic iuvat Maffeii sententiam de orientali Etruscorum origine in append. ad Istor. diplomat. p. 219 proditam et aliis rationibus e linguarum affinitate literarumque similitudine desumtis probatam Rinckio in annall. Heidelbb. 1824 nr. 52 p. 826 seqq. Etruscos maximam certe partem ille vult Cananaeos esse, ab Israëlitis Syriâ pulsos indeque in Lydiam commigrantes, unde in Etruriam fuerint delati, quemadmodum ab Herodoto memoriae fuerit proditum.

**) Quae ibi afferuntur, eorum haud pauca ad *Aegyptum* spectare videntur. Quin ipsa hieroglyphicae artis vestigia quaedam apud Etruscos reperiuntur.

***) Descripsit Leake in Walpole itinerarr. Londin. 1820. Tu vid. journal des savans 1820 Octob. p. 624—626. Annall. des voyages par Eyriès t. XVIII (Paris. 1823) pag. 328 seqq. Hammer. in annall. Viennenss. t. XXXIII p. 122. — Ex Osanni rationibus monumentum hoc incidit intra ann. 740—570 ante Christum natum. Vid. p. 37 l. l.

scriptores prodiderint. Quae nisi vulgo recepta, plerisque adeo probata fuisset, num Dionysium credibile est tantam impendisse operam, qua falsam evinceret illam suamque ipsius veriorem probaret sententiam, qua nihil Etrusci cum Lydis commune habuerint? Neque quod supra attigi, Xanthi silentium eo usque poterit valere, ut quae alii de Lydorum rebus enarrent, continuo pro falsis habeamus, praesertim cum causae subesse possint, cur alterum siluisse, alterum dixisse sit credibile.

EXCURSUS III
AD HERODOT. I, 130.

Μῆδοι δὲ ὑπέκυψαν Πέρσῃσι διὰ τὴν τούτου πικρότητα, ἄρξαντες τῆς ἄνω Ἅλυος ποταμοῦ Ἀσίης ἐπ' ἔτεα τριήκοντα καὶ ἑκατὸν δυῶν δέοντα, παρὲξ ἢ ὅσον οἱ Σκύθαι ἦρχον.

Quae de hoc loco ad Ctesiae fragmm. p. 439 disputavimus, eorum summam hic adscribamus, aliis quibusdam additis. Nam Herodoti verba a Ctesiae narratione de Medorum regibus ac de tempore, per quod illi regnum tenuerint, mirum quantum discrepant. Vid. Diodor. Sicul. II, 32. Octo Ctesias nominat Medorum reges, qui per ducentos octoginta duo annos regnum occuparunt; quibus nonus accedit Astyages. Unde apud Syncell. chronic. paschal. pag. 115, B Medorum regno anni tribuuntur CCLX et apud Chronograph. p. 235 Paris. ed. p. 188 Venet. anni CCLXXVI; Agathias vero (de rebb. Iustin. II p. 46, A) a Ctesia opinor pendens annos ponit non minus trecentos. Nec denique ipse Herodotus sibi constans reperitur in annis, per qubs singuli regnarint reges, recte computandis. Quodsi enim annos, quos quatuor istis Medorum regibus, incluso Astyage, ille adscribit, in unum contuleris (I, 102. 106. 130) existet summa annorum centum quinquaginta; unde XXVIII annis, qui ad Scytharum occupationem pertinent, detractis, supersunt anni CXXII, neque CXXVIII, ut hoc Herodoti loco legitur. Quae quo modo, nisi negligenter scriptorem nostrum egisse aut librarios eius verba literasque perturbasse dixeris, convenire possint, non magis intelligo quam cum numeris Ctesianis si quis illa in concordiam redigere velit. Periculum fecere haud pauci viri docti, cum modo sacra ex scriptura, modo orientalium scriptorum e fontibus, modo ex suo ipsorum ingenio haec secum conciliare iustamque temporum seriem inde constituere conarentur. Tu vid. Beck. allgem. Weltgesch. I p. 612 sqq. 635 seqq. 641—644 et dudum ante de his disserentem Reiner. Reinecc. in familiis regg. Med. et Bactrr. (Lips. 1572) pag. 24 seqq. 29. 31. Nec praetermitti debet Larcheri disputatio in tab. chronol. t. VII cp. IV p. 158 seqq., ubi variae et veterum et recentiorum sententiae collectae inveniuntur. Ingeniose quoque in haec inquisivit Gallus doctus in libro, qui inscribitur: recherches nouvelles sur l'hist. ancien. (Paris.

1814) t. I p. 144 seqq. Singulos apud Herodotum reges Medorum cum Ctesianis comparare et utrumque scriptorem hoc modo secum conciliare studuit, ut Ctesiana regum series nihil aliud esse videatur nisi Herodoteae seriei duplicatio. Quae talia sanequam sunt, ut et affirmare et diffidere sit difficile. Haud meliori in hisce successu elaborarunt alii, quos ad Ctesiae l. l. excitavi, vix tamen quidquam proferentes, quo perturbata temporum ratio satis illustretur. Quippe discrepantiam illam inter Herodoteos atque Ctesianos numeros eo referre malunt, quod alter istos annos omiserit, per quos Medi, ab Assyriis cum defecissent, iudicum s. principum quorundam auctoritati res suas administrandas permiserint, donec Deiocem regem elegerint. Nec magis certa videntur, quae Hammerus statuit in annall. Viennens. IX pag. 13 — 16. Nam Deiocem contendit esse *Dschemschid* et Phraortem *Feridun* *); qui reliqui commemorentur sex reges tum apud Ctesiam tum in carmine Persarum, cui nomen Schahnameh, interpositi usque ad Cyaxarem, eos ab Herodoto neglectos esse vult. Niebuhrio (v. Denkschrift. d. Berlin. Acad. d. Wissensch. 1820—1821 p. 49. 50) hae difficultates sic tolli posse videntur, ut in Herodoti loco, corrupto scilicet, legatur: *ἄρξαντες τῆς — ἄνω Ἀσίης ἐπ' ἔτεα πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν, παρὲξ ἢ ὅσον οἱ Σκύθαι ἦρχον, τριήκοντα δυῶν δέοντα.* Nec tamen haec textui continuo inferenda esse censet vir doctissimus. In *clausula* denique commemoranda est scriptio, quae Wetzlar. 1828 *prodiit*, auctore Graff. Qui cum in chronologiam valde turbatam regni Assyriaci, Babylonici, Medici inquirit, nostrum quoque locum attigit p. 9, quem prava interpretatione ad suam sententiam ita detorquere studet, ut verba *παρὲξ ἢ ὅσον οἱ Σκύθαι ἦρχον* perperam vulgo sic accipi contendat: „*demtis iis annis, quibus penes Scythas fuerat imperium*," cum potius explicanda sint: „ausgenommen die Zeit oder zusammen, in Verbindung mit der Zeit, wo die Scythen herrschten, so dass diese Zeit schon mit in den 128 Jahren einbegriffen ist."

Retuli quaecunque a viris doctis prolata inveni; quibus cum tantae tenebrae vix dissolvantur, nolui ipse novae coniecturae periculum facere ad ea concilianda, quae vix unquam secum conciliari aut ad liquidum perduci posse existimem.

---

*) Eadem contendit A. Hölty in scriptione: „Dsjemschid, Feridun, Gustasp, Zoroaster." (Hannover. 1829) pag. 53 seqq. 60 seqq.

EXCURSUS IV
AD HERODOT. II, 5.

ὅτι Αἴγυπτος — ἔστι Αἰγυπτίοισι ἐπίκτητός τε γῆ καὶ δῶρον τοῦ ποταμοῦ.

Potuit hoc fluxisse ex Hecataei Milesii libro de rebus Aegyptiis, ex quo Herodotum haud pauca transscripsisse refert Porphyr. ap. Euseb. praeparat. ev. X p. 466, B. Ad quod, monente Creuzer. in fragmm. hist. p. 29 seq., facit Arriani testimonium (de exped. Alexandr. V, 6), ab Hecataeo atque Herodoto Aegyptum perhiberi Nili donum scribentis. Nec minus huc pertinent Strabonis verba XII pag. 810, C s. p. 536 (coll. I p. 61, B. p. 36 et 53, B. p. 30): — *ὥστε εἰκότως ὑπὸ τοῦ Ἡροδότου καὶ τὴν ὅλην Αἴγυπτον τοῦ ποταμοῦ δῶρον λέγεσθαι· κἂν εἰ μὴ τὴν ὅλην, τήν γε ὑπὸ τῷ Δέλτα, τὴν κάτω χώραν προσαγορευομένην.* Quibuscum confer Heliodor. Aethiopp. IX, 22 p. 381 ed. Corais. Atque praeter hos scriptores allatos, Diodorus I, 34. III, 3 (ubi vid. Wesseling.), Aristoteles meteor. I, 14, alii, inferiorem certe Aegyptum Nili donum esse contendunt haud fere aliter atque Aegyptiorum sacerdotes Herodoto narraverant et hicce ipse sibi persuaserat de inferiori Aegypto ex advecto fluvii limo ortâ. Nostra aetate haud defuere, qui hanc sententiam probarent, laudati a Schlichthorst. in geograph. Afric. Herod. p. 23, quibus adde sis Beck. allgem. Weltgesch. I p. 268. Unde quodammodo monente Creuzer. l. l., disiungenda Ephori sententia, qui quidem non aliquam Aegypti partem, ut reliqui, sed *totam* Aegyptum esse *ποταμόχωστον* contenderat, ne Thebaide quidem excepta, quam reliqui primitus terram continentem solidamque fuisse arbitrabantur (sed conf. Creuz. nott. ad II, 4 fin.); vid. Ephori fragmm. pag. 214. 216 ed. Marx. Ac licet, ut modo diximus, recentiori aetate exstiterint viri docti (v. c. Shaw., alii), qui Herodoti et reliquorum veterum scriptorum iudicium tueri studerent; alii fuere, qui cum Aegyptiacae terrae solum nunc non elatius sit quam Herodoti aetate, hunc scri-

ptorem egregie lapsum esse dicerent, quod inferiorem Aegyptum pro Nili dono haberet, ex fluvii limo allato et congesto ortam. Niti enim hanc opinionem fundamento non satis valido de immenso temporis spatio, quod Herodoti aetatem antecesserit, nec probari posse nisi terram ipsam commonstraveris multo antiquiorem esse quam reapse fuerit. Ita Freret. in mém. de l'acad. des inscript. t. XVI, p. 338 seq. XVIII p. 188 seqq. et post alios praecipue Larcherus in copiosa ad h. l. disputatione. Quibus nuper accessit Mannert. Geogr. der Gr. u. Röm. X, 1 p. *245 seq.* 525 vana esse clamans, quae Herodotus et h. l. et II, 10 seq. perscribat, cum Aegyptus omni tempore talis fuerit, qualis adhuc invenitur nec ullis aucta incrementis, quibus solum elatius fuerit redditum; fieri utique potuisse, ut olim paludosa et stagnosa terra fuerit Delta, minime vero primitus maris fuisse sinum. Quae sanequam produnt auctorem minime talem, ὅστις γε σύνεσιν ἔχει, ut Herodoti utar verbis. Melius vidit Rennel. in geogr. Herod. pag. 591 seqq. et inprimis p. 593. 594. Eam enim regionem, quae Delta vocatur, indubia scribit continere vestigia, quod prisco aevo haud exstiterit, sed temporum decursu Nili adluvie nata, accedente posthac humana arte operâque, in terram firmam et continentem cesserit. Quod idem permultis argumentis ex ipsius soli natura terraeque universae indole repetitis luculenter probavit Andréossy in descript. de l'Eg. état mod. mém. I p. 272 seq. coll. *antiqq.* vol. I sec. livrais. pag. 88 seqq., ut iam dubitari nequeat, vera *Herodotum* retulisse. Quod idem placuit Heerenio Ideen etc. II, 2 pag. 80. 81 not. coll. p. 55 atque Champollioni l'Egypt. sous l. phar. II p. 3 sqq., qui antiquorum scriptorum testimoniis et geologica locorum indole satis hoc probatum iudicat, Aegyptum inferiorem olim fuisse maris mediterranei sinum, qui ad Memphidem usque et mediam, quae nunc habetur, Aegyptum pertinuerit, tum vero Nili limo repletus in paludes ac stagna transierit, unde terra continens postmodo evaserit, documento esse et regionis planitiem montibus utrinque ferme inclusam et ipsum solum nigrum limosumque, quod fluvii adluvie quotannis adgeri appareat. Omnium accuratissime hanc rem tractavit Ritter. Erdkund. I pag. 840 seqq. 846 seq. 852 seqq. Herodoti illustraturus sententiam, qui inferiorem Aegyptum fluvii donum esse pronuntiat. Atque probatum it vir doctus, Nili inundationibus et fluvii alveum erigi et solum adiacens, subveniente pariter natura atque hominum arte, exstructis aggeribus, ductis canalibus, adhibitisque machinis. Nec vero eodem modo iisdemque mensuris per omnes Aegypti partes et Nilum et solum erigi, sed

variari pro varia ipsius terrae indole, ita ut, cum multo maior terrae copia in Aegypto inferiori fuerit adgesta, haec regio serius quam reliquae Aegypti partes nata fuisse sit censenda. Neque effugere posse sollertem naturae scrutatorem, aliquo tempore, quamvis remotissimo, eam terram, quae nunc Delta appelletur, nondum exstitisse, postmodo demum ortam tum limo, quem fluvius advexerit, tum vero etiam arenâ, quam idem secum tulerit fluvius ventique adflarint. Qui enim in superioribus Aegypti regionibus propter celeriorem fluvii cursum maioremque undarum vim subsistere haud potuerit limus, eum in inferiori Aegypto, ubi fluvii exitus in mare, subsistere necesse fuisse, fluvio scilicet minus rapido nec limum ulterius vehere valente. Cum igitur medio in fluvio limi et arenae copia substitisset paludis ad instar aut syrteos, necesse fluvium dissecari in duo brachia, quae paludem s. stagnum in terram continentem paulatim conversum utrinque includerent. Hinc bina Nili ostia primitiva, Canopicum et Pelusiacum; de quibus vid. nott. ad II, 17. Addam denique, quae in eandem rem monet Dureau de la Malle in géograph. physique de la mer noire p. 42 seqq. coll. 23 seq. 25 seq. Tria ille potissimum distingui vult in solo inferioris Aegypti: primum lapides ac saxa calcaria, dudum quae illic fuerint, nec fluvii adluvionibus ortum debeant; dein arenam advectam; tum fluvii limum, quo magna maris pars expleta fuerit, accedente simul arena a ventis huc conflata, et cohibentibus illis saxis, quae adhuc in litoribus Alexandrinis sint conspicua, undarum maris alluentium vim, quo facilius limus subsistere et in terram evadere potuerit. Eam igitur regionem revera pro Nili dono esse habendam, cum in dies illa Nili inundationibus augeatur et crescat. De saxis illis, quae multum valuerint, Ritterus quoque monet pag. 855 l. l.

EXCURSUS V
AD HERODOT. II, 17.

De Nili ostiis.

Est hic classicus locus de Nili ostiis, quae nostra aetate minime eadem esse atque Herodoti aetate, nemo fere nescit. Hodieque enim bina potissimum sunt ostia, quibus aquarum copiam Nilus in mare emittit, alterum prope urbem Rosettanam, alterum prope Damiatam, reliquis ostiis obturatis arenâve aut limo obductis. Nam septem vulgo enumerata sunt Nili ostia, qui inde *septemfluus* dicebatur fluvius s. *septemgeminus;* a qua sententia nec Herodotum alienum fuisse, licet quinque tantum ostia Nili commemoret, vidimus ad II, 10. Sed valde variant in singulis hisce ostiis septem recensendis, vel errore lapsi, vel, *uti* fieri solet, quae ad diversa tempora pertinerent, non *satis accurate* discernentes. Quam in rem quae plurima a viris doctis nostra potissimum aetate disputata sunt, ea nolumus huc transscribere; summam modo eorum, quatenus ad Herodotum rite intelligendum faciant, referre praestat.

Ac statuit Mannert. (Geogr. d. Gr. u. Röm. X, 1 pag. 528 seq.), Herodoti sententiam de tribus primariis Nili ostiis, unde reliqua temporum decursu fuerint deducta, eam videri, quae et maxime probabilis et cum ipsa re consentanea sit. Quem medium ille dicat Nili fluvium Sebennyticum, eum olim fuisse videri principem ac primarium; ex eo in utramque partem et occidentem et orientem versus, ad mare discessisse duo brachia: Canopicum et Pelusiacum. Hoc utique magis videri congruum, quam quod Canopicum fluvium fuisse primitivum dicas adeoque parentem reliquorum, quotquot vulgo perhibeantur. Equidem tamen eos sequi malim, quibus verisimilius et cum ipsa terrae indole magis consentaneum videtur, *duo* tantum primitus fuisse brachia, Pelusiacum et Canopicum, intra quae terra, cui nomen Delta, olim substiterit.

Vid. Ritter. Erdkund. I p. 853 et nott. ad Herod. II, 5. Neque Strabo dissentit XVII p. 788 s. p. 1136, D. Quae cum ita sint, hoc vix negari poterit, primitiva Nili brachia ostiaque post admodum fuisse mutata, tum hominum operâ atque arte canales deducentium, tum ipsius fluvii naturâ; unde factum est, ut ipse ostiorum numerus haudquaquam sibi semper constiterit, et nunc plane aliter haec sint constituta atque olim fuisse accepimus. Veterum scriptorum locos de Nili ostiis iam attulit Wesseling. ad Diodor. Sicul. I, 33; inter quos potissimum consul. Strab. XVII p. 801 s. p. 1153, B coll. p. 788 s. p. 1136 seq. Plin. h. n. V, 10. Nostra aetate de Nili ostiis conscripsit du Bois-Aymé („sur les anciens branches du Nil et ses embouchures dans la mer") in descript. de l'Eg. I antiqq. (livrais. 3) pag. 277 seqq. et le Père loco infra laudando pag. 118 seq.

His in universum monitis, iam ad singula ostia, quae Herodotus memorat, accedamus. Primo loco nominat *Pelusiacum*, quod orientem versus deflectens, hac parte Aegypti fines tutari quodammodo videtur, satis validâ aquarum copiâ fluens. In ipso cursu fluvii inde a Cercasori urbe nonnihil per temporum decursum esse mutatum probabile est; alioqui enim conciliari nequeunt, quae de eius cursu ac situ diversa apud veteres enarrantur. Quae cum ad nostrum locum minus pertineant, nunc missa faciamus. Hodie exsiccatus fere est Pelusiacus Nili fluvius, qui olim ad Pelusium urbem mare intrabat, cuiusque cursum nunc sequitur canalis Abou-Meneggeh (teste du Bois-Aymé l. l. p. 279 seq.), qui ipse nonnisi valde aucto Nilo terrasque adiacentes inundante nonnihil aquae recipit et prope lacum Menzaleh limo et arenâ obiecta prorsus evanescit. Cuius rei causas et alias afferunt et canalem inprimis illum, qui Arabum aetate in sinum Arabicum fuerit deductus. Conf. Mannert. Geogr. d. Gr. u. Röm. X, 1 p. 552 seq. Rennel. geogr. Herod. p. 621 seqq. Ritter. Erdkund. I p. 826. Multa quoque hac de re disputavit Champoll. l'Eg. sous l. phar. II pag. 9 seqq. 12 seq. 24; Pelusiacum enim brachium idem esse ponit atque Damiatinum, quod nunc appellatur, usque ad eum locum, ubi exorditur canalis Moëz; quo ipso Pelusiacum brachium continuari, infra Bubastin urbem in duo dissectum brachia, quorum alterum orientem versus dirigatur (*Pelusiacum*) inque mare exeat prope Thineh s. Pelusium, alterum, Tanin praeterfluens (*Taniticum*), recentioribus cognitum sit nomine canalis Moëz, qui in lacum Menzaleh desinat. Pelusiacum brachium idem scribit nunc relictum ferme et exsiccatum esse eam ob causam, quod neglectis aggeribus

huius brachii aquae in Taniticum transierint, ut vel vestigia fluvii Pelusiaci difficilius nunc inveniri queant. Ac ventis praeterea omnique regionis indoli aliquid tribuendum esse apte monet Ritter. Erdkund. I p. 826. Alia idem attigit pag. 834.

Canopicum ostium, cuius Noster meminit II, 15. 113. 179 coll. 97, occidentem versus maxime spectabat, nomine deducto ab urbe, ad quam fluvius in mare exiit. Dicitur illa, monente Schlichthorst. l. l. pag. 40, Latinis scriptoribus *Canopus*, Graecis *Canobus*, quae ad extremam Aegypti oram occidentem versus sita, soli fertilitate non minus quam commercio olim fuit insignis, quum per Canopicum ostium solum exteris intrare licuerit in Aegyptum. Ac vel post Alexandriam conditam loco non valde remoto urbs templo Serapidis, sacris incubationibusque valde illustris fuit. Nunc pauca ruderum vestigia a Gallis doctis detecta urbis veteris locum occupant, horae dimidio remota a loco Gallorum clade insigni Abukir, occidentem versus proficiscenti. Brachium Canopicum locis adiacentibus et *Heracleoticum* appellatur et *Naucraticum*. Apud Ptolemaeum vocatur *Ἀγαθὸς δαίμων*; quod nomen, si penes Champollionem fides (l. l. p. 23 seq.), Aegyptio nomini *Schetnoufi* respondet, quo ipso hoc brachium a veteribus Aegyptiis indicatum fuerit, praesertim cum eadem vici cuiusdam brachio huic adiacentis sit appellatio. Schetnoufi enim ille vult Aegyptiorum sermone valere: *bonne branche*, *bonne division*. Ex Canopico ostio aliud brachium orientem versus non procul ab ipso mari prope Deirouth derivatum erat, *Bolbitinum* s. *Bolbiticum* quod appellabatur ab urbe, quam praeterfluebat. Ptolemaeus hunc canalem vocat *Taly*; quae haud scio an vera Aegyptiorum fuerit denominatio. Nunc hocce brachium, quod olim invalidum fuit, omnium fertur validissimum; *Rosettanum* vulgo dicitur propter urbem Rosette, ubi mari miscetur. Vid. du Bois-Aymé p. 284. Vetus Canopicum brachium nunc siccum est rariusque Nili aquis impletur, licet eius vestigia accurate persequi liceat. Vid. du Bois-Aymé l. l. pag. 281 seq. Rennel. l. l. p. 614 seqq. Mannert. l. l. pag. 540 seqq. Ritter. Erdkund. I p. 816 seq. Quae cum ita se habeant, *Rosettanum* fluvium in *Canopici* veteris locum nunc successisse vulgo ponunt.

Tertium Nili brachium, omnium fere maximum, *Sebennyticum* ab Herodoto appellatur, quod Deltam mediam dissecans, in ipso Deltae apice septentrionali in mare effluat, postquam urbem Butus lacumque praeterierit. Quod si antiquitus revera tale fuit (nec ullum obstat testimonium, quo minus credamus), ipsam locorum naturam fluviique

cursum postera aetate valde mutatum esse statuas necesse erit. Ubi enim ex Herodoti mente Sebennyticus fluvius in mare exiisse putandus est, nunc, quae dudum stagnosa fuere loca atque paludosa, in unum ferme lacum s. paludem conversa sunt, cui nomen Brulos (vid. nott. ad II, 155. 156). Nomen Sebennytici fluvii ab urbe *Sebennyto* (nunc Samannoud dicitur) ductum putem. Strabo huius ostii meminit unà cum *Phatnico**) ostio, quod solum dein dicit maximum Nili ostium tertium, ex quo canalis Mendesius sit deductus. Cuius *Phatnici* canalis cum nulla fiat apud Herodotum mentio, eundem fuisse viri docti existimant atque *Bucolicum*, quem fossum Noster scribit nec naturà ortum. Qui enim Herodoti aetate fortasse haud magni erat momenti, potuit ille postea, mutato Nili cursu, aquisque alio conversis, maiorem sanequam accipere aquarum copiam eamque inde acquirere auctoritatem, quam hodieque retinuit, ubi est *Damiatinus* fluvius, qui prope *Damiatam* in mare exit. Bucolicum cur vocarit Herodotus (quem unus sequitur Eustath. ad Dionys. Perieg. 226) nec Phatnicum, ut reliqui auctores, inde repetendum videtur Wesselingio, quod cum iuxta Phatnicum ostium essent *τὰ Βουκολικὰ* i. e. loca famosa latronum domiciliis ac receptaculis, quae descripserint Heliodor. Aethiopp. I, 5, ubi conf. Coraës t. II pag. 11 et Achill. Tatius III, 9. IV, 12, ubi conf. Iacobs. commentt. pag. 641. Tu vid. Schlichthorst. l. l. pag. 39. Mannert. l. l. pag. 545 seqq. 548 coll. Rennel. p. 618. Hartmann. Erdbeschreib. v. Aegypten pag. 89 et Ritter. l. l. p. 817 seqq. 833 seq. Gallus doctus du Bois-Aymé l. l. p. 288 *Bucolicum* ostium et ipse haud differre ait a *Phatnico* s. *Phatmetico*, illudque convenire cum fluvio *Damiatino*. Nam Champollio, qui Sebennyticum Herodoti ostium pro Phatmetico eodemque Damiatino habet, Saïticum vero Herodoti ostium cum Strabonis ostio Sebennytico convenire censet, difficultates magis auxisse quam sustulisse videtur, ut adeo erroris, cuius historiae patrem incusat, ipse ac-

*) Strabo *Phatnicum* dicit ostium, quod alii *Phatmicum* sive *Phatniticum*, alii (in quibus Ptolemaeus) *Phathmeticum* vocant. Vid. Wesseling. ad Diodor. Sic. I, 33. Schlichthorst. l. l. p. 36. — *Phathmeticum* verum apud Aegyptios ostii nomen fuisse ponit Champoll. l. l. pag. 17; quod Coptarum literis si scribatur, sonet *Phathméti* i. e. *le* (bras) *du milieu*; cum hocce brachium medium inter sex reliqua inveniatur. — Caeterum de dissensu Herodoti atque Strabonis, qui ex mutato fluvii cursu explicari debeat, monuit quoque du Bois-Aymé l. l. p. 289 seq.

causandus esse videatur. Quippe canalem quendam Aegypti inferioris et eius quidem partis, ubi Bucolica sint (unde Bucolici fluvii nomen), ab Herodoto contendit pro uno de septem ostiis esse habitum.

E Sebennytico ostio duo alia orientem versus deducta scribit Herodotus, Saïticum et Mendesium. *Saïticum* ostium haud diversum esse a Tanitico, auctore Strabone XVII pag. 802 s. p. 1154 vulgo ponunt indeque Herodoti in loco rescribendum esse censent *Τανιτικόν*. Sed, quae dudum Wesselingii erat sententia, libris scriptis omnibus adversantibus, in Herodoteo textu nihil mutandum. Gravius haud scio an illud sit, quod alia prorsus in Deltae parte Saïs urbs sita fuit, trans Sebennyticum ostium occidentem versus. Wesselingio in mentem venerat, potuisse nomen repeti ab *Saïtica* praefectura, quam ab occidente radebat fluvius; malim equidem statuere, *Tanin* urbem, unde fluvius *Taniticus*, olim *Saïn* quoque nominatam fuisse, indeque repetendum Saïtici ostii nomen. Nam plerique VV. DD. nostra aetate *Saïticum* et *Taniticum* pro uno eodemque canali perhibent, qui nunc exsiccatus paene non nisi Nilo crescente aquis repleri soleat, quique in lacum Menzaleh finiatur prope Ommfaredje; nunc ei nomen esse addunt Mueys. Praeter Schlichthorst. l. l. p. 42. Rennel. l. l. p. 619. Mannert. l. l. p. 549 seq. Ritter. l. l. pag. 827 seqq. tu vid. inprimis du Bois-Aymé pag. 287. Andréossy (mém. sur le lac Menzaleh) in descript. de l'Eg. état modern. I p. 263 seq. Le Père (mém. sur le canal d. deux mers) *ibid. p.* 113, qui omnia scribit eo ducere indicia, ut huius fluvii alveum statuamus esse alveum antiqui Pelusiaci (superiori sc. parte usque ad Bubastin) et Tanitici (inferiori scil. parte). Aliter statuentem Champollionem et supra iam memoravimus; conf. quae ille disserit potissimum p. 14 seq. 17 seq.

Mendesium ostium, intra Taniticum et Sebennyticum quod ponitur, ab oppido, cui Mendes nomen, vocatum est. E Sebennytico provenit, si Herodotum audias, e Phatnico, si Straboni fides. In quo tamen nemo haerebit, qui, quae de Phatnico fluvio supra monuimus, reputaverit. Mendesium ostium adhuc invenitur nomine canalis *Achmun*, qui e Phatnico canali s. Damiatino derivatus oppidum Achmun praeterlabitur et prope urbem, quae nunc dicitur *Mensura*, in lacum Menzaleh exit, per quem ipsum cum mari ita coniungitur, ut hodieque conspicuum sit ostium maritimum, nomine *Dybeh*. Conf. Mannert. l. l. p. 549. Champoll. l. l. p. 15 seq. Ritter. l. l. p. 831 et du Bois-Aymé l. l. pag. 288.

EXCURSUS VI
AD HERODOT. II, 85.

De argumento huius capitis et sequentium ita disseruit Creuzer. in commentt. Herodd. pag. 14 seqq. „*Fidem Herodoti auctoritatemque* hoc in loco ita definit Heynius in spicil. ant. mum. p. 78, ut alia eum visu, alia narratu accepisse dicat. Quem iudicandi modum excedit Beckerus in August. I p. 6 seq., cum Herodotum Diodorumque negat plus scire *potuisse*, quam vulgi ore ferretur. In qua levitate miror etiam Royerium deprehendi in descript. de l'Egypte mém. X pag. 208. Sed idem tamen aliquanto cautior reperitur altero loco p. 211. Neque tamen ipse Blumenbachius in symbolis vernaculis ad histor. natur. II pag. 121 ed. alter. non conatus est pronuntiare, quae útervis rerum scriptor de mumiis tradat, haec eos non tam suis ipsius oculis usurpasse, quam ex aliorum narrationibus hausisse. Nimirum illi viri docti iudicium suum de horum scriptorum fide suspensum fecerant, vel potius facere debebant, ab earum mumiarum ratione, quales hodieque per Europae musea servatae reperiuntur. At vero advertere nos debet intelligentissimi Iomardi sententia, quam ille pronuntiare non dubitat in descr. de l'Egypt. antiqq. II p. 348, cum dicit, ante expeditionem Francogallorum Aegyptiam nemini accurate cognitam fuisse condiendorum cadaverum artem, quae apud veteres Aegyptios floruerit. Et reverâ quidquid mumiarum Europaeis hominibus adhuc obvium fuerat, id omne fere ex Memphitici agri finibus Saccaraeque erutum fuerat. Contra Herodotus Diodorusque Thebaïdis incolarum opulentiam et apparatum maxime respexisse putandi sunt.

Non maior eruditorum hominum consensus in *explorandis caussis quae Aegyptios commoverint*, *ut tam operose condirent defunctorum cadavera*. Nam primum Heynius l. l. p. 75 plures eius instituti caussas enu-

merat. Zoëga contra de obeliscc. pag. 264 negat operae pretium esse inquirere in originem caussamque moris, qui non solum apud Aegyptios, sed apud permultos per universum terrarum orbem populos diffusus fuerit. [Tu vide, quae ipse eam in rem collegit et adde Zachii geograph. ephemerid. 1806, I p. 54.] Verumtamen, ut Aeneam Gazaeum (*in* Theophrast. p. 68 seq. ed. Casp. Barth.) taceam, ad religiones Aegyptiorum ipse nos advocat historiae pater III, 16, cum neque igne absumi corpora, nec vermibus confici eos voluisse memoret, et *magis etiam hoc* ipso capite, ubi sacrum simulacrum a cadaverum conditoribus pro exemplo propositum esse refert. Sed quando religiones dicimus, plura cogitari possunt, quae probe distinguenda sunt. Nam primum potuit in caussa fuisse migrationis animarum tam efficax doctrina. Atque hoc ipsum arguunt Herodotei loci II, 123 atque Diodori I, 91 cum nostro loco collati; videlicet quoniam ex vulgi opinione anima defuncti ab infelici orbe migrationis diutius retineretur circa integrum cadaver libenter quasi commorans. Cuius rei recte admonuit nuper etiam Lauthius, vir doctus in histoire de l'anatomie tom. I p. 9. Alius caussae mentionem iniicit Tib. Hemsterhusius ad Luciani Necyom. III pag. 356 Bip., cum dicit: „ut ne post obitum quidem carissimorum pignorum conspectu privarentur." Et reapse huc nos revocat ipse Herodotus II, 78, quo loco cadavera in arcis picturâ exornatis ad Aegyptiorum convivia *adhibita* narrat. Pertinet haec res ad sacra veterum *populorum gentilitia*. Ac quam vim habeant cultus defunctorum apud priscos populos, orientis maxime, sepultura in aedibus vel in vicinia aedium, inferiae statis temporibus peractae, iura Manium, igitur haec omnia quam potestatem habeant in familiarum sacra, ius gentilitium adeoque hereditarium, breviter sed docte nuper adumbravit Bunsenius de iure heredit. Atheniensium p. 122. Quam in rem plura dicentur infra ad Herodot. VI, 68 seqq. coll. I, 67 seq. Nunc hoc unum adiiciam, hinc intelligi posse quae peregrinatores commemorant de sepulchris ad moenia ipsasque aedes Graecorum urbium, Athenarum, Corinthi, Syracusarum, aliarum repertis; unde vasa illa eruuntur picturarum ad religiones antiquiores pertinentium largam messem exhibentia." Equidem h. l. tantum adiiciam nomina eorum, qui ante Creuzerum de cadaverum medicandorum ratione exposuerunt peculiaribus ex parte scriptionibus: *Caylus:* des embaumements des Egypt. (histoir. de l'acad. d. inscr. t. XXIII). *Rouelle:* sur les embaumements etc. (histoir. de l'acad. des scienc. Paris. 1750 p. 123 seqq.). *Blumenbach.* (Götting. Magaz. I. Beiträge zur Naturgesch. I).

Heyne spicileg. antiqq. mumiar. (in commentt. reg. scient. Gott. vol. III pag. 69 seqq. an. 1780). *Gmelin.:* experimentt. nonnull. cum mumiis institt. (ibid. vol. IV). *Sylvest. de Sacy* ad Abd-Allatif relat. de l'Eg. p. 268 seqq. *Zoëga* de obell. sect. IV cap. 1. *Royer.* et *Iomard.* in descript. de l'Eg. antiqq. vol. I et II. Alia laudat Beck. Weltgesch. I p. 767 seqq. Add. *Belzoni* voyage en Egypte (traduit par Depping. Paris. 1821) t. I p. 265—279. *Minutoli* Nachträge zu s. Reise etc. pag. 190 seqq.

EXCURSUS VII
AD HERODOT. II, 121.

Quae hoc capite narrantur de *Rhampsinito*, eadem fere memoriae prodita inveniuntur in Graecorum fabula de *Agamede* atque *Trophonio*. Qui aedium exstruendarum arte insignes pro illa aetate Hyrieo cameram thesauris condendis destinatam aedificant, in qua unum lapidem sic inserunt extrinsecus, ut facili operâ eximi potuerit. Inde simili modo, quo Aegyptius opifex, regis thesauros asportant, qui ubi hoc animadvertit, omnia laqueis cingit. Quibus irretitus Agamedes, a fratre Trophonio (is enim timebat, ne ipse simul deprehenderetur) necatur capite abscisso. Sed postea terra scinditur Trophoniumque devorat. Ita Pausanias IX, 37 §. 3, nec aliter *fere* Charax in schol. ad Aristoph. Nub. 504 coll. Ilgen. ad *hymn. Homerr.* pag. 304. Iam origines Graecae huius fabulae si quaeras, monet Valckenarius ad Herodoti locum: „Ex Herodoto videntur a Graeculo quodam repetita atque in Agamedem Trophoniumque translata, e quo sua hauserint Charax et Pausanias.“ Quae eadem placuere Ilgen. l. l. Contra fabulam vere Graecam et postea demum in Aegyptum translatam cupideque ab sacerdotibus arreptam et pro more exornatam esse contendit C. O. Müllerus in Orchomen. pag. 97 seqq. a *Creuzero* laudatus. Buttmannus vero (de Minyis pag. 203) *fabulam* refert ad vagas illas fabulas, quae ad varia et tempora et loca fuerint translatae. Quae qui probaverit, is Herodoto omnem fidem deneget necesse est, quam mihi summam esse, haud uno loco iam declaravi. Quare malim ad Valckenarii atque Ilgenii partes accedere et ex Aegypto Graecae fabulae origines repetere. Ad agriculturae autem notiones fabulam spectare vix equidem dubitarim. Nam *Trophonium* novimus eundem esse atque *Mercurium* eum, qui sub terris habetur, χθόνιος sive ἐριούνιος; qui quando e cameris subterraneos thesauros

surripit et ad lucem profert, indicari videtur seges ex intimis terrae quasi receptaculis quae in lucem educitur atque emittitur. Nec sine gravi periculo damnove hoc fieri potest: qui enim hoc nobis praestat segetemque in terra conditam in lucem profert, is mortem ipse obeat et summa quaeque ipse patiatur necesse est. Ubi teneri velim notiones de deo perpetiente et mala humana subeunte ad beneficia humano generi tribuenda. Vid. Creuzeri Symbol. II pag. 379 seq. coll. C. O. Müller. l. l. pag. 155. Ad Aegyptiam fabulam de Rhampsinito pertinet eiusdem quoque regis iter ad inferos, ipsumque commercium cum diis inferûm praesidibus. Sed de his vid. nott. ad II, 122.

EXCURSUS VIII

AD HERODOT. II, 123.

[*Ex Creuzeri commentt. Herodd.* p. 331 *seq.*]

„Zoëga recte accepit verba Herodoti: *τοῦ σώματος δὲ καταφθίνοντος de corpore dilapso et in cineres dissoluto.* Nam primum cogitanda sunt nobis rudia et inchoata tantummodo initia condiendorum corporum, quae, ut quidem videtur, e desertis Africae ducuntur, sponte arescentibus cadaveribus sicco vento, et ad tempus durantibus. Deinde, qui pauperes ac tenues per Aegyptum tenui rudique artificio post mortem condiebantur: eorum cadavera parum credibile erat in perpetuum duratura, ut omittam nobiliora quoque et generosioribus condita medicamentis corpora non in perpetuum immunia a corruptela esse. Nec magis memorabo, vi, ferro igneque absumta esse nonnunquam cadavera medicata, velut cum, Cambyse duce, Persae bellatores per Thebaïdem sunt grassati. Et tamen nemo quisquam Aegyptiorum omnium fraudandus eo solatio erat: *animum suum etiam dilapso corpori superstitem fore. Quid igitur fecerunt sacerdotes? Docuerunt bifariam. Plebem imbuerunt eâ opinione, ut crederet, ab evanido corpore*, h. e. *dilapso, alia ex aliis corpora ingressurum hominis animum: sibi reservarunt eruditiorem sententiam palingenesias.* Qua in re illud nemo obiiciet nobis: hoc pacto melius consultum fuisse primariis viris honoratisque, ut qui se condiendos curare possent efficacius ad perpetuitatem formae corporeae, quam cum infimae conditionis hominibus, ut quorum cadavera citius diffluerent. Nam primum nemo nescit, in eiusmodi sacerdotum regumque orientalium imperio quam vim habeat Castarum differentia, et quantum sibi hodieque Indorum optimates indulgeant in extremarum Castarum homines. Deinde vel vilissimae sortis homines, qui post mortem Osiridi vitam

suam probassent in Amenthe, poterant mature redire ad superiora, et regum quoque vel nobilium corpora recens nata ingredi. Contra ipsi etiam reges superbi et impii post mortem divis consecrati sunt, et continuo castigatione exagitari crediti a iudicibus diis inferorum. Pindarus certe in loco ad Aegyptiacae doctrinae indolem efficto, Olymp. II, 121, posteaquam defunctorum bonorum sortem praedicavit, de malis universe ita pronuntiat: — τοὶ δ' ἀπροσόρατον ὀκχέοντι πόνον. Quod vero παλιγγενεσίαν sacerdotibus attribuo, i. e. hoc placitum, *quod animum humanum determinatum, et a bestiali circuitu immunem post tempus in hominis corpora redeuntem poneret*, movet me Servii auctoritas loco supra laudato (ad Virg. Aen. III, 68) cum Pythagoram dicit plane eum in modum statuisse; quem philosophum ipse Herodotus sacerdotum Aegyptiorum discipulum fuisse significat, ut supra firmavimus." —

EXCURSUS IX

AD HERODOT. II, 141.

Ad verba: Σαναχάριβον βασιλέα Ἀραβίων τε καὶ Ἀσσυρίων κ. τ. λ.

Expeditionis a Sanacharibo Assyriorum rege susceptae praeter Iosephum archaeolog. X, 1 §. 4 meminit quoque Iesaias, qui vulgo dicitur cap. XXXVI et seq., ubi tamen Aegyptus haud commemoratur, sed Iudaea tantum, quae sanequam Iudaicum hominum magis advertere poterat. Nam Sanacharibus, qui Aegyptum quidem petiisse videtur, hac in expeditione eo minus praeterire potuit Iudaeam, quo gravius ac difficilius erat Aegyptum petenti, Iudaicam terram Assyriis infensam relinquere haud domitam. Sed Herodotus, qui ad summam regis expeditionem respexit solosque Aegyptios sacerdotes de ea referentes audiit, de Iudaea tacet, cuius terrae accuratiore cognitione omnino destitutus fuisse videtur. Illud autem minime dubium: de una eademque expeditione et Herodotum et Iudaicum scriptorem referre; qui quamquam in singulis quibusdam dissentiunt, in summa fere conveniunt, cum Assyriorum regem tradant ad Aegypti fines pervenisse; quos cum intrare vellet, pernicie subito incidente adeoque divinitus immissa regem ictum continuo refugisse, magna strage accepta. Quod sacerdotes et Iudaeos et Aegyptios cupide arripuisse arbitratur Gesenius ad Iesaiae locum (pag. 937. 973 seqq.) celeremque Assyrii regis fugam diis adscripsisse portentumque praedicasse. Itaque a vero maxime abhorrere videntur, qui Sethonem Herodoti pro Hiskia et Vulcanum Aegyptium, cuius sacerdos fuit Setho, pro Iehova accipiant. Vid. Gesenium l. l., qui ipse haec statuit: „Auf jeden Fall haben wir hier zwei verschieden ausgebildete mythisch-traditionelle Nachrichten, die von einem geschichtlichen Punkte ausgehen, wie sich noch manche andere Bemühungen dieser Art in der Sagengeschichte der Bibel und der Klassiker finden.“ Nec certiora de his pronuntiare

equidem habeo, ubi tantopere dissentientes video auctores veteres, nec ulla constat certa temporum ratio. Tu vid. Schlosser. universalhist. Übersicht etc. I, 1 p. 214. 215 coll. Beck. Anleit. z. Weltgesch. I pag. 717 seq. 720. Quodsi enim Anysis anno 961 a. Chr. n. (ut Larcherus ponit t. VII p. 92) in regnum rediit annoque 954 a. Chr. n. probabiliter obiit, ubi continuo ei successit Setho, Sethonis huius aetas haudquaquam congruet cum Sanacharibi expeditione, quae in annum 712 a. Chr. incidit. Lacuna erit annorum ducentorum quadraginta intra Anysis mortem et regnum Sethonis. Quam lacunam ut explerent temporumque rationem in ordinem redigerent, vario modo tentarunt viri docti, quorum sententias refert Beck. l. l. Sunt, qui in ipso Herodoti textu lacunam esse statuant, quam initio capitis 124 ponit Buherius, initio capitis 141 Larcherus, ubi probabiliter traditum fuerit de regibus, qui vel intra Mycerinum et Asychin vel post Asychin ad Sethonem usque Aegypti regnum tenuerint. Equidem, si lacuna statuenda est in Herodoti libro, malim aliquid intercidisse post cap. 136, quae est sententia viri nobilissimi, Liberi Baronis de Reizenstein, accuratius exposita in schedis, quas ille nobiscum communicare voluit. In hac autem lacuna *sex* aut *octo* regum historiam Herodotum exposuisse, satis verisimiliter statuit idem vir doctissimus. Verum quidem est, scriptos Herodoti libros, qui ad nostra pervenerunt tempora, nulla lacunae indicia certa praebere; quapropter in eam olim incidi sententiam, ut in Herodoti quidem textu quidquam excidisse negarem, verum manca esse statuerem, quae ille a sacerdotibus edoctus in opus suum retulerit; quae si probentur, sacerdotum erit culpa, non Herodoti. Conf. infra II, 177, ubi similia quaedam Herodoto non indicata fuisse a sacerdotibus viri docti statuunt. Sed multa in Herodoto esse depravata, quae libros hodieque cognitos excedunt, aliquoties iam monuimus et hoc loco iterum monendum censemus, si quis argumentum e librorum vetustorum auctoritate ductum opponere velit. Illud autem vix quemquam, qui Herodoteum locum attente perlegerit, dubitaturum esse confido, quin multum in eo turbatum fuerit, nec omnia ea videantur, quae pravis et imperfectis sacerdotum traditionibus adscribi possint.

EXCURSUS X
AD HERODOT. II, 148.

De labyrintho.

Veterem labyrinthum praeter Herodotum inprimis descripserunt Diodorus Siculus I, 61. 89. Strabo XVII p. 811 s. p. 1155 coll. Pomp. Mel. I, 9 et Plin. h. n. XXXVI, 13, qui uterque ex Herodoti narratione potissimum pendet. Alia suppeditabit Zoëga de obelisce. p. 418 not. 10, ubi recentiores quoque laudavit, qui de labyrintho retulerint. Tu vid. inprimis Beck. Anleit. z. Weltgesch. I pag. 721 et adde quae post Larcherum in not. ad Herodoti locum disputarunt docti Galli in descript. de l'Eg. antiqq. livrais. III tom. II chap. XVII sect. III *p. 32* seqq. Mannert. Geogr. d. Gr. u. Röm. X, 1 *pag. 430 et Letronne*: essai sur le plan et la disposition générale du labyrinthe etc. in nouvelles annales des voyages par Eyriès et Maltebrun t. VI p. 133 seq., ubi etiam tabula aeri incisa adiecta est.

De *tempore*, quo labyrinthus sit exstructus, minime constat; sed valde probabile fit, iam ante dodecarchiam illum fuisse exstructum indeque ad antiquiora Aegypti monumenta, ut pyramides, alia id genus, esse referendum. Haud repetam, quas Beck. l. l. protulit diversas sententias de labyrinthi conditoribus; illud modo addam, *Gallis* quoque doctis (l. l. §. 4 pag. 40) ita statuendum videri, ut labyrinthus dodecarchiae tempore minime adscribatur, quamvis partem illius fortasse refecerit Psammitichus, cum plures omnino reges temporum decursu aedificasse videantur; unde simul perspicuum, cur diversi conditores labyrinthi reges commemorentur. Nec alia fere de labyrinthi conditoribus fuit sententia Iablonskii, vocc. Aegg. pag. 124 seq. Sed Mannertum l. l. pag. 438 si audias, dodecarchiae aetate exstructa est labyrinthi moles, cuius designatio ad duodecim regulos pertineat, perfectio ad

unum Psammitichum adeoque etiam ad unum ex illius successoribus. Et postea idem Mannertus l. l. pag. 441 hanc proponit coniecturam: eundem Memnonem, qui Memnonium et Thebis et Abydi exstruxerit, pro labyrinthi auctore atque conditore esse habendum.

De nomine *labyrinthi* varias in partes abeunt viri docti. Sunt enim, qui Graecum vocabulum esse contendant, eoque significari volunt quemvis locum, ex quo difficulter exitum reperire queas; alii e Coptica lingua vocis origines repetere malunt; alii denique, cum apud Manethonem legatur, *Lacharem* sive *Labarin*, Aegypti regem perfecisse labyrinthum, hinc commode exponi posse censent *domicilium Labaris*. Vid. praeter Beck. l. l. inprimis Iablonsk. vocc. Aegg. pag. 123 seq. ibique Te Water. pag. 125 seq. not. r. Ipse Iablonskius (pag. 125 l. l.) ea ex sententia, qua labyrinthi opus a pluribus Aegypti regibus paulatim fuerit absolutum, exponit: *opus multorum* vel *magnae multitudinis;* ab Israëlitis enim, quos permultos in Aegypto fuisse novimus (conf. exod. I, 7. 9. 12), videri exstructum; quod Aegyptios postmodo ita fuisse interpretatos, ut plurium et quidem duodecim principum opus dicerent labyrinthum. Nuperrime de labyrinthi voce sic statuit Sickler. Handbuch der alten Geogr. pag. 797, ut exponeret: לָוָה־בִּירָנִית (*Lavah-Biranith*) i. e. *cohaesit arx*, pro: *cohaerens arx:* das zusammenhängende Schloss oder Prachtgebäude!

Situm labyrinthi satis declarare videntur Herodoti verba: *ὀλίγον ὑπὲρ τῆς λίμνης τῆς Μοίριος* et quae sequuntur. Quare quod Danvillius duplicem labyrinthum fuisse olim statuebat, Herodotique labyrinthum Heracleopolitano nomo adscriptum volebat prope septentrionalem terminum eius canalis , qui nunc quidem appelletur Bathen, lapsum fuisse virum egregium ipsa Herodoti verba atque Strabonis facile evincunt. Unum tantum in Aegypto commemorari labyrinthum a veteribus recte posuit Zoëga de obell. pag. 418 not. 10 hoc addens: reliquias eius primum detexisse Lucam prope Moeridis lacum eo loco, qui nunc dicatur *Kesr-Caron* i. e. *arx Carunis*. Nam multum olim disceptatum est inter viros doctos, labyrinthi utrum ulla omnino supersint rudera nec ne; vid. modo Beck. l. l. p. 722 et Zoëga l. l. Nostra aetate accuratius in haec inquisiverunt docti Galli l. l. pag. 32. Minime enim eo loco, ubi Lucas aliique rudera labyrinthi detexisse sibi videbantur, labyrinthi reliquias esse quaerendas docent; quae prope Kesr-Caron (sive *Kassr-Keroun*) inveniantur rudera, ea ad templa pertinere nunc diruta. Vid. Iomard. l. l. pag. 13 seqq. coll. Ritter. Erdkund. I

pag. 810 seq. et L. de Laborde in revue française 1829 janv. p. 70. Labyrinthum eo potius loco fuisse existimant, ubi canalis in Moeridis lacum se infundat et pyramis adhuc conspiciatur quatuor laterum. Magnos ruderum lapidumque cumulos illic coacervatos esse, conspicuos haud longe a vico *Haouârah*, ut in quibus vel singulae quaedam partes operis plane destructi discerni queant. Arabes autem, qui thesauros subterraneos in hoc aedificio latere putaverint, illud vastasse iidem viri docti suspicantur. Vid. descript. de l'Eg. l. l. pag. 32 seqq. Ritter. l. l. I p. 798 seq. Mannert. l. l. pag. 443 seq. Belzonium si audias, in occidentali lacus parte haud longe a loco Tirsa, ubi multae sunt columnarum reliquiae, labyrinthus exstructus esse videtur. Conf. I. de Hammer. in annall. Viennenss. vol. XLV (1829) pag. 31.

EXCURSUS XI
AD HERODOT. II, 159.

Καὶ Σύροισι πεζῇ ὁ Νεκῶς συμβαλὼν ἐν Μαγδόλῳ ἐνίκησε· μετὰ δὲ τὴν μάχην, Κάδυτιν πόλιν τῆς Συρίης ἐοῦσαν μεγάλην εἷλε.

Magdolus urbs memoratur in Antonin. itiner. pag. 178 duodecim millibus remota a Pelusio orientem versus; unde iure in confiniis Aegypti inferioris Syriam versus erit collocanda. Nec alia est, quae a Stephano Byzantino indicatur s. v. et in sacrae scripturae aliquot locis, ubi vocatur מִגְדּוֹל. Vid. Gesen. in lexic. Hebraic. pag. 429 coll. Champoll. l'Egypt. s. l. phar. II p. 79 et Valcken. in scriptione mox laudanda §. 7. 9 pag. 159 seq. Et vetus nomen in hodierna loci appellatione *Ras el Moyeh* (in orientali ac meridionali recessu lacus Menzaleh) latere existimat Mannert. Geogr. d. Gr. u. Röm. X, 1 p. 489.

Sed ab ea urbe probe distinguenda est alia urbs, quae in sacris literis appellatur מְגִדּוֹ sive *Μαγεδδώ*, ad Manassitarum tribum pertinens, ad montem Carmelum sita, ex quo ipso porrigitur planities, in qua Iosiam a Necone victum fuisse loci sacrae scripturae supra (ad II, 159) laudati evincunt. Namque haec planities, quae a monte Carmelo septentrionem atque orientem versus ad Iordanum usque protenditur, ei sanequam permeanda est, qui ex Aegypto Assyriam petit atque Babyloniam, indeque illa pluribus proeliis et plurium regum cladibus insignis fuit. Nunc vocatur *Merdsch Ibn-Amer* i. e. *pratum filii Ameri.* Plura Iahn. biblisch. Archaeolog. I p. 142 et Rosenmüller. bibl. Alterthumskund. II, 1 pag. 149 coll. Valcken. l. l. §. 10 p. 160 seq. Hanc vero planitiem in Herodoteo loco, ubi *ad Magdolum* regem victoriam reportasse legimus, intelligendam esse vix dubium, aut, ut Valckenarii utar verbis, tuto adfirmari licet, cum de Aegyptia urbe Magdolo ne

cogitandum quidem sit, quamvis nomen ipsum *Magdoli*, quod apud Herodotum exstat, magis conveniat oppido in Aegypti confiniis sito. Quod hoc Herodoteo loco qui intelligendum esse censerent, haud quidem defuere, sacrae scripturae locis, ubi *Megiddo* memoratur, ita commutatis, ut cum ipsorum sententiâ conveniant. Conf. Rosenmüller. l. l. II, 2 pag. 99 seq. not. 204. At vero praeter codicum auctoritatem ipsa obloquitur res, cum ab omni verisimili abhorreat, Iudaicum regem usque ad Aegypti confinia obviam ivisse Aegyptiorum regi, *quem potius* a transitu per terram Iudaicam ipsam prohibiturus erat in *campis*, per quos aditus pateret ad Assyriam. Quae cum ita sint, proelium, de quo agitur, in campis prope *Megiddo* commissum esse vix dubium; quam urbem (Megiddo) indicaturus Herodotus haud scio an confudisse censendus sit cum altera illa urbe (*Migdol* s. *Magdolo*), quae in Aegypti confiniis sita, ipsi melius sane innotuerat, oram maritimam cum bene perlustrasset, ad interiores autem Palaestinae tractus minime penetrasse videatur, nec omnino ullam accuratiorem huius terrae cognitionem acquisivisse. Tu conf. Larcher. tom. VII pag. 114 seq. VIII p. 311 seq., qui idem Herodotum utramque urbem confudisse statuit.

Cadytis urbs infra quoque commemoratur III, 5 et Sardibus *haud* multo inferior praedicatur. Qui locus quantopere viros *doctos* exercuerit, dici vix potest. Alii enim indicari putabant *Circesium*, alii *Kades*, exiguum in Galilaea oppidum, alii *Gath* (quae urbs tempore prophetae Amos iam deserta fuisse videtur, nec omnino unquam magna fuit et celebris), alii *Gasam*, Philistinorum urbem prope mare sitam et satis nobilem, alii denique *Hierosolyma*, urbem sane maximam in illis regionibus, quam prae caeteris hic commemorari par erat quamque ab Aegyptiorum rege captam fuisse universa sacrae scripturae narratio arguere videtur, licet expressa urbis et obsessae et captae nulla fiat mentio. Neque in nomine haerendum, cum *Κάδυτις* nihil aliud esse videatur atque corruptum urbis nomen קְדוּשָׁה (a קָדוֹשׁ) id est: *urbs sancta*, quo eodem nomine (*El Kods*) adhuc ab Arabibus urbem appellari accepimus. Itaque iis viris doctis adstipulandum censeo, qui Hierosolyma utroque loco (II, 159 et III, 5) ab Herodoto indicari statuunt. Vid. Rennel. l. l. pag. 487. Rosenmüller. l. l. II, 2 pag. 99. 203 seq. Heeren. Ideen I, 2 pag. 114. II, 2 pag. 402. Dahlmann. Herod. pag. 75. Valckenar. in peculiari scriptione, quae inserta legitur

in specimm. acadd. Franecq. 1737 nro. 2 et in opuscc. (Lips. 1808) t. I pag. 152 seqq. inprimis pag. 165 seqq. 170 seq. et ante Valckenarium Harenberg. in biblioth. Brem. VI fasc. II p. 282 seqq. Alias aliorum sententias praebet Wesseling. in not. ad Herod. II, 159 et III, 5 et Heyse quaest. Herod. I pag. 94—96, qui ipse in Herodoti locis *Gazam* intelligi vult; quam urbem mari proximam si indicare voluisset Herodotus, suo certe opinor nomine indicasset, cum oram maritimam totumque illum tractum ipse perlustrasset indeque accuratius cognovisset. Nec moveor iis, quae disputavit Billerbeck. in diss. Asiae Herod. difficil. pag. 7, ubi *Gazam* urbem indicari idem contendit, et quae nuperrime peculiari scriptione disseruit F. Hitzig.: „de Cadyti urbe Herodotea“ Gotting. 1829, qui et ipse non nisi *Gazam* hic intelligi posse opinatur adeoque Herodoteam urbis appellationem ex ipso *Gazae* nomine derivatam vult.

CREUZERI EXCURSUS

AD HERODOT. I, 93.

De sepulcro Alyattis.

„— Franciscus Inghiramius, vir de monumentorum antiquorum cognitione meritissimus, in monumenti Etruschi serie IV pag. 167 seq. postquam Porsennae regis sepulcro Clusino (vid. Varro apud Plin. h. n. XXXVI cap. XIII) et in Asia et in Italia consimilia alia fuisse dixerat, ita pergit: „„Del pari nel paese di Lidi, secondo che Erodoto narra, il mausoleo d'Aliatte consistera *in una base quadrilunga*, sostenente enorme tumulo di terra *della figura di un cono*, sulla cui troncatura erano cinque *grandi* stelli, come gli obelischi della tomba Chiusina.““ Tum amandat lectores suos ad ser. VItae tabulam F. 6; qua in tabula icones exhibitae sunt cum reliquiarum aliquot antiquae fabricae, tum eae, quae inserviant illustrandis descriptionibus veterum *scriptorum*, in his num. 6 et 8 huius ipsius monumenti („Prospetto ipotetico della elevazione num. 6 e pianta num. 8 del sepolcro di Aliatte esistito nel paese de Lidi e descritto da Erodoto“), quod cum mausoleo Porsennae comparat Inghiramius. Ac de hoc, qui accuratius cognoscere velit, ei legendae sunt commentationes Orioli Itali et Quatremère de Quincyi huiusque collegae Raoul-Rochette (in Achilléide p. 97 seqq.): de Alyattis monumento mirari subeat, qui Inghiramius Graecis Herodoti verbis *illa*, quae insignioribus characteribus indicavimus, Italice adiicere potuerit et quomodo etiam Minutolius loco in annot. laudato figuram Alyattei sepulcri coni speciem habuisse dicere potuerit; laudandusque videatur Zoëga, qui loco ibidem citato in his se continuerit: „„Vidit Herodotus Alyattis Lydi sepulcrum maximis quae tunc exstabant molibus accensendum, quod sic describit etc.““ Sed tamen si a verbis ipsis Herodoti discedimus: — *σῆμα, τοῦ ἡ κρηπὶς μέν ἐστι λίθων μεγάλων, τὸ δὲ ἄλλο σῆμα, χῶμα γῆς — οὖροι δὲ πέντε ἐόντες, ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν ἐπὶ τοῦ σήματος ἄνω* — *sepulcrum, cuius basis e grandibus lapidibus,*

reliquum autem sepulcrum terrae tumulus est — termini autem, qui quinque sunt [*)], *adhuc ad meam aetatem in summo sepulcro erant*, ab his igitur verbis si discedimus: ipsam Herodotei loci sententiam apte et percepisse et reddidisse iudicandus sit Etruscorum monumentorum interpres. Nam primum Chandlerus l. l. de his Lydiae sepulcris ita refert p. 369 vers. Germ.: „„Alle sind mit grünem Rasen bedeckt, und so viel mir in die Augen fielen, als ich unter ihnen herumwandelte, haben noch ihre Kegelform, ohne dass die Spitze auch nur ein wenig eingesunken wäre. Einer der Grabhügel auf dieser Höhe, der meist in der Mitte auf der Seite nach Sardes liegt, war das Grabmal des Halyattes, Vaters des Croesus."" Deinde in monumenti Albani, quod Curiatiorum nomine vulgari venit, ruderibus super basi e lapidibus exstructa hodieque comparent vestigia *quinque conorum* (Inghirami IV p. 168: „„Cosi in Alba, colonia dei Frigi, civè digente che si può tenere compresa nell' antica Meonia, il vecchissimo e notissimo sepolcro denominato de Curiazi è anch' esso *un dado lapide quadrato, sul quale sorgono cinque granconi.*"" — Se ne vegga là figura alla ser. VI tav. F. 6 num. 10).

„Unde haud inepta coniectura est, Alyattei illius sepulcri basin lapideam fuisse *cubum:* tumulum e terra aggestum, *conum.* Atque si reputamus, numerum pyramidum *quinarium* bis memorari etiam in monumento Porsennae (vid. Varro ap. Plin. l. l.), haud absurde censebimus, eiusmodi architecturae Lydos inter atque Etruscos concentum tanquam novum argumentum accedere iis, quae plura ad narrationem Herodoti (I, 94) de Lydorum in Italia adventu firmandam posita sunt. Cui rei etiam Osannum v. cl. fidem habere video in disputatione de monumento Phrygio nuper reperto. Vid. eius viri libellus, qui inscribitur *Midas* pag. 10 infra.—" *CREUZER.*

---

*) [Minus accurate Schweighaeuser. haec ita reddidit: *fuerunt autem ad meam usque aetatem in summo tumulo quinque termini.* Est vero, si quid video, haec Nostri sententia, *fuisse primitus quinque terminos eosque integros adhuc sua ipsius aetate stetisse.* Namque ita scriptum legimus: *οὖροι δὲ πέντε ἐόντες, ἔτι — ἦσαν —. Br.*]

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Ad prooem. pag. 4. Similia exordia in chronicis Helvetorum libris chartisque vetustis aliquot inveniuntur. Tu conf. Hanhart. Erzählungg. aus der Schweizergesch. I pag. 162. 266. 231. 277.

Ad I, 1 pag. 7. Ad ea, quae de *Io* diximus, conf. I. H. Chr. Schubart. in Annall. Viennens. (1829) XLVII pag. 13. Qui diversas veterum sententias vix conciliari posse statuit; *Inachi* autem *filiam* non stricto sensu, sed latiori intelligi vult *unam de Inachi posteris, unam de stirpe Inachi.*

Ad I, 2 pag. 8. In Thucydide quoque προσσχόντες (pro προςσχόντες) scripsit Haacke, quem conf. ad I, 15, ubi Hermannum citat ad Euripid. Hecub. 41. Ac disputavit nuper hac de re Osann. in libro, qui inscribitur Midas s. Erklärungsversuch der erweislich ältesten griech. Inschrift pag. 79, veterumque grammaticorum excitavit testimonia, alteram literulam abiici docentium; quamquam quinam ex Atticis abiecerint, quinam retinuerint, viro docto adhuc quaerendum videtur, cum antiquiori certe aetate duplicata litera vix fraudi fuerit.

Ad I, 19 pag. 47. „De situ huius templi (*Minervae sc. Assesiae*) non habeo, quod accuratius statuam; nec magis de *Limeneis*, *Milesiae* loco.“ *Soldan.* in comment. I de rerr. Milesa. (Darmstad. 1829) pag. 41.

Ad I, 24 pag. 60 (a lin. 20 ab inf.) pro *rythmo* leg. *rhythmo*.

Ibid. (b. lin. 11 ab inf.) Add. Hug. v. cl. in libro, cui titulus: Zeitschrift für die Geistlichkeit des Erzbisth. Freyburg. III pag. 189.

Ad I, 24 pag. 58. Ad vocem *σκευή* conf. Gottleber. ad Thucydid. I, 130 pag. 243 ed. Gervini.

Ad I, 34 fin. pag. 91. — *μή τι οἱ κρεμάμενον τῷ παιδὶ ἐμπέσῃ:* ubi Matthiae gramm. p. 713 in explicanda vocula οἱ secutus sum, quamquam alia quoque huius dativi explicandi est ratio, de qua *ibid.* p. 715. Tu vid. potissimum Pindar. Olymp. I, 91 *coll. II*, 29. 30. 74 ibique interpretes..

Ad I, 35 init. pag. 91 in not. pro *χρᾶσθαι* leg. *χρῆσθαι*.

Ad I, 35 pag. 92. De satisfactione, quae appellatur *Werigeld*, nunc conf. auctor locupletissimus Grimm. in libro recens edito: Deutsche Rechtsalterthümer II pag. 661 seqq.

Ad I, 35 pag. 93. 94. De nominibus *Midae*, *Gordiae*, apud Phryges frequentioribus monuit Osann. in libro supra laudato pag. 38 seqq. Cui verum nomen fuisse videtur *Γορδίας*, quemadmodum apud Herodotum exstat, cum apud posteriores inveniatur *Γόρδιος*. Conf. ibid. pag. 35.

Ad I, 30 pag. 76. *γενομένης γὰρ Ἀθηναίοισι μάχης πρὸς τοὺς ἀστυγείτονας ἐν Ἐλευσῖνι.* Haec verba non de pugna Atheniensium cum Eleusiniis, qui tunc temporis nondum ad Athenarum ditionem

pertinuerint, sed de Atheniensium proelio cum Megarensibus vicinis ad Eleusinem commisso intelligenda esse contra Lobeck. (in Aglaoph. I epimetr. p. 214) monuit C. O. Müller. in annall. Gottingg. 1830 nr. 13 pag. 125. 126. Locum enim pugnae tantum indicat Herodotus, qui si ipsos Eleusinios Atheniensium hostes intellexisset, scripsisset: πρὸς τοὺς ἀστυγείτονας τοὺς ἐν Ἐλευσῖνι. Sed ipsi Lobeckio (in addend. p. 1351) probabiliorem videri Mülleri sententiam, postmodo intellexi.

Ad I, 46 pag. 110. „In extrema Ioniae parte prope Posidium promontorium situm erat templum Apollinis Didymaei cum oppido Branchidarum." *Soldan.* in scriptione supra laudata pag. 16. Idem vir doctus monet reliquias templi et oppidi Branchidarum, a *Palatsha* sive Mileto remotas duo circiter milliaria quae vocantur geographica, in Posidii loco edito, cui nomen *Iotan*, inveniri, unde longe lateque per mare pateat prospectus. Vid. ibid. p. 32.

Ad I, 30 pag. 73. Add. Grauert. de Aesopo pag. 49 seq., qui Solonem, si, revera Sardes venerit, nonnisi Olymp. LVIII, 1 s. 549 a. Chr. illuc venire potuisse statuit, quinque fere aut sex annis ante Sardium expugnationem, quae probabiliter incidat in Olymp. LIX, 2 sive 3; quo eodem fere tempore Athenas a Croeso legatos esse missos ponit (pag. 48). Cum vero decesserit Solo Olymp. LV, 1 aut, si maximum vitae spatium posueris, Olymp. LV, 4; inde Sardes ad Croesum se conferre illum potuisse omnino negat Grauert. l. l. pag. 50. Probari haec monet ille Herodoti loco I, 29 et Plutarchi in vit. Solon. p. 92, E, qui decem modo annos Solonem in exteris terris commoratum esse affirmant; ita ut Sardibus Solo versatus existimetur Olymp. XLVIII; quo ipso tempore Croesus sex septemve annos natus fuerit!

Ad I, 62 pag. 155. 156. Stare posse Ἀμφίλυτος ὁ Ἀκαρνὰν, mihi nunc egregie probari videtur iis, quae attulit Lobeck. in Aglaoph. pag. 310 not. m de Acarnanibus ob vaticinandi et fascinandi artem olim per Graeciam similem in modum cognitis, quo Marsi per Italiam.

Ad I, 56 pag. 135 lin. 1. Gaisfordium secuti edidimus βασιλῆος, cum I, 132. 192 extet βασιλεῖ et βασιλέως. Quod iure mirum videtur Struvio (in specim. secund. de Herod. dialect. p. 16), cum Gaisfordius, quem nos quoque secuti sumus, constantem semper fere tenuerit normam vel nullis codicibus addicentibus. Inde scribendum erat βασιλέος et βασιλέϊ.

Ad I, 59 pag. 142. Grauertum (de Aesopo pag. 47) si audias, Pisistratus secundum princeps fuit Olymp. LVI, 2 s. 555 a. Chr. iterumque expulsus dein regnum recuperavit Olymp. LIX, 2 s. 543 a. Chr.

Ad I, 65 pag. 163. De voce κόσμος conf. C. O. Müller. Dor. II pag. 6.

Ad I, 67 pag. 168. Monet C. O. Müller. l. l. I pag. 152 seq. tum demum oraculum fore ambiguum, si ὀρχήσασθαι quoque derivaveris ab ὄρχος. Verbum διαμετρήσασθαι referri vult ad conditionem ac statum Helotae s. Clarotae, qui certam quam incolat agri portionem assignatam accipiat.

Ad I, 86 pag. 218. ἀνεβίβασε ἐπ' αὐτὴν τὸν Κροῖσον] Haec verba ita intelligi vult Grimm. (Deutsche Rechtsalterthümer pag. 700), ut Croesus vinctus non rogo fuerit impositus, sed ad ignem appositus (*an's Feuer gelegt*) plane ut apud maiores nostros de viro quodam narretur, qui simili modo ad rogum adductus diuque tacite sedens iuxta ignem, tum demum in voces, quibus flammam incantaret, eruperit, cum ignis ad ipsum accessisset vestemque attigisset. Sed ipsa Nostri verba, quae continuo leguntur, refragantur: τῷ δὲ Κροίσῳ, ἑστεῶτι ἐπὶ τῆς πυρῆς κ. τ. λ.

Ad I, 96 pag. 247. 248. *Deiocem* esse *Dschemschid* pluribus demonstrare studet Hölty (Djemschid, Feridun etc. Hannov. 1829 p. 53 seqq.), *Phraortem* idem pag. 60 seq. habet *Feridun* (v. Herod. I, 102 pag. 257), *Cyaxarem* (Herod. I, 73. 103) pro eo, qui appellatur *Gustasp*. Conf. ibid. p. 64 seqq.

Ad I, 102 pag. 258. Ad voc. ἀπεχρᾶτο conf. Bachmann. Anecdd. I p. 119, 24 coll. pag. 137, 19, ubi haec leguntur: ἀποχρᾷν: ἐξαρκεῖν· Ἡρόδοτος· et: ἀπόχρη· ἐξαρκεῖ.

Ad I, 125 pag. 299. Iis, quae de *Germanis* disputavimus, addere placet Link. Urwelt p. 170 et Pfister. Geschicht. d. Deutsch. I p. 24 sq. 519 seqq. et potissimum I. de Hammer. in annall. Vienn. XLVI pag. 120, qui ultra Oxum in Buchana, ubi Xerxis *tempore Dadicae* (conf. Herod. III, 91) et nostra aetate gentes, quae *appellentur* Tadsckik, inveniantur, primitivas Germanorum sedes quaerendas esse ponit, multa addens de Persarum ac Germanorum linguae affinitate, quam ter mille vocibus Germanicis in Persarum lingua obviis se probaturum esse pollicitus est. Tu vid. pag. 113 et cf. eiusdem viri docti disputationem de his rebus ibid. XXXIII pag. 136 sqq. Eorum ingratiam, qui de maiorum nostrorum incunabulis quaerere solent, adscribam, quae ex antiquo legum codice Georgico nuper in lucem prolata sunt a docto Gallo in annall. de législat. et de jurisprudence (Paris. 1829) nro. 40. Nam apud Georgicam gentem, quod mirum auditu, eadem inveniuntur iudicia, quae apud maiores nostros (*ordalia* vulgo dicuntur), iidem ritus in ipsis iudiciis, eaedem satisfactiones (*Wehrgeld* vocitant) pro dignitate atque ordine eius quem violaris necarisve distinctae, eaedem mulctae boum pecorumve numero constitutae, alia, quae recensere longum est.

Ad I, 133 pag. 315. Quae de Persis deliberantibus refert Herodotus, congruunt cum iis, quae de maioribus nostris enarrat Tacitus in German. cp. 22, ubi interpretes non fugit Herodoti locus.

Ad I, 103 pag. 259. πρὸ τοῖς δὲ ἀναμὶξ ἦν πάντα ὁμοίως ἀναπεφυρμένα] Similia quaedam ad locutionis vim citat ex *Platone*, *aliis*, W. Schorn. Anaxagor. fragg. pag. 15.

Ad I, 142 pag. 329. Quae Herodotus de aëris temperie et de ipsa regione praedicat, recentiorum quoque testimoniis confirmari monet Soldan. comment. I de reb. Milesa. pag. 8.

Ad I, 142 pag. 330. De *Mileto* conf. Soldan. l. l. pag. 3 seqq.

Ad I, 135 pag. 318. 319. De voce κουρίδιος disputavit Buttmann. in lexilog. I pag. 32—34, ubi docet semper in hoc vocabulo inesse matrimonii atque coniugii vim ac notionem, qua intelligatur *coniux legitimo matrimonio iuncta*, indeque opposita *concubinae* s. τῇ παλλακίδι. Quibus hoc scite addit Doederlein. in lectt. Homerr. specim. III (Erlang. 1829) pag. 8: κουρίδιος Homerice dici pro κύριος; inde κουριδίην ἄλοχον a dignitate nomen traxisse, cum ista vocula quam maxime ad ius et potestatem in universam domum pertineat.

Ad I, 153. ἣν ἐγὼ ὑγιαίνω — οἰκηΐα. Tu conf. Thucydid. I, 120, ubi similia quaedam afferunt interpretes, pag. 229 ed. Gervin.

Ad I, 157 fin. pag. 356. *Panormum* in agro Milesio commemorat Thucydides VIII, 24 init. Atque invenit Chandlerus in vicinia templi Branchidarum parvum sinum navium appulsui opportunum eiusque in ambitu munitionum quaedam vestigia. Tu conf. Soldan. l. l. pag. 42.

Ad I, 178 pag. 389. Quod Herodotus Babyloniae urbis ambitum 480 stadiis absolvit, id a 360 stadiis, quot a Diodoro, aliis, produntur, haud differre statuit Iomardus (descript. de l'Egypt. antiqq. I

(3 livrais.) pag. 680 seqq.) his verbis: „Les 480 stades d'Herodote — proviennent du compte de 360 stades, mais qu'on a pris sans doute pour des stades de trois cent mille à la circonférence du globe et transformés en conséquence; car 360 stades de cette dernière grandeur font précisément 480 petits stades d'Egypte, espèce de mesure qu'à Herodote a constamment employée: Herodote et Ctesias ont donc chacun fait usage, comme ils devoient le faire nécessairement, d'un espèce particulière de stade." —

Ad I, 173 pag. 381 lin. 5. *Αἰγέως* Struve (specim. secund. dialect. Herod. pag. 7) mutatum vult in *Αἰγέος*, quae constans est horum nominum apud Herodotum forma.

Ad I, 186 pag. 416. Monent interpretes Thucydidis ad I, 93 p. 198 ed. Gervin., *μόλιβδον* apud veteres in murorum structura haud raro commemorari.

Ad I, 187 p. 418 de duplici *γε* conf. W. Schorn. Anaxagor. fragmm. (Bonn. 1829) pag. 58.

Ad I, 215 pag. 473 in not. a lin. 3 pro *loco* legend. *loro*. — Ad *μασχαλιστῆρας* conf. Blomfield. in glossar. ad Aeschyl. Prometh. 71, quem haud fugit Thomae Magistri locus pag. 595 s. v. *Μάλη*, ubi interpretes Herodoti meminerunt. Namque *μασχαλιστῆρες* vulgo exponuntur lora, quae equorum scapulis subtenduntur. Nec aliter fere apud Aeschylum Blomfield. l. l. interpretatur *lorum equi pectorale*.

Ad II, 2 pag. 476. Quod dedi *Ψαμμίτιχον*, idem in Thucydide quoque praebent libri optimi. Tu conf. interprett. ad I, 104 pag. 211 ed. Gervin.

Ad II, 2 pag. 478. Monet Kopitar. in annall. Viennens. t. XLVI pag. 105, apud Albanenses qui nunc vocantur, *panem* dici *buk*, valdeque inde probari Herodoti narrationem, cum Albanenses recentioris aetatis, qui Illyriorum sint posteri, ad eandem Thraciam stirpem pertineant, ad quam Phryges quoque referantur. At Phrygicum si habeatur vocabulum, ipsos Phryges ex antiqua Persarum sede profectos secum duxisse vocabulum statuit Hammer. ibid. pag. 119, cum Herodotea vox *βέκκος* vere Persarum orientalium linguae sit adscribenda, ubi hodieque *panis* dicatur *pekand*. Incidit quoque hunc in locum Osann. in libro laudato: Midas etc. pag. 55 coll. pag. 43, ubi antiquissimam Phrygum linguam fuisse Graecam dialectum contendit, postea demum valde mutatam et corruptam adscitis haud paucis peregrinis vocibus e Persarum Medorumque commercio. Quam cum non intellexerit Herodotus, tacite quoque concedere videtur Osanno, hanc seriorem pro antiquissima esse habendam.

Ad II, 4 pag. 483. Ad *ζῶα* (i. e. *figuras*) conf. Schaefer. ad Dionys. Halicarnass. pag. 289 seqq. et Hase in Schaeferi animadverss. in Plutarch. vol. IV p. 352 ed. Teubner.

Ad II, 10 pag. 498. Campum *Maeandrium* maris sinum olim fuisse pluribus contendit Soldan. in comm. de reb. Miless. I pag. 16 seqq.

Ad II, 30 pag. 544 ad verba *τῶν δέ τινα λέγεται δείξαντα τὸ αἰδοῖον κ. τ. λ.* Similia quaedam de Lacaena muliere traduntur in Plutarch. Lacaenn. Apophthegg. p. 241, B (ubi conf. Wyttenbach. animadverss. tom. II p. 1219) atque de Persarum feminis apud eundem Plutarch. p. 246, A (morall. opp. II).

Ad II, 32 pag. 550. Ex Iahnii annall. philologg. et paedagogg. X, 3 (s. II, 3 anni 1829) pag. 365 intellexi, Anglum virum („General Donkin") edidisse dissertationem: „on the course and probable termination of the Niger," in qua contenderit, Nilum τοῦ Bornu

(i. e. Nigrum) eundem esse fluvium, quem Herodoto auctore quinque Nasamones iuvenes viderint; qui postquam in lacum τοῦ Dombu intrarit, ad septentrionem inde conversum olim per Syrtes in mare mediterraneum exiisse, nunc vero in immensis arenae desertis interire statuit. Tu conf. eiusdem Iahnii lib. X, 4 (II, 4) pag. 457 et copiosius de hac re disserentem Gallum doctum Chauvet. in scriptione, cui titulus: „Du Niger, du fleuve, de Timbouctu, de son embouchure et de la communication des grands fleuves d'Afrique" in: révue encycloped. 1829 octob. tom. IV dixième livrais. pag. 5 seqq.

Ad II, 33 pag. 552 in nott. a lin. 2 pro *dab ant* leg. *dab unt*.

Ad II, 34 pag. 559. ὄλυραν *speltam* esse, papyris confirmari *dicunt*. *Cf.* Papyri Graec. Taurinens. mus. illustrat. ab Amedeo Peyron (Taurin. 1827 p. II) pag. 73.

Ad II, 37 pag. 564. De Aegyptiorum circumcisione quaedam leguntur ex Philone Iudaeo in Paralipp. Armenn. (Venet. 1826) p. 217 seqq., unde discimus utrumque genus ab Aegyptiis circumcidi solitum esse anno decimo quarto, idemque obtinuisse apud Arabes, Aethiopes, alias gentes tractus meridionalis. Addit auctor causas quasdam istius moris e coeli natura ipsiusque humani corporis indole sumtas.

Ad II, 77 pag. 658 (coll. ad II, 37 pag. 567). Crebrum vini usum per Aegyptum papyros quoque testari monent. Vid. Papyri etc. p. 58.

Ad II, 117. Add. Müller. de cyclo Graecc. epico pag. 87 seq.

Ad II, 143. De γενεαῖς conf. I. H. Chr. Schubart. in annall. Vienn. XLVII pag. 3 seq.

Ad II, 158. Voculam ἀπαρτὶ ex h. l. citat grammaticus Graecus in Bachmann. anecdd. vol. I pag. 114: ἀπαρτὶ παρ' Ἡροδότῳ σημαίνει τὸ ἀπηρτισμένως καὶ ἀκριβῶς.

Ad II, 178. τέμενος — χρησιμώτατον] i. e. *quo maxime utuntur*. Excitat haec Schaefer in animadverss. ad Plutarch. vol. IV p. *361*.

Ad II, 3 pag. 480. 481. Verba: τὰ θεῖα τῶν ἀπηγημάτων — ὁμοίως ἐπίστασθαι, quae nec Heynius bene sit interpretatus nec Schweighaeuserus recte transtulerit („quae audivi ad res divinas spectantia non est mihi animus in publicum proferre exceptis deorum nominibus existimans omnes in Aegypto homines idem de his nosse"), ita intelligi vult Lobeck. (Aglaoph. pag. 1287), ut Herodotus moneat se de his rebus nomine tenus nec amplius dicturum esse, cum deorum nomina in sacris tradita tantum abfuerit, ut in publicum ederet, ut nihil magis tectum reconditumque habuerit (II, 61 coll. 86. 170. 186). Sed verba: ἔξω ἢ τὰ οὐνόματα αὐτέων μοῦνον vix mihi significare posse videntur: „*nomine tenus nec amplius*;" unde malim acquiescere in interpretatione vulgata. Deinde quod idem vir doctus verbis: πάντας ἀνθρώπους — ἐπίστασθαι significari putat, omnes homines de rebus divinis idem sentire (sc. non temere evulgandum esse, si quid in occulto traditum sit, quod de se ipso profiteatur II, 65), id tum ab ipsorum verborum interpretatione, tum a totius loci sensu abhorrere videtur.

Ad II, 49. Argumentum huius capitis tractat Lobeck. in Aglaoph. p. 1101 seqq. Qui si verba μεζόνως ἐξέφηναν ita intelligi vult, ut sophistae s. posteriores philosophi Dionysi sacra et his adiunctas fabulas a Melampode acceptas Aegyptiacis *similiora reddidisse* s. rem ita adornasse perhibeantur, ut sacra Graeca Aegyptiacis *simillima fierent*, vereor ut assentiri possim, cum talem interpretationem ipsa verba minime permittant. — Verba συνέπεσε κοινώ-

μενα idem vir doctus intelligit de utrisque sacris seorsum apud utramque gentem, neutra alteram imitante, institutis. Quae sequuntur: ὁμότροπα γὰρ ἂν ἦν ambigua dicit, utrum totius sententiae ἐγὼ μὲν οὖν — an postremae partis rationem reddant. Et illud quoque varie disseri posse existimat, cur Herodotus Bacchi sacra Graecis ὁμότροπα esse negaverit. Tu vid. nott. nostr. pag. 600. Est autem haec Lobeckii sententia, istam sacrorum similitudinem, de qua Herodotus, in mythorum et rituum interpretatione et ad Aegyptiacas doctrinas accommodatione a philosophis Graecis posterioris aetatis institutâ positam esse, cum utriusque gentis docti Osiridis Bacchique solemnibus eandem subiecerint rationem et tum casibus horum deorum fabulosis tum ipso colendi ritu animorum ambages et vicissitudines adumbrari crediderint. Hoc igitur ab Herodoto significari putat, Pythagoreos fuisse, qui Dionysi orgia ad pristinam cum Osiriacis similitudinem reduxerint eoque ipso confirmari novitiam et Pythagoricam esse illam fabulae Bacchicae interpretationem non antiquiorum illorum Pythagoreorum, sed alterius sectae, quae artem sacrificalem sit professa.

Ad II, 49 pag. 599. Quid δεικνύναι sit, ubi de sacris sermo, pluribus persequitur idem Lobeck. l. l. pag. 49 seqq.

Ad II, 51 pag. 605. Hunc locum tangit Lobeck. l. l. pag. 1212 seqq. ita statuens: „Samothraces Lemniosque deam quandam coluisse Hecatae atque Dianae (ea namque Bendis putatur) similem neque diversam a Proserpina, cuius cum Mercurio furtiva commercia in mysteriis Cabiriis enarrata esse ex Herodoti verbis colligimus."

Ad II, 53 pag. 609. 610. οὗτοι δέ εἰσι οἱ ποιήσαντες κ. τ. λ. Quae verba citans Lobeck. l. l. pag. 347 (ubi de carminum Orphicorum antiquitate disserit), ita explicuit: „quod non eo dixit (Herodotus) quasi Graecos ante illos nihil de deorum natura fabulatos putaret (quo nihil ineptius fingi potest) sed potius hoc contendit, fabulas illas passim nullo locuplete auctore vulgatas neque literarum monumentis mandatas tum demum radicari et inolescere coepisse, quum duorum nobilissimorum poëtarum veluti publico testimonio essent ornatae. Hos igitur, qui quandam rei fabularis quasi disciplinam condiderunt, ad quos omnibus, qui de deorum progenie et vitae actione quaerunt, tanquam ad primos fontes recurrendum est, Herodotus merito Theogoniae Graecanicae auctores appellavit. Fuisse ante Homerum poëtas neque hoc loco negat et paulo ante II, 23 planissime affirmat, quum Oceani nomen ab Homero aut aliquo antiquiore poëta introductum esse contendit. Sed exstare quidquam in literis antiquius, id vero etiam atque etiam negat, eoque uno verbo Orphei, Musaei et reliquorum vatum, quae tum circumferebantur carmina, praescriptis auctoribus eripit atque aufert; quod eius iudicium eo maiori plausu et praedicatione prosequendum est, quo diutius tenuit vulgaris error, qui ne Aristotelis quidem auctoritate opprimi potuit."

Ad II, 81 pag. 664. ὁμολογέουσι δὲ ταῦτα τοῖσι Ὀρφικοῖσι κ. τ. λ. Lobeckium si audis l. l. pag. 694, hoc genus Bacchicorum (quum multa fuerint variaque Bacchi orgia), quod Herodotus Orphicum vocari, Aegyptiacum et Pythagoricum esse perhibet, unum apertum habet auctorem Onomacritum.


Ad II, 82 pag. 666. καὶ τούτοισι τῶν Ἑλλήνων οἱ ἐν ποιήσει γενόμενοι ἐχρήσαντο. Suspicatur Lobeck. l. l. pag. 427 intelligendos esse poëtas Orphicae et Pythagoricae sectae addictos, quos in hoc quoque doctrinae genere decreta Aegyptiorum aemulatos esse admodum credibile sit.

Ad II, 66 pag. 632. Ad ea, quae de *fele Aegyptiaca* disputavimus, conferri poterunt, quae disseruit *de primitiva patria felis* Dureau de la Malle in annall. des sciences naturell. juin 1829 (vid. Notizen aus dem Gebiet der Natur und Heilkunde 1829 nr. 542; quod benignissime mecum communicavit v. cl. Tiedemann.). Qui si Palaestinam quoque feles et cicures et agrestes nutrivisse contendit, valde errat. Neque enim Hebraeorum צִיִּים *feles agrestes* indicat, ut olim arbitrabatur Bochartus, sed, quosvis locorum aridorum ac desertorum incolas, sive homines sive bestias. Tu vid., ne plura, Winer. in lexic. manual. Hebr. p. 817. Maiorem fidem merentur, quae de felibus per Africae partes septentrionales, Indiam ac Sinam diu ante Christum natum cognitis, tum domesticis tum agrestibus ille scribit, ac denique de ipsa Graecia, ubi serius utique γαλῆν dixerint *felem domesticam*, et αἴλουρον *agrestem*, cum antea αἴλουρος ad utrumque felium genus significandum adhiberetur. Ipsam vocem αἴλουρος ille derivat ab αἰόλλω *ultro citroque moveo*, et οὐρά *cauda*, Salmasii ratione reiecta, qui ab antiquo αἶλὸς (quod *adulatorem* significat) et οὐρά, illud devenisse statuit cum voce αἶλὸς, si praeponatur digamma Aeolicum, Latinorum existat *felis*.

Ad II, 74 p. 651. 652 coll. cp. 75. Ea, quae de *alatis serpentibus* scribit Herodotus, in examen vocata esse video a v. cl. Tiedemann. in libro, qui inscribitur: Anatomie u. Naturgeschichte des Drachen. Nürnberg. 1811. Illic enim quaecunque veteres de draconibus sive vera sive falsa memoriae tradiderunt, accuratissime disquiruntur. Tangitur Herodoti locus pag. 45 seqq., ubi vir doctissimus Savignii rationes probat alatosque serpentes pro fabulosis bestiis habet, cum nullae istiusmodi bestiolae revera inveniantur nec per Aegyptum nec alias per regiones Arabiae, Aethiopiae, Libyae, nec denique in ipsis anaglyphis veterum Aegyptiorum istae compareant. Quem vero ibis persequi traditur *serpentem*, is Tiedemanno videtur esse *coluber cerestes*, ut qui, *Nilo crescente*, passim per Aegyptum reperiatur et in anaglyphis semper fere una cum ibide repraesentetur. Alatos serpentes dici potuisse ab Aegyptiis, cum tam celere per Aegyptum diffusi fuerint, suspicio est viri doctissimi, hoc caeterum adiicientis: quo minus serpentes ab Herodoto memorati pro *draconibus volantibus* recentiorum habeantur, obstare illud, quod isti nec per Aegyptum nec per Arabiam inveniantur nec ab ullo peregrinatore harum regionum sint observati. Hoc praeterea ex hoc libro addimus (pag. 33), voces δράκων et ὄφις idem fere apud antiquiores certe Graecos significasse, ac postea demum maiores serpentes vocitatas esse δράκοντας.

LIPSIAE

EX OFFICINA B. G. TEUBNERI.



SITUS et REGIO
antiquae
BABYLONIS,
Muri Medici
et
Canalium inter
Euphratem et Tigrin
Pallacopam etc.
Milliaria geographica
Milliaria anglica
Milliaria romana
45°
Bakuba
Orta
Bagdad
Bagdad
Kissen
Ctesiphon
Sabata
AL
MODAIN
Diala Fl. sive Choaspes. Medorum